8
3 E
14

Digitized by Google

CANONES
SANCTORVM APOSTOLORVM.
CONCILIORVM Generalium & particularium.
SANCTORVM Patrum, Dionysij Alexandrini, Petri Alexandrini martyris, Tarasij Constantinopolitani, Gregorij Thaumaturgi, Athanasij, Basilij, Timothei, Theophili, Amphilochij, Gennadij, Niconis, Methodij, Theodori Studitæ, Nesteutæ, Damasceni, Theodoriti, Chrysostomi, Dionysij Areopagitę, & aliorum veterum Theologorum.

PHOTII Constantinopolitani Parriarchæ præfixus est Nomocanon: id est canonum & legum Imperatoriarum de Ecclesiastica disciplina, conciliatio, & in certos locos ac titulos distributio.

OMNIA *Commentarijs amplissimis Theodori Balsamonis Antiocheni Patriarchæ explicata, & de Græcis conuersa, Gentiano Hervetо interprete.*

E BIBLIOTHECA D. IO. TILII BRIOCEN. EPISC.

PARISIIS, M. D. LXI.
Apud Guil. Morelium typographum Regium.

PRIVILEGIO REGIS.

Capuccinorum Romæ.

PAR *privilege du Roy il est defendu à tous imprimeurs & libraires quels qu'ilz soyent en ce Royaume, de n'imprimer, ne faire imprimer aucuns des liures qui auroyent premierement esté imprimez & mis en lumiere par Guillaume Morel imprimeur & libraire dudict seigneur es lettres Grecques ou par luy notablement corrigez & emendez, en quelque langue que ce soit: ne si ailleurs estoyent imprimez, ceux vendre ne distribuer, de cinq ans prochainement suyuants apres ladicte impression premiere, ou de deux ans apres l'impression desdicts liures corrigez, sur peine de confiscation desdicts liures & d'amende arbitraire, comme appert par les lettres de ce, données à sainct Germain en Laye, l'vnzieſme iour de Iuillet Mil cinq cens cinquante cinq, signées par le Roy. Clause, & sellées du grand seel dudict seigneur, verifiées & publiées par le Prenost de Paris ou son lieutenant, le vingtneufieſme de Iuillet oudict an. Confirmé par le feu Roy Francoys dernier decedé, par lettres donné. s à Bloys, le dixhuictieſme de Ianuier, Mil cinq cens cinquante neuf: & par le Roy Charles à present regnant, par la declaration en forme d'edict qu'il en a à ceste fin faict publier à Paris.*

IOANNI TILIO IN PRIMIS REVERENDO BRIOCENSI EPISCOPO,

Gentianus Heruetus. S. P. D.

QVOD Photij patriarchæ Constantinopolitani Nomocanonũ, quod leges, & tã cõciliorum quàm sanctorũ patrum complectitur canones quibus apud Græcos ecclesiastica administratur disciplina, à nobis cùm Tridenti in concilio essemus, Latinè versum tanti feceris, vt typis excusum in lucem exire volueris, magnas ago gratias. Mihi quidem certè est persuasum, id obuiis, vt aiunt, vlnis ab omnibus excipiendum qui rem Christianam tot hodie seditionibus exagitatam saluam esse cupiunt. Nulla est enim eius certior spes salutis, quàm si ex veteri regula reformetur nimis proh dolor dissolutus ordo ecclesiasticus. Quod cum tibi iam ab ineunte ętate pulchre esset exploratum, permultis abhinc annis Græcorum conciliorum librum Pictauij à te inuentum Græce excudẽdum curasti. Qui quidem in hoc Photij Nomocanono totus cõtinetur: sed sunt præter eum, etiam canones patrum, qui multa continent capita quæ ad ecclesiasticam pertinent iurisdictionem. Iis autem omnibus magnam affert lucem Theodori Balsamon interpretatio, quę & Imperatorum leges explicat ecclesiasticas, & nihil omittit in canonibus, quod non exactè & accuratè expendat. Atque in hoc quidem opere laudando non video opus esse vt diutius immorer, cùm in eo legendo sit eius vtilitas per se omni ex parte se satis ostensura. Orandus est autem Christus, vt quæ à maioribus nostris sancto spiritu afflatis sunt sanctissimè constituta, ea non tam chartis quàm animis insideant, & quæ ab hominibus atramento imprimuntur, ea dei digito ecclesiæ antistitum mentibus infixa, moribus exprimãtur. Cùm autem id ita vsu venerit, vt quæ olim concilia à te Græce edita, ea nũc à me Latinè versa, sed non sine magna accessione, tuo maxime hortatu & impulsu in lucem exeant, te æqui boni consulturũ mihi spondeo, si ea felicibus tuis auspiciis in publicum prodeant, & tuo nomini dicata, ab omnibus legum & canonum studiosis legantur. Vale. Pisciaci, XI. Cal. Nouembris M. D. LXI.

IOANNI TILIO IN PRIMIS RE-
VERENDO BRIOCENSI EPISCOPO,
Centianus Heruetus. S. P. D.

QVOD Photij patriarchæ Constantinopolitani Nomocanonũ, quod lege, & cõciliorum quam sanctorũ patrum comprehendit canones quibus apud Græcos ecclesiastica administratur disciplina, à nobis cum Tridenti in concilio editum, Latine vertium tanti faceris, vt typis excusum in lucem extrevolueris, magnas agimus. Mihi quidem certe eiusmodi obuerit, vt alium, vtinam ab omnibus excipiendum quirent Christiani tot hodie editionibus exagitatam talpam esse conijunxi. Nolla est enim eius certior lues (quam si exoriri regula reformetur primis prouidit dolor dilabentis ordo ecclesiæ. Quod cum tibi iam ab ineunte ætate pulchre effectum, permultis abhinc annis Græcorum conciliorum librum Pidzani ætate inuentum Græce excudendum curasti. Quæ quidem in hoc Photij Nomocanono totus continetur: sed iuuat præter eum, etiam canones patrum, qui multa continent capitula quæ ad ecclesiasticam pertinent iurisdictionem. His autem omnibus magnam attulerunt Theodori Balsamonis interpretationes, quę & Imperatorum leges explicat ecclesiasticas, & nihil omittit in canonibus, quod non exactè & accuratè exprendat. Atque in hoc quidem opere laudando non video opus esse vt diutius immorer, cùm in eo legendo (si eius vtilitas per te omni ex parte (cuius officinam Græcus est author Christus, vt quæ in morbos animi, sancto spiritu afflatis iuuat sanctissimè conditura, ea non iam chartis quæ animis indideras, & quæ ab hominibus aut amento impressa, ea deligito ecclesiasticum mendis infixa, notibus exprimatur. Cùm autem id ita vti venerit, vt quæ olim concilia à te Græce edita, ea nunc à me Latine versa, sed non sine magna accessione, tuo maximè ornata & impulsu in lucem exeant, te æqui boni consulturũ mihi spondeo, & ea felicibus tuis auspicijs in publicum prodeant, & tuo nomini dicata, ab omnibus legum & canonum studiosis legantur. Vale. Pridiæi, XI. Cal. Nouembris M. D. LXI.

INDEX PER CAPITA, EORVM QVÆ HIS LIBRIS CONTINENTVR.

PRIMO LIBRO, PHOTII quatuordecim Tituli.

I De Theologia, fide orthodoxa, canonibus & decretis, octo & triginta capitib. pag. 2.

II De extructione ecclesiarũ, vasis sacris & donariis: & de clericis erigẽtibus altaria sine episcopi sentẽtia, capit. tribus. pag. 16.

III De precibus, psalmodia, lectione, oblatione, communione, & lectorum, cantorũ & ministrorum officio, capit. viginti duobus. pag. 24.

IIII De Catechumenis, & S. Baptismate: & quòd post duas quadragesimæ hebdomadas non debẽt admitti ad illuminationem, capit. septendecim. pag. 27.

V De iis qui conténunt ecclesias, synaxes, & memorias: & iis qui comedũt in ecclesiis, & de agapis, capitib. duobus. pag. 30.

VI De oblationibus, capitib. tribus. pag. 31.

VII De ieiunio, & quadragesima, Pascha, Pentecoste, die dominico, sabbato, & genuflexione, capitib. quinque. pag. 32.

VIII De Paræciis, episcoporum & clericorũ cõuersatione & peregrinatione, de annuis synodis, & doctrina: de hospitio, de literis commendatitiis & pacificis: & quænam agunt negocia priuata vel publica, & quomodo clerici se inuicem honorãt, capitib. nouendecim. pag. 34.

IX De peccatis & iudiciis episcoporum & clericorum, de excommunicatione, depositione & pœnitentia, & quæ peccata soluat manuum impositio, capitib. triginta nouem. pag. 42.

X De administratione rerum ecclesiasticarum, & quæ sint episcopi propria, capitib. octo. pag. 67.

XI De extructione monasteriorum, & ne ea sint priuata, & de rebus monachorum, capitib. septuaginta duobus. pag. 72.

XII De hæreticis, Iudæis, & gentilibus, capit. octodecim. pag. 78.

XIII De Laïcis, capitib. vno & quadraginta. pag. 85.

XIIII De communibus rebus hominum, capit. septem. pag. 103.

Constantinopolitanæ synodi responsa ad interrogata monachorũ, de quibusdã ritibus & moribus ecclesiasticis. pag. 104.

SECVNDO LIBRO, CANONES
SANCTORVM APOSTOLORVM NV-
mero octoginta quinque. pag.107.
Synodi Nicenæ,viginti. pag.129.
Laodicenæ,sexaginta. pag.139.
Sardicensis,viginti & vnus. pag.149.
Constantinopolitanæ,septem. pag.161.
Ephesinæ,octo,cum eiusdem synodi epistola. pag.169.
Calchedonensis, triginta. pag.177.
Constantinopolitanę in Trullo,tres supra centum. pag.192.
Nicenæ,quam septimam appellant,viginti duo. pag.259.
Constantinopolitanæ , in templo sanctorum Apostolorum
septendecim. pag.283.
Constantinopolitanæ,in templo Sapientiæ,tres. pag.299.
Carthaginensis,centum triginta. pag.301.
Ancyranæ,canones vigintiquinque. pag.391.
Neocæsarianæ,quindecim. pag.402.
Gangrenæ,vnus & viginti. pag.408.
Antiochenæ,vigintiquinque. pag.413.

SANCTORVM PATRVM,
Dionysij Alexandrini , in epistola ad Basilidem, canones qua-
tuor.tomo 2. pag.1.
Petri archiepiscopi Alexandrini , & martyris, in sermone de
pœnitentia,canon. quindecim. pag.4.
Tarasij Constantinopolitani Patriarchæ,ad Adrianum papã,
de non faciendis pecunia ordinationibus. pag.10.
Gregorij Neocæsariensis Thaumaturgi,de iis qui idolothyta
comederunt, & alia peccarunt,can.vndecim. pag.13.
Athanasij Alexandrini epistola ad Ammum. pag.18.
Eiusdem,ex festiua epistola. pag.20.
Eiusdem,ad Ruffinianum. pag.21.
Basilij Cęsariensis Cappadociæ,ad Amphilochium can.octo-
gintaquinque. pag.22.
Eiusdem ad eundem, de ciborum differẽtia.item ad Diodorũ
de eo qui duas vxores duxit in matrimonium. pag.55.
Eiusdem ad Gregorium presbyterum,vt à muliere cum qua ha
bitabat,separetur. pag.57.
Eiusdem Chorepiscopis , ne sine ipso fiant ministri contra ca-
nones. pag.59.
Eiusdem,ad episcopos inferiores,ne pecuniis ordinẽt. pag.60.
Eiusdem

Eiusdem ex libris de S.Spiritu ad Amphilochium. pag 61.
Gregorij Nysseni ad Latoium epistola canon.octo. pag.63.
Timothei Alexandrini episcopi responsa canonica. pag.72.
Theophili Archiepiscopi Alexandrini edictum. pag.75.
Eiusdem in cõmonitorio & aliis libris, canones nouẽ. pag.76.
Cyrilli Archiepiscopi Alexandrini epistola canonica ad Domnum, & ad episcopos in Libya. pag.79.
Gregorij Theologi, quinam libri veteris & noui Testamenti legendi sint. pag.81.
Amphilochij, eadem de re. pag.82.
Gennadij Patriarchæ Constantinopolitani, & synodi cum eo congregatę, ad papã vrbis Romę encyclios epistola. pag.83.
Basilij ad Nicopolitanos epistola. pag.84.
Expositio eorum qui subsunt throno Patriarchę Cõstantinopolitani, regnante Andronico Palæologo. pag.85.
Niconis, de iniusta excommunicatione. pag.86
De Armeniorum pessima religione. pag.ead.
Timothei presbyteri, de differẽtia eorum qui ad sanctissimam fidem accedunt. pag.88.
Methodij Patriarchæ Constantinopolitani, de iis qui fidem abnegarunt. pag.88.
Theodori Studitæ, ad Naucration filium. pag.89.
Nesteutæ, ex Nomocanone. pag.90.
Damasceni, Theodoriti, Epiphanij de hæresi Messalianorum seu Euchitarum. pag.92
Sancti Nili. pag.92.
Chrysostomi, de sacerdotio. pag.93.
Eiusdem, ex epistola prima ad Corinthios. pag.95.
Anastasij Sinaitæ, de sancta Communione. pag.96.
Methodij. pag.ead.
Canon quartus Calchedonensis synodi. pag.97.
Dionysij Areopagitæ, ex epistola ad Demophilum. pag.97.

THEODORI PATRIARCHÆ ANTIOCHENI AD SANCTISSIMVM PATRIARCHAM dominũ Georgium Xiphilinum, carmen.

PERQVAM pias traditiones canonum
In vasto ego mari tremens Atlantico,
Peruasi, vt Ascręus Charybdin hospes traiicit,
Vel rubrum vt pelagus Israëlites senex,
Tuæ manus dextræ stabilitus gratia,
O Patriarcharum valde pium decus:
Vnde bacilli mystici calamo leuans
Illorum inaccessum itiner bifariam,
Ipse in duobus tradidi scripto libris,
Quæ canonicæ disciplinæ sunt opera.
Te rogo qui bonis nites actionibus,
Et luce doctrinæ cunctos illuminas,
Huius libri columna itineris vt sies,
Ægyptiorum mores quidem exustulans,
Verum in salutis via lucem porrigens.
Hæc tibi scribo Theodorus Balsamon,
Qui Patriarcha sum religione inclytę
Antiochiæ, atque adeò orientis totius.

INTERP.

INTERPRETATIO DIVINO-

rum & ſacrorum Canonum, ſanctorum & benedictorum Apoſtolorum, & ſanctarum OEcumenicarum ſynodorum, ac etiam localium ſeu particularium, & reliquorum ſanctorum Patrum. præterea autem etiam declaratio earum legum quæ ſitæ ſunt in quatuordecim titulis poſitis in principio Canonum, vt ſciatur quænam ſint in vſu, & quę non ſint, iuſſu Imperatorio & Patriarchali, elaborata à Theodoro humili diacono Dei magnæ Eccleſiæ, Nomophylace, Chartophylace, & primo Blachernorum, Balſamon nomine.

OBEDITE *Rectoribus veſtris & cedite: ipſi enim vigilant pro animabus veſtris, inquit magnus apoſtolus Paulus, doctor Eccleſiæ. Vt diuiniſſimis autem Imperatoribus, & ſanctiſſimis Patriarchis iubentibus nos humiliter cedamus & obediamus multo magis requiritur, vtpote quod etiam iure debetur. Cum itaque à ſancto Imperatore noſtro diuinitus coronato, Domino Emanuele Comneno, & ſanctiſſimo Domino noſtro & patriarcha œcumenico, qui fuit ſummus philoſophorum, Domino Michaele Anchialo, nobis mandatum eſſet, vt ſanctos Canones conſideraremus, & quæ ſunt in eis obſcura, & legibus eſſe videntur contraria, aperiremus & interpretaremur ſimiliter etiam vt quæ à ſanctiſſimo illo patriarcha domino Photio ſcripta ſunt, & in quatuordecim titulis compoſita cernuntur. & ante Canones in ſummam redacta ſunt, diligenter examinaremus, & quæ in eis ſitæ leges in vſu habentur, declararemus: quæ verò exoleuerunt, & non in poſtrema legum repurgatione, quæ ab illuſtri Imperatore Domino Conſtantino Porphyrogenneta facta eſt, receptæ ſunt, doceremus: ne qui forte in eas incidentes, leges quæ exoleuerunt, tanquam adhuc validas & vſitatas recipiant, & tanquam qui à via recta & regia aberrent, illinc reuertantur. Quod ne prædicto quoque ſanctiſſimo Domino noſtro, omnium qui noſtro tempore fuerunt, ſapientum ſapientiſſimo accideret, in periculum venit, in cauſa Metropolitani illius Amaſeæ Domini Leonis: præſens opus aggreſſi ſumus, eorum auxilio & orationibus freti qui hoc nobis commiſerunt. Ac primum quidem leges quæ in dictis xiiij. Titulis à Photio ſcriptæ ſunt, qui hoc Nomocanonũ ante legũ repurgationẽ cõpoſuit, diligenter inſpectas in duo diuiſimus, & declarauimus quænam in vſu habeantur, vt quæ in Sexaginta librorum Imperialium fundamẽto ſitæ ſunt: & quæ, vt in repurgatione non admiſſæ, omnino exoleuerunt. Deinde etiam declarauimus, quænam ex iis in quinquaginta libris Digeſtorũ, & duodecim libris Codicis antea ſitæ, nunc in quibus libris & titulis Imp. collocatæ inueniuntur. Similiter & quæ in his contraria eſſe videtur, ex vetere interpretatione, vt pro exigua noſtra cognitione ſoluimus, ſicut etiã quæ ex Iuſtin. Novellis in repurgatione non admiſſæ fuerunt: quæ tamen à Photio tanquam vſitatæ deſcriptæ ſunt, vt petram offenſionis, ſuſtulimus. Porro alia etiam vtilia & quæ in vſu ſunt decreta, poſt repurgationem recepta ex Imp. inſtitutionibus, & nouis & nouellis decretis, & ex Synodalibus etiam actionibus, in hoc opere collocauimus, vt qui in id incidunt, ſint in tuto, & nec ab eo moueri aut labefactari queant. Si quid itaque quod non oportet, forte ſcriptum ſit, vel in his, vel in Canonum interpretationibus, merito ei venia detur: neque enim à noſtro incœpto, ſed à neceſſaria obedientia, tam magnum opus profectum eſt.*

TITVLVS PRIMVS,
De Theologia,& fide orthodoxa,& Canonibus & ordinationibus.

cap. j. De Theologia, & fide orthodoxa,& canonibus & ordinationibus,Apoſtolorum canon xlix. & l. ſynodi Conſtãtinopolitani can.primus.& quintæ ſynodi Epheſinæ can. vij. ſyn.Carth.can.ij. ſyn.ſextæ can.i. lxxiij. lxxxi. liber primus Codicis,tit.primus.

BALS. *Prima conſtitutio primi tituli primi libri Codicis, eſt caput primum primi libri Imperialium,quod ſic dicit: Chriſtianus eſt,qui credit vnam eſſe diuinitatem in æquali poteſtate,patris & filij & ſpiritus ſancti. Qui enim præter ea quæ dicta ſunt opinatur,eſt hæreticus.*

Cap ij. Quot canones ſunt ſeruandi, ſyn.Chal. canon primus. ſyn. Carthag. can. primus.ſynodi ſextæ can. ij.ſynodi Nicenæ ſecundæ can. ij. Tertia conſtitutio ij. tit. Nouellarum, vult ſeptem ſynodorum canones & eorum decreta ſeruari vt diuinas ſcripturas. In primo autem lib. Codicis,tit. iij. conſtitutione xliiij. & prima & ſecunda conſtitutione primi tit. Nouellarum, partim quidem quòd canones ſeruantur vt leges:partim autem quòd leges ſequuntur canones, & liber primus,tit.ij.conſtitutio xij. quòd pragmatici typi qui aduerſantur canonibus,ſunt infirmi & inualidi.

L. Triuileg. C. De ſac. eccl.

BALS. *Tertia conſtitutio ij. tituli Nouellarum,eſt Iuſtiniani Nouella cxxxi. que ſita eſt in lib. V. Imperial. tit. i. cap. i reſponſo primo,quod ſic habet: Decernimus vt ſancti eccleſiaſtici canones,* ἀρίσματος. *legum vim habeant,qui à ſancto ſeptem ſynodo expoſiti fuerunt, hoc eſt a Nicena,in qua Arius inſanus anathemate percuſſus eſt & ab ea quæ fuit Conſtantinopoli,ſanctorum cl. patrum,à quibus ſpiritus ſancti inimicus Macedonius notatus eſt: & ab Epheſina, in qua Neſtorius condemnatus eſt: & à Chalcedonenſi,in qua Eutyches cum Neſtorio,anathemate ictus eſt: præterea autem à Conſtãtinopolitana ij per quem Origenes cum ſuis ſcriptis, & alij etiam impij, notati traducíque ſunt: & præterea à conſtantinopolitana tertia,quæ de multis hæreſibus triumphans,priorum ſanctarum ſynodorum decreta confirmauit,& in primis Nicenæ ſecundæ,à qua qui aduerſus ſanctas imagines rabie perciti fuerunt, æquè ac præcedentes hæretici, à catholica Dei Eccleſia abdicati ſunt. Prædictarum enim ſynodorum decreta,tãquam diuinas ſcripturas,recipimus, & canones vt leges ſeruamus.*

Nota præſentem nouellam, quæ dicit tanquam leges ſeruari oportere, non ſolum qui a ſancto ſeptem ſynodis editi ſunt canones,ſed eos etiam qui ab illis confirmati ſunt,ſeu canones ſynodorum localium. Et lege ſecundum canonem vi. ſynodi, qui confirmat non ſolum locales ſynodos ,ſed etiam ſcripta aliorum ſanctorum.

SCHOL. *De legibus quæ in ſecundo præſenti capite declarata ſunt, quæ parerat ſcripta ſunt. Scias autem quòd aliqui diuerſo modo dicebant, i ſque coram ſancto noſtro Imperatore, non debere ſeruari canones vbi legibus aduerſantur,eo quòd hi conſcripti fuerint ante repurgationem, & ita exoleuiſſe qui ei non conſentiunt. Alij verò allatis canonibus qui legi aduerſantur,& præſenti allegata cxxxi Nouella,quæ in v Imperialium libro ſita eſt, tit.iij cap i. quæ dicit canones ſeruandos eſſe vt leges,& vt diuinas ſcripturas,os eis obturarunt qui ipſis aduerſabantur. Quando illis etiam dicentibus non eſſe hanc admittendam Nouellam,vt quæ à Iuſtiniano facta eſſe dicatur, meminerit autem etiam ſynodorum quæ factæ ſunt poſt Iuſtinianum,& ita abſurdum quidpiam ex eo probantibus,ipſi ex hoc etiam magis comprehendi dicebant, quòd quæ hac Nouella continentur, vt propria adſciuerit Imperator,qui fecit legum inquiſitionem & repurgationem Niſi enim ita eſſet,non etiam poſteriorum ſynodorum canones vt leges ſeruari oportere adiecíſſet,ſed hanc etiam vt alias Iuſtiniani nouellas,abrogaſſet,eo ipſo quòd eam in Imp.non collocaſſet.quòd apud ſanctum quoque Imperatorem receptũ eſt. Nota præſentẽ interpretationẽ tenens memoria,& dic canones plus quàm leges*

valere

ualere. Canones enim ab Imperatoribus & ſanctis patribus editi, tanquam diuinæ ſcripturæ recipiuntur: leges autem à ſolis Imperatoribus receptæ uel compoſitæ ſunt, & propterea uim non obtinebunt aduerſus diuinas ſcripturas ſeu canones.

Quod eccleſiaſtica non ſcripta conſuetudo, tanquam lex ſeruanda ſit, & quòd non neceſſe habemus ſeruare legem Moſaicã, ſynod. ſextæ canon lxxxij. Baſil. ex epiſtola ad Diodorum, & ex xxvij. & ex xxix. cap. epiſtolarũ ad Amphilochium de ſancto ſpiritu. In iure etiam ciuili cõſuetudo tanquã lex non ſcripta vim obtinet, quando & in iudicio cõfirmata fuerit, & quando legi non ſcriptę aduerſatur. Sin autẽ in aliquibus locis, eius quod quęritur cõſuetudo inueniri non poteſt, tunc oportet vrbis Romę ſequi cõſuetudinem, vt dicit libri primi Digeſtorum titulus tertius. Inuẽtum eſt autem etiam in l. libro tit. xvij. quòd difficiliter quidem, ſed æquitate tamen exigente, conſuetudinem transgredimur. *Cap. iij.* *L. De quibus. L. De conſuetudine. & L. ſi de interpretatione. ff. de legibus & ſenatuscõſ.*

BALS. *Leges autem iij tit. Digeſtorum ſunt in libro lij. Imperial. tit. primo cap. xli. quod ſic dicit: De quibus lex ſcripta non eſt, ſeruare oportet morem & conſuetudinem. ſin autem hoc quoque deficit, ea quæ accedunt, & ei quod quæritur ſunt ſimilia, ſequi oportet. ſin autem ne hæc quidem inueniuntur, tunc ſeruare oportet tum quo Roma vtitur. & decretum ſecundum, quòd antiqua cõſuetudo pro lege ſeruatur. & tertium, quòd quemadmodum lex vel ſcripto, vel ſine ſcripto fertur, ita etiam eius abrogatio ſit vel lege ſcripta, vel non ſcripta, id eſt deſuetudine & non vtendo. Et cap. xlij. Lõga conſuetudo pro lege ſeruatur, vbi lex ſcripta nõ eſt. & cap. xliij. Tũc vtemur alicuius ciuitatis vel prouinciæ cõſuetudine, quãdo cõtroverſia de ea re in iudicio mota cõfirmata fuerit. & cap. xliiij. Et quæ longa conſuetudine approbata, & multis annis ſeruata ſunt, non minorem vim habent quàm ſcriptæ leges. Et cap. xlvi. In legum interpretatione, vrbis conſuetudo attendenda eſt. Et cap. xlvij. Et quomodo in ſimilibus perpetuò iudicatum eſt. Docet autem Stephanus in cap. xlij. doctrinam optimam: & ſoluit eas quæ de non ſcripta conſuetudine apparent repugnantias, ſic dicens: Diuturna conſuetudo tunc tanquam lex ſeruatur, quando legi non ſcriptæ aduerſatur. Nec exiſtimes hoc eſſe contrarium ſini præcedenti legis Digeſtorum. Illic enim de deſuetudine loquens, dicit quòd ipſa poteſt legem tollere, hic autem de conſuetudine loquitur, & dicit quòd conſuetudo nouam legem non inducit, ſi alicui veteri legi repugnat. fieri enim poteſt vt ex deſuetudine quidem lege non vtamur, non tamen contraria vtamur. Nota ergo hanc doctrinam, quæ & pulchra eſt, & eſt in iudicijs frequens. Eſt & caput clxxxiij. tertij tituli ij. libri Imperial. quod ſic habet: Difficiliter quidem, æquitate tamen exigente, mutamus conſuetudinem. Sed tu hanc quoque legem interpretare conuenienter legibus retrò ſcriptis, ſcilicet in præſenti tertio capite, & dic longam conſuetudinem propter aliquam vtilitatem mutari, quando ea non fuerit confirmata & approbata in iudicijs, nec tanquam lex ſcripta vim & poteſtatem obtinuerit. Propterea enim hic quoque adiectum eſt illud, Difficiliter quidem, ſed æquitate tamen exigente, conſuetudinem immutamus. Nota quòd cum diuerſæ leges de longa conſuetudine ſanciant, & inter ſe inuicem repugnent, vtpote cum aliæ quidem dicant longam conſuetudinem in iudicio confirmatam eſſe inualidam, quia legi ſcriptæ aduerſatur: aliæ verò eam ſeruari iubent, etiam ſi legi ſcriptæ aduerſatur, præſens ſextum decretum xlij. cap. prim. tit. ij. libro Imp. ſoluit hanc repugnantiam. Dicit enim leges quidem ſtatui ſcripto, & ſine ſcripto: ſimiliter etiam abrogari: & introductam quidem legem, per deſuetudinem ex non ſcripta conſuetudine procedentem, vt quæ ſubiectu grauis eſſet, propter benignitatem ſublatam eſſe. Per conſuetudinem autem, ſeu legem non ſcriptam abrogari legem, non exoleuiſſe, quòd benignæ legi aduerſetur. Ita ſolue eam, quæ videtur, repugnantiam in dicto capite, per interpretationem Stephani, & legis quæ dicit. Benignius eſſe leges interpretandas. Hæc autem accipe de illa conſuetudine, quæ in iudicio confirmata eſt. Non eſt lex ſcripta, quæ decernat, vt quæ vult tonderi, & à proprio marito ſeiungi, non eo ipſo tondeatur, ſed in Monaſterium abducatur, & trimeſtri tempore probetur, num leui aliqua temeritate adducta tonderi petierit. Sed ex non ſcripta conſuetudine ſæpe in iudicio probata & confirmata cautum eſt, ne mulieri alias tonderi permittatur, quàm ſi poſt tres menſes interrogata, in bono hoc proposito perſeueret. Et fuerunt hæc quidem ſatis examinata in tribunali Imperatorio. Cùm multi enim dicerent vxorem illius Pyrrhogeorgij debere eo ipſo tonderi, quòd eſſet firmi ac ſolidi iudicij, vt quæ nata eſſet annos quadraginta: non eſſet autem lex ſcripta de trimeſtri ſpatio, à Deo coronatus optimus & ſanctus noſter Imperator, longam* *L. Eſſi nihil. ff. De verb. & rerum.* *L. Benignius. ff. De legibus.*

consuetudinem, vt dictum est, confirmatam pro lege scripta accepit, & declaratorio edicto confirmauit. Quare non scripta consuetudo tunc demum transilitur, aequitate exigente, id est iustu causis proposito, quando non iudiciaria disceptatione confirmata fuerit. Vidi enim etiam non scriptam consuetudinem, quae non sic confirmata fuerat, fuisse infirmatam. Cùm enim mos esset, vt qui ex Laicis sacerdotibus Monachi facti fuerant, & ad sacerdotum ministerium prius adscripti erant, etiam post vitam Monasticam in corporu ministeriorum catalogo permanerent, & vnà cum Laicu sacerdotibus versarentur, sanctissimus noster Dominus Michael longam hanc consuetudinem pro nihilo habuit, & statuit vt ex Laicis solum sacerdotibus ministeria constarent, Monachi autem in suu ministeriis assiderent. Cùm esset consuetudo, vt Iudxi apud solum τῶ συνῶ Praetorem litigarent, potens & sanctus noster Imperator statuit vt ij in omni foro ex legibus litigarent: & consuetudo pro nihilo reputata est, vt quae non esset iure approbata ac confirmata.

Cap. iiij. Quòd non ab vno Episcopo, sed à communitate canones eduntur, Basilij canon xlvij. circa finem. Gregorij Nysseni canon vj. circa medium.

Cap. v. De Patriarchis, & Metropolitanis, & ijs qui dicuntur in Aphrica Priuati, Apostolorum canon xxxiiij. Synodi Nicenæ canon iiij. vi. vij. Syn. Antioch. canon ix. Synodi Constantinopol. can. ij. iij. Synodi Ephesinæ canon viij. Syn. Chalced. can. ix. xvij. xxviij. Synodi Sardicensis can. iij. iiij. v. Syn. Carth. can. xvij. xxxix. Syn. vi. can. xxxvi. xxxix.

De ordine Patriarcharum, corúmque qui ab ipsis, & reliquis Episcopis, ipsorum ordinatione dati sunt: & quòd Constantinopolis est omnium Ecclesiarum caput, lege librum primum Codicis. tit. primum. constitutionem vi. & tit. ij. Sexta autem ij. tit. primi libri constitutio dicit, quòd Patriarcha Constantinopolitanus habet aliorum primatum: & viij. constitutio primi tit. Nouellarum, & iij. ij. tit. faciunt primæ Iustinianæ Episcopum Archiepiscopum, & quòd est maior Metropolitano, & quòd à Synodo ipsius ordinatur, & quas habet prouincias.

L. Omni innouatione. C. de sac. Eccl.

BALS. *Caput VI. primi tit. v. libri Imp. Sic inquit: Oportet eos qui sunt in Illyrico de aliqua re canonica quaerentes, hanc ad Archiepiscopum Constantinopolitanum referre: & ab eius sacra synodo & sancto iudicio diuináque lege diiudicari. Est Nouella Iustiniani cxxxij. sita in lib. Imp. tit. i. cap. ix quòd sic habet: Ante omnia autem illud seruandum decernimus, vt nullius per dationem auri vel aliarum rerum Episcopus ordinetur. Si quid autem eiusmodi peccatum fuerit, ipsi seipsos, & qui dant, & qui accipiunt, & qui intercedunt, ex diuinis scripturis diuinisque canonibus condemnationi subiiciunt. Et ideo & qui dat, & qui accipit, & qui intercedit, à sacerdotio, vel à Cleri honore moueatur. Quòd autem pro ea causa datum est, ab illa ecclesia vendicetur, cuius voluit sacerdotium emere. Sin autem etiam seculare fuerit qui pro hac causa accipit, vel pro ea intercedit, ab eo illa quae data sunt in duplum exigi iubemus, Ecclesiae vendicanda. Non solum autem ea quae hoc modo data sunt vendicari iubemus, sed etiam omnem cautionem pro ea quocunque modo emissam, & pignorum vel fideiussorum obligationem, & omnem quamcunque actionem veritam & infirmam esse decernimus. Et praeterea qui quod promissum est accipit, non solum id de quo conuentum est reddat, sed etiam aliud tantum quantum conuentio comprehendit, ab eo exigatur, idque debet dari Ecclesiae. Si quis autem Episcopus, sive ante propriam ordinationem, sive post, velit res suas vel earum partem offerre Ecclesiae, cuius sacerdotium accipit, non solum non prohibemus, & ab omni condemnatione praesentisque legis poena liberum esse iubemus, sed omni etiam laude eum dignum esse censemus. Non est enim hoc emptio, sed oblatio. Tertia autem constitutio ij. tit. Nouellarum est Nouella Iustiniani cxxxj. quae sita est in lib. v. Imp. tit. iij.*

Auth. de sanctiss Episcopu.

Auth. de Eccle. tit. coll. 9.

tit. iij. cap. j. responso ij. quæ sic habet: Et ideo conuenienter eorum decretis decernimus, *vt sanctissimus veteris Romæ Papa sit primus omnium sacerdotum, beatissimus autem Archiepiscopus Constantinopolis, quæ est nouæ Roma, secundum locum obtineat post sanctissimum thronum Apostolicum Romæ veteris, aliis autem omnibus præferatur: qui autem est hoc tempore beatissimus Archiepiscopus primæ Iustinianæ nostræ patriæ, semper sub sua iurisdictione habeat Episcopos Prouinciarum Daciæ Mediterraneæ, & Daciæ Ripensis, Tribaleæ & Dardaniæ, & superioris Mœsiæ, & ab eo ipso ordinentur. & in Prouincijs sibi subiectis locum habeat Apostolicæ Romæ sedis, prout constitutum est à sancto Papa Vigilio. Et similiter idem ius Archipræsulatus, quòd Iustinianæ Episcopo, dedimus, Carthaginis Aphricanæ Diœcesis, ex quo Deus eam nobis restituit, seruari iubemus. Nota ex hac præsenti Iustiniani Nouella priuilegia Archiepiscopi Bulgariæ. Is enim est Archiepiscopus primæ Iustinianæ patriæ Imperatoris Iustiniani: et Bulgaria quidem propterea vocatur. Iustiniana autem Carthago diœcesis Aphricanæ, Iustiniana dicta est, quòd Imperator Iustinianus hanc imperio Romanorum prouinciam restituerit. Propterea enim præsens caput in inscriptione meminit priuatorum Carthaginis in Aphrica, scilicet eius priuilegiorum.* Et lege finem scholij præsentis capitis, quòd est pars cxxxi. Iustiniani Nouella, & decernit Ecclesiam Carthaginis habere priuilegia sedis Apostolicæ. *Auth. de Eccl. tit. paragr. Ac propterea. Cap. vj.*

A quonam, & vbi ordinantur Episcopi, vel Clerici, & si is qui est electus, Episcopatum per libellum renunciet, Apostolorum canon primus, secundus, xxxv. Synodi Nicenæ can. iiij. Syn. Antioch. can. xiij. xix. xxix. Synodi Laodicenæ can. v. xij. Syn. Ephesinæ can. viij. & epistola ad Synodum quæ erat in Pamphilia. Syn. Sardic. can. vj. Synodi Chalcedon. can. xxviij. Synodi Carthag. can. xiij. xviij. xlix. lv. xcviij. Syn. vj. canon xxxiij. xxxvij. Synodi Nicenæ ij. can. viij. Syn. j. & ij. Constantinopoli in æde sanctorum Apostolorum congregatæ can. xvj. Basilij epistola ad Chorepiscopos. Cyrilli ex epistola ad Dūm. can. primus. iij. Theophili ex Commentario canon vj. Cyrilli ex epistola ad episcopos qui erant in Libya & Pentapoli, can. j. iij.

Non esse multitudini permittendam sacerdotum electionem, Synod. Laodiceæ can. xiij. Syn. Nicenæ. ij. can. iii. *Cap. vij.*

De contradictione, quæ fit in ordinatione Episcopi, Synod. Antioch. can. xix. Synod. Carth. can. xlix. tit. primus Nouellar. Constitutio prima, ii. xvii. in quibus est etiam de contradictione ordinationis Clericorum & Præfectorum. *Cap. viij.*

BALS. *Prima enim constitutio primi tituli Nouellarum iubet vt fiant Episcoporum ordinationes coram vniuerso Ecclesiæ populo, vt liceat vnicuique volenti contradicere. Et siquidem ante ordinationem facta sit contradictio, non prius ordinari quàm facta fuerit examinatio, & nulli penitus crimini affinis inuentus fuerit: sin autem ante examinationem ordinatus fuerit, excidet à sacerdotio vnà cum eo qui ordinauit. Sin autem eum qui ordinationi contradixit, esse calumniatorem apparuerit, vel u accusationem non prosecutus fuerit, perpetuò separetur à sancta communione ab eo qui ordinat: fiat autem ordinatio. Secunda autem constitutio eiusdem tituli dicit, quòd est contradictio propter causam quæ potest ordinationi afferre impedimentum per leges & canones: & quòd vtraque parte præsente fit examinatio, vel accusatore ad tres menses differente accusationem peragere, & quòd Accusator non probans, vel aufugiens, ejicitur à prouincia in qua habitat. Si autem facta sit ordinatio ante examinationē, qui ordinatus quidem est, extruditur: qui autem ordinauit, anno prohibetur à diuino ministerio, & omnes eius facultates suæ Ecclesiæ applicantur. Eadem constitutio vult eadem seruari etiam in*

ordinationibus Clericorum. Nonadecima eiusdem tituli constitutio dicit, quòd si quis accusat eum qui est ordinandus, propter quamcunque causam, fiat prius persequentu accusatoris examinatio: sin autem absit, vel differat, is qui est ordinandus faciat intra tres menses inquisitionem: & si à crimine alienus apparuerit, praesente vel absente accusatore ordinetur. Et accusator, siquidem est Clericus, gradu eiçitur: sin autem Laicus, castigatur. Sin autem fiat ordinatio ante examinationem, & qui ordinauit, & qui ordinatus est, eiçiuntur. Dicit autem eadem seruari in ordinatione Clericorum, & Episcoporum, & Praefectorum.

Auth. Quomodo oportet Episcopos. Auth. de Ecclesiast. diuers. tit.

SCHOL. Prima constitutio pr. tit. Nouellarũ est Nouella Iustiniani vj. et quæ nõ est posita in Imp. Secunda autem constitutio eiusdem tit. Nouellarum est Nouella Iustiniani cxxiij. Hoc autem caput eius non est positum in Imp. Et xvij. constitutio primi tit. Nouellarũ est Nouella Iustiniani cxxxvij. quæ sita est in libro tertio Imp. tit. j. cap. viij. quod sic habet: Si quis autem accusationem aliquam instituerit aduersus eum qui est ordinandus Episcopus, vel Presbyter, vel Diaconus, vel alius Clericus, vel Praefectus, propter quamcunque causam, differatur eiusmodi ordinatio, & fiat prius accusationis examinatio praesente accusatore, & quæ delata sunt prosequente: sin autem absit vel differat accusator, sic quoque qui est ordinationem facturus, intra tres menses diligentissimam faciat examinationem. Et si eum quidem qui accusatus est reum inuenerit, siue diuinis, siue nostris legibus, prohibeatur ordinatio. Si autem nullis criminis obnoxius inuentus fuerit, siue praesente, siue etiam absente accusatore, fiat ordinatio. Accusator autem, siue praesens non probauerit, siue aufugerit, si sit quidem Clericus, de suo gradu deiçiatur: sin autem sit Laicus, conuenientem correctionem subeat. Si quis autem ante examinationem accusatum ordinet, & qui ordinauit, & qui ordinatus est, sacerdotio eiçiatur. Nota ergo quòd neque vj. Iustiniani Nouella, quæ perpetuo exilio subiecit accusatorem, nec cxxiij. Nouellæ caput quod decernit è prouincia in qua hab itat expellendum accusatorem, in Imp. receptæ sunt, sed benignius eiusdem Nouellæ caput, quod decernit eiusmodi calumniatorem, si sit quidem Laicus, castigandum: sin autem Clericus, deponendum. Sed etiam intra tres menses extendi accusationem aduersus eum qui est ordinandus, vel praesente accusatore, vel absente, speciale est, propter vtilitatem ordinationu. Existimo ergo quòd leges posteriores, quæ statuunt vt per xxx. dierum edicta eáque scripta, accersantur accusatores. & reliqua leges latæ de accusatoribus non habent locum in praesenti decreto. Si hoc enim datum fuerit, locum non habebit examinationem fieri oportere intra trimestre tempus. Scriptorum autem fiet datio absque vlla excusatione, accusatore per pancorũ dierũ denunciationes seu citationes scripto mandatas vocato.*

Cap. ix. Ant. cxxiij.

De tempore intra quod oportet Episcopos ordinari, Syn. Chalced. can. xxv. Syn. vi. can. xiiii. Secunda Nouella primi tit. Nouellarum dicit, quòd si ii qui sunt ipsius ciuitatis, differant Episcopum ad sex vsque menses eligere, faciat ordinationem is cui competit, suæ animæ periculo, aliis omnibus obseruatis.

BALS. *Tempus, quod Episcopi ordinationis gratia à praesenti canone comprehenditur, dupliciter interpretatur. Nam xxv. canon Chalced. syn. statuit, vt intra tres menses in vacantibus Ecclesijs Episcopi renunciarentur. Quartus decimus autem anno sexto. Syn. docet de tempore ætatis Episcopi. Transgressio autem, illius quidem pœnæ Ecclesiasticæ subiecit, huius autem, depositioni. Scias quòd hac lege vtens sanctissimus Dominus noster & Vniuersalis Patriarcha Dominus Michael, illum Amasiæ Metropolitanum tribus edictis citauit pro eligendo Aminsi Episcopo, qui anno vno iam vacabat. Dicebat enim, quòd quoniam tempus anni praeterijt, & Aminsi Episcopus non est à Metropolitano electus, sed etiam tria ad eum edicta emissa sunt conuenienter huic decreto: is verò hoc non fecit, ipse, vt hac lege comprehenditur, bene eum elegerit, & eius qui erat eligendus ordinationem fecerit. Quo etiam tempore cum quidam dicerent hanc Nouellæ distinctionem non esse in Imp. receptam, & ideo exoleuisse, ipse perstitit, dicens non esse æquum vt vel apex aboleretur ex ijs quæ in Nomocanono scripta sunt, quod instar diuinarum tabularum ab Ecclesia reputatur. Sed cum ab ore Imperatoris hoc postea didicisset, & à principibus Senatus id quod prius dictum est audiuisset, me ad praesens opus conscribendum incitauit: vt in Proœmio declarauimus. Cùm hæc ergo Nouella non sit in vsu, locum habet xxv. canon. Syn. Chalced.*

Cap. x.

Non esse aliquem ordinandum Episcopum, vel Presbyterum, vel Diaconum, prius quàm omnes qui sunt in domo sua Christianos orthodoxos fecerint, Syn. Carth. can. xxxvi. & xvij.

& xviii. conſtitutio v. tit. primi lib. & x. xi. tit. puniunt eos qui Samaritanos & Græcos baptizant, vxores autem ſuas & liberos qui ſunt domi ſuæ, ad ſanctum baptiſmum non adducunt.

BALS. *Quæſtio. Cum xxxvj. canon Carth. Syn. decernat, ne quis fiat Clericus, niſi omnes qui ſunt domi ſuæ Chriſtianos fecerit, quomodo præſentes conſtitutiones, quæ dicunt eos qui ex Græcis nati ſunt fideles, puniendos, niſi vxores ſuas, & filios, & omnes qui ſunt in ſuis ædibus, non ſunt in Imp. editæ, maximè cũ in Canone colligentur? SOL. Conſtitutiones quidè in Imp. nõ ſunt receptæ propter ſancti Apoſtoli præceptum, quod decernit, vt non ſoluatur infidelium coniugium, ſi vnus ex ijs ſit fidelis. Quis enim ſcit, inquit, an fidelis infidelem ſuam coniugem ad fidem traduxerit, & contra? Canon autem non vult vt is cum infideli cohabitet qui nunquam fuit infidelis, ſed orthodoxus, multo autem magis poſt Clericatum, & ideo non permittit vt fiat Clericus. Porrò alij quoque Canones non permittunt fideli, vt cùm infideli matrimonio iungatur. Eſt ergo differentia inter eum qui eſt fidelis ad fidem conuerſus, & eum qui eſt fidelis à natiuitate. Ille enim venia dignus cenſetur, vt qui ſuos cognatos infideles non eiecit, illos quoque ſperans poſſe ad fidem orthodoxam conuertere. Hic verò punitur, vt qui vnà cum infidelibus communicet, nec ei vt fiat Clericus permittitur. Lege etiam lxxij. canonem Syn. in Trullo, ita fideles diuidentem, & in fine hæc dicentem: Sanctificatus eſt vir infidelis in muliere. Sanctificata eſt etiam mulier infidelis in viro. Lege etiam ex epiſtola ad Corinthios valde aptum de hac re locum qui dicit: Fratres, ſi quis ſororem mulierem habeat infidelem, & c. & dic ex ijs omnibus, cum Sacerdotio dignum habendum, qui baptizatus eſt, & alios ſanctificat, etiam antequam eos baptizauerit qui vnà ſecum habitant.*

De iis qui fiunt Epiſcopi ex Laicis, Syn. Sardic. can. x. Syn. I. & ii. quæ in æde ſanctorum Apoſtolorum congregata eſt, can. xvii. Secunda conſtitutio primi tit. Nouellarum non permittit vt ex Laicis ſtatim Epiſcopus ordinetur, ſed fiat prius Clericus, & maneat tribus menſibus docens ſcripturas & Canones. Prima autem eiuſdem libri & tit. conſtitutio non vult ipſum minus quàm ſex menſibus prius Clericum vel Monachum factum eſſe. *Cap. xi.* *Auth. De Eccleſiaſt. diuer. tit.*

BALS. *De ijs qui fiunt Epiſcopi ex Laicis, in diuerſis Iuſtiniani Nouellis multa ſcripta ſunt: Exoleuerunt autem omnia, vt quæ in Imp. non ſcripta ſunt. Ex ijs ergo omnibus mentem ſolum adhibe xvij. can. primæ & ſecundæ Synodi quæ habita eſt in æde ſanctorum Apoſtolorum. Illic enim omninò dicetur quomodo canon accipiatur, & quid ex Nouellis Imperatoris Iuſtiniani ſeruetur.*

Quomodo Ethnicus, vel qui ægrotat, vel qui recenter eſt baptizatus etiam ex mala vitę inſtitutione, ordinatur Epiſcopus vel Clericus, Apoſtolorum canon lxxx. Syn. Nicenæ can. ii. Syn. Neocæſar. can. xii. Syn. Laodic. can. iii. *Cap. xij.*

Quomodo fit vacans Epiſcopus in vacante Epiſcopatu, Syn. Antioch. can. xvi. *Cap. xiij.*

Quando fit Epiſcopus vel Clericus, Eunuchus, vel qui aliter corpore vitiatus & male affectus eſt, Apoſtolorum can. xxi. xxii. lxxvii. lxxviii. Syn. Nic. can. i. Lex ciuilis eos qui ſeipſos vel alios caſtrant, variis pœnis afficit. Aliquando enim capite, aliquando verò publicatione bonorum, *Cap. xiiij.*

& exilio, aliquando pœna talionis. Omninò enim in noſtra Republica nullum caſtrari permittitur, præterquã barbaros apud ſolos barbaros. Si quis autem à nobis caſtratus fuerit, manumittitur ſi erat ſeruus, etiam ſi propter morbum caſtratus fuerit, ſicut in cxlii. de Eunuchis Nouella continetur.

Auth. de Eunuchis.

BALS. *Prima & ij. conſtitutio poſitæ ſunt in libro Imp. xix. tit. primo, cap. lxxxvij. quod etiam ſic habet: Conſtitutio iubet vt nullus Romanus caſtretur nec extra quidem Romanum ſolum, nec emat vllum caſtratum Romanum: ſed & eum qui caſtrauit, & eum qui emit, & eum qui contractum conſcripſit, & publicanum qui aliquid vectigalu pro eo accepit, puniendum decernit. Barbara autem mancipia, quæ extra Romanum ſolum caſtrantur, liceat omnibus mercatoribus & emere & vendere. Sed etiam cxlj. Iuſtiniani Nouella poſita eſt in lib. Imp. lx. tit. lj. cap. vltimo, quod etiam ſic habet: Statuimus, vt qui in quocunque noſtræ Reip. loco caſtrare audent vel audebunt quancunque perſonam, ſi ſint viri qui hoc auſi fuerint, vel etiam audeant, idem patiantur quod fecerunt: & ſi ſalui quidem fuerint, bona eorum publico applicentur, ipſique per eum*

ἐν γνῶσι

qui hoc tempore glorioſiſsimum terræ adminiſtrat imperium in Gypſum mittantur, vt illic ſint toto vitæ tempore: ſin autem ſint mulieres quæ hoc faciunt, ipſæ quoque puniantur bonis eorum publico applicatis ab eo qui illo tempore gerit magiſtratum, & eu in exilium mittendu: vt ex qua impietate ſe quæſtum facturas exiſtimabant, vel cogitabant, ex ea ſupplicium & bonorum ſuorum amiſsionem ſuſtineant. Porrò autem eos quoque qui tulerunt, & ea de cauſa perſonam tradiderunt, vel etiam domos, vel locum aliquem pro eare præbuerunt, vel etiam præbent, ſine ſint viri, ſiue mulieres, eaſdem pœnas ſubire iubemus, vt qui ſint huius nefariæ actionu conſcij. Caſtrati autem ij quoque alius connumerari debebant, qui ab antiquiori tempore caſtrati ſunt, ſed iubemus,

κ'ιωαν.

vt qui à decima indictione menſis, qui nunc ingreſſus eſt, à quocunque, in loco noſtræ Reip ſunt caſtrati, ſint liberi & nullo modo poſsint ſub quacunque ſpecie contractus trahi in ſeruitutem, nec vllus forenſis de eu contractus factus vel faciendus ſeruetur. Sed ſi quidem propter morbum ſeruum caſtrari contigerit, illum quoque iubemus libertatem aſſequi. Tot enim cædes factas, prætextu eorum qui hæc audent, in noſtra Republica minimè ſuſtinemus. Si enim barbari, noſtru hu præceptu auditu, ea ſeruauerunt, quomodo permiſerimus, vt poſt tot leges eorum qui nos præceſſerunt, hoc modo peccare in noſtra Republica impunitum relinquatur?

cap. xv. Vt qui eſt Dæmoniacus, clericus non efficiatur, Apoſtolorum can. lxxviii.

cap. xvj. De eo qui non paret ſuo Epiſcopo volenti ipſum in maiorem gradum ordinare, Syn. Carth. can. xxxi. Baſil. can. x.

cap. xvij. De Epiſcopo, vel Clerico ordinato, & à Parochia non admiſſo, vel qui non recepit, vel non poteſt diſcedere, Apoſtolorum canon xxxvi. Syn. Ancyr. can. xviii. Syn. Antioch. can. xvii. xviii. Syn. vi. canon decimuſeptimus.

cap. xviij. Non poſſe morientem Epiſcopum, alterum pro ſe ordinare, Apoſtolorum can. lxxvi. Syn. Antioch. can. xxiii.

cap. xix. Ne ſit omninò in parua ciuitate vel vico Epiſcopus, Syn. Laodic. can. lvii. Syn. Sard. can. vi.

cap. xx. Non debere eſſe in vna prouincia duos Metropolitanos, vel in vna ciuitate duos Epiſcopos: vel in duab⁹ ciuitatibus vnũ Clericum. Syn. Nic. can. viii. Syn. Carth. can. x. xii. Syn. Nicenæ ſecundæ canon quintusdecimus. Helenopontus habet duos Metropolitanos, vt eſt xxviii. Nouella. & Paphlagonia diuerſos, vt xxix. Nouella: & Phrygia Capa-

tiana.

tiana: & ii. Capadocia. Sed neque duarum ciuitatum potest quis esse Episcopus. Exceptus est Temensis. ipse enim etiam reliquarum Scythiæ Ecclesiarum curam gerit, & Leontopolis Isauriæ est sub Episcopatu Isauropolis, vt habet liber primus Cod. tit. iii. constitutio xxxv. sed neque fit Præfectus duorum Monasteriorum.

BALS. *Vicesima octaua Nouella sita est in libro Imp. vj. tit. ij. cap. j. quæ hic à nobis sita non est, quòd valde sit immutatus earum, quæ illic declarantur, regionum status ab impijs barbaris. Porrò autem xxxv. constitutio iij. tit. primi lib. Codicis est cap. iij primi tit. iij. lib. Imp. quod sic habet: Eum qui aufert cuiusuis ciuitatis seu veteris seu recens ædificatæ ius proprij Episcopatus, vel aliud priuilegium, etiam si id faciat ex Imp. permissione, infamem decernit, eiusque bona publicat, conatum quoque infirmans. Excipit autem prouincias quæ sunt in Scythia & Leontopoli Isauriæ, cùm xxxix. constitutio iij. tit. primi lib. quæ decernit, vt non fiat aliquis Præfectus duorum Monasteriorum, in vsu esse non debeat, quod non sita sit in Imp. Valet & in vsu est consequenter xv. can. epistolar Syn. qui decernit non debere fieri aliquem Clericum in duabus Ecclesiis vnius ciuitatis. Sienim nõ permittitur alicui, vt sit Clericus in duabus Ecclesiis, nec Præfectus duobus Monasteriis præerit, sicut nec caput vnum duobus corporibus. Quòd autem Pantocratorenus Præfectus præsit multis Monasteriis, canoni non aduersatur. Multa enim Monasteria vt vnum reputantur, quòd per accessionem ad Pantocratorem redeant. Legi quæ hic sita est, sed tertio capiti primi tit. iij. lib. ne mentem adhibueris. Sublatum est enim à xvij. can. Syn. Chalced. à xxxviij. Syn. in Trullo. Lege autem & eum xxxviij. canonem, & eius interpretationem.*

Pantocratorenus Præfectus is est quẽ Generalem vocant.

De iis qui ordinant in ciuitatibus vel prouinciis quæ eis non subsunt, Apostolorum can. xxxv. Syn. Antioch. can. xiii. & xxii. Syn. Ephes. can. viii. *cap. xxj.*

De iis qui per Magistratuum Principúmue potentiam fiunt compotes Ecclesiarum, Apostolorum can. xxx. Syn. Nicenæ ii. can. iii. Lege primum caput octaui tituli præsentis operis, & quæ in eo scripta sunt. *cap. xxij.*

De iis qui propter matrimonium vel concubinatum non ordinantur Episcopi, Apostolorum can. xii. xviii. xix. Syn. vi. can. iii. xii. Basilii canon xii. titulus primus Nouellarum: in quibus dictum est, quòd qui ordinatur Episcopus, vel Presbyter, vel Diaconus, debet esse virgo, vel ex virginitate vnam solam virginem vxorem duxisse. *Cap. xxiij.*

BALS. *Cxxiij. Nouella sita est in lib. iij. Imp. tit. j cap. xxv ij. quòd sic habet: Clericos autem non alias ordinari præcipimus, quàm si literas sciant, & rectam fidem vitámque honestam habeant, & nec concubinam, nec naturalem habuerunt, vel habent filium: sed vel continenter viuunt, vel vxorem legitimam eámque vnam habuerunt, vel habent: & non viduam, vel à marito separatam, nec aliter legibus vel diuinis canonibus prohibitam. Quæ sunt autem cxxxvij. Nouellæ sita sunt in libro eiusdem & tituli & capitu, qui sic habet: Decernimus vt quoties opus fuerit vt eligatur Episcopus, conueniant Clerici, & primi ciuitatis cuius est ordinandus Episcopus: & propositis sanctis Euangelijs in tribus personis faciant electionem, iuret vnusquisque eorum in sacris eloquijs, & super ipsa scribat, quòd neque propter donationem, neque promissionem, neque propter amicitiam, vel gratiam, vel aliam quamuis affectionem: sed scientes eos esse rectæ & Catholicæ fidei & honestæ vitæ, & tricesimum annum excedere, elegerunt, & quòd nec vxorem quidem vel concubinam vel filios naturales sciunt eum habuisse vel habere. Sed etiã si quis prius ex ipsis vxorem habuit, eámque vnam, & nec viduam, nec à marito separatam, nec legibus vel sacris canonibus prohibitam. Sed nec aliquem eorum qui eliguntur vel ciuilem administrationem gessisse, vel apparitorem fuisse sciunt, nisi is qui administrationem gessit, vel fuit apparitor,*

Auth. De Ecclesiast. diuers. tit.

non minus quàm quindecim annis vitam ab omni reprehensione vacuam in Monasterio egerit: primus videlicet dicta à nobis observatione in his quoque personis, in electionibus, quæ de iis fiunt, servata. Vt ex tribus sic electis personis, melior ordinetur electione & iudicio eius qui ordinat. Etiam si à præsenti cxxxvij. Iustiniani Nouella, seu. vij. cap. primi tit. iij. lib Imp. non prohibetur quempiam eligi ad Episcopatum, qui habeat vxorem legitimam: ne tamen eam sequatur, sed potius xxxviij. canonem Syn. in Trullo, quem etiam lege, & dic canones ex eo præferri legibus. Lege etiam quæ à nobis in dicto canone scripta sunt. Interrogauerit autem quispiam cum præsens Iustiniani Nouella in Imp. recepta sit, quæ decernit non aliter aliquem ordinari Episcopum, quàm si electio facta sit in tribus personis, & à Clericis, & à primoribus ciuitatis, & vnusquisque ipsorum iurauerit tactis diuinis Euangelijs de his quæ in Nouella continentur, quomodo nihil eorum hodie est in vsu. SOL. à iiij. canone Nicenæ Synodi, xix. Antioch, & xij. Laodic. qui decernunt vt Antistitum electiones & ordinationes fiant ab Episcopis, eorum iudicio, in vsu esse desiit propositu sanctis Euangelijs fieri Episcoporum electiones à Clericis & ciuibus. Propterea enim, vt est consentaneum, nequaquam est in vsu lex quæ in septimo libro sita est, & decernit vt Iudices iudicent proposito sancto Euangelio. Vt autem in tribus personis fiant hodie ab Episcopis electiones, vt existimo ex præsenti Nouella necesse est.

Cap. xxiiii. **De iis qui propter pecunias ordinantur, vel officia accipiunt,**

Apostolorum canon xxix. Syn. Chalced. can. ii. Syn. vi. can. xxii. xxiii. Tarasii Archiepiscopi ad Adrianum Papam Romæ epistola. Syn. Nic. ii. can. iiii. v. xix. Basilii ex epistola ad Dūm. Episcopum. Gennadii & eius Synodi ex tralatitia ad sanctissimos Metropolitanos epistola. liber i. tit. ii. constitutio xxx. xli. & tit. primus Nouellarum, in quibus dictum est etiam de insinuatiuis quæ dantur Episcopis vel Clericis: & quòd Byzantii ij soli qui sunt magnæ Ecclesiæ, non etiam aliarum Clerici ea dant suis Conclericis. Qui autem ea præbuerunt, non dant plusquam vnius anni diaria. Sed nec vllam curationem vel administrationem Ecclesiasticam potest quis suscipere, vel pauperibus præfici, vel Xenodochio aut sanctæ domui præesse propter rei alicuius dationem. Quęcunque autem propterea dantur, vel promittuntur, sacrosancta domus vendicat. Possunt autem Episcopi & ante ordinationem, & pòst, Ecclesiis offerre.

Insinuatiua Auth. de diuersis Ecclesiast. cap.

BALS. Lvj. Nouella, quæ docet de insinuatiuis quæ dantur à Clericis qui ibi sunt, non est hic posita, vt sæpe dictum est, cxxiii. autem Nouella posita est, vt sæpe dictum est, in lib. iij. Imp. tit. primo cap. ix. & deinceps, quod quidem ix. caput situm est extra quintum caput præsentis tit. quod etiam lege, cum doceat de iis qui propter pecunias ordinantur. De Diariis autem quæ dantur, quære eiusdem tit. & libri cap. xxxvi. quæ sic habent: Sed neque Clerico cuiuscunque gradus dari aliquid ei à quo ordinatur, vel vlli alii personæ permittimus. Sed solum præbeat ea quæ sunt consueta iis qui illi qui ordinat ministrant, & vt moris est, seruiunt, dum ne vnius anni diaria excedant: in sancta autem in qua constituitur Ecclesia diuinum mysterium peragat: nihil autem det penitus suus Cōclericus pro sua insinuatione, nec propter eam causam suo solatio vel aliis distributionibus priuetur. Sed nec Xenodochii præfectus, vel qui pauperibus alendis, vel agrotis curandis præest, vel vllus alius sacrosancta domus administrator, vel cuiuscunque Ecclesiasticæ curationis tractator, det ei aliquid à quo præficitur, vel vlli alii personæ pro illis concredita administratione. Qui autem præter ea quæ constituimus vel dat vel accipit, vel intercessor existit, Sacerdotio, vel Clericatu, vel quacunque sibi credita administratione nudabitur, in quæ data sunt à sacrosancta domo vendicatis, cuius hæc persona ordinationem, vel curationem, vel administrationem suscepit: sin autem sit secularis qui accipit vel intercedit, ab eo quod datum est duplum exigetur, &

& sacrosanctæ domui, in qua eiusmodi personæ administrationem, vel ordinationem, vel curationem accepit, præbeat. Si quis autem Clericus cuiuscunque gradus, vel cuiuscunque sanctæ domus administrator, vel ante ordinationem sibi concreditæ cuiuscunque administrationis, aut curæ, vel postea, voluit aliquid ex suis facultatibus offerre Ecclesiæ in qua ordinatur, vel loco, cuius administrationem vel curationem suscipit, non solum non prohibemus hoc fieri, sed eum etiam magis adhortamur, vt pro animæ suæ salute hæc faciat. Nos enim ea sola dari prohibemus, quæ priuatis quibusdam personis præbentur: non ea etiam quæ sacrosanctis Ecclesiis & venerabilibus domibus offeruntur. Lege etiam finem ix. cap. primi tit. iij. lib. in cap. v. præsentis tit. quoniam lex præsens illic sita est. Præsens quidem Nouella depositioni subiicit canonicos qui ordinantur, vel aliquam aliam curationem Ecclesiasticam pro pecunia accipiunt: & Laicos, qui in his intercessere, ad eius quod datum est dupli reductionem obligat. Secundus autem Chalcedon. Syn. canon anathemati subiicit Laicos qui in his intercedunt. Puniri itaque Laicos, qui sacrosanctarum domorum administrationes pecunias suscipiunt, ex hac Nouella apparet. Quis sit autem Laicus, qui sacrosanctæ domus administrationem vel Ecclesiasticam ministrationem suscipit, vel fit Clericus, vel in cellulario Monasterio constituitur gratis, ignoro, & propterea genibus flexis Deum rogo, vt nos omnes à talibus minis liberemur. Si enim Dominus iniquitates obseruauerit, quis sustinebit?

Ne fiant reordinationes, Apostolorum canon lxviii. Syn. Carth. canon xlviii. *Cap. xxv.*

Ne Episcopus vel Clericus migret à ciuitate in ciuitatem, Sy. Nicenæ. can. xv. xvi. Syn. Antioch. canon xxi. Syn. Chalced. can. v. xii. xx. Syn. Sardic. can. j. ii. xv. Syn. Carth. can. xliiii. ix. Syn. vi. canon xvii. xviii. xix. Nona & x. constitutio primi tit. Nouellarum, dicit quomodo in magnam Constantinopolitanam Ecclesiam aliarum eius Ecclesiarum Clerici transferuntur. *Cap. xxvi.*

BALS. *Nona constitutio primi tit. Nouellarum, est Nouella Iustiniani iii. & posita est in libro iii. Imp. tit. viii. cap. j. quæ postquam enumerauit eos qui debent esse Clerici, tam in magna Ecclesia quam in aliis diuinis ædibus, & prohibuit transitum Clericorum ab vna Ecclesia in aliam, hæc quoque dicit apertè: si enim in sanctis Monasteriis prohibemus ab vno Monasterio in aliud transire, multo magis ne hoc quidem sanctissimis Clericis permittemus, lucri, & mercaturæ iactâtiam habere eiusmodi cupiditatem existimantes: sin autem aliquam eiusmodi translationem ina beatitudo, vel quæ tunc fuerit imperialis maiestas, faciendam censuerit, hoc non aliter fieri quàm ad dictam nobis numerum res redierit, vt fiat translatio in locum eius qui deest: non autem quispiam vltra numerum ingrediatur. Hoc enim nulla ratione nec vllo modo fieri permittimus. Nota quòd ex hac Nouella Patriarchæ Constantinopolitano & ei soli datum est Clericos ex aliena prouincia suscipere, etiam sine sententia Episcopi eorum. Habet autem hoc priuilegium etiam Carthaginensis Episcopus, & quære qua sunt in scripto canone eius Synodi. Tunc autem dicit posse Constantinopolitanum, & Carthaginensem Episcopum ab aliis prouinciis Clericos ad se traducere præter sententiam ac voluntatem eorum qui ipsos habent: quando Clericorum inopia laborant, quod quidem Constantinopoli locum non habet propter multitudinem Cleri ipsius, & quod nulla sit omninò eorum penuria. Quin etiam quando necessitas eos impulerit, vt alienos Clericos recipiant, non poterunt aliter hoc facere, nisi ipsorum Clericorum numerus deficiat. Quomodo autem præstitutus Clericorum numerus hodie absque vllo periculo non seruetur, ignoro.* *Aut. Vt determinatus sit numerus Clericor.*

De eo qui est peccato obnoxius, & tamen est ordinatus, Syn. Neocæsar. can. ix. xi. Basilii canon xxvii. Theophili ex Commentario can. iiii. v. viii. *Cap. xxvij.*

De ætate eorum qui ordinantur masculorum, & fœminarum, Syn. Carth. can. xvi. Syn. vi. can. xxiiii. Syn. Neocæsar. can. xi. Syn. Chalced. can. xv. Nona constitutio secundi tit. primi libri Codicis non concedit vt fiat Diaconissa quæ *Ca. xxviii. I. Nulla nisi. C. de Episcopis & Clericis.*

Auth. de sanctiſ. Epiſcopu. paragr. Diaconiſſam.

non exceſſerit xxv. annum. Prima autem conſtitutio primi tituli Nouellarum vult eam eſſe quinquaginta annos natam. Quare ſiquidem propter aliquam cauſam neceſſariam, quæ hac ætate minor eſt, ordinata fuerit, vult eam in Monaſterium coniici, in quo non fuerit ei cum viris conſuetudo, nec libera vitæ inſtituendæ poteſtas. Porrò autem ſecunda eiuſdem tituli conſtitutio non vult Eccleſiæ Diaconiſſam fieri quæ non ſit xl. annos nata. Eadem autem conſtitutio dicit eum qui ordinatur Preſbyter, non debere eſſe minorem xxx. annis, & xx. Diaconum, Lectorem octodecim, & Epiſcopum xxxv. xvii. eiuſdem tituli conſtitutio vult eum exceſſiſſe xxx. annos.

Auth. de Eccleſiaſt. diuerſis cap.

BALS. *Secunda primi tituli Nouellarum conſtitutio, eſt Nouella Iuſtiniani cxxiii. Sita eſt autem in lib. Imp. iij cap. xxix. quod ſic habet: Diaconiſſam autem in ſancta Eccleſia non ordinari, quæ ſit minor xl. annu, vel quæ ad ſecundas nuptias venerit. Similiter dicit eiuſdem tituli cap. xxv. & xxviii. quod eſt pars eiuſdem Nouellæ: Preſbyterum xxx. annis minorem fieri non permittimus. Sed neque Diaconum vel Hypodiaconum minorem xxv. annu nec Lectorem minorem xviii. annis. Sed ſcias quòd Iuſtiniani quidem Nouella, quæ diffuſa latáque inuenitur, dicit eum Lectorem fieri, qui eſt viii. annos natus, & Epiſcopum qui xxxv. ſicut hoc quoque dicit præſens liber. In repurgatione autem, Epiſcoporum quidem tempus planè prætermiſſum. Lectoris autem tempus auctum eſt, pro octo enim annis, dicit Lectorem eſſe debere x. annos natum. Debet ergo mentem magu adhibere iis quæ in Imp. ſcripta ſunt, quàm iu quæ continentur in iu libris qui ante repurgationem in vſu habebantur, & iam in vſu eſſe deſierant. Miror autem quomodo non exerceatur quod de Lectorum ætate ſcriptum eſt. Clerici enim Lectores nunc ordinantur ſex annos nati, & nonnunquam etiam tres annos tantum. Lege xi. & xv. canonem ſextæ Syn. qui depoſitioni ſubiiciunt eos qui ordinant Diaconos, & Hypodiaconos ante complementum xxx. annorum. Similiter qui & ſacerdotes ante annos eis præſtitutos. qui autem dicunt nihil obeſſe eis qui ordinant Lectores ante decennium eorum completum, quia canones nullam eius mentionem fecerunt, malè dicunt. vbi enim nihil definitur à canonibus, debemus ſequi leges, & ex ſimilibus ſimilia decidere.* Ex *præſenti xxviii. capite, & iu quæ in ipſo continentur, didiciſti tempora eorum qui debent ordinari. Quia autem de iis qui officia vel immunitatum dignitates accipiunt, in publico ſecreto ſita eſt iuſſio incliti Imperatoru Domini Alexii Comneni, ſcias eam ita habere ad verbum: Multi, qui aliquam publici vtilitatem annunciauère, vel propter gloria cupiditatem petentes, vt liceat accipere, vel vendere, vel permutare dignitatem aliquam, vel officium aliquod, in parnos ea pueros transferunt. Ne ergo hoc fiat, nec hi imponere vel decipere videantur, Imperatoria mea hoc maieſtas ſtatuit, vt qui dignitatem vel officium aliquod acceperit, ſiue propter renunciationem, ſiue propter benenolentiam aliquam, ſiue permutationem, ſiue gratis, vel per Imperatoriæ meæ maieſtatu beneficentiꝭ & voluntatẽ, non recipiatur perſona quæ honoratur, minor xx. annis. ſed omnes qui propter has cauſas vel dignitatem vel officium accipiunt, ſint nobu maiores xx. annis. Quando autem Imperatoria mea maieſtas non propter eiuſmodi cauſam, ſed nulla re intercedente aliquem honorauerit, vel alicui officium dederit, ſi u qui honoratur, ſit minor xx. annis, ſic apertè inferatur. Ponatur ergo præſens Pittacium in ſecreto veſtro ad declarationem præſentis iuſſionis & prouiſionis meæ Imperatoriæ maieſtatu, vt ab hoc tempore deinceps exerceatur. Debet autem adiici in Pittacio eius qui nullo intercedente honoratur, hoc videlicet, Ponatur non prohibitus à mea regia iuſſione de hu qui honorantur, cum ſint minores xx. annis.*

Alia interpretatio.

cap. xxix. De Chorepiſcoporum creatione, & quando, & quomodo offerunt vel communicant, & quoſnam ordinant vel non, Syn. Ancy. can. xiii. Syn. Neocæſar. can. xiii. Syn. Antioch. can. x. Baſilii ex epiſtola ad Chorepiſcopos.

cap. xxx. Quòd debent eſſe ſolum ſeptem Diaconi, etiam ſi ſit magna

ciuitas,

ciuitas, Syn. Neocæſar. can. xiiii. Syn. vi. can. xii. xv. Prima conſtitutio primi tit. Nouellarum dicit, quòd numerum eorum qui in vnaquaque eccleſia miniſtrant, quãtitas redditus & quæ inualuit conſuetudo definit. Nona autem eiuſdem tituli iubet conſtitutio in magna Conſtantinopolitana Eccleſia eſſe ſexaginta Preſbyteros, Diaconos c. Diaconiſſas xx. Hypodiaconos xl. Lectores centum & x. cantores xxv. Ianitores. c. decima autem eiuſdem tit. conſtitutio vult in aliis Eccleſiis ſeruari ſtatutum quod ab initio factum eſt. A typo autem Domini Heraclij in eadem magna Eccleſia conſtituti ſunt Preſbyteri lxxx. Diaconi cl. Diaconiſſæ quadraginta. Hypodiaconi lxx. Lectores clx. cantores xx. Ianitores lxxv. Dicit autem etiam tertia Iuſtiniani Nouella ſita in libro Imp. iij. non eſſe vltra lx. Preſbyteros in magna Eccleſia. Diaconos autem maſculos c. & xl. fœminas, & Subdiaconos xc. Lectores cx. Cantores xxv. vt ſit omnis numerus ſanctiſsimorum magnæ Eccleſiæ Clericorum in ccccxxv. perſonis: & centum præterea eorum qui dicuntur hoſtiarii. Nunc autem hæc quantitas propter rerum inæqualitatem diminuta, & Nouellæ inutiles factæ ſunt.

Auth. Vt determinatus ſit numer.

Quinam ſunt Clerici vel Eccleſiaſtici ordinis, Syn. Laodic. can. xxiiii. Secunda autem conſtitutio primi ti. Nouel. Clericos dicit Preſbyteros, Diaconos, Hypodiaconos, Lectores, Cantores.

cap. xxxi.

BALS. *Secunda verò conſtitutio primi tit. Nouellarum, eſt Nouella Iuſtiniani cxxiii. ſita in libro Imp. iij. tit. i. cap. xlii, quòd id quidem, quod xxxi. caput, non continet. hæc autem tractat expreſſe. Preſbyteros autem, & Diaconos, & Subdiaconos, & Lectores, & Cantores, quos omnes Clericos appellamus, bona, quæ quocunque modo in eorum dominium peruenerint, eſſe in propria eorum poteſtate iubemus, inſtar peculiorum militarium, vt poſſint ea ipſi etiam legitime donare, & de eis teſtari, etiam ſi ſint in poteſtate parentum: ita tamen vt eorum filij, vel ſi filios non habeant, eorum parentes legitimam accipiant. Ex xxxi. cap. huius legis atque adeò eius ſolius, apparet non liberari aliquem à patria poteſtate, eò quod factus ſit Clericus. Quòd autem Clericus, qui eſt in poteſtate, habeat rerum ſibi quocunque modo acquiſitarum dominium & vſum, inſtar militarium peculiorum, ne extende etiam ad legata, vel hæreditates, & donationes quæ eis obuenerunt, quæ dicuntur peculia non acquiſita, ſed de eis intellige quæ gratia Clericatus eis obuenerunt. Sic enim accipiendum eſt illud, Quocunque modo, vt à præſenti lege non ſubuertantur leges peculiorum. Quære autem etiam xxxij. can. Carth. Syn. quæ diuerſum docet ab hac lege de bonis quæ Clericis obuenerunt, & de bonis quæ debent ab eis relinqui in teſtamento. Exiſtimo enim præferendum eſſe Canonem, etiam ſi hoc non ſit propter malam conſuetudinem. Et hæc quidem de bonis Clericorum, & eorum patria poteſtate. Conſtantinopolitani autem atque adeò eius ſolius dignitates & magiſtratus liberant Clericos à patria poteſtate, & lege qua de eo à nobis ſcripta ſunt in xxxvi. cap. præſentis tit. Epiſcopalis autem dignitas liberat eo ipſo eos qui ordinantur à patria poteſtate, ſicut in eodem capite de eo fuſius diximus. Patriarcha quidem, qui hoc Nomocanonum compoſuit, docturus quinam ſint Clerici, tranſmiſit ſtatim ad xxiiii. can. Syn. Laodic. qui etiam Monachos Clericis connumerat. Ego autem non recedo ab iis quæ ſcripta ſunt in xl. can. vii. Syn. & lege ea. Adiicio autem hoc quoque, ſi datum fuerit ex ſola tonſura Monachos eſſe Lectores,*

Auth. De eccleſiaſt. cap.

Alia interpretatio.

Monachi indiſtincte lectoris munia omnino exercebunt, etiam ſi à Monachis ſacerdotibus tonſi fuerint, qui nec ſunt præfecti, nec ab Epiſcopo facultatem acceperunt. Porrò autem fœminis quoque Monachis hoc concederetur propter tonſuram, quod eſt abſurdiſſimum. Malam ergo conſuetudinem ne ſequere: quære autem ſolutionem.

Cap xxxii. L. Crimen. C. ad L. Iuliã de adul.

Non eſſe ordinandum cuiuſcunque vxor adulterata fuerit, & ſi Clerici vxor adulterata ſit, Syn. Neoc. can. viii. Lex quoque ciuilis omnes qui ſuas vxores adulteratas non dimittunt, punit. Secunda autem conſtitutio ix. tit. ix. lib. Cod. dicit eum eſſe lenonem qui ſuam vxorem adulteratam non dimittit, non tamen is qui ſolum ſuſpicatus eſt. Hodie autem etiam poſt condemnationem, poteſt maritus ſuam adulteratam vxorem ex Monaſterio recipere, conuenienter obſeruationi cxliiii. de Repudiis Nouellæ.

Auth. Vt liceat matri et ante coll. 8. paragr. Quia verò.

BALS. Cxliii. Iuſtiniani Nouella, poſita eſt in lib. xxviii. Imp. tit. vii. cap. j. reſponſo vij. quod in parte ſic habet: Adulteratam autem mulierem conuenientibus pœnis ſubiicimus, vt in Monaſterium intrudatur, & ſi intra biennium quidem maritus eam recipere voluerit, damus ei hoc faciendi poteſtatem, eique cohabitandi, nullum ea de re periculum cauenti, nec matrimonio propter ea quæ interceſſerunt ex ea re læſo. Et hæc quidem dicit lex ciuilis, & ita ſe habet Nouella in Latcu. Lex enim eccleſiaſtica, ſeu viii. can. Syn. Neocæſ. Nec maritum mulieru adulteratæ ad miniſterium ſacerdotale accedere permittit: nec ſacerdotem coniugem eius quæ poſt ordinationem adulterata eſt, rurſus eſſe ſacerdotem permittit, ſed cogit eum ſuam adulteratam vxorem dimittere, ſi velit fungi ſacerdotali officio. & quære hunc canonem.

Ca. xxxiii. Non eſſe Clericos abſolutè ordinandos, ſed omninò ad Eccleſias vel Monaſteria, Syn. Chalced. can. xxvi.

Ca. xxxiiii. De circuncurſatoribus, & de Eccleſiis quæ ſunt in pagis, Syn. Laodic. can. lvii. Secunda conſtitutio vi. tit. primi libri dicit, Ex vicis, & pagis, & non foris ad ſuas Eccleſias ordinentur, vt conferant propriam capitationem, & id quod eſt publicum.

L. In Eccleſiis. C. de epiſc.

BALS. Secunda conſtitutio iii. tit. primi lib. Codic. ſita eſt in lib. iii. Imp. tit. iii. cap. vi. quod ſic habet: Ex eodem pago in quo eſt Eccleſia, pro locorum proportione Clerici Epiſcopi iudicio ordinentur, & propriam agnoſcant capitationem.

L. Quiſquis C. de epiſc.

Sextadecima conſtitutio eiuſdem tit. & ij. primi tit. Nouellarum, dicit adſcriptitios etiam inuitis Dominis in ſuis poſſeſſionibus ordinari: vt per Dominos capitationem conferant, & per ſubſtitutum miniſtrent.

Auth. de eccleſ. diuerſ. cap.

BALS. Cxxiii. Iuſtiniani Nouella, ſita eſt in iij. li. Imp. tit. i. cap. xxxviij. quod ſic habet: Adſcriptitios autem, in ipſis ſolum poſſeſſionibus, in quibus adſcripti ſunt, Clericos etiam præter Dominorum ſententiam fieri permittimus. Permittimus autem, vt Clerici facti ſibi impoſitam terræ culturam peragant. Sed ſcias quòd hæc Nouella de aſcriptitiis, aliter ſe habebat antequam Nouellarum compoſitum eſſet Latifundium, & aliter in earum Latifundio ſcriptum eſt, & in Imp. tranſlatum. Prius enim capitationu meminit, & vt adſcriptitij per ſubſtitutos miniſtrarent decreuit. In Latifundio autem, & in Imperial. vnum eorum, de capitatione ſcilicet, prætermiſſum eſt. & ideo quod ad capitationem attinet, ſeu canonem, adhibe mentem legi ſuperius poſitæ, & ſitæ in lib. iij. tit. iij. cap. vi. De adſcriptitiis autem liij. can. Syn. Laodic. & cxxiij. Iuſtin. Nouellæ,

uella, seu xxxviij cap. primi tit. iij lib. Imp. quòd positum est superius. De canone autem, & de his qui dari consueuerunt, in vsu est in hodiernum vsque diem Aurea bulla inclitæ Imperatoris Domini Isaac Comneni, quæ sic habet in parte: Constituit autem mea Imperatoria maiestas, etiam in ordinatione sacerdotum & in canone veterem formam exerceri, & cum Episcopum vel Archiepiscopum, qui ordinat, nihil aliud habere quàm septem aureos nummos præstantis characteris meæ maiestatis, scilicet vnum quidem quando facit eum exiguum papam, seu lectorem: tres autem, quando ordinat eum Diaconum: & alios tres, quando facit eum sacerdotem seu presbyterum. Similiter & pro canone, è prædio quod habet triginta iugera, vnum aureum nummum, argenteos duos, artetem vnum, ordei modios vi. Vini vi. mensuras, farinæ modios vi. & gallinas xxx. Ab eo autem quod habet xx. iugera, duas partes nummorum, & argenteum vnum, & dimidium agnum, ordei modios viij. vini mensuras viij. farinæ modios viii & gallinas xx. A fundo autem qui habet x. iugera, argenteos v. agnellum vnum, ordei modios duos, vini mensuras duas, ordei modios duos & gallinas decem: quemadmodum etiam in veterum exactorum indicibus describitur. Cum hac autem aurea bulla typica, facta est etiam synodalis declaratio j. mensis Nouembris decimæ indict. à sanctissimo illo Patriarcha Domino Nicolao, iubens conuenienter hanc auream bullam dari canones, & quæ sunt danda pro ordinatione. κανών. κανών. κανών. κανών.

Vt sub Episcopo ciuitatis sint Clerici Ptochodocheorum, & Monasteriorum, & Martyriorum, Syn. Calced. cap. viii. Ca. xxxv.

De seruis qui fiunt Clerici, Apostolorum canon lxxxii. xxxv. Constitutio iii. tit. primi libri. Cod. dicit, quòd seruus nec domini quidem sententia fit Clericus, nisi prius manumittatur. Secunda autem constitutio primi tit. Nouell. dicit, quòd si sciente & non contradicente domino Clericus factus fuerit, manumittitur & fit ingenuus: sin autem ignorauit, ostendens intra annum eius conditionem, ipsum recipit. Qui autem manumittitur, si fiat secularis, traditur domino suo in seruitutem. Hæc autem constitutio dicit, quòd Episcopatus à seruili & ab ascriptitia fortuna liberat, & etiam à patria potestate. Hoc ipsum autem etiam lxxxi. Nouella, quæ tractat per quasnã dignitates liberatur quis à curia, & à patria potestate. Ca. xxxvi. L. Iubemus adscriptitios. L. Seruus. C. de Episc. & Cleric.

BALS. Cxxiii. Nouella sita est in libro iii. Imp tit. i. cap. xi. quod sic habet: Post ordinationem autem etiam à seruili adscriptitia fortuna Episcopos liberos esse iubemus, nisi Apparitor præter prædictam obseruationem ordinatus fuerit, eos enim qui sunt eiusmodi, Episcopatu motos suo ordini restitui iubemus, ne ex eiusmodi fortuna fiat sacerdotio iniuria. Octogesima autem prima Iustiniani Nouella sita est in libro xxxi. Imperial. tit. v. cap. j. quod ita habet in principio: Decernimus vt Consules qui sunt in gradu, & deinceps iubet hæc Nouella, vt omnes qui sunt in dignitate, & habent officia seu magistratus, sint sui iuris, etiam si non sint a patre emancipati. IX. quidem x. & xi Nouella Imperatoris Domini Leonis Philosophi. iubent vt seruus qui ignorante domino Clericus factus sit, atque etiam Monachus, & qui adeò Episcopus factus fuerit, priori domino restituatur. Tu itaque cum ab xi. capite primi tituli tertij libri Imp. didiceris, quòd etiam à seruili adscriptitij conditione, qui sunt Episcopali dignitate honorati, liberati sunt, ne contrarium id esse existimes xxxvij eiusdem libri & tituli capiti, quod dicit, non alias seruum efficit liberum, etiam si Clericus factus fuerit, quàm si etiam consecuta fuerit domini scientia, sed huic conuenienter illud quoque caput intellige. Qui enim dicunt, quòd propter Episcopatus dignitatem liber fit seruus etiam præter Domini sententiam, ij non recte dicunt. Interpretatur enim hoc quoque caput à sequenti capite. Sunt enim vtraque eiusdem Nouellæ, & omninò à posteriore scilicet xxxvii. capite, prius caput scilicet xi. interpretabitur. Nouellæ autem domini Leonis sapientis, quas lege diligenter, etiam eum qui Clericus Monachus fuit atque etiam Episcopus factus est, priori seruili conditioni restituunt, si ne sciente domino seruus eo honore affectus sit. Sed cum inuenirem eiusdem Imperatoris Nouellam, quæ dicit, quòd antiquitus vsque ad tres annos, poterat dominus eum Auth. Constitutio quæ per dignita-

qui Monachus factus esset fugitiuũ seruum suum reuocare: cum hoc autem tẽpus præterisset, excludebatur: & decernit quòd seruus, qui eo animo Monachus factus est, omni tẽpore quo inuentus fuerit, Domino priori subijcitur: nec ideo quòd seruus non appareat, læsi propterea Dominum ex lapsu triennij: studui inuenire legem quæ doceat de triennio, & non inuenta eam, præterquam eam solam quæ superius posita est, & dicit, Dominum posse intra annum reuocare seruum qui præter suam sententiam Clericus factus est, & ideo cogor ea sequi quæ à sapiente constituta sunt. Existimo autem quòd si quis hanc Nouellam subtiliter excutere voluerit, magnas in ea dubitationes inueniet. Si enim, vt ipsa dicit, seruum qui est in fuga, & Monachus factus est, donec ipsum inuenerit quærit, omninò à contrario sensu, seruum Monachum, qui non est in fuga, sed apparet, intra solum triennium Dominus reuocabit. Si hoc autem non fecerit, excludetur. Hoc est, quod intra annum faciendum esse dicit dicta Iustiniani Nouella. Si hæc ita dixeris, & interpretatus fueris, ad concordiam redigentur Nouellæ Imperatorum, etiam absque eo tempore, quod ad triennium vsque peruadit propter consolationem Domini.

SCHOL. Ex cxxxiij. Iustiniani Nouella, quæ sita est, vt dictum est, in lib. iij. Imp. tit. primo, & decernit post ordinationem etiam à seruili adscriptitij fortuna esse liberos Episcopos: ita & ex lxxxi. Nouella, quæ posita est in lib. xiii. Imp. tit. v. cap. j. & iubet omnes qui dignitatibus officiisque principalibus seu magistratibus ab Imperatore honorati sunt, à patria potestate liberari, etiam sine voluntate patris. Dicebant quidam Ecclesiasticos quoque magistratus, simul ac characterem acceperunt, Illustres & esse, & dici, & esse sui iuris, vtentes etiam Illustrissimi, & vel Apostolis conferendi, sancti Constantini Imperatoris, ad sanctum Siluestrum, qui tunc erat Papa ciuitatis Romanæ, emisso decreto, quod etiam situm est à nobis extra primum cap. viii. tit. præsentis operis, & statuit licere Papæ Romano vsdem dignitatibus suos honorare Clericos, quibus etiam Imperator eos qui sibi subsunt, & esse sacrum senatum, sicut & senatum Imperatorium: similiter & legibus, quæ à nobis itidem posita sunt, & decernunt Ecclesiam Constantinopolitanam habere etiam priuilegia Romæ veteris. Alij autem vtentes sine lxxxi. Nouellæ, quæ sita est in v. libro, tit. i. & dicit hæc expresse: Clarum est, quòd non est qui ignoret, ante omnia sanctissimũ Episcopũ, simul cum ordinatione, vt sint etiam sui iuris, accedere. Qui enim sunt spirituales omnium Patres, quomodo in aliorum potestate fuerint? dicere conati sunt ex sola Episcopali dignitate Episcopos à patria potestate esse liberos: non autem etiam Ecclesiasticos magistratus fieri sui iuris à Patriarchali suscepto charactere. Hoc enim, inquiunt, adiectum esset Nouellæ. Mihi autem videtur eos non rectè dicere. Non enim sublatum est decretum sancti Constantini à Iustinianea Nouella, quæ decernit vt æque ac imperium, Romana Ecclesia dignitatibus honestetur. Sed cum Episcopalis dignitas daretur non solum à Patriarcha, sed etiam à Metropolitano, & ideo nonnulli dubitarent omnésne Episcopi essent sui iuris an non, Nouella Iustiniani omnes Episcopos esse sui iuris statuit, etiam si non ordinentur à Patriarcha. Vnde etiam sine vlla dubitatione dignitate claros esse dico magnæ Ecclesiæ magistratus, & debere ipsos honorari tanquam sanctos senatores, vt vult Decretum sancti Constantini, & reliqua decreta de quibus mentio superius facta est. Hoc autem est speciale priuilegium Magistratibus seu officijs Sedis Constantinopolitanæ Ecclesiæ, per sancti Constantini decretum. aliorum enim Patriarcharum magistratus & officia, aliorumque Metropolitanorum & Episcoporum, non dignantur eisdem priuilegijs.

ALIA INTERPRETATIO. Cum lex dicat, cum qui interrogatur, & non contradicit, sed tacet, in lucro quidem, pro consentiente: in damno autem, pro negante haberi, in præsenti decreto, is qui fecit serui sui ordinationem, & non contradicit, pro consentiente reputatur, etiam si damno afficiatur, & hoc est speciale propter libertatem. Dic præterea, quòd ex sola Episcopali ordinatione, ij qui sunt in potestate, fiunt sui iuris, non etiam ex quouis alio clericatu. Officia autem & Magistratus Patriarchæ Constantinopolitani, atque adeò eius solius, efficiunt eos sui iuris qui sunt in potestate. Domino autem ad triennium vsque porrigi ordinati serui reuocationem, & ex Nouella Imperatoris Domini Leonis sapientis, & seruatur, etiam si est grauè liberari, propter iustum & æquum.

ca.xxxvii. De Diaconissis, & quòd non fit mulier Presbytera, Syn. Nic. can. xviii. Synod. Laodic. can. xi. Syn. Chalced. can. xv. Syn. vi. can. xiiii.

ca.xxxviij. De peccatis quæ soluuntur per ordinationem, Syn. Neocæsar. can. viii.

TITVLVS SECVNDVS.

De extructione Ecclesiarum, & de sacris vasis & donariis, & ce-

& Clericis, qui præter Episcoporum sententiam altaria erigunt.

De consecratione Ecclesiarum, & Martyriorum, quæ non habent reliquias sanctorum, Syn. Carth. can. vi. lxxxiii. Syn. Nic. canon vii. xvii. Cap. 5.

BALS. *In quarto cap. iij. tit præsentis operis adscriptum est quomodo fit Ecclesia. Dicit autem etiam xv. constitutio ij. tit. primi libri Codicis, Quòd si quis donauerit rem mobilem, vel immobilem, vel per se mobilem, in personam Martyris, vel Prophetæ, vel Angeli, tanquam oratorium ipsi ædificaturus: & donationem insinuauerit in ijs in quibus necesse est, necesse habet opus, etiam si non cœptum sit, implere cum Clericis. Et eo impleto, dare donationes. Hoc ipsum fit etiam Xenodochys, & Nosocomiis, & Ptochodochiis, habente Episcopo potestatem cum eis agendi. His autem completis, administratio fit prout eis qui liberalitate ac munificentia vsi sunt, visum fuerit, & conuenienter decretis ab eis editis. Et xlv. constitutio eiusdem tituli primi libri dicit, Quòd si quispiam dispositionem fecerit vel in institutione, vel in legato, vel in fidei commissio, vel donatione causa mortis, necesse habet is qui ab Episcopo iussus est, etiam si est à testatore prohibitus, prouidere, vt si Ecclesiam quidem ex facere mandatum est, eam intra triennium compleat: Sin autem Xenodochium, intra annum. Potest enim etiam domus conduci, intra quam recumbant ægroti, donec opus completum fuerit. Cùm hoc autem tempus aduenit, Episcopus petit id quod relictum est, cum fructibus, & accessionibus, à tempore mortis testatoris, & facit Ecclesiarum extructiones, & Xenodochiorum, & Gerocomiorum, vel Orphanotrophiorum, vel Nosocomiorũ, vel Ptochodochiorum: & præficit administratores ipsorum nisi defunctus expresse dixerit quis sit administraturus: sin autem etiam nominauerit, sit in potestate Episcopi, eum, si malè se gerat, mouere, & alium præficere. Sin autem is qui ab Episcopo iussus est, molestia affectus, Magistratus commonitionem expectauerit, dat duplum id quod relictum est. Si sit autem Episcopus negligens, cogit Metropolitanus id quod dispositum est impleri, vel illius Diœcesis Archiepiscopus. Et quicunque vult ex ciuibus, eum mouet. Si autem post mortem propriam hæredes iussi sunt dare vel facere, tempus significatum post eorum è vita excessum computatur. Magistratus autem cogunt ea impleri. Mense Martio xiiij. indict. facta est à sancto nostro Imperatore Domino Emanuele Comneno constitutio hæc in parte persequens: Cùm hu hoc quoque decernentes, ijs quæ antescripta sunt, adijcimus, Multi homines, in extremis suis dispositionibus curatores & administratores eorum quæ à se decreta sunt relinquunt: & ijs rerum ipsarum dispensationem & administrationem committunt, Christum, quod quidem est dulce & salutare nomen, hæredem scribentes. Hoc autem videntur facere, eò quòd suas facultates iubent pauperibus distribui. Dum enim accipit is qui petit, stat Christus vnà cum eo manum porrigens. Quandiu enim, inquit, vni eorum minimo feciſtis, mihi feciſtis. Iubemus ergo, quando curatoriæ eiusmodi distributiones, & ad pias causas propositæ dimissiones, ad animæ curam, & orphanorum pupillorum ac pauperum educationem nutritionémque tendunt, ne in ijs locum habeant iudiciorum dilationes, & diuturnæ in eis temporum moræ. Hinc enim euenit vt morientium animæ detrimento afficiantur, & quæ propter bonum & vniuersi vtilitatem latæ sunt leges, in contrarium conuertantur. Non enim æquum censet mea Imperatoria maiestas, vt quæ in alijs iudicijs obseruatur consequentia, in his obseruetur: sed quæ sunt in eiusmodi causis dubitationes, hinc statim soluantur non dato libello, sed cognitione ad tres vel quatuor vsque dies extensa. Non enim iudiciaria aliqua dilatione introducta, iuxta vnuscuiusque fiet examinatio, & ambæ partes accersentur sine vlla protelatione: & ab vtriusque partibus petetur, vt quæ sibi videntur conferre proponant: & ita breui tempore vnius fortasse mensis vel etiam duorum, prout iudici videbitur, quod emersit dubium conuenientem solutionem accipiet, legibus scilicet firmiter stabilitérque seruatis, quæ non statim post mortem defuncti illius successores iubent statim in iudicium protrahi, sed post lapsum aliquot dierum, sicut de eis fusius in Imp. dicitur. Sin autem curator ad dilationes procedere visus fuerit, & eiusmodi quædam molimi deprehensus fuerit, & ad protelationes processerit, non faciens vt testator ordinauit, à bonorum defuncti curatione & administratione remouebitur. Ea autem is committetur quos Imperator statuerit. Vel si is absit, Præfectus Constantinopolitanus vnà cum sanctissimæ Ecclesiæ Oecõnomo, eius curam & administrationem geret, debentes dare notitiam Imperatori eorum quæ ab ipsis in eiusmodi causis geruntur, & etiam sanctissimo illius temporis Patriarchæ, si contingat forte Imperatorem abesse, & non eius iussu defuncti voluntatem impleri.*

Tertia constitutio primi tituli Nouellarum dicit eum qui ab

Episcopo & œconomo iussus, per publicas personas bis molestia afficitur, ab omni lucro excidere: & Episcopum omnes facultates cum intermediis emolumentis & accessionibus in ea quæ sunt disposita distribuere, non seruata Falcidia. Hoc idem est etiam si quid omninò legatum fuerit.

Auth. de eccles. can.

BALS. Tertia constitutio ff. tit. Nouellarum, est Nouella Iustiniani cxxxi. quæ sita est in libro v. tit. tertio. Quæ autem hic allegata sunt, sunt eiusdem tituli cap. ix. quod sic habet: Si autem pro redemptione captiuorum aliquid relictum est, & non nominatim dixerit testator, per quidnam oporteat redemptionem fieri: sic quoque iubemus locorum Episcopum & eius œconomum res quæ propter ea relicta sunt accipere, & pium hoc opus implere. In omnibus enim huiusmodi pijs voluntatibus sanctissimos Episcopos volumus prouidere, vt omnia ex defuncti voluntate procedant: etiam si à testatoribus, vel ijs qui donauerint sit prohibitum, ne vllam habeant eorum participationem. Sin autem, qui hæc facere iussi sunt, semel & bis à beatissimo locorum Episcopo, & eius œconomo per personas publicas admoniti differant ea quæ dispositæ sunt implere, iubemus eos, omne lucrum quod eum ab eo qui hæc iussit, relictum est, amittere: sanctissimos autem locorum Episcopos, res omnes, quæ pias, vt dictum est, causis omnibus deputatæ sunt, cum fructibus & accessionibus intermedij temporis, & lucro memorati temporis vendicare, & quæ testator disposuit implere, scientes quòd si negligentes fuerint, de his omnibus Deo rationem reddent. Quòd si sanctissimus locorum Episcopus aliquid eorum quæ à nobis dicta sunt prætermiserit, liceat etiam sanctissimo eius Metropolitano hæc exigere & implere, atque etiam cuilibet liceat hanc quæstionem mouere, & studere vt omnibus modis piæ eiusmodi causæ impleantur. Sin autem hæres ea quæ ad pias causas relicta sunt non impleuerit, dicens relictas sibi facultates ad ea non sufficere, iubemus vt omni ex Falcidia lucro cessante, quantumcunque in his facultatibus inuentum fuerit, extendatur Episcopi prouidentia ad res eas ad quas relictum est. Sin autem legatum ad pias causas ab aliquo relictum fuerit, iubemus vt intra sex menses à die apertionis testamenti numerandos, hoc omnibus modis præbeatur ijs quibus relictum est: sin autem qui grauati sunt, differant hoc legatum præbere, & fructus, & vsuras & omnis legitima accessio ab eis exigetur a tempore mortis eius qui hoc reliquit. Sin autem legatum annuum cuicunque venerabili domui relictum fuerit, si ij quidem qui dare iussi sunt, vel locus ex quo hoc præberi iussum est, sit in eadem vel in finitima prouincia, iubemus hoc legatum nullo modo alienari. Nota ex his situs Nouellæ, quòd statuta quæ fiunt ab extructoribus seu fundatoribus, seruantur, nisi aduersentur canonibus. Quòd loci Episcopus, & eius œconomi cogunt, non solum successores eorum qui donauerunt res aliquas propria causa, sed ipsos etiam donatores dare quæ data sunt, etiam si hoc non sit concessum, sed potius etiam prohibitum à testatore. Quòd quæ ad pias causas relicta sunt, Falcidiam non admittunt. Quòd licet Episcopus, administratores, qui à fundatoribus relinquuntur, si mali appareant, amouere, & alios facere. Et dic, his notatis, consistere non posse quæ in statutis à fundatoribus vel scribuntur, vt locorum Antistites nullam omninò partem habeant in Monasterijs à se ædificatis. Similiter nec acta Antistitum, quæ continent, eos qui eis succedent, Episcopos nihil iuris habituros in Monasterijs: & quæ eam ob causam propter transgressionem intentantur ab eis segregationes, in ipsorum capita redituras.

Tit. de rerũ diuis. ff.

Dicit autem liber primus Digestorum, titulo viii. cap. j. quòd sacra sunt diuini iuris, & nullus in ea dominium obtinet. Sacra autem res est, quæ est publicè consecrata. Quæ enim sunt priuata, non sunt sacra, sed prophana. Si autem corruerit ædificium, manet locus sacer, vt cap. vi. Consecrantur autem & in vrbibus, & in pagis. Publicus autem locus, præter iussum Imperatoris non fit sacer, vt cap. viii. & ix. Est autem sacrum inæstimabile, vt cap. x. & Institutionum prim. tit. j. dicit, quòd sacrum est id quòd

rectè

rectè per ſacerdotem Deo dedicatum eſt, vt templa, & vaſa ſacra, & ſi templum corruerit, manet locus ſacer. Non eſt autem ſacrum, quod quis auctoritate propria tanquam ſacrum fecerit. Et tit. vi. quòd diuturna poſſeſſione ſacra quis non acquirit, nec fit valida rei ſacræ ſtipulatio, vt Inſtit. iij. tit. xix. & tit. xxiii. Quòd nullus ſciens emit rem ſacram. Sin autem deceptus emit vt rem priuatam, agit ad id quod intereſt. & Inſtit. iiii. tit. xv. quòd prohibetur quis ædificare in ſacro, liber primus, tit. xv. cap. vij. Magiſtratus ſacra obſeruant, & curant vt ea honorentur. lib. j. tit. xiiii. cap. vii. Non rectè quis paciſcitur ſacrare locum priuatum, lib. vi. tit. j. cap. xxiii. ff. Sacra tanquam noſtra vendicare non poſſumus, lib. viii. tit. j. cap. xiiii. ff. Sacro loco intercedente etiam per ipſum ad priuatum aditus impeditur. Per eum enim locum ſeruitus non conſtituitur, lib. xi. tit. vii. cap. xxxvi. ff. Sacra quæ venerunt in manus hoſtium, ſacra eſſe ceſſant, ſicut liber in ſeruitutem redactus. à calamitate autem liberata, priorem ſtatum rurſus recipiunt. Et lib. xvii. tit. j. cap. lxiii. quòd ſi res communis conſecrata fuerit, quæ erat in ea communio ſoluitur. Et lib. xviii. tit. j. cap. v. vi. lxii. Rei ſacræ emptio conſiſtit, ſi quis eam eſſe ſacram ignoret, & habet actionem de re quantum eius interfuit non decipi. Sin autem ſcit is qui emit, non conſiſtit emptio. Et caput ſeptuageſimumtertium eiuſdem tituli Digeſtorum, Si ſacrum corruerit, locus non fit prophanus, vnde nec venditur.

L. In rem. paragr. Loca. ff. De rei vendic.

L. Seruitutes prædiorum. parag. Vltimo. ff. de ſeruitut.

L. Cũ loca. ff. de relig. & ſumpt.

L. Verũ eſt. paragr. ff. pro ſocio.

L. Et liberi, cũ duabus leg. ſeq. ff. De contrah. empt.

L. Æde ſacr. ff. eodem.

BALS. *Primum caput ix. tit. primi libri. ff. eſt liber xlvi. Imp. cap. vi. quod ſic habet vt ſcriptum eſt: Quære ergo, vt perfectius ex hu diſcas ea quæ ſunt ex ipſis poſita in hoc opere. Quòd autem præter ſacerdotum ſententiam ab aliquibus ſacrum factum eſt, non eſt ita ſacrum, vt ego quidem exiſtimo, vt Epiſcopale cenſeatur, & habeat priuilegium Catholicæ Eccleſiæ. nam quòd ad hoc quidem attinet ne commune fiat, ſacrum eſt. Et ſi quis enim oratorium abſque ſacerdotis oratione fecerit, ſacer eſt tamen locus eiuſmodi, & non amplius fiet communis. lxiii. cap. j. tit. xvii. lib. ff. eſt liber xii. Imp. tit. i. cap. lxiii. reſponſum vltimum, quod ſic dicit: Soluitur ſocietas ſi vel perſonæ mutentur, vel res, vel ſententia, vel actio. Perſonæ quidem, maxima vel media capitis diminutione, & morte. Res autem mutatur, quando vel non eſt omninò, vel ſtatum conſecratæ mutauit vel etiam publicatæ. Cùm autem audis legem meminiſſe eius quod eſt prophanum, ne id pro immundo, ſed pro priuato accipias. Sciás autem, quòd ſancta quidem, quæ non ſunt conſecrata, & venduntur, & donantur, & vſucapiuntur, eorumque dominium tempore acquiritur. Sacra autem in nullius ſunt bonis nec dominio, & quòd qui ſacrum quidem furatus eſt, vt ſacrilegus punitur: qui autem ſacrum priuatum eſt ſuffuratus, vt verbi gratia imagines, furti actione tenetur. Sunt autem multæ quoque aliæ eorum differentiæ. Si quis autem dicat, & quomodo venduntur Monaſteria & 'ſacraria, audias, quòd nihil eiuſmodi venditur nec emitur: ſed ius quod in eis habetur, & venditur, & emitur. Qui autem vas ſacrum vel locum ſciens vendit, perdit precium, & punitur. Et liber * tit. * cap. * Iuſtis autem quibuſdam de cauſis nonnunquam ſacra ven-*

'σκευοφυλάκια.

duntur. Quære primum & secundum titulum quinti libri. Docent enim de Ecclesiis, & Monasteriis, & sacrosanctis domibus, earumque rebus ac iuribus. Et hæc quidem de sacris. Quæ autem ex fructibus offeruntur, sacra non sunt. & quære librum quinquagesimum quartum, titulum tertium. caput secundum.

L. Si sponsus sponsæ. paragr. Proinde. ff. De donat. inter vir. & vx.
L. Ab agrato. ff. De Curat. furiosi.
L. j. paragr. Nunciatio. ff De oper. noui nũciat.
L. Si prius. paragr. fin. ff. De aqua plu. ar.
L. Qui vniuersas. paragr. Possessionẽ. ff. De acq. vel amitt. poss.
L. Vsucapionem. ff De vsucap. & vsurpat.
L. j. & ij. ff. De interdictis.
L. j Ne quid in loco sacr.

Et liber vicesimusquartus, titulus primus, caput quintum, Digest. Rectè dono vxori meæ locum, vt in eo ædem faciat: & fit locus sacer. Et liber vicesimusseptimus, titulus decimus, caput duodecimum, Curator furiosi non potest rem aliquam dedicare. Liber octauus, caput tricesimum nonum, Qui rem sacram legat, videtur insanire, & ne precium quidem dat: quandoquidem nec omninò quidem venditur. Liber tricesimusnonus, titulus primus, caput primum, Locum habet operis noui nunciatio, ne præter legem fiat opus in sacro loco. Titulus tertius, caput decimumseptimum, Sacro loco intercedente non constituitur seruitus. Liber quadragesi. primus, titulus primus, caput tricesimumsecundum, Possidere desinimus, si locus ipse sacer fiat, etiam si non vt talem, sed vt priuatum eum habemus. Titulus tertius, caput nonum, Diuturna possessione sacra non acquirimus. Liber quadragesimus tertius, titulus primus, caput primum, secundum, Non oportet aliquid fieri in loco sacro, & factum restituitur. Titulus sextus, eiusdem libri, caput primum. Non licet facere, vel in loco sacro iniicere, quod deformitatem, & non ei ornamentum afferat. Hoc autem ad sacra priuata non pertinet. Sacrorum autem custodia iis qui ipsis præsunt permissa est.

BALS. *Quintum caput, titulus primus libri vicesimiquarti. Et si monumentum parum magni precij vxori donauero, valet donatio. sic tamen vt cum sit religiosus, valeat. Sed & ipsa in illum fuerit illata, fit locus religiosus. Ad Deo quoque offerendum rectè dono vxori meæ, vel locum, in quo opus faciat quod promiserat: vel ædem, & fit locus religiosus. Cap. xij. x. tit. xxvij. lib. cap. x. sic habet: Curator furiosi rectè rem suam, tanquam sit furiosi, alienas, sed non rem furiosi tanquam suam. Potest autem ad furiosi vtilitatem dare pignori: rem autem eius consecrare non potest. Si quis autem publica, vel sacra, vel imperatoris propria legauerit, videtur insanire, & eorum ne precium quidem datur. Quoniam illa quidem nunquam venduntur: quæ sunt autem imperatoris, non præter imperatoris sententiam. Caput primum, titulus tricesimusseptimus, decretum sic habet: Rectè à te stipulor, vt hoc sacrum exhibeas, vel extruas, vel monumenti locum. Nam in ijs quoque locu valet locatio. Valet autem in re sacra locatio, quæ est conuentio vt aliquid sacrum extruatur, non autem vt sacrum tradatur. Si quis enim Monasterium conducto acceperit, non solum ex conditione quæ est iniqua & inualida, non inuabitur, sed etiam punietur. Qui enim conducunt, & ex pacto Monasteria accipiunt, vt qui contractum contra leges fecerint, Dei & Legis condemnationem formident. Titulus decimusquintus, caput tricesimumseptimum, responsum vltimum, quod sic habet: Si iussero fieri cruces ex centum libris, & in hoc loco sacro flatui: omnes autem quæ in eo sacro loco sunt, sunt argenteæ, vel æneæ, heres cogitur eas facere argenteas, non autem dabit æneas, nec cogetur eas facere aureas.*

L. Iulianus. ff De Curat. furiosi.

Liber

Liber xxxv. tit.ij. cap.i. Etiam in ijs quæ Deo legantur, locus est Falcidiæ. libr. L. tit. xiiij. cap. ij. Si quis rem aliquam vouerit, voto obligatur ipse, non autem res quę vouetur. Quãdo autem soluta fuerit, ipsa quidem sacra non fit, sed liberatur qui vouerat. Eiusmodi autem voto obligantur patres familias puberes sui iuris. Filius enim familias, vel seruus sine patris dominíve auctoritate voto non obligantur. Si decimam quis bonorum vouit, non prius esse in bonis desijt, quàm fuerit separata. Si quis autem ea non separata, decesserit, hæredes eius obligantur. voti enim obligatio transit ad hæredes. Liber primus Cod. tit. ij. constitut. prima, Licet volenti relinquere sanctis Ecclesijs in vltima voluntate. firmas enim & ratas esse oportet eorum qui moriũtur voluntates. Cõstitutio xiij. In valido testamento, vel codicillis, vel non scripta voluntate, licet viduis, & diaconissis, & sacris virginibus, & monachis, & alijs sacris Ecclesijs, relinquere, clerico, & monacho, & mendicis, in institutione & substitutione, & legatis & fideicommissis, seu specialibus, seu per vniuersitatem.

L. i. paragr. Admunicipum. ff. Ad l Falcid. l. Si quis rẽ aliquã. ff. de pollicitat.

L. I. C. de sacrosanct. Eccles.

L. Generali leg. C. ib.

BALS. *Primum caput ij. tit. xxxv. libr. ff. est liber xli. Imperial. restõsum tertium, dicens in parte: Ea etiam quæ Deo legantur, Falcidiam admittere. Extra autem hoc præsens caput, Palem hæc expressè dicit: De differentia ecclesiasticorum capitum, cxxxi. Nouella, non permittit ea quæ in pias causas legantur, resecari Falcidia. Scholiastes autem hoc dicit: Existimo hoc præsens Digestorum caput sublatum esse à cxxxi. Nouella, quæ sita est in iij tit. v. libri. & mox etiam fusius docet, quomodo hæc lex sublata sit. Et hæc quidem dicit Palem & Scholiastes. Ego autem dico, quòd præsens Nouella non rectè ab eu accepta est. Non enim inutiliter dicitur, per Falcidiam non resecanda ea quæ ad pias causas relicta sunt: sed si malè versatus fi. hæres in datione legati, amittit Falcidiam quæ ad ipsum pertinebat, & dat legatã, vt dicit Nouella. Sin autem in eorum datione se rectè gesserit, accipit Falcidiam quæ ad se pertinet. Dicit enim eadem Nouella, sita in libr. v. tit. iij. cap. ix. quod sic habet expressè: Sin autem hæres quæ ad pias causas relicta sunt, non impleuerit, dicens bona sibi relicta ad ea non sufficere, iubemus vt omni lucro ex Falcidia cessante, quantum in eu facultatibus inuentum fuerit, sanctissimi locorum Episcopi prouidentiæ cedat ad res ad quas relictæ sunt.*

Aut. De eccles. tit.

Constitutio xvij. Quæ fiunt vsque ad ccccc. solidos non insinuatæ donationes in Ecclesiam, vel Xenodochium, vel Nosocomion, vel Orphanotrophium, vel Brephotrophiũ, vel Ptochium, validæ ratæq; sunt. Reliquę autem, etiam si ad pias causas factæ fuerint, insinuatione opus habent. Et eæ etiam quas esse amplioris quantitatis probatum fuerit, exceptis donationibus Imperatorijs. Constitutio xviij. Quę ad sanctas domos ex curiali munificentia veniunt, lucratiuorum descriptioni non subijciuntur. Constit. xix. Si quid donatum fuerit, & vel hæreditas, vel legatum sacro sanctæ domui relictum fuerit ad captiuorum redemptio-

L. Illud qđ C. de sacrosanct. eccles.

L. Sãcimus res. C. de sacrosanct. eccles. L. Vt diuinum. C. eod.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

nem, mobile vel immobile, competunt personales, & in rem, & hypothecariæ: & sola centum annorum præscriptione repelluntur. hoc est enim tempus vitæ longæui hominis. Constitutio xxxvii. iii. tit. Si quis Dominum Christum hæredem scripserit, non addita appellatione oratorii, Ecclesia loci in qua erat defunctus, scripta esse videtur. Idem etiam in legato: & cedit ad alimentum pauperum. Si cui autem Sanctorum Martyrum vel Angelorum reliquerit, non facta mentione domorum, si est quidem in illa ciuitate, vel in eius regione eiusmodi domus, ea id capit: Sin autem non est, ea accipit quæ est in Metropoli. Sin autem nec illic quidem est vlla eiusmodi, eæ quæ sunt in loco Ecclesiæ id capiunt.

I. Si quis ad declinandã. C. de Episc. & Cler.

BALS. Nonadecima constitutio non est sita in Imp. nec xxxvii. iij. tit. Tu autem scias, quod etiam si hac constitutione statuat sacrosanctas domos sola centum annorum præscriptione repelli, primum tamen caput cxx Iustiniani Nouellæ seu postremũ caput ij. tit. v. li. Imp. hac aperte decernit. Omnis actio, quæ venerabili domui competit, siue est personalis, siue hypothecaria, non excedit xl. annos, vnicuique eiusmodi sacrosanctæ domui competentibus temporalibus præscriptionibus sua tempora seruantibus * alias domibus ei cedentibus, nisi ostensum fuerit defunctum aliud cogitasse, aliud vero dixisse. Tunc enim, quod verum est, & non quod scriptum est, seruatur. Sin autem locum expressum dixerit, multa autem eius nominis loca inuenta fuerint in ciuitate vel in regione quæ est circumcirca, si ad eorum quidem aliquem maiorem haberet affectionem, vel frequentius illuc veniret, abat, ei relictum esse videtur. Quod si non inueniatur aliquid eiusmodi, quæ est exhis.

Auth. de eccles. can.

L. Nulli licere. C. de Episc. et Cler.

ædibus pauperior, id accipit quod relictum est. Et iii. ij. eiusdem lib. dicit, Valere id quod relinquitur pauperibus. Constit. xxviii. eiusdem tit. Valet id quod relictum est ad redemptionem captiuorum. Et si testator quidem eum nominauit qui huic rei est inseruiturus, ipse exigit, & pro sua conscientia testatoris ordinationem exequitur: sin autem non dixit personam, Episcopus ciuitatis in qua testator natus est, accipit quod relictum est, domorum exactione manifestam apud præsidem constituente eorum quæ data sunt quantitatem, & post annum, numerum eorum qui redempti sunt, & eorum quæ pro eo data sunt. Sin autem barbarus erat qui testatus est, & de eius ciuitate dubitatur, Episcopus loci in quo mortuus est, bona accipit, & implet quod ordinatum est. Qui autem scit id quod relictum est, recte facit si id dicat præsidi & Episcopo, & non est delator.

Cap. ij.

De sacris vasis & donariis, Apostolorum canon lxxiii. Syn. primæ & secundæ quæ in sanctorum Apostolorum æde congregata est, cap. j. Epistolæ Cyrilli ad Dũm. cap. ij. Decimatertia constitutio ij. tit. primi libri Codicis dicit, Quòd si sint mobilia præter vasa sacra, cessat necessarium immobilium & sacrorum vasorum alienatio & hypotheca. Et decimaseptima constitutio eiusdem tit. dicit, Quòd, qui non propter captiuorum redemptionem sacra vasa vel suppellectilem emit, vel in hypothecam pignúsve accipit, à precio & vsura excidit. & vendicantur per Episcopos & œconomos, & vasorum custodes, etiam si fusa sint. atque etiam eorum precia exiguntur, si non apparent. Dicit liber xviii. tit. i. caput lxii. Quòd, qui insciens sacrum emit,

L. Iubemus vt & L. sacimus. C. de sacrosanct. eccles.

L. Qui officii. ff. De cõtra. empt.

emit, etiam si non consistit venditio, agit tamen aduersus venditorem, quanti eius intererant non fuisse id à se petitum. Vel eos qui emunt, vel qui fundunt, vel qui alienant, nisi propter redemptionem captiuorum. Prima autem constitutio eiusdem tituli dicit, quod sacra vasa Constantinopolis, & oratoriorum quæ vbilibet sita sunt, non aliàs venduntur vel pignori dantur, quàm ad redemptionẽ captiuorũ. Sin autem sint plura vasa quę nulli sunt vsui, cõtigerit autẽ aliquam sanctã domum ære alieno grauari, & non sunt aliæ res mobiles ex quibus possint debita dissolui, licebit, venditione sine damno consistente, Episcopo quidem apud Metropolitanum alienanti, Metropolitano verò apud suum Patriarcham, superabundantia vasa aliis sacrosanctis ędibus, quæ opus habent, vendere, vel fundere, & vendere, & eorum precium pro debito præbere, ne immobilia eorum alienentur. Dicit autem etiam liber primus, titulus decimusoctauus, caput decimum tertium, quòd Præsides sacrilegos conquirunt.

L. Sãcimus. C. de sacros. eccles.

L. Congruit. ff. de officio Præsid.

BALS. *Secunda constitutio ij. tit. Nouellarum est Nouella Iustiniani cxx. quæ sita est in lib. quinto Imp. & ita habet vt dictum est. Est & liber vj. tit. j. caput xlj. quod sic habet: Magistratus pacu curam gerat, quærens sacrilegos, & plagiarios, & fures, & receptatores, & eorum delicta acriter persequens. Quinetiam iiij. caput ij. tit. dicit, Exceptis debitis res reliquæ in familiæ herciscundæ iudicium veniunt: & venena, & libri magici, & similia. Est autem iudicis officium ea statum corrumpere. Non diuiduntur autem, quæ ex sacrilegio acquisita, vel ex publico surrepta, vel vi & innasione parta sunt. Tu autem scias, quòd quæcunque mala fide possidet defunctus, non veniunt in familiæ herciscundæ iudicium: sed suo domino integra & minimè diminuta seruantur. Vicesimumsextum caput xli. libri, tit. i. ff. dicit, Turpes stipulationes sunt inualidæ, vt quando quis se cædem facturum, vel sacrilegium admissurum spoponderit. Neque enim ex eis competet actio. Et primum caput iiij. tit. xl viij. libri dicit, Lex de iis qui sunt reæ lesæ maiestatis, est similis eis quæ de sacrilegio lata est, & ea tenetur qui populum Romanum offendit: & qui dolo studuit præter iussum Imperatoris vt obsides interimerentur: vel vt essent armati homines in ciuitate aduersus ciuitatem: vel vt locus vel sacra occuparentur: vel vt seditiosa fieret coitio: vel vt interficeretur Magistratus. Et qui ad hostes misit nuncium vel literas, vel eis signa dedit: vel eis aliter opem tulit, & milites corrupit: vel ad seditionem ac tumultum aduersus ciues incitauit. Et caput primum, xiii. tit. eiusdem libri. cap. i. Peculatus autem monetur aduersus eum qui ex sacris, vel monumentis, vel pecuniis publicis abstulit, vel in suos vsus conuertit, præter ea quæ lege permissa sunt, & aduersus eos qui dolo procurarunt vt horum quid fieret, & aduersus eum qui auro vel argento publico, æs vel aliquid aliud quod ea lædat, admiscuit. Quartum autem cap. ff. non est situm in Imp. cap. v. Ex sacro res priuatas surripere non est sacrilegium, sed furtum. In xvi. autem cap. xix. tit. dicit locum discernere furem à sacrilego. & liber vi. Codicis. Tit. ii. ea. iii. Quòd. qui suffuratur id quod Deo nondũ est consecratũ, fur est. Liber xlxiii. tit. xiii. ca. vii. Sacrilegi pœna pro qualitate personarum, & peccati, & temporis, & ætatis, & naturæ, vel grauior vel leuior infligitur. Nonnulli enim bestijs traduntur, nonnulli in furcis suspenduntur. Est autem moderatum supplicium, si nocturnus sacrilegus bestijs tradatur. Diurnus verò, qui modicum quid surripuit, in metallum damnetur. qui vero precioſum aliquid, deportetur. Quintum caput, xiii. tit. dicit: E sacro priuatas res surripere non est sacrilegium, sed furtum. xvi. autem caput, xix. tit. dicit locum facere furtum vel sacrilegium. Et videntur hæc capita esse contraria, sed non sunt: sed qui priuatas quidem res suffuratur, si eas ex sacro loco suffuratus sit, sacrilegij tenetur. Sed sunt quædam res sacræ Deo non dedicatæ, vt imagines, quæ ad nos priuatim pertinent, & cætera quæ nondum sunt templis vel Monasterijs dedicata, & ea ratione dicit xvi. cap.*

Auth. De alien. et ẽph. L. Generaliter. cum seq. ff. de verb. oblig.

L. i. ff. Ad legem Iuliam Maiest.

L. i. Ad leg. Iuliam. peculatus.

L. Diui. Seuerus. ff. Ad l. Iuliã. pec.

L. Autfacta. paragr. Locus. ff. De pœnis.

L. Si nondũ. C. de furtis & ser. cor.

L. Sacrilegij ff. Ad legem Iuliã. peculatus.

L. D. Seuer. ff. Ad leg. Iuliã. peculat.

L. Aut facta. para. Locus ff. de pœnis.

Decimaſeptimus titulus locum facere furtum vel ſacrilegium. Qui enim eam quæ eſt in noſtra cellula imaginem ſuffuratur, non eſt ſacrilegus, ſed fur. Niſi hoc autem ſic interpretati fuerimus, dicamus omninò eum quoque qui ſuffuratur nomiſmata, Chriſti vel Deiparæ Virginis imaginem habentia, ſacrilegij tenerı. quod eſt abſurdum & falſum. Caput ix. Sacrilegi pœna capitali puniuntur, qui è templu publicu ſurripiunt: qui autem è priuatis & paruis ædiculis, quæ non cuſtodiuntur, ſurripiunt, minus quidem quàm ſacrilegi, plus autem quàm fures puniuntur. Externus autem qui ſacra ſuffuratur, eſt ſacrilegij crimini obnoxius. Is enim, cui concredita eſt ipſorum cuſtodia, ſi quid ex eis ſurripuerit, ſacrilegij non tenetur. Caput x. Deportatur qui hominem in ciſtam immiſit, & eum in templo poſuit, ſi ille ciſta egreſſus è ſacro aliqua ſurripuerit. Cap. xiiii. Sacrilegij accuſatio datur etiam aduerſus hæredes. De ablatis enim pecuniis in eos agitur.

L. Sacrilegi. ff. Ad l. Iuli. peculatus.

L. Hac lege. ff. Ad l. Iuliũ. pecula.

cap. ij. De Clericis qui ſe abſcindunt, & prẽter Epiſcoporum ſententiam altaria erigunt, Apoſtolorum canon xxxi. Syn. Antioch. canon v. Syn. Carthag. can. x. Syn. vi. can. xxxi. Syn. j. & ij. quæ in ſanctorum Apoſtolorum æde habita eſt, xii. xiii. xiiii. xv.

TITVLVS TERTIVS.

De precibus, & pſalmodia, & lectione, & oblatione, & communione, & lectorum miniſterio.

cap. j. Quaſnam preces audit populus, & cur ad orientem reſpicientes oramus, Syn. Laodic. can. v. xix. Baſil. ex xxvii. ca. de Spiritu ſancto. Xvii. Conſtitutio primi tit. Nouellarum dicit preces ſanctæ communionis, & ſanctorum baptiſmatum, debere à populo exaudiri.

BALS. *Decimaſeptima conſtitutio primi tit. Nouellarum eſt xxi. cap. ij. libri Imp. quod ſic dicit: Ad hæc iubemus omnes Epiſcopos & Preſbyteros non tacite, ſed cum voce quæ à fideliſſimo populo exaudiatur, diuinam oblationem, & quæ fit in ſancto baptiſmate, orationem facere: vt ex eo audientium animæ ad maiorem compunctionem, & ad Domini Dei glorificationem excitẽtur.*

cap. ij. Quinam, & quomodo, & quæ canere, vel precari, vel legere oporteat, Apoſtolorum canon lx. lxxxv. Syn. Laod. can. xv. xvii. xviii. xix. xxvii. lix. Syn. Carthag. Canon xxiiii. xxxii. xiii. Syn. ſextæ canon xxxiii. lxiii. lxxv. lxxxi. Syn. Nic. canon xiiii.

cap. iij. Oportere ſabbato Euangelium cum aliis ſcripturis legi, Syn. Laodic. canon xvi.

cap. iiii. De ſancta communione, & oblatione, Apoſtolorum canon iij. iiij. xxxi. Syn. Nic. canon xviii. Syn. Ancyranæ. can. j. Syn. Neocæſar. canon xiii. Syn. Laodic. can. xix. xlix. Syn. Carth. canon xvii. xxx. xli. xlvii. Syn. vi. canon xxi. xxiii. xxviii. lvii. lviii. xxxii. & c.

cap. v Quomodo dant pacem Clerici & Laici, Syn. Laodic. canon nonuſdecimus.

cap. vi. De iis qui dubitant communicari à Preſbyteris qui vxores duxe-

duxerunt. Syno. Gangr. canon quartus.

Solis iis qui ſunt ſacerdotalis ordinis licere in altari communicare, & non oportere mulierem ad altare ingredi, Syn. Laodic. can. xix. xliiii. Syn. vi. can. lxix. lxx. cap. vij.

Quando offerunt & dant communionem Chorepiſcopi, Syn. Neocæſar. canon xiii. cap. viij.

Diaconum non debere offerre, nec dare Preſbytero communionem, Syn. Nic. can. xviii. cap. ix.

De habitu & miniſterio lectorum, cantorum, & miniſtrorum, & quod non oportet miniſtrum dare panem, vel benedicere calicem, Syn. Laodic. canon xxi. xxii. xxiii. xxv. xliii. Syn. vi. can. xxvii. Syn. Nic. ſecundæ. can. xiiii. xvi. cap. x. περιαιρ.

De iis qui in ciuitate verſantur, & tribus hebdomadis non communicant, Synod. Sardic. can. xi. Syn. ſextæ. canon viii. cap. xi.

De iis qui audiunt ſcripturas, & in poſtrema oratione non permanent, & communicant, Apoſtolorum can. viii. ix. Syn. Antioch. canon ſecundus. cap. xij.

De dæmoniacis quomodo communicant, vel non, Apoſtolorum canon lxxix. Timothei canon iiij. cap. xiij.

De iis qui extra Eccleſiam offerunt, vel Eccleſiam congregant, Apoſtolorum canon xxxi. Syn. Gangr. can. xxvi. triceſimusprimus, quinquageſimuſnonus. Septima conſtitutio primi tituli Nouellarum dicit, quòd oportet eum qui vult Oratorium vel Eccleſiam conſtruere, de ea re cum ciuitatis Epiſcopo colloqui, & dare quæ ſufficiunt ad lampadum accenſionem, & ſacrum miniſterium, & incorruptam loci conſeruationem, & nutrimentum eorum qui aſſident: & tunc Epiſcopum rem omnibus manifeſtatem illuc publicè accedere, & cum oratione crucem figere, & tunc opus incipit. cap. xiiij.

BALS. *Iuſtiniani Nouella lxvii. ſita eſt in libro v. Imp. tit. iij. cap. iiij. & v. quæ ita ſe habent vt viſum eſt.*

Et quòd qui nouum ædificare incipit, vel vetus renouare, cogitur cum ſuis hæredibus ab Epiſcopo, & œconomis, & Præſide id quod cœptum eſt perficere. Si quis autem in domo priuata, ſuburbano, vel pago ſacrum miniſterium peregerit, vel aliquibus peragere permiſerit, ſine Clericis deputatis à locorum Epiſcopo, locus in quo hoc factum eſt ſciente domino, Eccleſiæ applicatur per Epiſcopum & *Auth. Ne quis orator.*

œconomum, & præsidem conuenienter sextæ constit. secundi tit. Nouellarum. Sexta verò Constitutio primi tituli Nouellarum dixit eius bona fiscum capere. Decima quinta Constitutio iij. tit. primi libri Codic. Sin autem dominus ignorauit quod factum est, damno non afficitur: sed qui hoc sciebant curatores, & mercenarij, & emphyteutæ, prouincia expelluntur, rebus eorum Ecclesiæ applicatis. Præfecti autem prętorio hæc prospicientes & scientes quinque libris multantur, & præsidium, L. Licet tamen iis qui habent in suis ædibus oratoria, orare, non etiam præter ea quæ dicta sunt sacra celebrare.

L. Conuenticula. C. de Epis. et cler.

BALS. *Sexta Constitutio primi tit. Nouellarum, quæ dicit confiscari seu publicari locum in quo fit sacrum præter Episcoporum sententiam, est Iustiniani Nouella l viii. quæ exoleuit, vt quæ non sit sita in Imperial.*

cap. xv. De Episcopis, vel Clericis, qui vnà cum Iudæis vel Hæreticis communicant vel precantur, vel eis operari permittunt, vel eorum sacrificia suscipiunt, Apostolorum can. decimus, quadragesimus quintus, quadragesimus sextus. Synod. Antioch. canon ij. Syn. Laodic. canon triceſimus tertius. Quarta constitutio iij. tit. Nouellarum dicit, quòd Hæretici qui congregant, & qui apud ipsos congregantur, constitutionum pœnas subeunt: & domus in quibus hoc peccatum admittitur, sanctæ Ecclesiæ applicãtur.

Auth. Edict. de fide Constantinopol.

BALS. *Quarta constitutio iij. tit. Nouellarum est Nouella Iustiniani, cxxxij. quæ appellatur Edictum de fide Constantinopolitana, quæ illicitas congregationes prohibet, & peruersa Hæreticorum baptismata, & tractat de cæteris quæ in ea visa sunt.*

cap. xvi. Non oportere sancta, ratione benedictionis, mitti in parochias, Syn. Laodic. canon decimusquartus.

cap. xvii. Non esse dandam mortuorum corporibus communionem, Syn. Carthag. can. decimusoctauus. Syn. vi. can. lxxxiii.

cap. xviii. Non oportere mulierem suæ purgationis tempore communicare, Dionysij ex Epistola ad Basilidem cap. ij. iiij. Timothei canon septimus.

cap. xix. Quomodo qui somniauit communicat, Dionysij ex Epistola ad Basilidem caput quartum. Timothei can. xij.

cap. xx. Non fieri oblationem præsente hæretico, Timothei canon nonus.

cap. xxi. Quando oporteat ab vxore propter communionem abstinere, Dionysij ex Epistola ad Basilidem caput tertium. Timothei canon v. decimustertius.

Quo-

Quomodo fit oblatio pro eo qui ſeipſum interfecit, Timothei canon decimuſquartus. Lex ciuilis de iis qui ſibi mortem conſciuerunt, vel conſciſcere conati ſunt, propter metum criminis, non autem propter morbum, vel vitæ odium, punit vt eum qui alterum interfecit, vt vult liber quadrageſimuſoctauus, titulus viceſimuſſecundus. *cap. xxij.*

TITVLVS QVARTVS. *ff. De bonis eorum qui ante ſent.*

De Catechumenis & ſancto baptiſmate.

Non oportere poſt duas quadrageſimæ hebdomadas ad illuminationem admitti, Syn. Laodic. can. xlv. *cap. j.*

De iis qui adiurant, Syn. Laodic. can. xxvi. *cap. ij.*

Quomodo oporteat baptizare, Apoſtolorum canon quadrageſimuſnonus. I. Syn. vi. can. quinquageſimuſnonus. *cap. iii.*

Quomodo oporteat eos qui illuminantur fidem profiteri, Syn. Laodic. can. xlvi. quadrageſimuſſeptimus. Syn. vi. canon quinquageſimuſoctauus. Decima conſtitutio viii. tit. primi libri Codicis iubet, vt qui Græci quidem ſunt, ſine dilatione baptizentur: qui autem ſunt perfectæ ætatis, non niſi prius ſcripturas & ſanctos canones edocti. & ſciendum eſt non inueniri canonem qui hoc dicat. Tertia autem conſtitutio tertij tituli Nouellarum, quæ eſt ſecunda de Samaritanis, ſita autem in ordine librorum, qui ſunt in Patriarcheio, cxxxiij. decernit, ne Samaritani ad ſanctum baptiſmum cito ac leuiter recipiantur, ſed bonam quidem doctrinã ſentientes, biennio catechizentur, & ſic baptizentur. Iuuenes autem, & qui doctrinam omninò non intelligunt, etiam abſque ciuſmodi obſeruatione, ſancto baptiſmo dignentur. *cap. iiii.*

Vt baptizentur qui neſciunt an baptizati fuerint, Syn. Carth. can. ſeptuageſimuſquintus. Syn. vi. can. decimuſoctauus. *cap. v.*

Vt non baptizentur mortui, Syn. Carthag. canon decimuſoctauus. *cap. vi.*

De iis qui peccant ante baptiſmum, & Catechumenis, qui labuntur, Synod. Nicenæ canon decimuſquartus. Synod. Ancyr. canon duodecimus. Syn. Neocæſar. canon quintus. Baſilij canon octauus. Theophili ex Commentario canon quartus. Cyrilli ex Epiſtola ad Epiſcopos qui ſunt in Libya & Pentapoli, can. iiii. Prima conſtitutio duodecimi titu. primi lib. Codi. dicit, Quòd ſi Iudæus vt crimen effu- *cap. vij.*

L. i. C. de his qui ad Eccles. cõfugi.

giat, vel ſe ab ære alieno liberet, vult fieri Chriſtianus, non eſt admittendus, donec innocens viſus fuerit, & debitum ſoluerit. Decimaquarta autem conſtitutio, vndecimi tit. primi li. Ault Græcos, & eorum liberos ſine dilatione, cum parui ſunt, baptizari, adultos autem prius doceri ſcripturas, vt volunt canones. Tertia autem eiuſdem tit. Nouellarum, vult Samaritanos biennio catechizari ſeu initiari.

Auth. De Samaritanus.

BALS. *Centeſimaquadrageſima quarta autem Iuſtiniani Nouella, ſita in libro j. Imp. ſtatuit, vt Samaritæ nihil vel ex teſtamento vel ab inteſtato vel ex donatione accipiant, neque ipſi teſtamentum faciant, vel donent hæreticis: ſoli autem Samaritani agricolæ ſibi inuicem & ex teſtamento & ab inteſtato ſint hæredes. Sed nec ſit ex his aliquis miles, vel aduocatus, vel eu aliquod officium committatur. Catechizentur autem ipſi biennio, ſi ſint catechiſmi capaces: libertate donentur autem etiam qui ab ipſis empti ſunt ſerui, ſi ſint Chriſtiani.*

Cap. viij.

De Epiſcopis vel Clericis, qui Hæreticorum baptiſmum recipiunt, Apoſtolorum canon quadrageſimuſſextus.

Cap. ix.

De iis qui in morbo baptizantur, Syn. Neocæſar. canon duodecimus. Syn. Laodic. can. quadrageſimuſſeptimus. Syn. Carth. canon quadrageſimuſquintus. Timothei can. iiij.

Cap. x. L. i. Ex hoc. ff. de ven. tre inſpic.

De muliere prægnante, quæ baptizatur, Syn. Neocæſar. can. vi. Atqui in primo cap. iiij. tit. viceſimiquinti libri ff. dicitur fœtum eſſe partem prægnantis. Alias quoque leges de ea re adduxi in libro vnico à me ſcripto de legibus quę videntur contrariæ.

BALS. *Primum caput iiij tit. viceſimiquinti lib. Digeſtorum eſt ſecundum reſponſum primi capitu. vij. tit. Imp. quod ſic habet: Fœtus priuſquam naſcatur, pars eſt mulieris, & ideo donec natus fuerit, non competit patri interdictum de liberis.*

L. Partũ ff. de verb. & rer. ſignific.

Primum caput, iiij. lib. Digeſt. ſic dicit, quòd ex vacca vel ancilla furto ſurrepta natum eſt, etiam hæres furis, & emptor ignorans diuturna poſſeſſione vſucapit. Quod enim natum eſt, non eſt pars eius quod furto ſurripitur.

BALS. *Viceſimumſextum caput, xvi. tit. L. lib. ff. eſt caput viceſimum ſextum ſecundi libri Imp. quod ſic habet: Fructus ancillæ furtiuæ, non eſt pars ipſius. Hæc cùm ita ſe habeant, interrogauerit quiſpiam, Cùm caput x huius tituli doceat de muliere prægnante quæ baptizatur, quare meminit Patriarcha dictorum capitum, vt quæ videantur contraria? SOL. Dubitabatur an oporteret mulierem prægnantem baptizari. Dicebant enim nonnulli, quòd quoniam fœtus, qui in materni viſceribus adhuc latet, matri omninò vt fœtus ipſius conjunctus eſt, & non poteſt vnà cum matre illuminari, quod in lucem nondum venerit, nec ſuſcipiendi baptiſmi voluntatem habeat, nec prægnans quoque debet mulier baptizari, ſed expectare donec fœtus in lucem exierit, ne eius quidem pars illuminetur: alia verò nequaquam illuminata maneat: & quòd ſi cum prægnãte fœtus baptizatus fuerit, ſi poſtquam in lucem exierit baptizetur, inueniretur bis baptizatus. quod eſt abſurdum. & ideo etiam Neocæſariana Syn. in vi. can. ſoluit dubitationem, de prægnante ſic definiens, quòd oportet eam illuminari quando velit: nihil enim hac in re commune habet quæ peperit cum eo quod natum eſt, quòd vnuſquiſque propriam animi voluntatem, quæ eſt in confeßione, oſtendat. Cùm itaque hic diuinus canon ſtatuat nihil habere commune, quod naſcitur, cum ea quæ*

ea quæ peperit, Patriarcha, qui hoc opus compoſuit, inuenit aſſumptas leges aliquando quidem dicere partem eſſe prægnantis mulieris fœtum qui eſt in vtero, præter ſententiam canonis: aliquando autem non eſſe, ea quæ contraria videntur coniunxit, eorum ſolutionem noſtræ, vt eſt veriſimile, inſcitiæ relinquens. Dicimus ergo dictas leges non eſſe inter ſe contrarias. Fœtus enim, qui eſt in vtero, ſemper antequam natus ſit, pars eſt matris, vt dicit caput viceſimiquinti libri. Et ideo non poteſt pater eum tanquam ſit in ſua poteſtate vendicare: poſtquam autem natus fuerit, vendicat, vt qui non ſit pars matris. Porrò autem is etiam qui bona fide poſſidet quod ex furtiua ancilla natum eſt, id tanquam non furtiuum vſucapit. Ac canon quidem non quòd non ſit pars prægnantis mulieris, qui in vtero eſt fœtus, permiſit eius illuminationem: ſed quoniam nihil habeat commune fœtus cum muliere quæ peperit: ſcilicet quòd non ea quoque non illuminata reputetur, quòd non poſſit fœtus baptiſmatis confeßionem ſuſcipere. Quando autem furtiuæ ancillæ fœtus vſucapitur, & quando non, dicunt diuerſæ leges. & quære quæ ſcripta ſunt ſuperius poſita vicesimoſexto capite, ſecund. libr. Imperial.

Poſt ſanctum baptiſmum vngi oportere, Syn. Laodic. canon quadrageſimuſoctauus. *Cap. xl.*

De ſancti Chriſmatis confectione, Syn. Carthag. canon vi. *Cap. xij.*

De iis qui bis, vel non vt oportet, baptizantur, & de iis qui infirmos non baptizant, Apoſtolorum canon quadrageſimuſſeptimus, quadrageſimuſnonus, quinquageſimus. *Cap. xiij.*

De iis qui rebaptizãt, & rebaptizãtur, tractant prima & ſecunda conſtitutio noni tituli, primi libri Codicis. Altera enim Epiſcopo depoſitionem, altera verò vltimum ſupplicium ei qui baptizauit & baptizatus eſt imponit. Siquidem eſt ætatis in quam cadat crimen. Scias autem quòd ei qui eſt pubertati proximus, ob nullam cauſam datur auxilium, vt liber viceſimusnonus, tit. quintus, caput decimumquart. Eſt autem pubertas, in maſculo quidem quartusdecimus annus completus: in fœmina autem, annus duodecimus. Vt liber viceſimuſoctauus, titulus primus, caput quintum, Inſtitutionum j. tit. xxij. Sin autem fuerint aliquibus legata alimenta, donec fuerint puberes maſculus quidem capit, donec octauumdecimum annum compleuerit: fœmina autem, quartumdecimum. Vt liber triceſimuſquartus. Porrò autem Impubes falſum non committit. Vt liber quadrageſimuſoctauus, titulus decimus, caput viceſimumſecundum. & adulterium poſt pubertatem committitur. Vt caput triceſimumſextum, quintus titulus eiuſdem quadrageſimioctaui libri. Iam verò Nouella, quæ tractat de Eccleſiis Aphricæ, quæ eſt triceſimaſeptima, dicit quòd, qui ſunt rebaptizati, milites quidem eſſe non poſſunt, pœnitentiæ autem agendæ locum habent.

C. Ne ſanctũ baptiſma iteretur.

L. Excipiũt. ff. De ſenatuſc. Silani. ff. de alim. et cib. leg. L. Mela.

L. Si quæra. ff. Qui teſtam. facere poſſunt.

L. Impuber. ff. Ad L. Cornel. de falſis.

L. Si minor annis. ff Ad L. Iuliã. de adult.

BAL. S. *Caput decimumquartum, xvi. tit. xxxv lib. Imp. quod ſic habet: Si impubes pubertati proximus dormiens prope dominum qui eſt interfectus, id quod factum eſt non propalauerit, punitur. Impuberibus enim, qui ſub eodem ſunt tecto, dat veniam, non autem miniſtris & conſcijs, ſi poßint id quod ſit intelligere. Eu enim ne in alia quidem cauſa datur auxilium. Quintum*

cap. primi tit. xxxv. lib. ita habet: Masculus, qui decimumquartum annum complevit, testatur: Fœmina autem, quæ xij. Natus autem calendis Ianuarijs videtur annum complere sexta hora noctis pridie calendas Ianuarij anni sequentis. Caput tertium, xix. tit. xxxviij. lib. Imp. quod sic habet: Antiquitus fœminarum quidem pubertas à so. & xij. annis indicabatur: Masculorum autem, ex eo quòd completus esset decimusquartus annus, si vnà etiam corporis habitus concurreret. Vt in Institutionibus didicisti: Iubet itaque constitutio, vt etiam in masculo à quartodecimo anno iudicetur, non inspecto a nobis corporis habitu, propter pudorem. Quare in tricesimoquarto libro, titulo decimoquarto, capite decimoquarto, quod sic habet: Si impuberibus alimenta legauero, & non ostendatur quousque eos accipere voluit, quandiu viuunt capiunt. Sin autem dixi, vsque ad pubertatem: masculus quidem vsque ad decimumoctauum annum, fœmina vsque ad decimumquartum accipit. In solu autem alimentis pubertas ita benignè definitur. & caput secundum ita habet: Nec Laboniano senatusconsulto, nec crimini falsi est impubes obnoxius. Et caput quadragesimum, quinquagesimus septimus titulus: Post pubertatem adolescens adulterium committit, & legi subiicitur. Nouella sita est in libro primo, tit. primo, cap. quadragesimoquinto, quod sic habet: Hæreticus ne baptizet, nec rem publicam administret, nec vllum regium officium exerceat. Qui est rebaptizatus, à sola militia arcetur: Iudæus mancipium Christianum ne habeat. Atque hæc quidem docent capita de impuberibus qui rebaptizantur, vel aliter peccant, quando eis datur venia, & quando non datur, & quantum est tempus quod est post pubertatem. Tu autem omnibus collectis, dicas, quòd impubes trifariam diuiditur: In infantem impuberem qui loqui non potest, & iam complet triennium: in proximum infantem, qui propè est vt loquatur, & septimum annum complet, & in eum qui est pubertati proximus, & est doli capax, qui à septimo anno ad ipsum decimumquartum etiam vsque procedens, annum decimumquintum attingit. Et puberes quidem, qui non sunt doli capaces, non sunt crimini obnoxij. Qui autem iam sunt capaces, seu qui annum septimum compleuerunt, & si rebaptizantur, corriguntur, & si aliter peccant, puniuntur. & dic illum impuberem falsi crimine non teneri, qui est minor anno septem. Sed etiam quadragesimum caput, tricesimumseptimũ titulum sexagesimi libri sic interpretare. Post pubertatem enim teneri adolescentem crimine adulterij est eiusmodi, eum qui peccat in impubertate, non solum in impubertate, sed etiam postea teneri. Quod autem de alimentis dictum est, & prater canones, quòd sint alimenta maxime necessaria. Scias autem, quòd eiusmodi puberes, non vt qui sunt perfectæ ætatis puniuntur, sed in eos paulò mitius agitur.

L. Mela. ff. De cib & alim. leg.

cap. xliii. Quínam ex hæreticis ad fidem orthodoxam accedentes baptizantur, & quínam solum vnguntur, Syn. Nic. can. decimusnonus. Syn. Laodic. canon vij. viij. Syn. Constantinopol. canon septimus. Syn. vi. canon nonagesimusquintus. Syn. Nic. secundę can. viij. Basilij can. quadragesimussept.

cap. xv. Quomodo qui est dęmoniacus, vel qui in morbo delirat, baptizatur, Timothei canon secundus, quartus.

cap xvi. Non oportere mulierem in diebus suæ purgationis baptizari, Timothei canon vi.

cap. xvii. Si catechumenus ante baptismum communicauerit, Timothei canon primus.

TITVLVS QVINTVS.

De iis qui contemnunt Ecclesias, & Synaxes, & memorias, & de iis qui comedunt in Ecclesiis, & de agapis.

cap. j. De iis qui docent domum Dei, & synaxes, & memorias, esse contemnendas, Syn. Gangr. canon quintus, octauus. Syn. vi. canon septuagesimussextus. lxxxviii. xcvii.

cap. ij. Non faciendas in Ecclesiis agapas, nec esse comedendum in eis,

eis, Syn. Laod. canon viceſimuſoctauus. Syn. Carth. can. quadrageſimuſſecundus. Syn. vi. canon ſeptuageſimuſquartus, ſeptuageſimuſſextus, nonageſimuſſeptimus. Tertia conſtitutio xii. tit. primi libri Codic. prohibet eos qui confugiunt, comedere vel dormire intra templum, ſed ſecurè eos poſſe agere intra veſtibula, in atriis, & porticibus, & lauacris, & hortis.

BALS. *Tertia conſtitutio xij. tit. primi libri Codic. eſt liber v. Imp. cap. xi. quod ſic habet: Vſque ad Eccleſiæ terminos, qui ſunt ante forum publicum, ſecuritatem habeant qui confugerunt, interioribus lauacris, vel hortu, vel ædibus, vel atriis, vel porticibus vtentes, & prohibeantur intra templum vel comedere vel bibere. Armu autem ſe non muniant, ſed ea apud Epiſcopum deponant, vel primum perſuaſi, vel poſteà erecti iuſſu Epiſcopi & iudicum.*

TITVLVS SEXTVS.

De fructuum oblatione, Apoſtolorum canon tertius, quartus, li. lij. Syn. ſextę canon viceſimuſoctauus, quinquageſimuſſeptimus, ſeptuageſimuſnonus, nonageſimuſnonus. Cyr. ex Epiſtola ad Dūm, canon ij. Triceſimaoctaua conſtitutio iij. tit. primi libri dicit, quòd non oportet Epiſcopos vel Clericos cogere aliquos offerre fructus, vel dare angarias, vel propterea excommunicare, vel anathematizare, vel non dare communionem, vel non baptizare. Etiam ſi eiuſmodi conſuetudo inualuerit. Qui hoc autem tranſgreditur, à ſua Eccleſia excidit, & ſua adminiſtratione: & dat decem libras. Hæc autem obſeruantur in ſola regia vrbe, eiuſque regione, & locis qui pertinent ad Metropolitanos, qui ordinantur à Patriarcha, vel ad Epiſcopos qui fiunt ab illis. Lege quæ ſcripta ſunt in primo capite, ij. tit. præſentis operis, de oblationibus, & de iis quæ donantur vel relinquuntur ſanctis domibus. *cap. j.*

Quoſnam oportet dare vel accipere fructuum oblationes, & de iis qui ab Eccleſia accipiunt ceram vel oleum, Apoſtolorum canon ſeptuageſimuſſecundus. Syn. Gangr. canon ſeptimus. lxviii. Theophili ex commentario canon vij. *cap. ij.*

De iis qui offerunt Synagogis vel ſacris gentium, Apoſtolorum canon li. lij. Prima conſtitutio xxij. tit. primi libri Codi. dicit, quòd id quòd Iudæorum vniuerſitati legatum eſt, non petitur. Et nona conſtitutio xi. tit. eiuſdem libri, quòd ſi quid datum vel relictum fuerit ad Helleniſmi ſeu Paganiſmi conſtitutionem, id ciuitas accipit. *cap. iij.* *L. j. C. De Iudæis & cælicolis.*

TITVLVS SEPTIMVS.

De ieiunio & quadrageſima, & Paſcha, & Pentecoſte, & Dominico, & Sabbato, & genuflexione.

Cap. j. De ieiunio, & iis quæ prohibentur vel permittuntur fieri in quadrageſima ieiuniorum, Syn. Gangr. can. decimuſoctauus, decimuſnonus. Apoſtolorum canon lxiiij. lxix. Syn. Laodic. canon xlix. quinquageſimus, li. lij. Syn. ſextæ canon viceſimuſnonus, lij. lv. lvi. lxxxviij. Petri canon decimuſquintus. Quinta conſtitutio xij. tit. iij. lib. Cod. dicit, quòd in præcedentibus xl. Paſchæ diebus ceſſat omnis criminalium cauſarum diſceptatio. Et ſexta conſtitutio, quòd dies feſti ſunt ſeptem dies ante Paſcha, & ſeptem poſt Paſcha, & Chriſti Natalis, & Theophania. & dies paſſionis Apoſtolorum, & Dominicus. & in iis diebus nec ſpectaculum peragitur, nec cauſa dicitur. In xv. autem Paſchæ diebus nec debitum priuatum vel publicum petitur. Octaua autem conſtitutio permittit in ipſis xv. dieb. manumiſſiones & emancipationes fieri & de iis acta confici. Nona verò conſtitutio dicit, quòd etiam in quadrageſima, & in die Paſchæ quęſtio habetur de latronibus, vt conſcios proferant, & maximè de Iſauris. Tertia autem conſtitutio vi. tit. primi lib. Cod. dicit, quod in diebus Paſchæ nullus in cuſtodiam traditur, vel in vincula coniicitur, præterquam adulter & inceſtus, & raptor virginis, & tumulorum effoſſor, & præſtigiator ſeu incantator, & monetæ violator, & homicida, & parricida, & tyrannus.

L. Quadraginta & L. Omnes dies. C. de feriis.

L. Nemo deinceps. C. de Epiſcop. & audient.

BALS. *Quinta autem conſtitutio ij. tit. iij. libri Codicis, & alia diuerſa capita dicunt quæ in hu viſa ſunt. Si vu autem planè ſcire quibuſnam diebus ferientur ac quieſcant iudicia, lege Imperatoriam Nouellam quæ menſe Martio, x. indictionis anno 6570. emiſſa eſt à Deo coronato optimo & ſanctiſſimo noſtro Imperatore Domino Emanuele Comneno, Quæ hæc tractat poſt principium: Decernimus ergo vt illi dies ſint ab omnibus negocijs & actionibus immunes, quos in præſenti conſtitutione expreſſè enumeranimus: & in aliquibus quidem illorum ab omni actione ceſſetur, vt toto eorum ſpatio iudicium minimè exerceatur, niſi Imperatoru forte diſpenſatio, aliqua forte ratione vel neceſſitate, vt ſæpe negocia facile emergunt ac erumpunt, in hu quoque voluerit iudicium ſedere: in aliquibus verò ex parte iudicia agitentur. Vt ſcilicet à mane vſque ad ipſum diuini ſacrificij tempus, liceat iudicibus vacare orationi, & Dei glorificationi: & poſt diuinum ſacrificium iuſtitiæ curam gerere, & in qui iniuria affecti ſunt legum virtute opem ferre. Quibus ergo poſt diuinum ſacrificium eſt iudicare permiſſum, in iis quæ à ſe fiunt, decretu, recordabuntur temporis, quo fiunt eorum decreta. Ac primum quidem tractandum eſt de iis quæ ſunt ab omni actione immunes. Qui eſt ergo octauo Septembru dies natalis immaculatæ Dominæ & Dei matris, erit feſtus. Similiter & xiiij. qui honoratus eſt exaltatione vinificæ Crucis: & xxvi. propter Apoſtoli & Euangeliſtæ Ioannis Theologi emigrationem. vi. Octob. quòd in eo agatur memoria ſancti Apoſtoli Thomæ. Nonus propter Alphæum Iacobum Apoſtolum. Et xviii. propter Apoſtolum & Euangeliſtam Lucam. xiij. menſis Nouembru, quòd patru Chryſoſtomi in eo memoria peragatur. xiiij. quòd Philippi Apoſtoli in eo factum agatur. xvi. quòd Euangeliſta & Apoſtolus Matthæus*

thæus honoratur. Xxi. quòd Dei matris in templum ingressus celebratur. Et xxx. quòd Andreæ Apostoli in eo festum agitur. Ix. Decembru, vtpote quòd in eo peragatur conceptio castissimæ matris Dei nostri. Xx. vsque ad ipsum vi. mensis Ianuarij, vtpote quòd in eu celebretur natalis & baptismus Domini, & Dei & seruatoris nostri Iesu Christi. Xviii. eiusdem Ianuarij propter diuinos Patres & Doctores Athanasium & Cyrillum. Et xxv. propter memoriam magni Patris Gregorij Theologi. Ij. Februarij, propter Seruatoris occursum. Iij. propter memoriæ Symeonis, qui Christum susceptt, mysterium. Xxv. Martij, propter Dei matris annunciationem. Dies Paschales ab ipsa Lazari resurrectione vsque ad octauum post Pascha. Xxv. Aprilis propter Apostolum & Euangelistã Marcum. Et xxx. propter Apostolum Iacobum Theologi & Euangelistæ fratrem. Viii. Maij, propter memoriam sancti Ioannis Theologi. X. propter sancti Apostoli Simonis Zelatoris memoriam. Xxi. propter sanctorum Apostolisque æqualium Imperatorum Constantini & Helenæ memoriam. Xxvi. propter Apostoli Alphæi Iudæ. Xi Iunij, propter Apostolum Bartholomæum. Xix propter Apostolum Iudam & Thaddæum, & Iebbæum, & Iacobum. Xxiiii. propter præcursoris natalem. Xxix. propter festum summorum Apostolorum Petri & Pauli. Xxx. propter celebrationem Apostolorum xij. Xxv. Iulij, propter sanctæ Annæ Dei genitricis parentis dormitionem. Vi. Augusti, propter Seruatoris nostri Iesu Christi transformationem. Ix. propter memoriam sancti Apostoli Matthiæ. Xv. propter gloriosissimam sanctæ Dei matris emigrationem. Xx. propter memoriam sancti Apostoli Thaddæi. Xxiiii. propter memoriam Apostoli Bartholomæi. Xxix. propter venerabilis præcursoris truncationem. Hu vt ab omni negocio penitus immunes computabuntur etiam quadragesimalu ieiunij meditetates, & Pentecostes, & Seruatoris assumptio, & omnes totius anni Dominicæ, vt in eu sit exclusus omnis ad iudicium aditus: & nullius eorum, quibus indicare sorte datum est, iudiciale quid exerceat. Qui autem ex parte quidem cessant à iudicijs, & non sunt omninò, vt prædiximus, à negocijs gerendis immunes, hi sunt vj. mensis Septembru, quòd summi ducis Michaelis in Chonu miraculum admirabiliter effectum est. Xxiii. Octobru, quòd fratris Dei Iacobi memoriam peragimus. Xxv. quòd magnum martyrem vnguentí jue redolentia fragrantem Demetrium celebramus. Primus Nouembru, quòd miraculorum effectores gratis medentes Cosmam & Damianum celebramus. Viii. quòd in corpore eorum Synaxis peragatur. Xxviii. quòd sanctus Martyr Stephanus recens celebretur. Iiii. Decembru, propter præclaram martyrem Barbaram. & vi. propter miraculis insignem vnguentorúmque fragrantia scatentem Nicolaum. Primus Ianuarij, propter diuinum Gregorium Nyssenum. Xv. propter venerationem preciosæ Petri catenæ. Xix. propter exaltationem preciosi corporis Theologi Gregorij. Et xxvii. propter venerabilem exaltationem reliquiarum Chrysostomi. Vii. Februarii, propter magnum Martyrem ducem exercitus Theodorum. Et xvii. propter athletam Theodorum Tironem. Ix. Martij, quòd quadraginta magnorum Christi Martyrum memoria peragatur. Xxiii. Aprilis, quòd magnus Martyr Georgius honoretur. Ij. Maij, propter magnum Athanasium. Viii. Iunij, propter magnum Martyrem ducem exercitus Theodorum. Nonus, propter sanctum patrem nostrum Cyrillum Alexandrinum. Et xxvii. propter sanctum & mirabilium operum effectorem Sampsonem. Primus Iulij, quòd in eo sanctorum mirabiliúmque operum effectorum, Cosme & Damiani memoriam peragimus. Ij. quòd depositionis preciosæ vestis Dei matris memoriam agimus. Viii. quòd magnum Martyrem Procopium celebramus. Xi. quòd insignem Martyrem Euphemiam. Xx. quòd Prophetam Heliam honoramus. Xxvii. quòd athletæ mirabilium operum effectoris Panteleemonis festum agimus. Et Xxxi. Augusti, propter preciosæ zonæ Deiparæ depositionem. Ij autem sunt eiusmodi, vt partim quidem operari liceat, sintque professi, partim in iis operari non liceat, festi sint. Feriæ autem, quæ fiunt vel propter Imperatoris natiuitatem, vel renunciationem, eas quoque in professu diebus mea Imperatoria maiestas annumerat, à se ipsa præsens decretum incipiens, & in iis quæ ipsa peregerit docens reliquos. Non enim constitutionis ratio ita persuadebit iis qui illi mentem adhibent, vt meæ Imperiali maiestatis actio. Ipsos enim dies, in quibus Imperatoria mea maiestas in hanc vitam edita est, & Dei prouidentia ad imperium electa est, professos esse decernit: nec iudicia vllum in eu iustitiæ agere. omnes ergo præter superius adscriptos dies professi erunt, & ius in eu dicetur, & consequenter iudicialium sententiarum sient executiones. Credo autem præsens nostræ Imperatoriæ maiestatis decretum Deo gratum futurum. Miseros enim dicens Pharisæos Dominus, ipse etiam misericordiæ iudicium præposuit.

Vt neque puerpera, nec qui propter morbum non potest, Pascha ieiunare cogatur, Timothei canon viii. ix. & decimus. cap. ij.

De tempore, & die Paschali, & de Theophaniis, Apostolorũ canon vii. Syn. Antioch. can. j. Syn. Carth. canon lxxiij. Syn. vi. canon lxvi. lxxxix. Dionysij ex Epistola ad Basili- cap. iij.

dem, canon j. Theophili ex edicto de Theophaniis.

Cap. iiii. Non oportere die Dominico fieri ſpectacula, vel genuflectere in Dominicis, vel diebus Pentecoſtes. & quod oportet, quoad eius fieri poteſt, die Dominico feriari, non tamen ſabbato: & quod oportet legere ſcripturas ſabbato, Syn. Nic. can. xx. Syn. Laodic. can. xxix. Syn. Carthag. canon lxi. Syn. vi. canon xix. lxvi. Petri canon xv. Theophili ex edicto de Theophaniis. Decima conſtitutio xij. tit. iij. lib. Codi. dicit, diem Dominicum eſſe feſtum, nec licere in eo operari. Ix. autem eiuſdem tit. conſtitutio, quod in eo non interpellatur quiſpiam aut priuatum debitum: nec iudicatur, nec ſcenicum ſpectaculum, vel venatio, equorúmve curſus peragitur. Sin autem contigerit Imperatoris natalem eſſe Dominico, differuntur ſpectacula. Qui autem ſpectat die Dominico, militia priuatur, & bona eius publicantur, & executor, qui legem tranſgreſſus eſt. Licet autem paciſci & tranſigere in die Dominico. Dictum eſt autem in libro primo, tit. ix. conſtitut. ij. & xiij. quod Iudæi ſabbato, & aliis ſuis feſtis, nec corporale miniſterium exercent, nec aliquid faciunt, nec propter publicam vel priuatam cauſam in eos actio intenditur, vel ipſi in Chriſtianos intendunt.

L. fin. C. de feriis.

L. Die ſabb. C. De Iudæis & Calic.

BALS. *Decima conſtitutio xii. tit. iij lib. Cod. & xii. eiuſdem libri, ſunt poſtremum cap. lx. libri Imp. quod propemodum ita habet, vt in ea viſum eſt: niſi quòd prior eadémque fuſior nouella meminit ſolius Dominici. Imp. autem omnem diem deputatum in Dei honorem ſimiliter eſſe honorandum decernit. Adycit autem, vt ſileant apparitores, litium exactores, & pracones. fiant autem omnes contractuum conuentiones abſque vllo impedimento, non ſolum in ſcriptis vel ſine ſcriptis, ſed etiam per iudiciales ſententias.*

Cap. v. Quæ ſit cauſa genuflexionis, & cur hoc non fiat die Dominico, & diebus Pentecoſtes, & cur oramus ad orientem, Baſilij ex xxvij. cap. eorum quæ ſcripta ſunt ad Amphilochium de ſancto ſpiritu.

TITVLVS OCTAVVS.

De Parochiis, & quomodo verſentur Epiſcopi & Clerici, & de eorum peregrinatione, & de annuis Synodis, & de ſuſceptione hoſpitum & doctrina, & commendatitiis, & pacificis epiſtolis, & quaſnam res agunt publicas vel priuatas, & quomodo ſe inuicem honorant.

Cap. j. De parochiis, & de iis, quę regiis typis fiunt, innouationibus, Syn. Chalced. can. xvij. Syn. Carth. canon iij. lvi. lxxi. Syn.

ſex: a.

vi. canon xxv. xxxvi. xxxvij. xxxviij. xxxix. Sexta constitutio ij. tit. primi libri Codic. dicit quod Canonicas dubitationes, quæ in toto Illyrico oriuntur, non oportet decidi præter sententiam Archiepiscopi Constantinopolis & eius Synodi, quæ habet priuilegium Romæ veteris. Xvi. ciusdem tit. constitutio infirmat ea quæ decreta sunt regnante Zenone contra ea quæ pauloantè statuta fuerant ab Imperatoribus de Sacerdotibus vel constitutione Ecclesiastica, & priora renouat, & dicit Constantinopolitanum Archiepiscopum habere aliorum primatum. Xxx. constitutio iij. tit. primi libri dicit, Vnaquæque ciuitas habeat proprium Episcopum. Quòd si quis per diuinum rescriptum ausus fuerit proprio Episcopo vrbem vel regionem, vel aliquod ius adimere, priuatur iis quæ habet, & fit infamis. Excepta est autem Tomorum Scythiæ ciuitas. Eius enim Episcopus reliquarum quoque curam gerit. Et Heleno Isauriæ est sub Episcopo Isauropolis. Quòd autem Constantinopolitana ciuitas habeat priuilegia Romæ veteris, dicit liber primus Codicis, tit. xxi.

L. Omni innouatione. C. de sacros. eccles.

L. Decernimus. ibid.

BALS. *Caput primum, xxiii. tit. iiii. lib. Imp. sic habet: Constantinopolis non solum Italiæ, sed etiam ipsius Romæ priuilegiis vtatur. Cuiusmodi autem sint priuilegia sanctæ vetus Romæ Ecclesiæ, ostendit decretum quod ab Apostolis æquali, sancto magno Constantino ad sanctum Siluestrũ, qui tunc erat Papa Romæ, factum est.*

DECRETVM CONSTANTINI.

ÆQVVM esse iudicauimus cum omnibus Satrapis, & vniuerso Senatu, Magistratibus, & omni populo, qui est sub Romana gloriæ potestate, vt sicut sanctus Petrus est Dei in terris vicarius, ita etiam Episcopi, successores principis Apostolorum, principalem in terra habeant potestatem amplius quam nostræ gloriæ Imperatoria maiestas, idque à nobis concessum est, & à nostra Imperatoria maiestate. & Volumus Apostolorum principem, & eius successores ac vicarios esse primos apud Deum patres & defensores: & sicut Imperatoria nostra potestas in terra honoratur & colitur, ita etiam decernimus coli & honorari sanctam Romanam Ecclesiam: & plusquam Imperium nostrum, & terrenam sedem sanctã, S. Petri Cathedram gloria affici & extolli dantes ei potentiam, & gloriæ auctoritatem, & decernentes statuimus vt habeat principalem potestatem, & sit caput quatuor sedium, sedis Alexandrinæ, Antiochenæ, Hierosolymitanæ, & Constantinopolitanæ, & vt semel dicam, omnium totius orbis Ecclesiarum. Et qui futurus est Episcopus sanctæ Romanæ Ecclesiæ, debet esse insignis, & omnibus mundi sacerdotibus altior. & si quid est quod ad Dei cultum, & Christianæ fidei correctionem, & confirmationem pertineat, id ab eo iudicetur. Æquum enim est vt sancta illa lex illic caput & principium habeat, vbi sanctus Legislator seruator noster Iesus Christus iussit beatum Petrum Apostolum sedem tenere: & vbi crucis passionem sustinuit, & beatæ mortis calicem bibit, & magistri & Domini sui vestigia secutus est: & gentes illic caput suum per nominis Christi confessionem inclinent, vbi Doctor noster beatus Apostolus Paulus cernice pro Christo porrecta martyrij coronam accepit: & ad finem vsque mundi ibi Doctorem quærant, vbi sanctæ eius reliquiæ quiescunt: & illic supplices, & in terra prostrati, cælestis & Imperatoris & Dei seruatoris nostri Iesu officio deseruiamus, vbi superbo illi regi seruiuimus. Tradidimus ergo ipsis sanctis Apostolis, beatis Dominis meis, Petro & Paulo, & post ipsos beato Siluestro & patri nostro magno Episcopo & Catholico Papæ Romano, & omnibus eius successoribus, qui quidem ad finem vsque mundi sessuri sunt in sede beati Petri, ab hodierno die, nostrum Imperiale palatium Lateranense, quod vincit ac antecellit omnia mundi palatia. Præterea autem etiam diadema seu co-

ronam capitis noſtri: ſimul etiam lorum, & ſuperhumerale, quod Imperatorium collum circundat: & ſimul etiam purpuream chlamydem, & tunicam coccineam, & indumenta regia, & imperialium equorum auctoritatem. Similiter & ſceptra Imperialia, & omnia ſigna & banna, & reliqua ornamenta Imperialis amplitudinis, & noſtræ poteſtatis gloriam. Et viros religioſiſſimos diuerſorum ordinum Clericos ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſeruientes ornari decernimus, & illam habere amplitudinem & maieſtatem, qua ornatus erat magnus noſter Senatus ſeu Patritij, & Conſules, & reliquæ dignitates. Et ſicut Imperialis exornata eſt militia, ita etiam ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Clerum exornari decernimus. Et quemadmodum Imperatoria poteſtas multis officijs exornata eſt, Cubicularioruм, Hoſtiariorum, Excubitorum, ita etiam ſanctam Romanam Eccleſiam exornari volumus: & vt lumen Epiſcopale quàm amplißimè præfulgeat, hoc quoque decernimus, vt clerici ſanctæ Romanorum Eccleſiæ equitent equos albis linteis ornatos. Et ſicut noſter Senatus fert calceos ſeu ſandalia cum linteis albis: ita etiam cæleſtia, ſicut terreſtria ad Dei laudem. Et præterea concedimus ſanctiſſimo noſtro Syluestro Epiſcopo & Papæ vrbis Romæ, & omnibus eius ſucceſſoribus beatis Epiſcopis, in honorem & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, & ipſius ſanctiſſimæ magnæq; & Catholicæ Eccleſiæ, vt ſi quis ex ſenatu ſua ſponte ac propria voluntate velit fieri clericus, & in ſanctorum clericorum numero connumerari: ne quis ex omnibus hoc audeat impedire. Ad hæc autem decreuimus, vt ipſe etiam pius ac religioſus ſanctus Pater noſter Syluester magnus Epiſcopus, & omnes eius ſucceſſores Epiſcopi ferant Diadema, ſeu coronam, quam ei tradidimus ex capite noſtro, ex auro puro, & margaritis inæſtimabilibus: & vt ea vtantur in capitibus ſuis, ad laudem Dei & honorem ſancti & Principis Apoſtoli. Ipſe autem beatus Papa Syluester ſupra coronam, ſeu tonſuram, quam habuit ad honorem Dei & ſancti Petri, noluit ferre coronam ex auro vel margaritis. Nos autem, quia ſanctus Syluester noluit ex auro coronam, ſplendidiſſimum Phrygium lorum, quod ſanctam reſurrectionem ſignificat, eius ſancto capiti propriis manibus impoſuimus, & tenentes frænum equi eius, propter veneration em & reuerentiam ſancti Petri, ſtratoris officio funcli ſumus, decernentes vt omnes eius ſucceſſores Phrygio vtantur loro in proceſſionibus, ad imitationem imperij. Porrò autem ne Epiſcopatus auctoritas contemnantur, ſed etiam vltra noſtrum terrenum imperium etiam potentia gloria decoretur, ecce palatium noſtrum, vt prædiximus, & Romanam ciuitatem, & totius Italiæ ſeu occidentalium regionum prouincias, loca, & caſtra prius ſcripta beatiſſimo Epiſcopo noſtro Syluestro Papæ vniuerſali tradidimus, & ei & ſucceſſoribus eius tradimus: firmámque ac ſolidam regiæ iuſſionis poteſtatem per diuinam hác iuſſionem & pragmaticam conſtitutionem permanere decreuimus, & Romanæ Eccleſiæ viru in æternum conceſſimus: Ideo autem par eſſe cenſuimus, vt noſtrum imperium noſtríque imperij potentiam in Orientem transferremus, & in Byzantinorum regione, loco vtili ac frugifero, vrbs noſtro nomine ſtatueretur, & noſtrum illic ſtaret imperium, quod vbi eſt principale Sacerdotium, & caput Chriſtianæ religionis, datum à rege cælorum, non eſt æquum vt terrenus Imperator illic poteſtatem habeat. Hanc autem imperij noſtri ceßionem propriis manibus compoſitam in preciosis reliquijs ſancti Apoſtolorũ principis Petri poſuimus: & illic nos omnia firma & illabefactata ſeruaturos noſtróſque ſucceſſores iuramus: & hac cum actu & monimentis noſtris ſeruanda tradidimus ſancto patri noſtro & vniuerſali Epiſcopo & Papæ, & per ipſum omnibus ſuis ſucceſſoribus, annuente Domino noſtro & ſeruatore Chriſto omnia antè ſcripta tradimus rectè in æternum ſeruanda.

NOTA. quòd ex præſenti edicto, ſeu regia iuſſione ſancti & magni Conſtantini, ius habet Papa Romanus imperatorij priuilegij fruendi, præter ſolam coronam: & ideo in omnibus, quæ vbique fiunt, proceßionibus, & diuinis eorum myſterijs, regio loro caput eius tegitur: induitur autem etiam vero veſtimento, & cum vero * Imperatoris more equitat, eóſque qui ei ſubſunt, imperatorij dignitatibus honorat. Quia autem ſancta Synodus dedit Archiepiſcopo Conſtantinopolitano omnia Papæ Romani priuilegia, conati ſunt nonnulli Patriarchæ, vt ille Cerulas & dominus Michael, & alij, eadem ſibi priuilegia arrogare: ſed eis non rectè ceßit. Clericos autem Conſtantinopolitanos dignitatibus honorari non eſt vetitum, ſed ea quoque ſunt mutila. Ius autem habet ex hoc edicto Chartophylax equitandi in feſto ſanctorum Notariorum equum Patriarchalem cum albo linteamine. Oporteret autem etiam eius caput, vtpote Patriarchalis, caddenarij tegi aurea tiara, quæ etiam in Chartophylacio ſeu tabulario ſita eſt. Huius quoque temporis Patriarcha Alexandrinus ex præſenti edicto ius habet, vt cum Phrygio celebret. Habuit autem hanc facultatem ſanctus Cyrillus Alexandrinus à Romano Papa Cæleſtino, quando fuit Epheſina Syn. aduerſus Neſtorium. Cum non poſſet Cæleſtinus adeſſe Epheſi, & indicare Neſtorium, viſum eſt vt ſancto Cyrillo à Cæleſtino permitteretur huic Synodo præſidere. Vt itaque conſtaret eum habere ius & auctoritatem Papæ, ſedit cum Phrygio, & condemnauit Neſtorium. Ab eo ergo tempore cum eodem Phrygio ſacrificant & præſident Patriarchæ Alexandrini, & non verentur reprehendi. Lege etiam S. Cæleſtini de ea re Epiſtolam ſitam in actu iij. Syn.

* μίγα λίαν.

Nos

Non debere Episcopum temere peregrinari, vel Clericum in alia versari prouincia, Apostolorum canon xiiij. xv. Syn. Ancyr. canon xviij. Syn. Antioch. canon iij. xiij. xxij. Syn. Laodic. canon xli. xlij. Syn. Constantinopol. canon ij. Syn. Chalc. can. xiij. xxiij. Syn. Sardic. canon iij. xi. xij. xvi. xvij. Syn. Cartha. canon xxiij. lxxi. Syn. vi. canon xvij. xviij. xx. Syn. Nic. secundæ. canon x. Syn. i. & ij. quæ in sancto Apostolorum tẽplo habita est, canon xvi. xlij. Tertij tit. primi libri Codicis dicit constitutio, Episcopus in quocunque negocio prẽter iussum Imperatoris ne sit Constantinopoli, sed mittat Apocrisiarium. Transgressor autem multatur & exterminatur. Prima autem constitutio iij. tit. Nouellarum dicit, Nullus Episcopus absit plusquam anno à sua Ecclesia præterquam iussu Imperatoris, cogentibus eos Patriarchis in suis Ecclesiis perseuerare. Sin autem præter Imp. iussionem plusquam anno abfuerit, Patriarcha Climatis illum legitimis edictis vocet, seruans sanctos canones. Sin autem omninò esse contumax inobediensque perstiterit, eum Episcopatu eiiciat, & alium faciat: sin autem is qui abest, non est Metropolitanus, sed alius Episcopus. Metropolitanus faciat in eum illa quæ dicta sunt: sin autem hoc prætextu vtatur quòd priuati iudicij vel Ecclesiastici gratia absit, per œconomos, vel Clericos, vel Apocrisiarios mittantur, qui eum de Ecclesiasticis quæstionibus conueniant. Non ingrediatur autem prius Byzantium Episcopus, quàm conuenienter canonibus à suo Metropolitano literas quæ commendatitiæ dicuntur ad Imperatoriam maiestatem attulerit, quæ esse necessariam peregrinationem testentur. Metropolitanus autem peregre proficiscens Patriarchales literas accipiat, & non eas per se Imperatoriæ sublimitati ostendant: sed cum Patriarcha, vel cum suæ Diœcesis Apocrisiariis communicent, & cum eis ingrediantur. Licet autem eis etiam per magnæ Ecclesiæ referendarios vel Apocrisiarios ad Imperatorem referre. Septima autem eiusdem tituli Nouellarum constitutio dicit, quòd si Episcopus longo tempore à sua Ecclesia abfuerit, ne œconomus ei sumptus suppeditet: sed is sumptus ad Ecclesiasticas & pias causas præbeatur. & qui subsunt Patriarchæ Constantinopolitano, sine eius permissione ad ipsum ne accedant, & ita qui peregre proficiscitur, ne suam Ecclesiam plusquam anno relinquat: & cap. 4.

œconomi ſumptus eis ne ſuppeditent, & Antiſtites quibus ſubſunt eos adhortentur per literas vt redeant, & ſi differant, ad iudicij certamen eos vocent: & ſi intra certum tẽpus non reuertantur, eiiciant, & alios ordinent. Eadem autem ſint & de Clericis cuiuſcunq; gradus.

An. lxxxvi. BALS. Tertia conſtitutio eiuſdem tit. eſt Nouella Iuſtiniani lxxxvi. ſita in lib. iij. Imp. tit. xxij. quæ ſic habet in fine, Sed nec Monachos, nec Clericos, vel Epiſcopos huc venire iubemus abſque ſanctiſſimo ipſorum Patriarcha, vel ſciant quod ſeipſos hoc habitu indignos reddent, & ſcias quod integra quidem Nouella ſolum Epiſcopi meminit: Imp. autem, nec Clericum nec Epiſcopum ſinunt Conſtantinopoli agere abſque ſententia Patriarchæ. Tu autem magis mentem adhibe xvi. canon. primæ & ſecundæ Syn. quæ in æde ſanctorum Apoſtolorum eſt habita, qui tempus peregrinationis ad ſex menſes redigit. Lege etiam illius Patriarchæ Domini Nicolai Synodalem declarationem, quæ xiiij. menſis Martij, iij indict. facta eſt, & ſtatuit quanto tempore ſine vllo præiudicio poſſint magnæ Eccleſiæ ſacerdotes & Epiſcopi abeſſe.

Cap. iii. Oportere Epiſcopos cauſas peregrinationis eorum qui per ipſorum regionem tranſeunt Epiſcoporum curioſe inquirere, Syn. Sard. can. j.

Cap. iiii. De Epiſcopis & Clericis, qui proficiſcuntur ad Imperatorem, vel eos qui illi adſiſtunt, Syn. Antioch. canon xi. xij. ſyn. Sardic. can. vij. viij. ix. xxi. Syn. Carthag. canon lxxvi. ciiij.

Cap. v. De ſuſceptione hoſpitum, & de pacificis, & commendatitiis Epiſtolis, Apoſtolorum canon xij. xxxvij. Syn. Antioch. canon vij. viii. xi. Syn. Laodic. canon xli. xlii. Syn. Chalc. canon xiii. Syn. Sardic. canon ix. Syn. Carthag. canon xxiii. Syn. vi. can. xvii.

Cap. vi. De differentia pacificarum & commendatitiarum Epiſtolarum, Syn. Chalced. canon xi. Syn. Carthag. canon xvi.

Cap. vij. Quibuſnam oporteat Epiſcopos ferre auxilium, & de Epiſcopis & Preſbyteris & Diaconis, qui Eccleſiaſticis indigentibus opem non ferunt, Apoſtolorum canon lix. Syn. Sardi. canon vii. Qui inopia premuntur hæretici, non capiunt ea quæ dicuntur ἀξιωμελικὰ à iudiciis vel Eccleſiis, vt liber primus, lxxxi. tit. v. conſtitut. viii.

Cap. viij. De ſynodis, & iis qui ad eas proficiſcuntur. Apoſtolorum canon xxxvii. Syn. Nic. canon v. Syn. Antioch. canon xx. Syn. Laodic. canon xxx. Syn. Chalced. canon xix. xxi. Syn. Carthag. canon xviii. lxxiii. lxxvi. lxxv. Syn. vi. can. viii. Syn. Nic. ij. canon vi. Secunda & xviii. conſtitutio primi tit. Nouellarum volunt ſemel, vel bis in anno Iunio, vel Septẽbri fieri ſynodum Metropolitanorum apud Patriarcham, & Epiſcoporum apud Metropolitanos: & examinare cauſas quas Epiſcopi, & Clerici, & Monachi inter ſe habent

habent de fide, & canonibus, & negociis Eccleſiaſticis,& aliis,& quæ præter canones peccantur corrigi. Earum autem præſides & ordines non obedientes Metropolitanis Synodos facere differentibus,vel Imperatoriæ maieſtati ſignificantes extremè puniuntur.

Non temere oportere Epiſcopum vel Clericum emancipare, Syn.Carthag.can. xxxv. *cap. ix.*

Quomodo vendicant Epiſcopi loca ad ſe pertinentia , quæ ab hæreticis occupantur, Syn. Carthag. can. cxxij. xxxvij. Nouella dicit Eccleſias Aphricæ tuto habere ſuas poſſeſſiones. & ſi Græci , vel hæretici habeant,vel aliquas eorum domos , vel vaſa, ea eſſe eis auferenda, non oppoſita longi temporis præſcriptione. *cap. x.*

Non debere lectores populum adorare, Syn. Carth.can.xvi. *cap. xi.*

De Epiſcopis,qui non conuertunt hæreticos,& de Epiſcopis, & Clericis qui non docent populum. & quòd Epiſcopus Deo pro populo reſpondet:& quando cùm peccauerit populus, Clerus ſegregatur, Apoſtolorum canon . xxxvi . xxxix . lviii. Syn. Carthag.can. cxxiii.ccxxiiii.Syn. vi. can. xix. lxiiii. *cap. xij.*

De Epiſcopis, & Clericis,qui aliquid ſeculare faciunt,vel publicum,vel priuatum,& vel aliquid conducunt, vel curam tutelámve gerunt,Apoſtolorum canon vi.lxxxi.Syn.Chal. canon iij.Syn.Carthag.canon xvi. Syn.Nic.ſecundæ can. x. Syn. j. & ij. in templo ſanctorum Apoſtolorum habitæ canon xi.xvii. conſtitut. iij.tit. primi lib.Codicis,prohibet ne Clerici aditum habeant ad actiones publicas , vel quæ curiis conueniunt.& xxx.eiuſdem tit.conſtitutio prohibet Eccleſiaſticis poſtremas voluntates aperire,l.librarum pœnam tranſgreſſori ſtatuens. & xl. eiuſdem tituli conſtitutio dicit quòd Epiſcopi,& Preſbyteri, & Diaconi, & Hypodiaconi,& Monachi,etiam ſi non ſint ordinati,ſunt ab omni tutela & cura immunes vacantes Eccleſiis, & ſuis Monaſteriis , diuinorum miniſteriorum celebrationem non negligentes. Secunda verò conſtitutio primi tituli Nouellarum dicit,quod Epiſcopus vel Monachus non ſit tutor vel curator. Alij autem Clerici ſuorum cognatorũ curam gerunt,ſi intra quatuor menſes apud competentem iudicem id ſua ſponte ſuſceperint: nec circa aliam curam ei præiudicium afferetur: ſed nec publicorum,vel vectigalium,vel alienarum poſſeſſionum receptor, vel domus cu- *cap. xiii.* *l. Placet. C. de Epiſc. & Cler.* *l. Generaliter ſanci. C. de Epiſc. & cler.*

rator, vel cauſæ procurator, vel pro eiuſmodi cauſis fideiuſſor, Epiſcopus, vel œconomus, vel alius clericus, fit nomine proprio, vel Eccleſiæ, vel ſui Monaſterii. Poſſeſſiones tamen, quę prope ſanctas ędes ſitę ſunt, poſſunt conducere, & in emphyteuſin capere: omnibus Clericis, & Monachis in contractu, vel in venditione conſentientibus, & vtile eſſe id quod agitur declarantibus. Porrò autem ipſę quoque venerabiles ędes ſuis Clericis locant, & dant in emphyteuſin pręter ea quę ſunt alia lege prohibita. Et ipſi etiam ab aliis Clericis accipiunt. Qui autem pręter hęc facit, ſi eſt quidem Epiſcopus, omnia eius bona Eccleſiæ applicantur: ſin autem œconomus, vel alius Clericus, dat pœnam pecuniariam, quæ à ſuo Epiſcopo ſtatuitur. Qui autem eis adminiſtrationes commiſerunt, vel ab eis fideiuſſionem acceperunt, non habent actionem aduerſus ipſos, vel res, vel fideiuſſores, vel Eccleſias, vel Monaſteria: ſed etiam damnum, quod publico allatum eſt, è domo ſua reſarciunt.

BALS. *Xxiiij. primi tit. Nouellarum conſtitutio eſt Nouella Iuſtiniani, ſita in libro iij. Imp. tit. primo, cap. iij. Hæc autem ita habèt, vt viſum eſt. Quare autem neceſſario Synodalem etiam declarationem, quæ facta eſt x. decembru, vi. indict. à ſanctiſſimo Patriarcha domino Luca, de clericis, qui publicas & perſonales ſeruitutes exercent, quæ poſita eſt in xvi. can. Carth. Syn. In Patriarchatu autem beati Patriarchæ domini Ioannis, menſe Februario, indict. viii. facta eſt Synodalis declaratio, quæ decernit vt nec Diaconi, vel omninò Eccleſiaſtici aut Monachi cauſas agant. Quam etiam lege ſitam in xvi. can. Carthag. Syn. menſe autem Ianuario, iij. indict. Patriarchatum gerente beato Patriarcha domino Michaële Anchialo facta eſt Synodalis declaratio, quæ tractat vt quemadmodum Sacerdos & Diaconus, ita etiam lector, & quiuis ſacratus, à ſecularium officiorum & miniſteriorum exercitio abſtineat. Cuius quidem declarationis poteſtas ſita eſt in dicto canone. Porrò autem lxviii. Nouella domini Leonis Philoſophi iubet ne Clerici vel Monachi orphanorum tutelas vel curas ſuſcipiant: permittit autem vt ſint tutores & adminiſtratores vltimarum voluntatum: & maximè ſi ad animam pertinentes donationes ſunt ab eu proceſſuræ: & nota hoc. Hanc enim diſtinctionem non alibi ſitam inuenies. Sed etiam lxxxvi. eiuſdem Imperatoris Nouella decernit, vt nec Epiſcopus, nec vllus clericus, aduocationibus, vel conductionibus, vel fideiuſſionibus vacet. Qui autem tale quid facit, ad aliquod quidem tempus ſegregetur, ſin autem perſiſtat, deponatur. Et hæc quidem ita. Quidam autem Diaconum à beato Patriarcha domino Luca cauſam agere prohibitus, vtente dicto canonibus, & cæteris legibus, dixit apud Imperatorium tribunal, præſente etiam Patriarcha, eiuſmodi leges & canones non habere locum in eos qui hodie cauſas agunt & aduocatorum officio funguntur, ſed in eos qui tunc erant aduocati, qui quidem erant in ciuilibus iudicijs ordinati, & Imperatoris frumentarias teſſeras accipiebant, & erant ſub Primicerio, & à ſecularibus magiſtratibus characterem accipiebant: quandoquidem omninò clerici rectè prohibebantur ſecularia aduocatorum officia exercere. ſed quia, qui hodie cauſas agunt, & cauſidicorum officium obeunt, aduocationes vt liberale aliquod ſtudium exercent: nec ſacratu quidem cauſas dicere prohibebitur, & dictum ſuum confirmans, æquum eſſe aſſerebat, vt non actio, ſed modus à canonibus puniretur. Non ſolu enim clericus, ſed etiam Epiſcopu amicos defendere permittetur, nec pro cauſa Eccleſiaſtica dicere eu probro dabitur. Vt ipſæ etiam leges hoc apertè indicant. Sed clericũ cauſas dicere, & aduocati munere fungi perinde ac ſeculares officiales, laicumque accipere characterẽ, id eſt quod odio habetur, & punitur. Quòd autem eſſe aduocatum, erat ſeculare officium, & teſſaras frumentarias ſeculares accipiebant, qui erant ordinati aduocati, & erant ſub Primicerijs, ex multis eſt manifeſtum. Et lege poſtrema capita primi tit. viij. lib. Imp. & quæ in libro Eparchi de ijs ſcripta ſunt, & ordinata de aduocatu. Tractant enim aduocatos eſſe collectam multitudinem, & ab illu qui tunc erant præſidibus characterem accipere. Hu dictu admiſſus eſt, eique fuit permiſſum*

missum à Patriarcha, vt causas vt mos defendat.

De Episcopis, & Clericis, qui cum introductitiis mulieribus conuersantur, Syn. Nic. canon iii. Syn. sextæ, canon v. Syn. Nic. secundæ, canon xviii. Basilij ex Epistola ad Gregorium. Decimanona constitutio tit. primi lib. Codic. dicit, Sacerdotes, & Clerici cum solis suis matribus, & filiabus, & sororibus, & iis quæ eis ante nupserunt cohabitent. Et prima constitutio primi tit. Nouellarum dicit: Ne habeant Diaconi aliquas secum versantes loco scilicet sororum, vel cognatarum, vel earum quę dilectę dicuntur: sed per se habitent vel cum suis veris fratribus, vel patruis, vel parentibus, vel filiis. Siqua autem dicatur adesse, simulata quidem bona appellatione, sed mala suspicione, ne ordinetur, & etiam ordinata ab habitu excidat, vnà cum eo obnoxia existens & huic legi, & reliquis, quæ stupratores puniunt. Secunda verò constitutio eiusdem tituli Nouellarum dicit, Nullus Clericus qui vxorem non habet, habeat in domo sua introductitiam, præterquam matrem, & filiam, & sororem, & alias non suspectas. Sin autem hæc non seruauerit, & bis ab Episcopo vel cũ clericis admonitus eã non eiecerit, vel eo etiam accusato ostensum fuerit illum se nõ decorè gerere, deponatur, & detur curię ciuitatis cuius erat Clericus. Episcopus, qui omninò cum muliere cohabitat, deponitur. Sed nec Diaconissa potest cum vllo habitare qui in malam possit suspicionem cadere. Ab Episcopo autem admonita, si eum eiicere differat, ministerio priuatur, & diurno victu, & toto vitæ tempore in monasterium includitur. & bona quidem eius, si habeat liberos, inter ipsos, & ipsam pro proportione diuiduntur, & partem sibi conuenientem monasterium pro eius alimento accipit. Sin autem non habet liberos, Ecclesia in qua erat, & monasterium ea ex æquo diuidunt. cap. xiiii. L. Eum qui. C. de Episc. & cler.

Quomodo oportet Episcopum, vel Clericos, vel eos qui se continent, ad mulieres accedere, Syn. Carthag. canon xxxviii. Syn. Nic. ij. canon xxii. cap. xv.

Non oportere Clericos cum eo conuiuari, qui secundum coit matrimonium, vel præter leges vxorem ducit, Syn. Neocęsar. can. vij. Timoth. can. xi. cap. xvi.

Clericos nihil debere facere absque sententia suorum Episcoporum, Apostolorum canon xxxix. Syn. Laodic. can. lvij. cap. xvij.

Non oportere Clericos facere conuiuia ex symbolis, Syn. cap. xviii.

Laodic. canon quinquageſimuſquintus.

cap.xix. De ordine Epiſcoporum ex tempore,& quomodo Clerici ſedent, & ſe inuicem honorant, Syn. Nic. canon xviii.Syn. Laodic. canon viii.& lvi.Syn.Carthag.can. lxxxvi.lxxxix. Syn. vi. canon vii.

TITVLVS NONVS.

De peccatis, & iudiciis Epiſcoporũ,& Clericorum,& ſegregatione, ac pœnitentia, & quænam peccata ſoluit manuum impoſitio.

cap.j. Qui,& apud quos accuſant Epiſcopos,vel Clericos,Apoſtolorum canon iiii. Conſtantinopol. Syn. canon vi. Syn. Chalcedon.canon ix.xxi. Syn.Carthag.canon viii.xi.xii. xv. xxx. cxxviii. cxxix. Cyrilli Epiſtolæ ad Dũm. canon primus.Generaliter de perſonis,quæ prohibentur accuſare quamuis perſonam in crimine publico, tractat liber ix. Codic.tit. j.& xl.liber ff.tit.ij.De criminalibus, & pecuniariis,& canonicis quęſtionibus dictum eſt in Codice & in Nouellis. Dicit enim lib.j. tit.ij. cap.vi. quod canonicas quæſtiones,quæ oriuntur in toto Illyrico, non oporet decidere præter ſententiam Archiepiſcopi, & eius Synodi quæ habet vrbis Romæ priuilegia.

BALS. *Præſens caput tractat apud quos agi debet cum Epiſcopũ, & Clericis pro criminalibus cauſis & pecuniarijs. Scias autem eſſe Nouellam piorum Imperatorum Heraclij, & Conſtantij, quæ decernit, vt neque Epiſcopus, nec Clericus, nec Monachus poſſit in ius vocari ad ciuilem aut militarem magiſtratum pro vlla criminali vel pecuniaria cauſa: ſed ad proprios tantum Epiſcopos, vel Metropolitanos, vel Patriarchas. Eadem etiam decernit quæ Iulio menſe iiij. indict. 5585. anno eſt edita aurea bulla inclyti Imperatoris domini Alexij Comneni, quæ hæc expreſſe addit: in autem inter litigantes eſt diuiſio, & alter quidem eſt ſtatus ſecularis: alter verò in diuini cleri numerum relatus eſt, actor rei foro omninò ſubijcietur. & vnuſquiſque ad competens iudicium accedet: niſi forte quis ex omnibus forum Imperatorium poſtulet. Tunc enim ceſſantibus omnibus, Imperatoria maieſtas de cauſa cognoſcet, & controuerſiam decidet. Lege etiam xv. can. Carthag.Syn.& quæ ſunt in ipſo.*

Et tit.vi.conſtitut.xxij. quod qui per calumniam apud competentem iudicem Epiſcopum accuſat, ſoluit xxx. libras. Et conſtitut. xxv.eiuſdem tit.quod Clerici Conſtantinop. ſi nolint actores apud Patriarcham agere, à ſolis præfectis præt. iudicantur,ſiue conueniant,ſiue conueniantur, tam propriuatis, quàm pro Eccleſiaſticis: & Clerici quidem œconomum ſeu Eccleſiæ defenſorem dant fideiuſſorem, & non alium, vſque ad l. libras. & ſi res eam ſummam exceſſerit,pro quantitate quæ excedit dant iniuratam cautionem.

onem. Nam & leges & canones vetant Clericum iurare. Conuentus autem œconomus non dat fideiussorem, sed & ipse, & clerici dant duos nummos pro monitione, & pro curatoris constitutione, reliquósque sumptus parcius faciunt. Et xxxiii. eiusdem tit. constitutio dicit, quod Episcopi, clerici, & monachi, à regione in regionem non protrahũtur, sed apud prouinciarum præsides conueniuntur. Sin autem Constantinopoli inueniantur, apud solos prȩfectos prætorio conueniuntur. Vbi etiam eis honor habetur, & aduocatos accipiunt. Quòd si in prouinciis de rebus priuatis conueniantur, solos œconomos, vel Ecclesiæ defensores dant fideiussores. Sin autem apud præfectos prætorio pecuniariè conueniantur, vel pro se inuicem fideiubent, vel sub hypotheca præbent cautionem. Pro Ecclesiasticis autem solus œconomus conuenitur, quem oportet fieri ab Episcopo, & Ecclesiæ defensorem fideiussorem exhibet. & in minoribus quidem iudiciis, pro monitione dant Episcopi & clerici executoribus non plus quàm vnum solidum. Sin autem per præsidis executorem, eius sententia in prouincia moniti fuerint, non dant plus quàm duos solidos pro sportulis. Byzantij autem externus Clericus dat tres solidos pro sportulis, quacunque sit actione conuentus. Executor autem, qui quemuis clericum iniuria afficit vel vexat, exauctoratur seu cingulo priuatur, & capitali supplicio afficitur. Si qui autem eos per iniuriam conuenisse visi fuerint, dant eis omnes impensas quæ à principio ea de causa ab eis factæ sunt.

BALS. *Non inuenimus legem vel canonem, qui prohibeat vel permittat clericos iurare. nunquid ergo præsens legislatio respexit ad id quod à Domino in Euangelio dictum est, Ne iurct quispiam? xxxij autem constitutio ij. tit. primi lib. Cod. non est sita in imp.*

Xxxix autem eiusdem tituli constitutio dicit, quod clerici rectè in contractu fori præscriptioni renunciant. licet autem vnicuique generaliter ea quæ pro se introducta sunt negligere. & ij. constitutio iiij. tit. eiusdem libri dicit, quod si ante definitiuam sententiam Clericus appellauerit, statutam in alios ea de causa l. librarum argenti multam Fiscus ab eo nõ accipit, sed pauperibus diuidit. Viij. eiusdem tituli constitutio dicit, quod in solis pecuniariis, inter consentientes, non etiam inter inuitos, Episcopus rectè iudicat. Et constitutio viij. quod rata est Episcoporum sententia inter eos qui ipsos elegerunt: & prȩfectorum prȩtorio sententiis

L. Si quis in cõscribẽdo. C. de Epis. et cler.

L. 2. C. de Epis. audiẽtia

L. Si quis ex consensu. C. eodem.

L. Episcopa. iudicium. C. eodem.

L. Decernimus. C. eod.

assimilantur, à quibus non licet appellare. Et xiij. constitutio, quod si actor velit, non tamen inuitus, agit apud Episcopum Constantinopolitanum, œconomum, & alios suos clericos, siue aduersus illos, siue aduersus Ecclesiam habeat controuersiam. Et xxix. constitutio, quod nullus primo loco Clericum apud Patriarcham accuset, sed apud suum Episcopum. Sin autem sit ei suspectus, apud Metropolitanum. Sin autem ille quoque est suspectus, oportet tres vnà cum eo iudicare loco totius Synodi, qui pro loco ordinationis primi sint, & si eorum sententiæ non acquieuerint, diœcesis Patriarcham appellare, & eius sententiæ stare, tanquam si eos ab initio iudicauisset. A Patriarcharum enim sententia appellari non potest.

BALS. *Tertio cap primi lib. vi. tit. ne mentem adhibueris. Constitutio enim illa sublata est à dicta posteriore Nouella. Sed neque alij ex Nouellis Iustiniani, quæ aliud dicat, mentem adhibuerit. sed quantum ad hoc quod primum apud Episcopos & Metropolitanos causæ dicantur, & sic veniant ad Patriarcham, sequere dictum responsum xliii. cap. j. tit. iij. lib. Quòd ad hoc autem, quod ciuiles vel militares Magistratus aduersus sacratos nullam potestatem habeant, adhibe mentem Nouellæ Imperatorum Constantini & Heraclij: & Nouellæ Imperatoru domini Alexij Comneni. quorum in præsenti titulo meminimus. Lege etiam xv. can. Syn. Carthag. & ix. can. Syn. Chalc. & quæ in eis sunt. quæ quidem soluunt omnem dubitationem. Integra Nouella ita habet: Aduersus enim eiusmodi Episcopales sententias non esse locum appellationi, ab iis qui non præcesserunt cõstitutum est. Quarta autem constitutio est Nouella lxxxviii. Idem etiam de iis qui agunt apud Episcopos. Licet autem apud Patriarcham agere, vt per suas literas causa ad Episcopos transmittatur, & non pluſquàm quatuor * siliquas pro sportulis accipiat qui à Patriarcha vel Metropolitano mittitur clericus. Vel si missus fuerit Episcopus, non pluſquàm sex solidos propter quancunq; causam vel quantitatem. Patriarcha autem audit appellationem eorum qui ex sua permissione iudicauerunt, Episcoporum vel Metropolitanorum. Qui autem præter hæc facit, dat duplum id quod superexactum fuerit, & à Patriarcha, vel Metropolitano pœnæ Ecclesiasticæ subijcitur, ex Ecclesiastico catalogo electus. Hæc quidem, cùm res ad statum spectant Ecclesiasticum: sin autem sit ciuilis controuersia, non cogitur is qui agit, vel accusat, hæc seruare, sed est in eius potestate agere apud Magistratus seculares. Quarta autem eiusdem tit. Nouellarum constitutio dicit, quod si quis aduersus clericum causam habet pecuniariam, conueniat Episcopum sub quo est is qui agit, & sine scripto absque vllo præiudicio iudicet. & si volunt partes, sententia sine scripto proferatur. Sin autem aliqua de causa non possit Episcopus causam decidere, tunc causa apud seculares Magistratus dicitur. Clericus suus seruatis priuilegijs. Sin autem quæritur de criminibus, siquidem de ciuilibus, ciuiles Magistratus Byzantij iudicant & in pretiuncio, causa post litem contestatam non excedente duos menses. Et si clericus visus sit dignus supplicio, primo per Episcopum sacerdotali dignitate nudatur: & sic legum manibus subijcitur. Sin autem peccatum est ecclesiasticum, Episcopus canonicus conuenienter iudicet, quas etiam leges sequuntur. Nec se seculares Magistratus ei se quæstioni immisceant. Et decimaquinta constitutio eiusdem tit. dicit, Qui habet controuersiam aduersus aliquem Ascetarum, vel Virginum, vel sacratorum, vel mulierum quæ sunt in Monasterio, eorum Episcopum adeat. Ille verò cum grauitate & honestate ipsum, vel ipsam per Monasteriorum præfectos, vel Apocrisiarios, vel alios bonos ac probos deducat & consideret. Secularis autem Magistratus, qui seipsum ingerere conatur, excipitur, & Fisco vnà cum suis apparitoribus x. libris multatur. Executores autem in cancello includuntur, & vt par est, castigantur, executorumque deinceps fungi officio per Episcopos prohibentur. Scias autem quòd secunda eiusdem tit. constitutio, quæ est his omnibus validior, vt quæ sit recentior, dicit, quòd si quis ordinandum Episcopum vel clericum est accusaturus criminis, quod ex legibus vel canonibus possit impedire ordinationem, is eam persequatur. & qui est eum ordinaturus, crimen examinet, præsente & persequente accusatore, vel accusationem ad tres menses implere differente. & si innocens quidem & crimini non obnoxius apparuerit, ordinetur: sin autem reus, impediatur. Accusator autem, qui non probauit, vel effugit, eiicitur ex prouincia in qua habitat. Quòd si ordinatio fiat ante examinationem, is quidem qui est ordinatus, expellitur:*

* τριάντα.

qui

qui verò ordinauit, à sacrorum celebratione anno vno separatur. & omnes eius facultates suæ Ecclesiæ dominio applicantur. Eadem autem dicit etiam xvii. eiusdem tit. constitutio, non solum de ordinatione Episcopi, & clerici, sed etiam de præfectorum Monasterij: differt autem, vt quæ dicat quod accusator quidem qui non probauit, sed destitit. Si est clericus, à suo gradu expellitur. Sin autem Laicus, castigatur. & quòd si fiat quidem ordinatio ante inquisitionem, & qui ordinauit, & qui ordinatus est, sacerdotio mouentur. Eadem autem ij. primi tit. Nouellarum constitutio dicit, Qui habet litem aduersus Clericum, vel Diaconissam, vel Monachum, aut Monacham aut Ascetriã, eorum Episcopum adeat, & ille iudicet. & si pars vtraque silentium egerit, fiat executio per secularem Magistratum. Si quis autem eorum qui contendunt, intra decem dies contradixerit, secularis eorum locorum Magistratus rem examinet, & vel sententiam confirmet, vel exequatur, non valente eo, qui secundo victus est, appellare. Quòd si Magistratus Episcopi sententiæ contrariam sententiam tulerit, Magistratus sententia appellationi subiicitur, & ex lege refertur, & examinatur. Sin autem iussu vel mandato iudicauerit Episcopus, appellatio refert eius sententiam ad eum qui transmisit. Quòd si crimen intendatur aduersus aliquem eorum qui dicti sunt, siquidem apud Episcopum, & veritatem inuenerit, eum gradu eiiciat. & tunc competens iudex cum detineat, & causam legitimè examinans ei finem imponat. Sin autem apud Magistratum intentatum, & probatum sit, acta Episcopo ostendantur. & si ex eis delictum inuenerit, cum à gradu separet, & iudex et legitimum supplicium inferat. Sin autem existimauerit Episcopus non iuste acta esse quæ facta sunt, sit is qui accusatus est sub legitima securitate proprio gradu non motus, donec Imperatoria maiestas, causa per Episcopum, & magistratum cognita iusserit quod sibi videtur. Si Episcopus differat in pecuniariis iudicare, potest actor ad magistratum accedere. Qui autem est accusatus, non dat fideiussorem, sed promittit sub hypotheca bonorum sine iuramento. Episcopi, qui inter se inuicem, eiusdem Synodi existentes habent litem, à Metropolitano suo, & alio eiusdem Synodi Episcopo iudicantur: & si vtraque pars eis non stet, Patriarcha de eis cognoscit, nullo iis quæ ab eo constituuntur valente resistere. Idem est etiam si clericus contra suum Episcopum accesserit. Episcopus litigans nec dat fideiussorem, nec cautionem œconomi, & Prochotrophi, & Nosocomi, & qui sunt eiusmodi, suo Episcopo subiiciuntur, & ab eo quod ad suam vtilitatem facere videtur postulant, nec ponunt ante postulationem se ad aliud iudicium conferre. sed post postulationem, si se læsos esse putauerint, si est quidem Episcopus qui iudicauit, Metropolitanus examinat. Sin autem Metropolitanus iudicauit, Patriarcha cognoscit. Sin autem ante redditam rationem, & postulationem mortuus sit eorum qui dicti sunt quispiam, eorum hæredes tenentur. Similiter libri primi, tit. iij. constitut. xli. quæ dicit quòd œconomus reddit quotannis Episcopo rationem administrationis. Episcopi, & clerici, qui propter legationem vel ordinationem peregrinantur, non conueniuntur donec reuersi fuerint. Non læsit iis, quibus illi tenentur, ex eorum absentia, in longi temporis præscriptione. Monitiones & executiones clericu cum honore afferantur, & Monachus, & Ascetriu, in pecuniariis, priuatu, & publicis. & Monacha quidem à Monasterio non trahatur, sed per procuratorem litiget. Monachus autem & suas & Monasterij causas agit, vel per se, vel per procuratorem. Sin autem præter hæc fiat, iudex cingulo priuatur. Episcopus, si de re propria conueniatur, dat sportulas, pro sua autem Ecclesia non vexetur, sed œconomus, vel qui ab eo præficitur. Qui autem præter hæc sportulas acceperit, duplum reddit. & si sit quidem miles, cingulo priuatur: sin autem clericus, deponitur. De loci autem conseruatoribus cxxxiij. Nouella dicit, quod Monacha propter nullam causam aut actionem à proprio Monasterio trahitur.

Quot & qui aduersus Episcopos vel Clericos testificantur, Apostolorum canon lxxv. Syn. Chalced. can. xxi. Syn. Cartha g. canon xxxi. lix. cxxviii. & cxxx. Quosnam in iudicio testes esse oporteat, docet v. tit. xxij. lib. ff. Octaua autem quarti lib. & eiusdem tit. Cod. constitutio dicit, quod vnus solus non auditur, etiam si magna sit & illustri dignitate præditus. Hæreticus autem aduersus orthodoxum nullo modo testificatur, nisi de statu curiali cum orthodoxo agatur, vt est libri primi, Cod. tit. v. constit. xxi. *cap. 4. ff. de testib. L. Iurisiurã. religioni. C. de testibus.*

BALS. *Secundus titulus, xxi. lib. Imp. cap. j, dicit esse testes fide dignos, & in pecuniarijs, & criminalibus causis productos, qui non sunt à lege prohibiti, vel excusati. Viij. tit. iiij. lib. Cod. dicit, à testimonio repellitur qui condemnatus est, quòd seditiosas ac turbulentas aliquas ineptias fecerit.*

Nona autem de testibus Nouella, sita est in Imp. quæ ita habet principium: Decernimus & maximè in hac magna & beata ciuitate. & lege eam vt quæ est maximè necessaria, & multa docet de iis qui possunt dicere testimonium. Ix. constit xx. tit. iij lib. Cod. sita est in primo libro Imp. responso xx. quod sic habet: Oportet testes iurare priusquam dicant testimonium. Credendum est autem honoratioribus. Vnius autem testis testimonium minimè est admittendum in quouis iudicio, etiamsi sit Senatorij ordinis. Xxi. constitut. v. tit primi li. Cod. est liber xxi. Imp qui sic habet: Hæreticorum Manichæi quidem vel Borboritæ, vel Græci, vel Samaritani, vel Montanistæ, vel Tascodrugitæ, vel Ophitæ, vel qui Iudaicam religionem obseruant, nulla in re dicant testimonium. Reliqui autem omnes, in iudicio quidem quod habet orthodoxum aduersarium, non admittantur. in reliquis autem omnibus contractibus, vel testamento, vel iudicio habentibus hæreticos aduersarios, indistinctè dicant testimonium. Quæ autem in hac constitutione comprehenduntur de ordine & statu curiali, non sunt posita in Imp sed neque xlv. Iustiniani Nouella quæ sita est in paratitlo.

Cap. iij. Si quis, qui multorum criminum Clericos accusauit, primo propositum crimen non probauerit, Syn. Carth. can. ciiij.

Cap. iiij. De iis qui propriis Episcopis non obediunt, & de eo qui illum suscepit, qui est à proprio Episcopo eiectus, vel excommunicatus, Syn. Antioch. can. vi. Syn. Carthag. can. ix. xxix. xxxii. lxxii. cxxviii. cxxxviii.

Cap. v. De iudiciis Episcoporum & Clericorum, Apostolorum can. lxxiiii. Syn. Antioch. canon xiiii. xv. Syn. Chalced. canon nonus, decimusseptimus. Syn. Sardic. canon tertius. v. xiiii. Syn. Carthag. can. xv. cxx. cxxi. & cxxviii. Quæ debent in hoc capite adscribi, coniunxi præsentis capitis adscriptionibus. Quærens ergo de pecuniariis vel criminalibus causis, illic lege.

Cap. vi. De retractatione sententiarum Episcoporum, Syn. Antioch. canon vi. Syn. Sardic. canon iij. iiij. v. & xiiij. Syn. Carthag. canon xiiij. xv. xxviii. lxxix. ix. c. cxxii. cxxv. Ix. constitutio iiij. tit. primi lib. dicit, quod Episcoporum sententiæ sunt præfectorum prætorio similes, à quibus non licet appellare. Et vicesimanona eiusdem tituli constitutio, quòd siue solus Metropolitanus, siue cum sua Synodo iudicabit Episcopum vel Clericum, nec placuerint quæ decreta fuere. diœcesis Patriarcha cognoscit, & iis quę ab eo iudicata fuerint statur, perinde ac si ipse ab initio iudicauisset. Neque enim à Patriarcharum sententia appellatur. Idem ij. quoque eiusdem tit. Nouellarum constitutio, quæ dicit, quòd si quis eorum qui apud Episcopum litigant, intra decem dies contradixerit, eorum locorum præsens Magistratus rem examinet: & vel confirmet sententiam, vel exequatur: non valente eo, qui hac in re secundo victus est, appellare. Sin autē Magistratus Episcopi sentētię contrariā sententiā ferat, præsidis sententia est appellationi obnoxia, & ex lege refertur, & examinatur. Sin autē ex iussu vel mandato

L. Episcopa. iudicū. C. de Epis. audientia:

dato iudicauerit Episcopus, appellatio refert sententiam ad eum qui transmisit.

BALS. *Secunda constitutio primi tit. Nouellarum est cxxiij. caput cxxiij. Iustiniani Nouellæ, quod positum in lib. iij. Imp. tit. j. cap. xliij. & eadem fere dicit, quæ hic visa sunt sed in fine eiusdem capitis hæc dicit Nouella: Sin autem sit res ecclesiastica, seculares magistratus nullam cum hac causa communionem habeant, sed sanctissimi Episcopi ex sacris canonibus rei finem imponant. Lege etiam xlv. cap primi tit. iij lib. Imp. qui sic habet: Si qui autem sanctissimi Episcopi eiusdem Synodi inter se controuersiam habeant, siue pro iure Ecclesiastico, siue pro aliis quibusdam negotiis, prius Metropolitanus ipsorum cum aliis duobus ex eadem Synodo Episcopis rem iudicet: & si vtraque pars iudicatu non acquieuerit, tunc beatissimus illius Diœcesis Patriarcha inter ipsos audiat: & illa decernat quæ Ecclesiastico canonibus legibusque conueniant, nulla parte eius sententiæ valente contradicere, & cætera.* Auth. de ecclesiast. diuers. cap.

Si Episcopus habens controuersiam cum Episcopo, iudicio non contendat, sed manu agat, Syn. Carth. can. cxx. cap. vij.

Quando potest Episcopus aduersus Episcopum apud secularem magistratum actionem intendere, Syn. Carthag. canon xlviij. cap. viij.

De Episcopis & Clericis qui iniustè expelluntur, Syn. Nic. ij. can. iiij. Syn. Sardi. canon xiiii. xviii. xix. cap. ix.

Xxiii. constitutio iii. tit. primi libri Cod. suscipit memoriam Flauiani: & eiicit Eutychen. xxxviii. autem eiusdem tituli constitutio dicit quod non oportet Episcopos vel Clericos cogere aliquos fructus offerre, vel dare angarias, vel molestia probróve afficere, vel anathematizare, vel non dare propterea communionem, etiam si inualuerit consuetudo. Qui autem transgreditur, Ecclesia excidit, & eius administratione, & dat x. libras. Hæc autem in sola Imp. vrbe seruari, & eius regione, & locis qui pertinent ad Metropolitanos qui ordinantur à Patriarcha, vel ad Episcopos qui fiunt ab illis. Et secunda constitutio primi tituli Nouellarum dicit quod Episcopus vel Presbyter, qui sine causa canonica aliquem segregat, soluta à maiore Antistite segregatione, ipse excommunicatur quandiu Antistiti cui subest visum fuerit. L. Quoniã. C. de Episc. & clericis.

BALS. *Cxxiij Iustiniani Nouella sita est in libro Imp. iij. tit. j. cap. xxiij quæ sic habet: Omnibus autem Episcopis vel Presbyteris interdicimus, ne aliquem à sancta communione segregent, prius quam ostensa fuerit causa propter quam Ecclesiastici canones hoc fieri præcipiunt. Si quis autem aliquem præter hæc à sancta communione separauerit, ille quidem, qui iniuste à sancta communione separatus est, soluto à maiori sacerdote vinculo, sancta communione dignetur. Qui autem iniuste aliquem à sancta communione separare ausus fuerit, omnibus modis a sacerdote cui subest à communione separabitur, quandiu ei visum fuerit: vt quod iniuste fecit, iuste sustineat.*

De iis qui segregant, vel ex Ecclesia aut communione eiiciunt, Apostolorum canon xii. xiii. xxxii. li. Syn. Nic. can. v. xii. xiii. Syn. Antioch. canon vi. Syn. Laodic. canon xxxvi. cap. x.

Syn.Chalced. canon iiij.xvi. Syn. Sardic. canon xiii. xiiij. Syn.Carthag.canon lxv. Syn.vi.canon xxi. Xiiii. iii. tit. primi libri constitutio dicit,quod qui ex Episcoporum examinatione Episcopatu eiectus est, si quid turbulentum fecerit, & suum Episcopatum inuadere voluerit, procul à ciuitate c. miliaribus eiicitur, nec ei datur facultas accedendi ad Imperatorem,vel accipiendi rescriptum. Sed & si acceperit,nullam ex eo vtilitatem percipit, & ei qui auxilium illi affert succensetur. Et xxiii.eiusdem tituli constitutio Eutychen eiicit. Et v. eiusdem tituli Nouellarum constitutio eiicit Petrum, Anthimon Seuerum, & Zonaram,minitans iis qui habent scripta Seueri, & ea non exurunt,tum alias pœnas, tum etiam manuum abscissionem. Secunda autem primi tituli Nouellarum constitutio dicit, quòd Episcopus, qui à sacerdotio canonice excidit, & inuadit ciuitatem, è qua eiectus est, vel relinquit locum in quo iussus est versari, in Monasterium alterius prouinciæ coniicitur.

Cap. xi. Ex quibus causis segregatur Episcopus, vel Clericus, vel Laicus, & si Episcopus accusatus per libellum Episcopatum renunciet: & quod non oportet eum qui Episcopus factus est,seu iuste seu iniuste eiectum, ad gradum sacerdotalem deduci, Apostolorum canon v. viii. ix. x. xi. xii. xiii. xv. xvi. xx. xxiiij. xxx. xxxvi. xliij. xlv. xlviii. xlix. li. liiii. lvi. lvii. lviii. lxv. lxvii. lxx. lxxi. lxxii. lxxiii. lxxvi. lxxxiiij. Syn. Chalced. ex actis de Photio Episcopo Tyri, & Eustathij Episcopi Beryti. Syn. Ancyr. canon xviii. Neocæsar canon lviii. Cyrilli ex epistola ad Dūm. canon i. iii. syn. vi. canon xx. & quæ in eis sunt contrarietatem quæ in canonibus esse videtur soluentia.

Cap xii. Quòd quandiu Episcopus ei non communicat qui ab ipso segregatus est,nec alii Episcopi ei qui segregauit communicant, Syn. Carthag. canon cxxxiii.

Cap. xiii. Quot Episcopi deponunt Episcopum, Syn. Constantinopol. quæ fuit aduersus Episcopos Arabiæ, quære can. xii. Carth. & xx. à ij. & vi. & iii. Episcopis.

Cap. xiiii. Ex quibusnam causis deponitur quispiam, Apostolorum canon. iii. v. vi. vii. xi. xx. xxiii. xxv. xxvii. xxix. xxx. xxxi. xxxv. xlii. xliiii. xlv. xlvi. xlvii. xlix. l. li. lii. liii. lv. lix-lx. lxii. lxiii. lxiiii. lxv. lxvi. lxviii. lxix. lxx. lxxxi. lxxxiii. lxxxiiii. Syn. Nic. canon ii. x. xvii. Syn. Ancyr. canon x. xiii. xviii. Syn. Neoc.

canon

canon i. Syn. Antioch. canon i. iij. iiij. v. xiij. Syn. Ephes. can. ij. Syn. Chalced. canon ij. xviij. xxvij. Syn. Sardic. can. xxj. Syn. vj. canon iij. iiij. v. ix. x. xj. lxxxvj. lxxxxvij. Basilij canon. lxx.

Ex quibusnam causis quispiam simul & deponitur & segregatur, vel deponitur, & à communione seu Ecclesia abscinditur, Apost. canon xxviij. xxix. xxx. lxv. *cap. xv.*

Ex quibus causis Clericus, vel Laicus anathematizatur, Syn. Gangr. can. xviij. Syn. Chalced. canon ij. vij. Basilij. ex epistola ad Gregorium Presbyterum. *cap. xvi.*

Quòd non oportet bis vendicare in idipsum, Apost. can. xxv. Basilij canon iij. xxxij. li. *cap. xvij.*

Ex quibusnam causis quispiam perfecte eiicitur. Apost. can. xxviij. li. lxii. Syn. Antioch. can. iiij. Syn. Laodic. can. xxxvi. Syn. vi. can. xi. *cap. xviij.*

Quandonam cathedræ quidem vel Ecclesiastici status est aliquis particeps, reliquorum au ẽ nihil exercet, Syn. Ancyr. canon i. ij. Syn. Neocęsar. can. x. Syn. vi. can. iij. xxvj. Basil. can. xxvij. vij. *cap. xix.*

Non esse credendum Episcopo qui dicit ei suum Clericum priuatim peccatum esse confessum, Syn. Carth. can. cxxxii. *cap. xx.*

De Episcopo vel Clerico qui comedit carnem in sanguine, vel à feris captam, vel suffocatam, Apost. can. lxiii. Syn. Ancyr. can. iij. Syn. Ancyr. can. iij. Syn. vi. canon lxvij. *cap. xxi.*

Quòd Episcopos, & Presbyteros, & Diaconos, & omnes qui sacra contrectant oportet etiam à propriis vxoribus abstinere. Syn. Carth. canon iij. iiij. xxv. lxx. Syn. vi. can. xij. & xiij. *cap. xxij.*

De Clerico qui irridet infirmos, Apost. can. lvii. *cap. xxiij.*

De Clerico qui seipsum castrauit, Apost. can. xxiij. Syn. Nic. can. i. eius quæ habita est in Templo Sanctorum Apostolorum, can. viij. lege etiam quæ superius scripta sunt in xiiij. cap. primi tituli præsentis operis. *cap. xxiiij.*

De Clericis Apostatis, & sacrificatoribus, & Magis, & Incantatoribus, & Astrologis, & Mathematicis, & de Vaticinationibus, & Veneficiis, & amuletis, Apost. canon lxii. Syn. Ancyr. canon. i. ij. Syn. Laodic. can. xxxvi. sancti Basilii. can. lxxiij. *cap. xxv.*

De Maleficis, & Mathematicis, & similibus, tractat xviij. tit. ix. libri Codic. constitutio prima hæc est, Plus est veneno quam gladio necare. constitutio ij. Geometriam scire est *C. de maleficis & Mathemat.*

vtile. Mathematica autem prohibita est & condemnatur. Constitutio tertia, Nullus Aruspex, vel sacerdos, vel eorum qui huic ritui ministrare solent, ad vllum ingrediatur, quãcunque ob causam, etiam si eorum sit amicus. Nam & ipse crematur: & qui eum euocauit, publicatis suis bonis deportatur, & eum qui vult accusat. Constit. iiii. Qui magica arte saluti hominum, vel pudicitiæ insidiantur, puniuntur. Sed non ij qui ad corporum medelam aut fructuum fertilitatẽ aliquid faciunt, vtpote imbrem, vel grandinem sistentes. Constit. v. Nullus interroget Vatem, vel Sacrificum, vel Aruspicem: nec cõsulatur Chaldæus, vel Mathematicus, vel quispiam eis similis. Qui autẽ præter hæc facit, truncatur.

BALS. *Tertia eiusdem tit. & libri constitutio sic dicit: Vt per sacrificia vaticinari. Qui autem est eiusmodi, ense puniatur & qui eum, vel sua sponte, vel mercede euocauit, exterminationi seu exilio & bonorum publicationi subiicitur. & qui hoc crimen accusat, non est delator, sed præmio magis dignus. Vide ergo quòd veteres leges ad id quod si benignius tractatæ sunt: & non ea quam prius habebant potestate, in repurgatione sita sunt. Iubetur enim & comburi maleficos, & deportari eos qui euocauerunt. Similiter prætermissa sunt & quæ de Aruspicibus dicta sunt, & non ingredi vllum ex his ad aliquem, etiam si sit eius amicus. Quantum autem prohibitum est per sacrificia diuinare. Nota ergo hæc. Quarta eiusdem tituli & libri Codicis constitutio, est eiusdem tit. & lib. Imperial. cap. xxxiij. Sed nec hæc quidem vt sita est vt erat in integra: sed prætermissum est illud, non puniri eos qui ad corporis medelam, vel fructuum fertilitatem faciunt aliquid magicum, & imbres sistunt & grandinem. Et caput sic situm est: Constitutio huiusmodi, vt qui maleficium exercent quod mentes pudicas ad amorem attrahit, vel aduersus hominum salutem quid machinatus est, bonorum publicatione & exilio puniri. Ne ergo mentem attribuerimus eis quæ in textu scripta sunt, sed his quæ sita sunt in Imperiali. Nam à canonibus & legibus qui sunt in textu, statutum est vt puniantur non solum ij qui propter aliquam causam magica operantur, sed ij etiam qui ad ipsos accedunt. Etiam si alicuius boni gratia fecisse tentur. Vt quando de fructuum fertilitate interrogant. Similiter & v. eiusdem tit. & lib. Cod. constitutio sic incipit: Nemo interroget aliquem diuinationem profitentem. Chaldæi autem & Mathematici ne in ipsis quidem diuinationibus ipsos præbeant: sed etiam capitaliter per ferrum punitione subiiciantur. Nota ex constitutione sita in interpretatione præsentis capitis, quòd etiam si ex Digesto & Codice, quæ ante repurgationem in vsu ciuili versabantur, in capitali supplicio cõtinebatur, & vri, & capite truncari, & furcæ affigi imperator tamen qui fecit legum repurgationem, & Imperial. composuit, ea non admisit, sed distantias à canonibus in Imper. statuens, hæc tria non adiecit. Nec hæc itaque contraria esse putes legibus quæ sitæ sunt in xix. tit. xlviij. libri Digestorum quæ dicunt esse capitale supplicium, vri aliquos, & capite truncari & furcæ affigi. Sed enim recentiores constitutiones, quæ hæc decernunt, non amissæ sunt, multo magis nec ff. leges. Mentem ergo adhibe in quæ in xxxix. capite sita sunt. Nota præsenti xxv. capite, quòd sicut comburi aliquos non admisit Imperial. vt diximus in præsentis capitis interpretatione, ita nec caput amputatur Chaldæis & Magis. sed loco eius per ferrum punitio permissa est. Dic ergo summatim ex his & multis aliis colligens, non esse capitale supplicium capitis amputationem, nec in furca suspendi, nec lapidibus obrui, nec in profundum immergi, sed esse crudelem & inhumanam mortem. Capitale autem supplicium esse relegationem, excæcationem, manus amputationem, & reliqua, quæ dant ei qui punitur, tempus se conuertendi & dissoluendi peccatis, eo quod longo tempore plectantur. Dic autem, quòd quæcunque leges inueniuntur in Imperial. dictæ doctrinæ contrariæ, ea sunt Digestorum, & seruari non debent. Statutum est enim constitutiones esse Digestorum legibus præstantiores, quando de eodem constituunt, & quòd detur legibus & omnibus nouellis leges debere benignius interpretari, & sic sententiam ferri. Ne itaque quòd Synodus quæ Constantinopoli est habita tempore illius sanctissimi Patriarchæ Domini Michaelis Oxitæ, decreuit & permisit vt exurerentur Bogomyli. Est enim verisimile non fuisse tunc leges tractatas, vel potius quòd cum a sua hæresi dimoueri non possent, etiam tanquam martyres incendium præripuisse. Ego autem qui scio nullum vnquam canonem supplicium permittere, quia lex ecclesiastica non nouit pœnas corporales, sed similiter, adhuc miror quomodo Synodus hoc vnquam decretum ediderit. A Christianorum enim corpore*

L. Capitalium. ff. de pœnis. quæ

Hæreticos

Hæreticos abſcindere iubemur: ſed eos punire non docemur: ſed ſi ſint pertinaces, eos tradere legi ſeculari, & à ſecularibus Magiſtratibus de iis ſententiam ferri.

Conſtitutio vi. Qui elementa perturbant, vel ſuos inimicos per Dæmones interficiunt, feris obiiciuntur. conſtit. vij. Peccata quidem vbique ſunt abominanda & execranda: qui in regia autem vrbe inueniuntur malefici, vel diuinatores, vel ſomniorum coniectores, vel aruſpices, torquentur, & laniantur negantes, & iis qui eos conuincunt reſiſtentes, priuilegia habere non valentes. Conſtitutio viij. Culpa ſimilis eſt, prohibita diſcere, & docere. Conſtitut. ix. Qui nouit aliquem maleficum, eúmque in maleficio deprehendit, tradat. Si autem auriga vel vllus alius præter hęc fecerit, vel clam eum punierit, extremo ſupplicio punitur. Hoc enim tanquam in inimicum feciſſe exiſtimatur: vel vt ille conſcios in publicum non proferat. Dicit autem etiam liber primus Cod. tit. vii. Conſtit. iii. quòd Malefici etiam in diebus Paſchalibus in carcerem coniiciuntur & vinciuntur. Et Conſtitutio x. eiuſdem tit. quòd Mathematici qui ſuos libros non comburunt, ad orthodoxam Epiſcoporum fidem accedentes, à ciuitate omnino eiiciuntur. Sin autem in ciuitate inuenti fuerint impios ſuos ritus diuulgantes, deportantur.

L. Nemo de inceps. C. de epiſc. audientia.

BALS. *Sexta eiuſdem tit. & libri Codicis conſtitutio, eſt caput vj. quod ſic habet: Qui ad hominum perniciem Dæmones inuocant, enſe puniantur. Vij. conſtit. eſt eiuſdem tituli & lib. caput xxvij. quod ſic dicit: Qui ſunt in dignitate conſtituti non ſubiiciuntur tormentis, niſi in crimine læſæ maieſtatis. Sin autem etiam fuerint aliqui inuenti Magi, vel quăcunque etiam modicam diuinationẽ profitentes, nullo dignitatis priuilegio vtantur. Conuenit enim peccato quod ab eis factum eſt, vt ipſi puniantur, ſi in comitatu tale quid deliquerint. Vide ergo vt hic quoque prætermiſſum eſt de Aruſpicibus, & de iis qui per ſomnia diuinant, & largius punitum eſt quomodocunque diuinare. Similiter etiam prætermiſſum eſt vngulis laniari inficiantes, omnino conuenienter generali traditioni quæ requirit vt probant accuſatores. Cap. xxvj. xvij. tit. vij. libri quod ſic habet: Primo die Paſchali, niſi ſpecialis Imperatorius iuſſus ibi detinuerit, oẽs qui ſunt in cuſtodia abſoluantur. Niſi ſit vtique ſacrilegus, vel adulter, vel raptor Virginum, vel ſepulchrorum effoſſor, vel veneficus, vel qui falſam monetam fabricauit, vel homicida, vel parricida, vel aduerſus Imperatorem vel ciuitatem aliquid machinatus. Nota ex præſenti capite, quòd nec ferus obici eos qui per Dæmones ſuo inimicos occidunt, admiſit conſtitutio, quæ ſita eſt in Imperial. Sed eos etiam enſe puniri ſtatuit. Adhibe ergo animum noſtræ interpretationi, quæ retro ſcripta eſt.*

Et tit. xi. eiuſdem libri, Conſtitutio ii. Nullus per extorum inciſionem vaticinetur. Acerbe enim punitur, qui præſentium vel futurorum per id quod eſt prohibitum veritatem inquirit. Liber v. tit. xvii. ff. Vir qui ſuam vxorem veneficam inuenit, repudio iure ſoluit matrimonium: & contra, mulier, ſi ſit maritus veneficus. Similiter & Nouella de repudiis. liber vii. tit. lxv. conſtitutio ij. Qui maleficij condem-

L. ii. C. de ſacrific. pag.

natus est,si coniecturis quidem,& testimoniis, & etiã propria depositione conuictus est,nõ potest appellare. Sin autem testibus,& probationibus, ac argumentis, non etiam propria depositione,vel metu tormentorum deposuit, potest appellare. Liber ix.tit.xli.constit. iii. Primi torquentur alieni serui: & quando de crimine probabilia dixisse visi fuerint,tunc etiam de eo qui veneficium commisisse dicitur, quæstio habetur. Et tit.xlvii. eiusdem libri,constit. xvi. Non est ferenda de maleficio sententia, donec probatum fuerit crimen per depositionem eius qui accusatur, & tormenta,& conuenientes depositiones.

BALS. *Secunda constitutio xj.tit.primi lib. Cod.est caput vij.primi tit.Nouellarum quod dicit: Nullus iecur & exta aspiciens, futura inquirat, ne crucis supplicio afficiatur pertimescens. Nouella de repudiis est liber xxviij. Imperial. tit.vij.qui docet separari coniuges,eo quòd alter eorum sit in vitam alterius maleficiu vel veneficiu aliquid molitus. ij.constitutio lxv.tit.vij. lib. est caput cxxxvj.quod sic dicit: Qui aperte in criminibus conuicti,& confessi sunt, non possunt amplius appellare: nec oportet facile credere voci eorum de quibus ferenda est sententia: quod significat, quòd etiam si integra constitutio,de iu solu qui propter maleficium sunt condemnati,tractauit: qui tamen Imperial.composuit,de omnibus qui criminum in iudicio accersiti sunt legem exposuit. Nota autem hoc quod in fine dictum est de non facile credendo iu qui aduersus se confitentur. Quare etiam lib.lx.tit.l,cap j. quod dicit: Non oportet credere depositionibus eorum qui in iudicium vocati sunt,& de quibus ferenda est sententia,nisi iudicem euidentibus probationibus doceant. Cap.xxv. l.tit.Imper. quod dicit: Si mulier criminaliter accusetur vt quæ proprium maritum veneficio necauerit,etiam serui de iu,non solum proprij,sed etiam alieni examinantur. Vtrum autem alieni & si verum iudicium ostensum fuerit,etiam de ipsa muliere quæstio habebitur.*

C.*de thesaurus.* Constitutio vnica tit.xv. lib. x. quòd licet vnicuique in loco proprio quærere thesaurum sine sacrificiis, vel aliqua alia mala arte, & eo frui. & de iis renunciare non licet. De

C.*de Apostatis,per totum tit.* Apostatis autem dicit x.tit.primi lib. Cod. quòd eius qui è Christianis Iudæus factus est, bona publicantur. Cap. iii. quòd qui ex Orthodoxo factus est Hæreticus,cum hominibus non conuersatur, nec fert testimonium, nec testatur,nec hæreditatem accipit,& non habet pœnitentiam vt in aliis peccatis. De Ecclesiis autem Aphricæ differens xxxvii. Nouella dat tempus pœnitentiæ iis qui ex Orthodoxis ab Hæreticis baptizati sunt. Constitutio iiii. Christianus qui defecit,& sacrificauit,vel alii vt sacrificaret mãdauit,à quolibet accusatur, longi temporis prescriptionẽ non opponens: & nec ex quo defecit, ei aliquid donatur: nec legem, venditionis prætextu circunscribit: nec testatur: sed ab intestato suis cognatis omnia eius bona competunt. quibus etiam post mortem eum accusare permittitur, etiam si aduersus sceleratum dum viueret lis non est

conte-

conteſtata, & ſubuertuntur donationes, & eorum teſtamenta, & ad eos qui ex lege vocantur pertinent. Conſtitutio vii. Orthodoxus Clericus vel Chriſtianus, vel Monachus, Eutychetis vel Apollinaris ritum ſeruans, ſubiicitur legibus quæ aduerſus Hæreticos latæ ſunt, & ex Romana Republica exterminatur, conuenienter iis quæ de Manichęis conſtituta ſunt.

BASIL. Conſtitutio vnica xv tit. x. libri eſt caput xiij. vij tit lvj libri Imperial. quod dicit, Nemo preces offerat, vt in proprio vel alieno loco ei permittatur Theſaurum quærere. Si quis enim in proprio loco abſque omni ſcelerato & execrando ritu, vel aliqua alia arte legibus prohibita, Theſaurum inuenerit, id eſt pecunias ab aliquibus depoſitas, quæ propter temporis longitudinem ignorantur, inuentis ſecure fruatur. nec Dei munificentiam vllis sycophantæ ad ſe trahant. Quoniam ergo hoc lege permiſſum eſt, de eo quoque preces offerre eſt ſupernacaneum, nempe cum Imperator preces omnium anticipet. In alieno autem loco, nec inuito, nec volente Domino, vel ignorante, audeat quis Theſaurum quærere, ed ſiue oblatis precibus, ſiue ſine precibus, præter legem ſeruatus in alieno loco Theſaurum inuenerit, ad loci quidem dominum omnia inuenta pertinent. Qui autem inuenit, vt qui legem tranigreſſus eſt, valde punitur. Sed ſi neque quærens, neque precibus oblatis, ſed dum terram forte arauit, vel aliquo alio modo terram colens, non dedita opera perſeuerans in alieno loco Theſaurum inuenerit, ipſe quidem inuentorum dimidium lucretur, det autem dimidium Domino loci. iij conſtit eſt xxv. caput, quod ſic habet, Qui ſanctum baptiſmum profitetur, eſt inteſtabilis, id eſt nec teſtatur, nec teſtimonium dicit, nec alterius hæreditatem accipit. Apoſtata enim, hoc eſt deſertor ſeu tranſfuga exiſtimatur. Aduerte ergo, quòd id quod in integra dictum eſt, vt ij cum hominibus non conuerſentur, & quòd ipſi non habeant tempus pœnitentiæ, non eſt ad id tum in Imperialibus, ſed vt durum inhumanumque electum eſt. Et ergo qui Imperial. compoſuit, hoc quoque nomine age gratias.

Liber iii. tit. ix. Cõſtit. xviii. Iudæus, qui, quæ non ſunt ſuę religionis propria, contraria doctrina ad ipſam transfert, bona amittit, & capitali ſupplicio punitur. De his autem etiã in ff. tractatur. Dicit enim liber ix. tit. ii. Conſtit. vii. quòd qui venenum pro medicamento ſeruo dederit, ad eius precium tenetur, vt qui mortis cauſam dederit. Scias autẽ quòd locus eſt accuſationi, etiam ſi quis temere medicamentum dederit. cap. ix. Similiter etiam de obſtetrice caput ix. liber x. tit. ii. Conſtit. iiii. Non diuiduntur inter hęredes mala medicamenta, quæ in hæreditate inuenta fuerint, vel libri magici, vel ſimilia, ſed arbitrio iudicis corrumpuntur. liber xviii. tit. i. cap. xxxv. Mala medicamenta, ſeu venena non venduntur. Sed ſi mixtionem ſuſcipientia ſunt tanquam pro antidoto vtilia, venduntur. Liber xlviii. tit. viii. cap. ii. Lege Cornelia de Sicariis tenetur, qui hominis occidendi gratia facit venenum, vel vendit, vel habet. Sunt autem medicamenta & quæ ſanitatem afferunt, & quæ φιλτρα ſeu amatoria dicuntur. Si quis autem etiam non malo animo dederit mulieri medicamentum vt ipſa conciperet, ea verò illo accepto ſit mortua, in exilium mittitur.

L. Qua actione. paragr. Collusione. ff. Ad L. Aquiliam.

L. Cæterum parag. Mala. ff. familiercisc.

L. Quod ſæpe paragra. Venena mali. et L. Eiuſdem ff. Ad l. Cornel. de Sicariis.

BALS. *Decretum ſeptimum iij.tit.lx.libri dicit: Qui non occidit, ſed mortis cauſam dedit, tanquam re non facta, actione in factum, non Aquilia tenetur, vt qui venenum pro medicamento dederit, vel furioſo gladium. Aduerte ergo, quòd in ff. ſcriptum eſt libros magicos non diuidi, nec mala medicamenta. Imperial. autem dicit hæc diuidi: & eſt multo accuratius & perfectius quod ab Imperial. conſtituitur. Ea enim, vt quæ ſint in dominio, diuiduntur: ſi autem alterius rationis, ea iudicis officio combuſta ne quis ab eis lædatur. Imperial. autem adiecit exilium cum bonorum publicatione aduerſus eos qui faciunt amatoria. Quæ autem de pigmentario ſeu pharmacopola ſcripta ſunt, ſita ſunt in iij. reſponſo eiuſdem iij. cap.*

ff. ad l. Cornel. de Sica. Et pigmẽtarius, ſeu pharmacopola, qui dat temerè cicutã, vel ſalamandram, vel aconitum, vel pityocampen, vel bubroſtem, vel mandragoram, vel cantharidas. cap. iiii. Qui facit prohibita ſacrificia, lege Cornelia de Sicariis tenetur. cap. xlviii. tit. xviii cap. xxviii. Venenarii, ſi ſunt in dignitate poſiti, deportantur. Reliqui autem capite puniuntur. cap. xxxviii. Qui dedit poculum amatorium, vel abortionis, ſine dolo, ſi ſit quidem humilis, in metallum damnatur: ſin autem honeſtior, relegatur, amiſſa parte bonorum. Summo autem ſupplicio afficiuntur ſi quis eis perierit.

L. Capitalium paragr. Venenarii ff. de pœnis. l. Si quis aliquid. paragr. Abortionis. ff. eodem.

BALS. *Xxxviij cap. eiuſdem xlviij. libri Digeſtorum. tit. xviij. eſt reſponſum, vj. xxxviij. cap. lj. tit. lx. libri, quod ſic habet expreſſe. Lege etiam canones ſitos in xx. capite xvij. tit. præſentis operis, qui docent de Apoſtatis, & Sacrificis, & Magis, & Incantatoribus, & Aſtrologis, & Mathematicis, Vatibus, & amuletis.*

Cap. xxvj. De Epiſcopis, vel Clericis, qui pulſant vel occidunt, Apoſtolorum canon xxvii. xxxvi. Syn. i. & ii. quæ in Templo ſanctorum Apoſtolorum eſt habita, canon ix. Baſilii canon lv. Secunda Conſtitutio primi tituli Nouellarum, prohibet quidem Epiſcopis propriis manibus pulſare, ſed pœnam non ſtatuit. Generaliter autem de quolibet verberante vel pulſante lex ciuilis ſtatuit.

ff. & C. de iniurijs. BALS. *Liber xlvij. tit. x. lib ix Cod. tit. xxxv. dans in eos actionẽ iniuriarum. quæ etiã ciuiliter mouetur, & etiã criminaliter inſcriptione propoſita, & definit quanã ſit atrox iniuria, quæ leuis. De homicidiis autẽ tractat viij tit. xlviij libri ff. Scias autẽ quòd homicidium ex affectione cõſideratur, an eum occidere conſtituerat. Vnde etiam inuentri poteſt, quòd qui percuſſit quidẽ, non autẽ occidit, vt homicida punitur: & qui occidit non punitur vt homicida, ſi ſolũ voluit percutere. Hæc autẽ affectio conſideratur ex inſtrumẽto eius qui percuſſit. Et eſt voluntariæ quidẽ cædu pœna in clara perſona quæ occidit, deportatio, & omniũ bonorum publicatio. In vilibus autẽ, enſe ferire, & beſtijs tradi. In eo autẽ qui per negligentiam interfecit, quinquennij relegatio. In inuoluntaria autẽ datur venia. ſi ergo quæras de homicidiis, lege dictos titulos cum ipſorum paratitlis. Generaliter autem dixit liber xlviij tit xix. cap. v. quòd in omnibus criminibus conſiderandum eſt, an conſulto, an forte fortuna peccauit, & ita vel ex lege, vel mitius ſupplicium irrogare oportet. Et cap. xj. quòd conſulto prudẽſque ac ſciens quis peccat, vt qui factionem habent: vel impetu, vt qui trafcitur: vel forte caſu, vt qui in venatione in feram tecit, & hominem interfecit. Lege etiam viij. canonem magni Baſilij, & Nouellam, quæ in eo ſita eſt, de occiſoribus Imperatoris Domini Alexij Comneni.*

L. Abſentem paragr. fin. ff. de pœnis.

Cap. xxvij. De Epiſcopis, & Clericis, qui ludunt aleis, vel inebriantur, vel ad ſpectacula accedunt, ſepulchra fodiunt, furantur, peie-

rant,

rant, fœnerantur, vel ſeſquialteras accipiunt, vel ſibi aliud turpe lucrum excogitant, Apoſtolorũ canon xxv. xlv. xliii. xliiii. Syn. Nic. can. xvii. Laodi Syn. can. iiii. liiii. Carth. can. v. xvi. Syn. vi. canon x. xxiii. xxiiii l. li Syn. Nic. ii. can. iiii. Baſilii canon xiiii. xvii. xxix. xxxvi. Conſtitutio iiii. tit. primi libri Codicis, dicit: Epiſcopus vel Clericus, qui ludit aleis, vel cum iis qui ludunt init ſocietatem, eiſque aſſidet, vel theatrum aut venationem ſpectat, ab omni ſacra celebrãdi miniſterio ſuſpenditur, ſuáque teſſera frumentaria priuatur: & tempus illi ad pœnitentiam definitur: & ſi eo tẽpore pœnitentiam digne egerit, ſacerdotali benignitate dignus habetur. Sin autem poſt id tempus perſeuerarit, clero perfectè eiicitur, & cum ſuis facultatibus fit curialis ciuitatis cuius eſt Clericus: vel ſi ea ciuitas non habeat curiam, fit in propinqua ciuitate quæ opus habuerit. Sin autẽ facultates non habeat, fit apparitor. Hæc autem obſeruãt Patriarchæ, & Epiſcopi & Eccleſiarum defenſores. Et illius Diœceſis præfecti, præſides, & defenſores hæc ſacerdotibus renunciant. Oportet autem hæc exactè propoſitis Euangeliis quęrere, & calumniatoribus ſuccenſere. Diuerſas autem pœnas ſtatuit aduerſus magiſtratus, & apparitores, & defenſores, ſi cum hæc didicerint, non renunciẽt eis quibus par eſt ſacerdotibus. Porrò autem ſecunda conſtitutio primi tituli Nouellarum, iubet eos triennio à ſacrorum celebratione arceri, & Monaſteriis expelli, præbẽs ſacerdotibus facultatem diminuendi tempus pœnitentiæ. Non ſolum prohibetur Clericus peierare, ſed etiam omnino iurare. Dicit enim primus liber Codicis, tit. iii. conſtit. xxv. quòd Clerici qui litigant, dant fideiuſſores vſque ad. l. libras. Sin autem res excedit, pro eo quod excedit non prẽſtito iuramento promittunt, quoniam & leges & canones prohibent Clericum iurare. Etiam ſi maximè dictum eſt in libro xii. eiuſdem tituli, conſtitutione iii. quòd oportet eos qui confugiunt, admonitos, & ſe tutos futuros iuramentum accipientes, arma quæ inferunt deponere. Et vi. eiuſdẽ xii. tit. cõſtit. eſt, quòd ſi eſt ſuſpicio de Clerico quòd eius qui confugit res habeat, is ſui Epiſcopi iuſſu iurat.

L. Cum clericis C. de Epiſcop. & clericis.

L. Si ſeruus C. De in qui ad eccleſ. conf.

BALS. *Tertia conſtitutio xij. tit. primi libri Codicis, eſt caput xj. primi tituli v libri Imperial. quod ſitum eſt in interpretatione ij. cap v tit. præſentis operis. & lege ipſum, quod quidem nihil tractat de iureiurando. Sexta conſtitutio eiuſdem tituli & libri Cod. quæ eſt vltimum reſponſum xiij. cap primi tit. v. libri Imperial. nihil tractat de iureiurando. Quærendum eſt ergo, an debẽt Epiſcopi*

& Clerici dare corporalia ſacramenta. & puto, quòd quoniam capita quæ ex Codice accepta. & poſita ſunt in Imperial de quibus etiam mentionem fecit Photius, in textu iuriſiurandi omnino non meminerunt, prohibitus eſt omnino Epiſcopus vel Clericus iurare. Propterea enim etiam loco ſacramenti corporalis excogitata eſt inſcriptio, quæ ſacramenti locum obtinet, & implet omnia quæcũque ſacramentum corporale facturum eſt. Lectores itaque male cognitur dare iuramenta corporalia, ſunt enim Clerici.

Prohibitio autem ne Clerici vſuras accipiant, mihi videtur omnino loqui de iis quæ ex mutuo ſeu ex pacto dantur, nõ de iis quæ tacitę ex mora debẽtur in bonæ fidei actionibus. Certè etiam viii. ii. tituli Nouellarum conſtitutio dicit in piis legatis ex mora peti vſuras & fructus.

BALS. *Tertia conſtit. ij. tit. Nouellarum eſt Nouella Iuſtiniani cxxxj. quæ ſita eſt in libro v. Imperial. tit. iij. cap. ix. quod ſitum in libro v. Imperial. tit iij. cap ix. quod ſitum eſt in ſcholio primi capitis ij. tit. præſentis operis in principio. Gratias ergo age Patriarcha Photio, qui recte interpretatus eſt, Epiſcopos & Clericos poſſe vſuras tanquam id quod intereſt petere.*

De furto Clericorum lex ſeparatim non loquitur, ſed de furto tractat generaliter. Nonus titulus vi libri Codicis & ii. tit. xlvii. libri Digeſtorum.

ff. & Cod. De Furtu.

BALS. *Duo ſunt autem furti genera, & vnum quidem dicitur furtum manifeſtum, alterum verò non manifeſtum. Fur manifeſtus eſt, qui cum re furtiua a quacunque perſona deprehenditur, priuſquam rem deferat in eum locum ad quem propoſuerat, ſiue in loco publico, ſiue priuato. Sin autem eo detulit quo propoſuit, etiam ſi deinceps cum ea comprehendatur, non eſt fur manifeſtus. Qui autem non eſt talis, non eſt fur manifeſtus. Eſt autem pœna furti manifeſti in quadruplum precij rei quæ furto eſt ablata, & nonnunquam eius quod intereſt. Non manifeſti autem, in duplum. & in vtriſque vltra pœnam res ablata redditur, vel eius æſtimatio. Quære autem etiam alia eiuſdem tituli capita, quæ docent de furto manifeſto & non manifeſto & dic quòd etiam ſi dicta tit. non faciunt mentionem de Clericis furibus, tamen quoniam iiſdem legibus quibus & laici, clerici conueniuntur, eis autem non eſt datum priuilegium ne cum eis furti agatur, neceſſario eiſdem quoque de furto legibus ipſi adſtringuntur.*

Qui autẽ ex incẽdio vel naufragio aliquid accipit, dat ei quidem cui ſurreptum eſt, quadruplum, intra annum vtilem: & Fiſco quadruplum. poſt annum autem ſimplum. vt vi. lib. Cod. tit. ii. Conſtitutio xviii. Et in ix. tit. xlvii. libri. Fures vt plurimum criminaliter accuſantur præcedente inſcriptione, vt cap. lxxxxi. eiuſdem tit. de furtis. ff. & ceſſat pœna dupli vel quadrupli. Dicit enim lvii. cap. eiuſdem, quòd ſi quis præfecto vigilum vel præſidi furem tradiderit, iſque condemnatus rem dederit, vel eius æſtimationem vt qui in periculo fuerit. Qui autem furti accuſatus eſt, vel datis pecuniis tranſegit, ſit infamis. Vt lib. iii. tit. ii.

L. In eum C. de furtis & ſeruo corrupto. ff De incendio, ruina, per totũ. L. de incendio, ruina, nauf. L. fin. ff. de furtis.

ἀγαθὰ κτᾶσθαι ἢ καὶ αὐτὸν ἀγωνᾶ

ff. De iis qui not. infam.

BALS. *Cap ij. & vj xviii conſtitutio ij. tit. vi. lib. Codicis, eſt caput xxxv. ix tit lx libri Imper. quod ſic dicit, Si quis ex incẽdio vel naufragio aliquid abſtulerit, vel minuerit, intra annum emẽſum in quadruplum tenetur. Poſt annum autẽ in ſimplũ. a pœnã autem definitam, dare Fiſco ſeu publico*

blico quadruplum, vt in Cod. cõprehensum est, non est additum in Imperi. Dicunt itaque nõnulli propterea quadruplum à Fisco non peti. Mihi autem videtur quòd ex eo quòd dixit Imperial. obnoxium esse eum qui peccauit nisi cum quadruplo etiam pœna definitæ, probari potest Fiscum etiam posse petere quadruplum. Dicit autem etiam xxxi. caput iij. tit. liij. libri hoc modo: Qui rapit, vel dolo ex naufragio lucratur, in quantum ei qui damno affectus est tenetur, tantum etiam dat publico. Nonus autem titulus xlvij. libri Digestorum situs est in libro xx. lx. libri Imperial. tractans de iis qui auferunt ab incendio & ruina. Dicit autem finu primi capitu eiusdem tituli, vltra pœnam pecuniariam competere etiam persecutionem criminalem: & est hoc speciale in iis qui rapiunt ex incendio, & ruina, & naufragio. Puniuntur enim & pecuniarie & criminaliter. quod non est in aliis criminibus, vt dicit vij. cap. l. tit. xlvij. libri Digestorum, quod ita habet vt hic positum est. Si enim qui iniuriam fecit, vel fur, criminaliter tractus punitus fuerit, non soluit pœnam pecuniariam. Nota autem quòd quando ex delicto intentatur actio criminaliter, dantur etiam inscriptiones. Lege etiam iij. responsum primi capitu quod dicit: Infamis est qui proprio nomine actione furti condemnatus est, vel bonorum raptorum, & actionis iniuriarum, & doli. vel qui de eiusmodi actionibus pactus est, & dedit pecunias, lite nondum contestata.

De sepulchrorum effossoribus tractat generaliter xii. tit. xlvii. libri. in quo dicit, quòd & pecuniarie & criminaliter tenẽtur. & est pœna pecuniaria, aliquando quidem in centum, aliquando verò in ducenta: aliquando autem ad id quod interest factum non esse damnum. & fit infamis qui condemnatur. Qui autem sepulchra effodiunt, si quidem armata manu, capitali pœna puniuntur. Sin autem sine armis, ad metallum vsque. Sin autem reliquias vel ossa moueant, si sint quidem humiliores personæ, extremo supplicio afficiuntur. Sin autem honestiores, deportantur. Qui autem aliter peccant in monumentum, relegantur, vel in metallum damnantur. Quomodo autem possint sine periculo & damno transferri reliquiæ, & monumentum honorari, docet idem titulus, & vii. xi. tit. Digestorum tenentur autem sepulchrorum effossores lege de sacrilegis. Vt liber xlviii. tit. xiii. ff. & constit. vi. xix. tit. ix. libri Codicis. in quo etiam auget pœnas pecuniarias, aliquando quidem pecuniarum redemptionem, vel agri, vel domus imponens, si materia sit ad se è monumento ablata: aliquando verò decem librarum pœnam infligens. & xx. Magistratui, qui non persequitur. Etiam autem in Paschæ diebus in carcere includuntur & vinciuntur sepulchrorum effossores. vt liber i. Cod. tit. iiii. constit. iii.

ff. De sepulchro violato.

ff. De relig. & sumpt. fun.

ff. Ad legem Iuliam. peculatus. l. fin. C. De sepul. viol.

l. Nemo de. inceps. C. de epis. audient.

BALS. *Xij. tit xlvij. libri Digestorum tractat de monumentorum seu de sepulturarum reliquiarum violatione. Dicit autem viij. caput eiusdem tituli: Crimen sepulchrorum effossionis ad legem publicam de vi refertur. competit autem etiam pecuniaria seu ciuilis. Pœna autem quantitas non sumpta est in Imperial. in caput dicit, Qui reliquias, vel ossa transmouent, & cætera, quæ in textu comprehenduntur. Quartum decretum iij. cap. xxiij. tit. lx. libri dicit, quòd non oportet mortuorum reliquias contrectare vel spoliare: sed eas quæ ad tempus repositæ sunt licet transferre. vij. caput eiusdem tituli dicit: Monumentum quidem deterius fieri non oportet, ipsum tamen ornare licet, non tactis reliquiis. iij. cap. primi tit. Imperial. dicit circa finem: Sin autem loci dominus præter iussum*

L. Sepulchri violati. ff. de sepulchro violato.

ſacerdotio vel Imperatoris eum eiecerit qui ab alio ſitus eſt, vel oſſa quæ ſita ſunt, tenetur actione iniuriarum. Et cap. primum iij. tit. eiuſdem libri dicit, Licet iuſta ex cauſa accedere ad prætorem, & repoſitas, quæ vexantur, reliquias transferre. Et caput xiiij. dicit, Nemo corpus humanum ſine iuſſu Imper. in alium locum transferat. Nec eſt primæ conſtitutioni contrarium. Illa enim iuſta de cauſa permiſit reliquias ex magiſtratuum decreto transferre. Hæc verò nulla iuſtæ cauſæ mentione habita dicit, quòd ſine iuſſu imper. non licet eas transferre. iij. caput dicit: Peculatus autem tenetur, qui ſacra ex monumentis, vel pecunias, vel quod Deo donatum eſt, accipit. Quinta xix. tit. ix. libri conſtitutio ea ipſa dicit quæ viſa ſunt. Hæc cum ita ſe habeant, nota quòd de ſepulchrorum violatione lege tenentur, qui abſque Imperatoris, vel Epiſcopi iuſſu, vel decreto magiſtratus, mortuorum reliquias tranſmouent, quæ iuſtu ritè peracto ſepulta ſunt. Sed Magiſtratus quidem non poſſunt ſine iuſta cauſa, eorum tranſlationem permittere. Imperator autem & Epiſcopi indiſtinctè hæc permittere poſſunt. Qui itaque dicunt hæc ſine præiudicio poſſe fieri ab eo qui velit modo non propoſita turpi lucri cauſa, malè dicunt. Propterea enim etiam quiſpiam venerabilis ſanctæ Mocij Monaſterij præfectus, qui abſque eiuſmodi conceſſione reliquias tranſtulerat, Synodicè Monaſterio electus eſt, & depoſitus.

Ca. xxviij. De iis qui matrimonium, vel vinum, vel carnes abhorrent, Apoſt. can. li. liii. lxvi. Syn. Ancyr. canon xiiii. Syn, vi. canon xiii. xxx.

Cap. xxix. De permiſſis vel prohibitis matrimoniis, & vt lectores, cùm ad pubertatem venerint, interrogentur, an velint vxores ducere: & de concubinatu, & fornicatione, & adulterio, Apoſt. canon xvii. xix. xxv. xxvi. Syn. Ancyr. canon x. Syn. Neocæſar. can. i. ix. x. Syn. Chalced. can. xiiii. xv. Syn. carth. canon xvi. Syn. vi. can. iii. xlvi. xii. xiii. xlviii. lviii. Baſil. can. iii. vi. xvi. lxix. lxx. Theophili ex commentario canon iiii. v.

L. Si quis nõ dicam rapere. C. de Epiſc. & Cler. Liber i. Cod. tit. vi. cõſtit. v. Si quis virginẽ ſacram vxorem accipere ſolum conatus fuerit, capitali ſupplicio punitur. Et xiiii. eiuſdem tit. conſtitutio, Quòd ſi Preſbyter, vel Diaconus, vel Subdiaconus vxorem duxerit, Canonibus quidem tenetur qui non minus valent quàm leges, & à ſacerdotio excidit: & qui ex nefario matrimonio nati ſunt filii, nec ſunt naturales, nec nothi: & neque per donationem, vel ſucceſſionem, vel ſimulatum mutui contractum, uel aliam obligationem à patribus accipiunt, vel matres eorum. Sed ea illorũ accipit Eccleſia, Dicit autem etiam xiii. i. tit. Nouellarum conſtitutio, quòd ſi Monachus, clericus factus fuerit, ne audeat ad matrimonium accedere, etiam ſi eum gradum ſit aſſecutus in quo licet Clericis vxores ducere, ſcilicet cantoris, & lectoris: aliis enim omnibus matrimonium eſt omnino prohibitum. Sin autem vxorem duxerit, vel concubinam habuerit, vel incontinenter vixerit, clero eiiciatur, & ſit priuatus, ad militiam, vel aliud ſtudium ac exercitium, non audens accedere. Et prima eiuſdem tituli conſtitutio: Nullus qui ſecundam vxorem duxit, ordinetur Presbyter vel Diaconus. Sed nec ſi cum muliere cohabitat,

quæ proprium maritum reliquit, nec ſi habet concubinam: ſed ſi continentem vitam agit, & vel cum vxore cohabitat, & vnius pudicæ mulieris, & quam virginem duxit, maritus fuerit. Si quis autem cum ſit presbyter, vel Diaconus, vxorem vel concubinam introduxerit, vel aperte, vel clanculum, ſeu per ſimulationem, à ſacro ſtatim ordine excidat, & ſit priuatus, & laicus. Lector autem, qui ſecundam vxorem duxit, ne promoueatur. Nec etiam tertium matrimonium celebret. Sin autem cùm ſecundam vxorem duxit, promoueri ſtuduerit, ſit priuatus. Dicit autem hoc etiam quæ ordinantur Diaconiſſç, admoneantur, quòd ſi ordinem dedecore afficere auſæ fuerint matrimonium contrahentes, vel alioqui in fornicatione viuentes, erunt morti obnoxiæ, & eorum facultates ſuorũ Monaſteriorũ vel eccleſiarum dominio applicabuntur. Qui autem eas vxores ducere, vel eis ſtuprum afferre auſi fuerint, enſe ſunt puniendi: & eorum facultates publicum accipiet ærarium. Et xiii. eiuſdem tituli conſtitutio, quòd ſi curialis vel apparitor, qui xv. annis fuit Monachus, Clericus factus eſt, deinde vxorem duxerit, propriæ vitæ conditioni redditur. Eadem etiam de aliis qui ex Clericis Monachi facti ſunt, & ſi non curiales vel apparitores fuerint. Item, Qui cœlibem ordinat, ipſum interroget, an ſine legitima vxore poſſit honeſte vitam agere. Qui autem tẽpore ordinationis Diacono vel Subdiacono permittit vt ducat vxorem poſt ordinationem, epiſcopatu eiicitur. Presbyter, vel Diaconus, vel Subdiaconus, qui poſt ordinationem vxorem ducit, Clero eiicitur: & cum ſuis bonis traditur curiæ ciuitatis in qua erat clericus. Lector autem, qui ſecundam vxorem ducit, vel viduam, vel dimiſſam accipit, vel eam quæ legibus aut canonibus eſt prohibita, ad alium grádum non promoueatur: ſed etiam, qui promotus eſt, priori vitæ ſtatui reſtituitur. Dicit etiam, quòd qui rapiunt, vel adulterant, vel corrumpunt Aſcetriam, vel Monacham, vel Diaconiſſam, vel eam quæ habet alium Religioſum, & qui ſunt etiam conſcij, pœna capitali puniuntur: & bona eorum, eccleſiæ, vel Monaſterio eius quæ probro affecta eſt, vẽdicantur per Epiſcopum, & Oeconomum, & Magiſtratus, & Apparitores, ipſa verò cum rebus ſuis in Monaſterium tuto ſeruanda immittitur. Sin autem eſt Diaconiſſa, quæ habet liberos legitimos, ij partem legitimam accipiunt. Sin autem anno poſtquam fuerit ſcelus

cognitum, ſanctæ domus id non iudicio perſecutæ ſint, eas Fiſcus accipit: eo qui in iis perſequēdis eſt negligens Magiſtratu cingulo priuato, & priuatis quinque libris multato.

BALS. *Triceſimum primum caput eiuſdem tituli, & etiam xxxij. dicit vt interrogentur ij qui ſunt ordinandi, an poſſint continere: & de iis etiam qui ſunt ſacrati vxores ducentibus, & lectoribus, qui ſecundas vxores ducunt. quæ a Patriarcha paraphraſticè tractata ſunt. De iis autem qui rapiunt, vel corrumpunt, vel adulterant eas quæ ſunt Deo dedicatæ, docet ipſa ſecunda conſtitutio primi tit. Nouellarum, quæ eſt lxxij. ſeu caput ij. tit. ij. libri Imp. quæ dicit eo ipſa quæ iam viſa ſunt, præter pœnam. Imperialia enim dicti eos qui peccauerint conſciósque ac participes ſceleris, id periculi ſuſtinere quod à lege imminet. Qui autem Nomocanonum compoſuit, dicit eos capitali ſupplicio puniri. Tu autem Imperiali potius mentem adhibe & ſi velis ſcire quæ ſunt pœnæ legitimæ, lege librum lx. tit. lviij. cap. li, quod ſic habet: Qui mulierem rapuerunt ſponſam, ſine non ſponſam, ſiue viduam, ſiue eſt ingenua, ſiue ſerua, ſiue libertina, & maxim è ſi ſint Deo conſecratæ, pœna legitima puniantur. hoc eſt, ſi cum armis quidem ſeu gladio ſeu clauis ac fuſtibus, vi gladio puniantur. Qui autem eis inſeruierunt, vel conſcij fuerunt, vel ſua ſponte ſuſceperūt, vel aliquod ſtudium adhibuerunt, eu verberatu ac tonſis nates amputentur. Qui enim ita rapere propoſuerunt, parati ſunt etiam reſiſtentes interficere. Sin autem abſque vllo armo rapuerunt, qui raptum quidem fecit et manus amputetur. Qui autem eu in raptu opem tulerunt, vel conſcij admodum ſiue fuerunt, vel ſua ſponte ſuſceperunt, vel vllum ſtudium eu adhibuerunt, verberati tonſique relegentur. Quare etiam lv. Imperatoru Domini Leonis ſapientis Nouellam, quæ eadem ferè decernit.*

Cap. 30.

L. Si quis nō Dicā rapere C. de Epiſc. & Cler.

De iis qui gratia matrimonij mulieres rapiunt, Apoſt. can. lxvij. Syn. Ancyr. can. xi. xxv. Syn. Chalc. can. xxvii. Syn. vi canon. xcii. Theophili ex commentario canon. ii. Liber primus tit. vi. conſtitutio v. Si quis rapuerit, vel ſolum accipere conatus ſit vxorem Virginem ſacram, capitali ſupplicio punitur. Et conſtit. liii. eiuſdem tit. Parentibus, & fratribus, & curatoribus Virginum, & Diaconiſſarum, & Viduarum quæ Deo ſunt dedicatæ, licet earum raptores, eóſque qui in tempore inuaſionis eis opem ferunt, in ipſo facto interficere. Sin autem effugerint, eos quidem inquirūt Conſtantinopoli præfectus prætorio & præfectus vrbis. In prouinciis autem omnes ciuiles & militares magiſtratus & poſtquam eos ſtiterint, vti fori præſcriptione non permiſſos, extremo ſupplicio puniūtur. & bona raptoris, eiúſque qui vt dictum eſt, tulit auxilium, capit Monaſterium, vel etiam aſceterium. Vt, quæ polluta eſt, ex iis illic nutriatur. Si ea autem cui vis allata eſt, eſt Diaconiſſa, & non aſcetria, ſeu Monacha, eius quidem eccleſia dominium accipit: ipſa vero vſumfructū. Qui eis autem alioqui auxilium tulerint, vel miniſtrauerint, vel conſcij fuerint, vel ſuſceperint, vel aliquod eis ſtudiū operámue præbuerint, ſoli ſunt extremo ſupplicio obnoxii. Locus eſt autem iis quæ dicta ſunt, etiam ſi aliqua ex dictis mulieribus ſua ſponte peccauerit. Liber i. tit. iiii. cap. iii. Etiam in diebus Paſchæ Virginum raptores in vincula coniiciuntur. Liber tertius tit.

xxiiij. constit. prima. Qui non est illustris, sed tantum clarissimus, si in prouincia virginis raptum commiserit, illinc legibus eiicitur, legis præscriptione non vrens. Tit. xli. constit. iiii. Qui dicit suam vxorem fuisse à seruo raptam, non debet Dominum, sed ipsum accusare. Liber vii. tit. xiii. constit. secunda: Si seruus raptum virginis vel dissimulatione præteritum vel pactione transmissum in publicum detulerit, libertate donatur. Liber ix. tit. ix. constit. septima: Maritus non potest iure mariti de stupro virgini vi allato, antequam eam vxorem duxisset, actionem mouere, nisi erat eius sponsa. ipsa autem mouet adsistentibus curatoribus. Tit. x. constit. prima: Si quis vitium afferat ei cuius curam gerit, deportatur, & omnia eius bona publicantur. Tit. xii. constit. tertia: Si rapta sit filii mei sponsa, ago aduersus eum lege de vi. Liber ix. tit. xiii. constit. i. Si quis solum mulierem quancunque rapuerit, seruam vel liberam, etiam si esset ei desponsa, capitis damnatus moritur: & qui etiam eis in raptu auxilium tulerunt, & raptarum parentibus, & fratribus, curatoribúsque, & dominis tempore inuasionis, licet eos interficere. Sin autem effugerint, inquirunt quidem eos Byzantii Præfectus prætorio, & Præfectus vrbi. In prouinciis autem omnes Magistratus, & Imperatores, & Duces & postquam eos comprehenderint, interficiunt non potentes vti fori præscriptione, vel appellatione. Et si ancilla quidem vel libertina rapta sit, occiduntur quidem raptores, non tamen etiam facultatum diminutionem subeunt. Sin autem est ingenua, omnia bona raptoris, & administrorum, eorúmque qui illi auxilium tulere, raptæ dominio applicantur: & nec consentiente quidem patre, potest ei qui rapuit nubere. Eandem autem & bonorum & mortis pœnam subeunt, qui ipsum in inuasione secuti sunt. Conscii autem, & administri, & susceptores, & qui aliquod eis studium ac operam præbuerunt, cuiuscunque sint sexus, vel conditionis vel gradus, vel dignitatis, capitis tantum pœnam subeunt, etiam si mulier sua sponte rapta est. Sin autem raptæ parentes id passi sint, & cesserint, deportantur. Serui autem & ancillæ qui administri fuerint, exuruntur, & abrogantur omnia quæ alibi de mulierum raptu decreta sunt, præsenti constitutione sufficiente ipsis, sacrísque mulieribus, & viduis.

l. Nemo deinceps. C. de Epis. audi. l. 1. C. vbi Senatores vel Clar. l. si seruus. C. de noxal. act. l. si quis seruum. C. Quibus ex causis serui. l. Propter violatam. C. ad legem Iuliam de adult. l. vnica. C. si quis ea cuius tutor. l. si confidis. C. Ad l. Iuliam de vi. l. 1. C. de rapt. virg.

BALS. *Tertia xli. tit. constitutio iii. libri Codicis, est cap. xlvi. v. tit. lx. libri, & dicit, quòd Dominus, qui seruus peccatum ignorat, noxali tantum actione tenetur: sin autem sciat, si[c] nomine. Ius autem quod tota ea constitutione continetur, est eiusmodi: Si seruus alienum rapuerit, intra annum quidem quadruplum exigit actione raptorum bonorum: post annum verò, simplum: vt scilicet vel dominus dei seruum noxæ: vel ad id teneatur quod ad ipsum peruenerit: sin autem Domino conscio rapuit, dominus omnino tenetur ad id quod interest, hoc est ad quadruplum, vel ad simplum: sin autem tuam vxorem rapuit, aduersus ipsum seruum publici criminis accusationem intenta. Constitutio iii lib vii tit xiii. est xviii. tit. xlviii. libri Imp. qui ita habet. Si seruus raptum virginis indicauerit, sit liber: vel si ancillam suam iniuriam remisisse probauerit. Et liber xlvii. tit. ii. cap. xl. Qui alienam ancillam meretricem rapit vel celat, nec vt fur, nec vt plagiarius tenetur. Non enim furti, sed voluptatis gratia hoc fecit. Liber xlviii. tit. v. cap. xxix. Tempus, quod est præfinitum ad accusationem adulterij, non est etiam præfinitum in stupro quod vi infertur. Sine temporis enim præfinitione mouetur, quoniam vt etiam publica committitur. Simile est cap. v. vi. tit eiusdem libri, in quo dicitur raptum excedere crimen adulterij. & qui rapuit eam quæ nupsit, vel quæ non nupsit, vltimo supplicio afficitur, etiam e[x] extraneo accusante, si pater puellæ exoratus suam iniuriam remiserit. Caput xl. ij tit. xl vij libri, est caput xxx viii. quod sic habet vt visum est. Scias autem quòd qui est eiusmodi, etiam si non tenetur vt fur, vel vt plagiarius, pecuniariè tamen à Magistratu punitur, & castigatur. Et quære penultimum decretum xl vii. tit. quod dicit circa finem: Qui cum aliena ancilla fornicatur, si sit quidem diues, præbeat Domino ancillæ pro delicto nummos xxx vi. Si sit autem humilior persona, verberetur: & habita facultatum ratione, det pro portione xxx vi. nũmorum. X vii. autem nouella, quæ de mandatu loquitur, est caput xxi. iii. tit. vi. libri Imperial. quod sic dicit expresse: Neque verò homicidis, nec adultero, nec virginum raptoribus peccantibus seruabus iurisiurandi securitatem, eósque illinc extrahes, & eu supplicium impones. Non enim est eu parcendum qui sic peccant, sed iu qui accedunt, ne ab audacioribus talia patiantur. & alioqui, quæ ex sacris habetur securitas, non iu qui faciunt iniuriam, sed iu qui iniuria afficiuntur, à lege data est. nec fieri posset vt vterque asyli tutela muniretur, & qui iniuriam facit, & qui iniuria afficitur est.*

l. Verum est, si meretricẽ. ff. de furtu.

l. Qui cum. parag fin. ff. de vi. publica.

Cap. xxxi. Auth. De diuer. cap. & fol. matr.

De hominibus sacerdotalis ordinis, qui vnà cum mulieribus lauantur, Syn: Laodic. can. xxx. Syn. vi. canon lxxvii. Xvii. nouella de repudiis dat potestatẽ marito vxoris, quę pręter suam sentẽtiam vnà cum viris lauatur, ei mittendi libellum repudii, & soluẽdi matrimonium, & eius dotem lucrandi.

BALS. *Cxvii. Iustiniani nouella sita est in libro xxviii. tit. vii. & dicit quartum responsum primi capitis hæc expresse: Si cum viru externu viro nolente coniuetur, vel lauetur mulier, hæc est vna ex causis, quæ soluunt matrimonium.*

Cap. xxxij.

l. Serui si Dominorũ. C. De Episc. & Cler.

De Laicis, vel dignitate prædictis, vel militibus, qui fiunt episcopi vel clerici, Apostol. canon. lxxxiii. Syn. Nic. can. xij. Syn. Chalced. can. vii. Liber primus Cod. tit. vi. constitutio xxxvii. Serui, qui Dominorum voluntate Monachi fiunt, à seruitute liberantur. Sin autem relicta Monastica exercitatione, ad alium vitæ statum accesserint, in seruitutem reuocantur. & constitutio liiii. eiusdem tit. quòd siquis, cùm sit clericus, ad militiam sectatus sit, vel depositus militiam aggrediatur, exauthoratur, & fit statim suæ ciuitatis curialis, vel alterius vnius Prouinciæ, si sua ciuitas habet multos curiales: sin autem latet, curiales res eius apprehendunt: & dimidium quidem in reddita vel ex vendita tione accipiunt: dimidium autem ad præfectorum prætorio mensam infertur. Idem & in Monachõ, qui quomodocunque

cuiſque militauerit, vel dignitatem acceperit, vel eam quæ in iudiciis verſatur, vitam perſequitur.

BALS. *Quære librum quartum Imperial. tit. i. cap. xi. reſponſum quod ſic dicit: Si Monachus Monaſterium reliquerit, & ad ſecularem vitam tranſierit, oportet eum militia & honore, deinde iis etiam quæ habet, primum vadatum ab epiſcopo locorum, & Prouincia præſide, in Monaſterium intrudi: & bona quæcunque poſteà eum habere oſtenſum fuerit, ad Monaſterium in quod initiicitur, pertinent: ſin autem etiam rurſus Monaſterium reliquerit, tunc Præſes prouinciæ in qua inuentus fuerit, eum retineat, & inter ſibi ſubiectos apparitores eum cõnumeret. Et cap. quartum eiuſdem tit. & libri, quod ſic habet: Si quis ad vitam Monaſticam accedere voluerit, iubemus, vt ſi ſit quidem notum, eum in nullius eſſe poteſtate, Monaſterij præfectus, quando ſibi viſum fuerit, ei habitum præbeat: ſin autem neſcitur, an ſit in vllius poteſtate, ne intra tres annos habitum Monaſticum accipiat: ſed intra dictum tempus, eius conuerſationis vitæque inſtitutionis periculum faciat Monaſterij Præfectus. & ſi intra triennium fuerit exortus aliquis qui dicat eum vel ſeruum, vel colonum, vel proprium eſſe adſcriptitium, & vel vt qui agriculturam fugeret, vel aliquid ſuffuratus eſſet, vel propter aliquod delictum, ipſum in Monaſterium ueniſſe: eáque oſtenſa fuerint, a proprio Domino reſtituatur cum bonis quæ in Monaſterium introduxiſſe oſtenſum fuerit, pollicente prius Domino eum nihil mali ab ipſo paſſurum. Sin autem intra triennium nullius aduerſus aliquem ex dictis perſonis egerit, Monaſterij Præfectus poſt lapſum triennij, ſi hunc hominem dignum iudicat, tũc det illi habitum: & nullus ei poſtea de ſtatu negotium exhibeat, quandiu quidem certè agit in Monaſterio. Res autem quas in Monaſterium eum intuliſſe apparuerit, cognito Domino reddantur. Si quis autem ex dictis perſonis Monaſterium reliquerit, & ad vitam ſecularem acceſſerit, & vel in vrbibus, vel in agris circũcurſitat, propriæ vitæ conditioni fortunæque tradatur. Et cap. x. eiuſdem tit. dicit: Prohibemus autem parentibus ſuos filios vitam Monaſticam eligentes à ſacroſancto Monaſterio abſtrahere. Conſtitutio xix. eiuſdem tit. Non licet parentibus prohibere filios qui volunt eſſe Monachi vel Clerici: nec illos ea ſola de cauſa exhæredare. Sed ſi de bonis quidem ſuis diſponant, neceſſe habent eis tres vncias relinquere. Sin autem non diſpoſuerint, locus erit ab inteſtato. Si verò eccleſias vel Monaſteria reliquerint, & ſeculares facti ſint, omnia ipſorum iura ad eccleſiam & Monaſterium pertinent. Dicit autem etiam prima primi tit. Nouellarum conſtitutio, quòd ſi quis Presbyter, vel Diaconus, vel Subdiaconus, vel Lector, clerici habitum relinquere voluerit, & ad aliam vitam tranſire, vel in ea viam cum bonis, vel ſi ſit pauper, ad Apparitoru conditionem ſtatúmque deducetur. Et ſecunda eiuſdem tituli conditio dicit: Nemo proprio Clero relicto, fiat ſecularis. Nam & ea quæ illi adeſt, vt par eſt, militia priuatur, & ſuæ ciuitatis curiæ datur. Et ſi ſeruus, ſcientе Domino & non contradicente, clericus factus fuerit, ſit liber & ingenuus. Ignorans autem Dominus ſi intra annum vnum eius fortunam conditionémque oſtenderit, ipſum recipit. Quære librum quartum tit. primum cap. ix. quod ſic habet: Nullã poteſtatem damus vel parẽtibus filios, vel filiis parẽtes ſecularem vitam relinquentes, tanquam ingratos à ſua hæreditate excludere, pro cauſa quæ ante vitã Monaſticã ſecuta eſt.*

De iis qui ſunt cõſcij clericorum peccantium, & non manifeſtant, Baſil. canon lxxi. De iis qui latrones excipiunt vel celant, vel poſſunt tradere, & non tradũt, vel eos etiã qui ſunt aliis criminibus obnoxii, tractat xlix. titulus ix. libri Cod. & xvi. tit. xlvii. libri ff. aliquãdo quidem pœnis aduerſus illos ſtatutis ipſos ſubiiciẽtes: aliquãdo verò diuerſas pœnarum cauſas inducentes. & quomodo rei auelluntur qui degunt in agris ſeu prædiis. Qui autem cognatum vel affinem latronem ſeruauit, mediocriter punitur. Vt cap. ii. dicti xvi. tit. libri xlvii.

Cap. xxxiij.

C. De iis qui latrones. & ff. de receptat.

l. ij. ff. eodẽ.

BALS. *Ca lij. xxvij. tit lx. libri Imperial ſic dicit: Qui ſciẽs aliquem recepit crimini obnoxium, idem quod ipſe ſupplicium ſubibit. Qui autem ſuſcepit latrones, & non adduxit eos in iudiciũ, bona eius publicẽtur, vel puniatur pro perſonæ qualitate, vt iudici viſum fuerit. Xvi. ti. xlvij. libri ff. poſitus eſt in primo capite eiuſdem tit. & dicit: Latronum receptatores tãquam latrones puniuntur: & qui etiam poſſunt retinere latrones, & eos dimittũt, acceptis pecuniis, vel parte præda. Lege etiã iiij.*

caput, quod docet quomodo auellitur rei etiam in possessionibus versantes. & quòd nisi dominj possessionis dant eos præsidi seu magistratui, eius dominio priuatur, præfectique ac curatores in exilium mittuntur. Lege etiam librum primum, tit. primum, cap. xx. Tit. xxxix. cap. vltimum. tractant enim quòd æque ac Hæretici & malefici puniuntur qui eos recipiunt & celant.

Ca. xxxiiij. L. cũ clerici. & L. omnes qui vbique sint. C. de Episc. & Cler.

Deponi Clericos qui dant fideiussiones, Apost. can. xxv. & xxxi. constit. vi. tit. primi libri Cod. dicunt, clericos litigantes dare fideiussores. Secunda autem constit. primi tit. Nouellarum, dicit clericos quidem litigantes non dare fideiussores, sed promissionem sub hypotheca facere sine iureiurando: Episcopos autem litigãtes nec dare fideiussores, nec facere promissionẽ. Quę autẽ scripta sunt in interpretatione canonis sanctorũ Apostolorũ, sufficiũt ad soluendã dubitationẽ de fideiussionibus Episcoporũ & clericorũ. & lege ea.

Cap. xxxv.

De Clericis qui comedũt in caupona, vel publico diuersorio, Apost. can. liiii. Syn. Laodic. canon xxiiii. Syn. Carth. can. xl. Syn. vi. canon ix. Quartadecima cõstitutio primi tit. Nouellarum dicit castigandum esse Monachum qui in caupona versatur, in prouinciis quidem à defensoribus: Cõstantinopoli autem à præfecto prætorio. & expelluntur Monasteriis à Monasteriorum præfectis. Lex autem vbique seruatur, & vt ipsa seruetur, curam gerunt Præfecti prætorio, & præsides.

Cap. xxxvj.

De Clericis qui Imperatorem iniuria afficiũt, vel Episcopum, vel Magistratum, vel Presbyterũ, Apost. can. lv. lvi. lxxxiiii. De clericis iniuriam facientibus, lex quidem ciuilis specialiter non tractat. Dicitur autem in libro ix. Cod. tit. vii. constit. vnica, quòd qui Imperatori maledixit non punitur, neque durum aliquid vel asperum patitur: vel enim ex leuitate dicit, & cõtemnitur: vel ex ignorantia, & misericordia dignus habetur: vel vt iniuria affectus, & remittitur. Refertur autem ad Imperatorem: & ipse ex personæ qualitate iudicat, an sit ei dãda venia, an verò puniẽdus sit. Dixit enim etiam liber xlviii. tit. iiii. constit. septima, non oportere iudices abuti honore Imperatoris, sed verum considerare, & an persona hoc poterat facere, & vtrum id anteà fecerit, & an ira erat percita: & vtrum resipuerit. neque enim temerarius nugator debet facile puniri. nisi sit eiusmodi peccatum, quod à legis scriptura descendat, vel ad exemplum legis iudicandum sit. asperius autem aduersus milites mouetur. Generaliter de iis qui iniuriam faciunt, vel verberant, vel venena faciunt, & ea inueniunt, & legunt, & non perfringunt, tractat liber xlvii. tit. x. ff.

C. si quis Imperatori maledixerit.

L. famosi. parag. Hoc tamen. ff. Ad l. Iuliã maiest.

ff. de iniuriis & fam. libellis. C. de iniuriis. & seq. tit. de famosis lib.

& libe-

& iiberix. Cod.tit.xxxv. & xxxvi. & quarto Inſtitutionum tit.iiii. in quibus dictum eſt, eam & ciuiliter ſeu pecuniarie & criminaliter moueri. & quòd, qui iniuriarũ condẽnatur, fit infamis, etiam ſi alienũ ſeruum iniuria affecerit, vel datis pecuniis trãſegerit. Vt liber iii.ti.ii.cõſti.ii.& ſexta & quòd eſt atrox iniuria quæ fit Magiſtratui, vel Conſuli, vel Sacerdoti, vel ei qui eſt in dignitate cõſtitutus: & quòd intra annum ſolum mouetur. Capitale autẽ ſuppliciũ aduerſus eos cõſtitutũ eſt qui libellos famoſos faciũt, & eos legũt, & vim ac ſentẽtiam ipſorum dicut aliquibus. vt liber ix.tit.xxxvi. *ff. de iis qui notãtur infamia.*

BALS. *Decimus titulus libri xlvij ff ſitus eſt in xxi.tit. lx. libri Imperialium in principio, & quære diuerſa capita, quæ de iniuriis & libello famoſo tractat. Primũ autẽ caput eiuſdem tituli hæc dicit expreſſe: Generaliter quidẽ dicitur iniuria, id quod fit præter leges: ſpecialiter autem, cõtumelia, & dãnum. vt in lege Aquilia: & iniuſtitia, vt in eo qui iniquè & præter legem tulit ſententiã xxxv. titulus ix libri Cod poſitus eſt in capite xliij xxi tituli lx libri quod dicit: Qui per calúniam mouit actionẽ iniuriarũ, vel relegatur, vel dignitatu gradu mouetur. vt xxxvi tit. eiuſdem libri ſitus eſt in libro lx.tit ixiii & dicit hoc primũ caput: Quiſquis libellũ famoſum obſignatũ vel nõ obſignatum inuenit, & non ſtatim cõburit, ſed legit, eidẽ ſit pœnæ obnoxius, cui u quoque qui libellũ cõpoſuit. Et ca.ſecundum: Qui libellũ famoſum inuenit, nulli alij id eat quid.n eo cõtineatur, ſed eum perfringat vel exurat Qui autem hæc non fecerit, erit capitali ſuppliciu obnoxius. Quilibet enim audaciter ea quæ in libello famoſo ponit accuſet, ſciens quòd ſi probauerit, dignus honore habebitur: ſin autem non probauerit, punietur. Huiſmodi autem libelli, cuius aduerſus quem ſcripti eſt, exiſtimationem non ledet. Quartus autem titulus ij. Inſtitutionum non ſitus eſt in imperial. Dicit autem actionem iniuriarum & ciuiliter & criminaliter intentari.*

De iis qui faciunt cõiurationes, vel ſodalitates, Syn. Chalced. can. xviii. Syn. Carth. canon liii. Syn. vi. canon xxxiiii. Ius quoque ciuile punit ſodalitates & coniurationes, vt liber xlviii.tit.iiii & tit.xix.cap.xi.& xvi. *Ca.xxxvij.* *ff. Ad l. iuliam maieſtatis. l. Reſpiciendum. parag. Delinquũt. & l. Aut facta. parag. ſi ff. De pœnis.*

BALS. *Quartus titulus xlviii. libri ff ſitus eſt in xxxvi.tit.lx. libri Imperial & quære caput iiii Poſtquam enim in præcedentibus capitibus dictum eſſet, quinam læſæ maieſtatis crimine teneantur, hæc quoque dicit expreſſe & qui procurauit vt aduerſus rempublicam fieret coniuratio, & qui exercitus parauit inſidias, vel hoſtibus ipſum prodidit, & qui dolo impediit quominus hoſtes in Romanorum poteſtatem venirent, vel effecit vt eo auxilium ferretur multitudine, & armis, vel equis, vel pecuniis, vel vllo alio modo, vel vt ſocii Reipublicæ hoſtes eſſent perfecit, vel prohibuit quominus alius populus ciuitati pareret: vel effecit vt darentur inimicis obſides, vel pecunia, vel iumenta.*

Quæ nã peccata ſoluit manuũ impoſitio, Syn. Nic. can. viii lege etiam Syn. Ancyr. can. xii. & quæ in eo à nobis ſcripta ſunt. *Ca.xxxviij.*

De pœnitentia, & quinam habent facultatem dandi reconciliationem iis qui pœnitentiam agunt: & quòd licet ſacerdoti pœnas augere & minuere, Apoſtolor. can. li. lii. Syn. Nicen. can. xi. xii. Synod. Ancyran. can. i. ii. iii. iiii. v. vi. vii. viii. ix. Synod. Neocæſar. can. i. ii. xi. xiiii. Synod. Carth. can vi. vii. xxvii. xliii. xlv. Syn. Laodic. can. ii. Syn. vi. can. cii. Baſilii can. v. xxxiiii. xxxvii. lxxiiii. lxxv. lxxvi. lxxxii. *Cap.xxxix.*

lxxxiiii. Gregorii Nysseni can. iii. iiii. vii. viii. Tertia const. x. tit. pr. libri Cod. sustulit pœnitẽtiam orthodoxorũ qui ad Hæreticos defecerũt. xxx vij. Nouella, quæ de Aphricæ eccle sius differit, eis quoque dedit tẽpus pœnitẽtiæ .xxxiiii. autẽ cõstitutio ini. tit. pr. libri, & ii. constit. pr. tit. Nouellarum, dat potestatẽ episcopo qui videt pœnitentiã clerici qui lusit aleis, vel ad spectacula accessit, diminuẽdi pœnam & ante præfiniti temporis complementum eũ diuini officii celebrationi restituendi. Hoc autem est speciale de Episcopis. Ciuiles enim iudices habent ab initio potestatem augendę et minuendæ pœnæ, ita tamen vt modum in vtroque non excedant. Vt liber xlviii. tit. xix. constit. xi. xiii. ff. etiamsi in eodem libro maximè dictum est tit. xvi. cap. primo & libro l. tit. i. cap. xv. quòd facti quidem quæstio sit in potestate iudicis, non autem legis auctoritas. Qui tamen tulit sententiam, non potest sententiam euertere. Dicit enim septimus liber Codicis, titulus l. constitutio prima, quod iustam sententiam non potest successorum quispiam retractare, & liber nonus. tit. xlvii. constit. xv. quòd Præses non potest subuertere pœnam à se definitam.

L. Respiciendum. parag. Hodie. ff. de pœnis. l. ordine. ff. Ad municip.

L. j. C. sententiam rescindi nõ posse.

L. Præses. C. de pœnis.

BALS. *Xi. caput & xiii. xviij. tit. xlviij. ff. est caput xi. li. tit. vij. libri, quod sic habet: Pro qualitate peccati supplicium irrogandum est, & nec durum, nec nimis facilem iudicem videri, sed in leuibus quidem mitem ipsum esse oportet, & in grauioribus vehementem cum benigna commodatione. Et cap. xiiij. Qui aliquod cruentum extra ordinem iudicat, potest pœnam augere & minuere: ita tamen vt modum in vtroque non excedat. Primum caput xvj. tit. xlviij libri. ff. est caput primum primi tit. lx libri, quod sic dicit in fine, quòd facti quæstio est in potestate iudicis, non autem legis auctoritas. Caput xlvi. primi tit. nouæ libri sic habet: Nec prædecessoris sententiam, nec suam posse aliquem reuocare, non venit in controuersiam: nec ab eius sententia proponi posse appellationem manifesti iuris est.*

L. Refla. parag. de ampliando. ff. de ve iudicata.

L. j. parag. fin. ff. de quæst.

In xlv. caput primi. tit. xlii. libri, dicit, quòd dictã pœnam augere vel minuere magistratus absq; principali auctoritate non potest. Et liber xlviii. tit. xviii. cap. pr. dicit, quòd si seruus metuens ad dominum reuerti, de se falsum dixerit & post condemnationem, ipso de consciis interrogato veritas apparuerit, à pœna liberatur: & ab officio venditur, ne ad dominum reuertatur, & precium datur domino. Is autẽ qui aliquem tanquam reum condemnauit, non potest eũ absoluere, si eum esse innocentem constiterit. Neque enim quis suam reuocat sententiam, etiam si sit pecuniaria. Oportet ergo de eo in criminibus referre ad Imperatorẽ. Et cap. nonum & xxvii. xix. tit. eiusdem libri, quòd decurio, neque in metallum, nec ad opus metalli cõdemnatur, nec in furca

L. Moris pa. fin. ff. de pœnis. l. Diui fratres. ff. eodem.

susp.

ſuſpēditur, nec cōburitur. Sed etiam ſi tale quid decretum fuerit, liberatur, non per magiſtratum, ſed per Imperatorē qui docetur, & pœnam commutat, vel eum liberat. Et quòd Præſides ſuas ſententias nō mutant, ſed ſi quis de ſeipſo mē titus, & propter defenſionum inopiam condēnatus fuerit, & poſtea documenta inuenta fuerint quæ ad ſui iuris probationem ei opitulentur, vel Imperator ipſum libetat, vel pœnam diminuit. Hæc de definitiuis ſententiis dicta ſunt. Interrogauerit autem quiſpiam, cum iij. cap. li. tit. lx. libri, dicat, Iudicem poſſe augere & minuere pœnam, quomodo ergo hic dicit cōtrarium? Sol. Qui eſt iudex extra ordinarij criminis, poteſt augere & minuere pœnam. Qui autem ordinarii criminis eſt Iudex, cauſa habente pœnam à lege conſtitutam, non poteſt hoc facere. Vel dic, quòd ante ſententiam quidem poteſt pœnam augere & minuere, etiam ſi ſit lege definita. Sed poſt ſententiam non poteſt: deſiit enim eſſe iudex, & quære caput xiui. eiuſdem. li. tit. lx. libri reſpō ſum ſecundum xxvi. cap. li. tit. lx. libri, quòd ſic habet: Si qui rēpublicam adminiſtrāt, vel primates ciuitatis, aliquid capitale admiſerint, vt ſint digni exilio, vel relegatione, vel capitali ſupplicio, oportet magiſtratum eos cuſtodire vinctos, & ad Imperatorem referre, relationi adiungentem quam in eos tulit ſententiam. Quæ enim interlocutus eſt iudex, ea poteſt etiam omnino tollere, & mutare, vt liber xlii. tit. i. cap. xiiii. & merito. Qui enim interlocutus eſt, iudex remanet: qui autem tulit ſentētiam, illius rei iudex eſſe deſiit. vt liber xlii. tit. prim. caput lv.

l. quod vetuit. ff. de re iudicata.

l. iudex poſtea quā. ff. eod.

BALS. *Xix. cap. viij. tit iij. libri ff. & xx. ſunt ij. tit. lx libri caput xix. quod ſic habet: Qui autem eſt arbiter, ſeu electus iudex, id decernit quod ſibi videtur: nec de eius ſententia curat Prætor. Quòd ſi in compromiſſariis iudiciis viſum fuerit vt hoc pronuncietur, non valet, nec cogitur ferre ſententiā. Fert autem ſententiam, qui eſt hoc animo vt velit per id quod dicit omnem cauſam decidere. Qui autem in mulcis capitibus iudex ſumptus eſt, non videtur ferre ſententiam, niſi omnibus controuerſiis finē impoſuerit. & decernit quidem vt det aliquid, vel vt qui conuenitur abſoluatur, non poteſt poſtea contrarium ſtatuere: ſententiæ autem interlocutoriæ, quæ fiunt in præparatione iudicij, mutari poſſunt. Vt ſi iuſſit ſiſtere calendis, & poſtea interlocutus eſt idibus. Et caput xx. Etiam ſi in pronūciandā ſententia erranerit, non ſe corrigit: poſtquam enim pronunciauit, iudex eſſe deſiit.*

TITVLVS DECIMVS.

De adminiſtratione rerum eccleſiaſtic. & de iis quæ ſunt propria Epiſcopi.

Quòd oporteat Oeconomum eſſe ex clero Eccleſiæ, Syn Chal ced. can. xxvi. Syn. Nic. ſecūdæ canō xi. Theophili ex cōmen *cap. j.*

tario canon ix.xxxii.const.vi.tituli primi libri Cod. dicit oportere Oeconomum fieri ab episcopo.& xlj. eiusdem tit. constit.quòd fit habita illius examinatione. xxiiij. verò secundi tituli constit.quòd oportet Oeconomos singulis mẽsibus,vel transactis ad summum duobus,apud Arcarios rationẽ reddere de iis quæ in periculo versantur,& quòd vnusquisque quidem Oeconomus quærit quæ ad suam administrationem pertinent. Reliqui autem Oeconomi ex iussu Patriarchæ in scriptis dato rationibus se id legisse subscribũt:& quod absque eiusmodi obseruatione in rationem refertur,id Oeconomi è domo sua soluunt. Et xlvij. tertij.tit. quod Oeconomus reddit episcopo singulis annis rationem suæ administrationis:& si quid vel damni attulisse vel lucri fecisse visus sit,reddit:sin autem ante redditam rationem sit mortuus,tenentur eius hæredes. Tenentur autem & quòd fuerit negligẽs,& quòd pauperibus alienarit. Secunda cõstit.secundi tit.Nouellarum, prohibet Oeconomis, & orphanotrophis, & reliquarum sanctarũ domorum administratoribus,& præterea etiam omnium chartullariis, & eorum parentibus,& filiis,& sibi per matrimonium affinitate coniunctis,bonorũ sacrosanctarum ædiũ emphyteuses, locationes,& hypothecas,vel per se,vel per interpositas personas accipere. Nam & contractus infirmatur,& omnes facultates Oeconomorũ,& chartullariorũ, & administratorum, eorumque qui sunt eis affinitate coniuncti, ad sacrosanctã domum,ex qua rem accipiunt,redit post mortem ipsorũ.

Auth. vt determin. sit num.

BALS. *Iustiniani Nouella iij seu caput ij tit.iij libri Imperial.sic habet:Sicut sumptum,qui hac in re sit definitus, ita etiam oportet sanctissimum illius temporis Patriarcham, & Religiosissimos Oeconomos considerare, vt alij etiam sumptus qui fiunt ex redditibus ecclesiæ in pias actionibus & dro gratu consumantur:& eos illis subministrent, qui sunt vere indigentes,& aliunde non habent alimentum. Hæc enim dominum deum placant,& non hominũ in perto ac studio ecclesiasticos sumptus hominibus diuitibus largiri, & ea ratione pauperes necessarijs priuari:sciant enim sanctissimi Oeconomi qui sunt illo tempore futuri,quòd si quid præter hæc fecerint, & pœnas à deo infligendas sustinebunt,& ex suis facultatibus indemnitatem ecclesiæ præstabunt.Nota præsentem Iustiniani nouellam,propter decreta, quæ fiunt à Patriarcha,de Adelphatis, & reliquis commeatibus frumentarijs ve tesseru,quæ dantur diuitibus & valde potentibus:& dicta quidem non esse valida: esse autem valida,quæ sunt pauperibus.*

Cap.2.

De rerum ecclesiasticarum administratione,Apostolorum canon xxxviij.xl.xlj.Syn.Antioch.canõ xxiiij.xxv. Cyrilli ex epistola ad Domnũ caput ij. Theophili ex cõmentario,canon iij.x. Multa quidem dicta sunt de administratione rerum ecclesiasticarum in ii. tit.pr.libri Cod.& in diuersis cõstitutionibus Nouellarum.

De

De rebus, & redditibus ecclesiarum, quæ sunt sine episcopis, cap.5.
Syn.Ancyr.can.xv.Syn.Chalced.can.xxv.Syn.vj.can.xxxv.

De alienatione rerũ ecclesiasticarũ, Apost. can.xxxviiij.lxxiij. cap.4.
Syn.Ancyr.can.xv.Syn.Carth.can.xxij.xxiij.Syn.Nic.secũ dæ,canon xij. Cyrilli ex epistola ad Domnũ cap. secundũ. lege quæ adscripta sunt in secundo cap. præsentis tit.

De iis quæ acquirũtur ab episcopo,vel clerico,post ordinatio- cap.5.
nem,Syn. Carth.canon xxxii.Syn.i. & secũdæ, quæ in æde sanctorum Apostolorũ est habita,canon vij. Xxxij.constitutio iij.tit. primi libri. cod. dicit quòd episcopi orthodoxi,& clerici,id quod dum sunt in potestate acquisierint, L. sacrosanctis C.de Episc.
etiam adhuc in potestate constituti habẽt propriũ,& ipsum non conferunt,& id etiam possunt in vita alienare,& de ipsis in externos disponere,vel ipsa ad descẽdẽtes trãsmittere. L.si quis presbyter.C.de Episc.
Et xx.eiusdem tit. constit. quod quæ post episcopatum acquisita sunt,non potest episcopus alienare,vel de eis disponere:nisi à parentibus,aut patruis & auunculis, vel fratribus ad eum peruenerint:sed ea ad suam ecclesiã pertinent, & ab Oeconomis post eorum mortem rationes petuntur. Quę autem ante episcopatũ acquisita sunt,& alienãt,& de ipsis disponunt.Et xl.quod episcopi,& presbyteri, & diaconi habent quasi castrense,& de iis legitime disponunt : nec cadit in testamentum querela inofficiosi.Iij. constit.ii. tit. nouellarũ,dicit,quod episcopi,ea quę post episcopatum ab ipsis acquisita sunt,mobilia,vel per se mouentia,in suos cognatos,vel vllo alio modo non trãsferunt,sed ea consumãt in redemptionẽ captiuorum, vel ad alendos pauperes,vel ad suæ ecclesiæ vtilitatem. Quæ itaque ex illis post eorum mortem supersunt,ea ab illorum ecclesia vendicantur.Habent autem facultatem alienandi ea quæ ipsos ante episcopatum habuisse probatum fuerit: & quæ post episcopatum à cognatis ad ipsos peruenerit, quibus ab intestato ad iiij.vsque gradũ possunt succedere. Hæc autẽ seruãtur etiá in orphanotrophis, & ptochotrophis,& nosocomis,& gerõtocomis,& xenodochis,& omnibus aliis administratorib⁹ venerabiliũ domorũ in iis quæ tempore suæ administrationis eis hoc modo obueniunt. Secũda autem pr.tit.Nouellarũ constit.dicit simplicius,quòd , quæ post ordinationem ab episcopis acquisita sunt, ad ipsorum ecclesiam pertinent: quæ dicit,quòd omnes clerici,hoc est presbyteri,diaconi, lectores,cantores, res quæ à se quomodocunque acquisitę sunt,

etiam si sint in potestate, habent proprias, & donant hac de eis disponunt: ita tamen vt eorũ filij, vel si non adsint, eorũ Parentes partem legitimam auferant. Tertia autem secundi tituli Nouellarum constit. dicit, quòd si episcopus, vel clericus cuiuscunque gradus, vel ecclesiæ Diaconissa mortua fuerit sine testamento, vel legitimis successoribus, eorũ successio pertinet ad ecclesiam in qua sunt ordinati.

BALS. *Xxxiij constitutio iij tit. pr. libri cod. est caput viij. ij. tit iij. libri Imperial. quod sic habet: Si Presbyter, & Diaconus, quæcunque acquisiuit, etiam dum esset in parentis potestate, alienet: & de iis disponat quibus voluerit, nec vindicentur ab illo qui eum habent in potestate, vel conferantur fratribus, vel eorum filiis: sed filij ipsorum ea accipiant, etsi non facto testamento sint mortui.*

Cap. vj. De rebus propriis episcopi, & quòd nõ debet mori intestatus, Apost. canon xl. Syn. Antioch. canon xxiiij. Syn. Chalced. can. xxii. Syn. Sardic. can. xij. Syn. Carth. can. xxviij. lxxxj. lege etiam quæ adscripta sunt in v. capite præsentis tituli.

Cap. vij. Vt Dei ecclesiæ quæ sunt in barbaricis gẽtibus, conuenienter cõsuetudini quę inualuit administrẽtur, Syn. Cõstãtinopol. can. ij. Syn. Chal. can. xxviij. Syn. vj. can. xxx. xxxvij. xxxix.

Cap. viij. Vt nec episcopus, nec clericus det Hæretico in donatione vel in testamento, etiam si sit cognatus, Syn. Carth. can. xxij. lxxxi. Non solum ab episcopis, & clericis, prohibẽtur Hæretici capere, sed etiã ab aliis. Dicit enim liber pr. tit. viii cõstit. ix. quòd neque Orthodoxus potest vllo modo trãsferre in Hęreticum rem imobilem in qua est orthodoxa ecclesia: alioqui à fisco vendicatur. Tertiadecima autẽ ij. tit. Nouellarum constit. dicit, quod si orthodoxus qui habet possessionem in qua est facta ecclesia, eam alienauerit, vel reliquerit, vel in emphyteusin dederit, vel locauerit, vel quacunque administratione prębuerit Iudæo, vel Samaritano, vel Græco, vel Mõtanistæ, vel Arriano, vel vt semel dicã, alij Hęretico, ecclesia eius pagi illius dominũ vendicet, liber pr. tit. v. constit. xviij. Si Hæreticus, vt militiã vel dignitatẽ assequatur, vel vt publicam curationem obeat, vel doceat, vel causas agat, se orthodoxum esse simulet, & eum vxorem, vel filios habere hæreticos apparuerit, eiicitur: sin autem etiam non compertum fuerit, non potest aliquid suum dare vel alienare Hæretico, sed illa quomodo quæ ad Hæreticũ pertinẽt, ecclesiam fiscus vendicat. omnino enim qui militiã, vel dignitatem, vel aduocationem, vel publicum munus & exercitium sunt consecuti, habent solos orthodoxos hæredes:

L. Cognoui-mus. C. De Hæret. & Manich.

& quæ

& quæ ex ipsis quomodocunque ad Hæreticos perueniunt, publicum ærarium repetit. Quæ autem exhæredationum causas ponit, cxxi. Nouella dicit, quòd si Pater orthodoxus senserit suos filios non esse orthodoxos, est in eius potestate ipsos exhæredare: Sin autem contrà Pater est Hæreticus, nó sit in eius potestate alios hæredes scribere quàm suos filios orthodoxos: vel si non sint, cognatos orthodoxos. Si qui autem ex filiis sint orthodoxi, alij verò non, eius facultates veniũt ad orthodoxos, etiam si pater alios hæredes scripserit. Sin autem postea Hæretici fratres, orthodoxi facti fuerint, datur eis sua pars, sed non etiam percepti fructus: nec illi administrationis rationem exigut. Sed interea orthodoxi bona eorum alienare non possunt. Sin autẽ omnes filij sint Hęretici, cognati orthodoxi erunt hęredes. Si verò non sũt, tunc si Parentes quidem sunt clerici, ecclesia in qua habitationem habuit, res accipit. Sin autẽ ecclesiastici fuerint negligentes in bonis intra annum vendicandis, Fiscus ea accipit. Postrema de Samaritanis, quæ est tertia tertij tituli Nouellarum, dicit, quòd samaritani nec sunt hæredes ex testamento, vel ab intestato: nec legata, vel donationes capiunt. Sed nec habẽt successores ab intestato Samaritanos, vel eos qui se orthodoxos quidem esse simulant, nõ autem ita sentiunt. Sed nec testari, vel legare, vel donare possunt, nisi iis qui sunt orthodoxi & fide & operibus. Quòd si non sunt, bona eorum post mortem ad Fiscum redeũt. Tertia constit. ij. tit. Nouellarum dicit: Nullus Hæreticus nec per conductionem, vel emphyteusin, vel emptionem, vel alio modo bona immobilia accipiat ab ecclesia vel alio venerabili loco. Hæreticus enim quę à se data sũt, eam ob causam amittat: res verò ad eum locũ à quo data est redeat. Administrator autem qui dedit, arcetur deinceps ab omni administratione, & in monasterium includitur, & anno vno à sancta communione separatur: eadem autẽ constitutio dicit, quòd si quis Hæreticorum ausus fuerit suę religionis facere conuenticulum, vel Iudæi nouam facere synagogam, ipsam vendicet ecclesia: sin autem in emphyteusin dedit vel locauit, vel quomodocunque dedit tali personæ administrãdam, si Dominus quidem scies ipsum Hæreticum, hoc fecit, omnes redditus temporis illius contractus, ecclesia ciuitatis, sub qua sita est possessio, vendicat. Ignoranti autem Domino nullum damnũ affertur: Hæreticus verò, vtroque casu à pos-

Authent. de Samar.

sessione expellitur, eiúsque bona publicantur.

BALS. *De Samaritanis constit. pr. quæ est iij. tit. nouellarũ, est Nouella Iustiniani cxxix sed nõ est sita in Imperial nec tertia nouella, quæ est Nouella Iustiniani cxxiij. Quære autẽ ij caput pr. tit. pr. libri & lege ipsum, & capita quæ deinceps sequuntur vsque ad finem tituli, quæ tractãt ea quæ vsa sunt, & alia multa vtilia & necessaria de Hæreticis. Ex his enim, vt est verisimile integra castra & pagos Bogomalicos errare permittimus, & mori cum sua hæresi. Si autem quemlibet eiusmodi in Imperial. ciuitate versantem inuenimus, valde punimus.*

TITVLVS VNDECIMVS.

De constructione Monasteriorum, & Monachorum.

cap. x. De extructione Monasteriorum, & ne ea fiant priuata, & de rebus Monachorum, Syn. Chalced. can. iiij. xxiiij. Syn. vi. canon xlix. Syn. Nic. secundæ, canon xiij. Syn. primæ & secũdæ in templo sanctorum Apostolorum, canon j. & vj. Tertiadecima constit. pr. tit. Nouellarum dicit, quòd qui vult ædificare Monasterium, debet primum colloqui cum episcopo ciuitatis, vt ille adsistens orationem faciat, & crucẽ figat, & tunc extructionis fiat principium. Et iij. constit. secũdi tit. Nouellarum dicit: Qui vult ædificare Monasteriũ, non aliter extruere incipiat, quàm locorum episcopus illic orationem fecerit, & venerandam crucem fixerit. Qui autẽ nouum ædificare cœpit, vel vetus renouare, id cogitur adimplere. lege etiam quæ adscripta sunt in xli. cap. secundi tit. & cap. xiiij. tertij. tit. præsentis operis. Prima autem constitutio secũdi tit. Nouellarum, dicit: Nullus Monasterium vẽdat, vel permutet, vel donet, in quo extructum est altare, & sacra celebrata sunt, & Monastica exercitatio facta est. Nam & quod factum fuerit erit irritum, & qui acceperit, à precio excidet, & qui vendit, & rei quam vendit amissione multabitur, & precij perditione, eis sãctissimæ loci ecclesiæ, & sacrosanctis loci Monasteriis attributis: vt ipsi curam gerant, vt, quod malè est alienatum, rursus ad habitum Monasticum referãt. Nec hypotheca in iis sit valida, sed infirmetur: & monasterium sacrorum celebrandorum ministerio attribuatur. Liber pr. tit. iij cõstit. xxxiij. dicit quòd qui propria Monasteria relinquunt, non accipiunt mobilia, quę secum attulerunt quantacumque ea sint, & si nulla de eis acta confecta sunt. De immobilibus autem oportet ea fieri quæ sunt legitima. Neque enim auferrur ei qui dedit, eorum vẽdicatio. Et xvi. constit. pr. tit. Nouellarum, dicit quòd si quis Monachus recedere voluerit, quęcũque bona habebat, quãdo Monasteriũ ingressus est, ea ad Monasterij dominium per

cunebunt:

tinebunt,& quòd oportet eum qui vult esse Monachus,de rebus propriis disponere. Ipsum enim ingressum consequuntur, & si non hoc expresse dixerit. Quòd si cùm haberet filios, ipsis res aliquas dederit vel in dotem vel in donationem propter nuptias,& ea partem legitimam eius bonorum efficiant, ne filii in reliquis vllam partem habeant. Si nihil autem eis,vel minus legitima donauit: etiam postquam Monachus factus fuerit,debetur filiis legitima. Sinautem maritus, vel mulier, Monachus factus sit, id quod in casum mortis ad se rediret,alter accipit, vel lucratur·& quòd si Monachus ad militiam venerit, vel ad alium vitæ statum, eius quidem bona apud Monasterium remanent: ipse autem fit eius regionis apparitor. Quòd si quis etiam ad aliud Monasterium peruenerit, facultates eius sunt primi Monasterii. Monasteriorum autem Præfecti eum ne suscipiant, & hoc prohibeant episcopi, & Archimandritæ. Dicit autem etiam iii.constitutio iii.tituli primi libri,quòd si quis grauatus fuerit restitutione vel substitutione,si filios non susceperit, & propter Monasticam exercitationem vxorem ducere noluerit, bona apud eum perpetuo remanent, eáque, vt vult, dum est superstes, consumit, & relinquit, modo pie. Sinautem ei sub hac conditione relictum fuerit, si liberos susceperit, id habet & si nullos habuerit.Idem etiam in fœminis,quæ virginitatem profitentur. Eadem constitutio dicit, quòd si quis ex coniugibus Monachus euaserit, alius mittit libellum repudij: & locus est iis quæ inter eos conuenerunt in casum mortis: & lucrum quod ex eo proficiscitur,seruatur,vt par est, filiis natis ex eo matrimonio: & si Maritus efficiatur Monachus, eius vxor non nubit alteri vno anno. Quòd si quis ex sponsis Monachus factus fuerit, arræ ei simplæ redduntur,& nullo damno afficitur, vt erat eiusdem tituli constitutio.Et xiii.Nouella,quæ tractat de repudiis, dicit, quòd si præter dictas illic causas mulier libellum repudij miserit, dos quidem datur Marito, vel in dominium: vel si sint liberi, in vsumfructum, vxor autem, traditur per Iudicem episcopo ciuitatis in qua habitat: & per eum toto vitæ suæ tempore in Monasterium intruditur, & si habeat quidem liberos,ii duas partes eius bonorum accipiunt:tertiam autem, Monasterium.sinautem non habet libe-

ros, sed parentes, duæ partes dantur Monasterio, & tertia parentibus, præterquàm si cum eam haberent in potestate, iniusto eius repudio consenserint. Tunc enim omnia Monasterii dominio attribuuntur, perinde ac si mulier nec liberos nec parentes haberet. Et secund. constitutio primi tit. Nouellarum, dicit, quòd si seruus vel adscriptitius, pro ea quæ illic est distinctione, fiat Monachus, res quas in Monasterium intulit, capit Dominus. Non manent autem simul Monachi & Monachæ: sed viri quidem in alia loca transferuntur: & bona ipsis diuiduntur pro iure quod eis competit. Qui autem grauatus est legato, vel restitutione, si vxorem duxerit, vel si liberos non susceperit, vel si sic donatum sit, vel ad aliquem accesserit, & fiat Monacha vel Ascetria, extinguitur restitutio. Etsi enim Monasteriis egressi fuerint, ea tamen bona cum aliis eorum ad Monasteria pertinent: sinautem propter liberationem captiuorum, vel nutrimentum pauperum, fiat eiusmodi restitutio, ea neutro dictorum modorum excluditur. Eius qui Monasterium ingreditur, si non habet liberos, res ad Monasterium pertinent: sinautem habet liberos, & de rebus suis non disposuit priusquam ingrederetur, est in eius potestate etiam postea disponere, & non potest partem eorum legitimam minuere. Porro autem sibi quoque seruat vnius filij proportionem, quæ debet Monasterii dominio applicari. Sinautem mortuus sit in Monasterio, priusquam testamentum fecerit, filii quidem partem legitimam accipiunt: reliqua autem, Monasterium. Nullus ex sponsis prætextu arrarum damno afficitur, si fiat Monachus. Et Matrimonium soluitur ex eo, quod vnus coniugum habitum Monasticum susceperit, etiam absque repudio, & recipit mulier dotem, & alias res suas. Ei autem, qui non Monachus euaserit, quod ex conuentione in casum mortis profectum est lucrum, ad eum redit: sinautem ambo simul diuerterint, nullus eorum ex altero lucratur, nisi quis sua sponte alteri donauerit. Cxxxiiii. autem Iustiniani Nouella, de loci conseruatoribus differens, dicit, quòd si mulier adulterii condemnata fuerit, conuenientibus pœnis subiecta in Monasterium intruditur: & est in potestate Mariti, eam intra annum recipere, ex iis quæ interceserunt non læso matrimonio: sinautem tempus prȩterierit, vel ea non recepta decesserit, Monasticum habitũ capit. Etsi habet quidẽ liberos,

ij octo vncias accipiũt, & Monaſterium quatuor: ſin autem ſolum habet aſcendentes, qui ſceleri opem non tulerint, ij quatuor vncias accipiunt, & Monaſterium octo: ſinautem opẽ tulerunt, vel nulli ſunt aſcendẽtes, aut deſcendẽtes, accipit omnia Monaſterium, pactis dotalibus Mariro ſeruatis in omnibus caſibus. Si quis autem adulterii accuſatus, vel Iudicis proditione, vel aliquam aliam ob cauſam, pœnas effugerit, & poſteà marito eius viuente vel mortuo, cum ea turpiter verſatus ſit, vel in matrimonium eam acceperit, nec validum quidem eſt matrimonium: ſed vir quidem vt adulter à quouis Magiſtratu punitur: Mulier autem caſtigata & tonſa, toto vitæ ſuæ tempore, in Monaſterio includitur, & res vt dictum eſt, diuiduntur, periculo Comitis priuatorũ, & loci Magiſtratuum.

De iis qui fiunt Monaſteriorum prætecti vel Clerici, Syn. Carth. canon lxxx. Syn. Nic. ſecundæ canon xxi. De ſeruis qui fiunt monachi, vel prætextu pietatis contemnunt, vel Dominis non ſeruiunt, Syn. Gargr. canon iii. Syn. vi. canon lxxxv. Syn. Chalced. canon iiii. xxxiiii. Conſtitutio vi. tituli primi Codicis dicit, quod Adſcriptitii ſine conſenſu Dominorum Monachi effecti, itidem eis ſubiiciuntur, vt ſi non effecti eſſent. Conſtitutio xxxvii. Serui, qui dominorum voluntate Monachi facti ſunt, liberi fiunt: ſinautem monaſtica exercitatione relicta, ad alium ſe ſtatum cõtulerint, in ſeruitutem reuocantur. Xiii. primi tituli Nouellarum conſtitutio, dicit, quòd qui in Monaſteriis permanent, ſiue ſint liberi, ſiue ſerui, prius triennio perſeuerent, tonſura ac veſte vtentes, & ſcripturas diſcentes, & ſuam fortunam, ac conditionem, cauſamque cur Monachi eſſe velint num mala ſit confitentes, & admoneantur: & ſi triennio perſeuerauerint, & vt Monachi fiant digni viſi fuerint, tunc tondeantur, & à ſeruitute liberantur. Si quis autem intra triennium ipſum in ſeruitutem vendicet, dicens eum aliqua furripuiſſe, & in Monaſterium confugiſſe, ne protinus eum abſtrahat: ſed eum prius eſſe ſeruum, & propter furtum vel delictum aufugiſſe oſtendat: & tunc eum accipiat vt par eſt cum iis cum quibus in Monaſterium ingreſſus eſt, det autem fidem ſe eam ob cauſam nihil ei mali facturum: ſinautem hæc non oſtenſa fuerint, & ille ex exercitatione bonus honeſtusque

cap. 2.

L. Iubemus. C. de Epiſc.

l. ſeruis. C. eodem.

Auth. De eccleſiaſt. diuerſ. cap.

apparuerit, etiam si triennium nondum præterierit, maneat in Monasterio: & si post triennium dignus videatur, in exercitatione Monastica perseueret, siue seruus, siue liber, à nullo deinceps molestia affectus, & si antea peccauerit: sed quæ furto sublata sunt, ea vbicunque sint, priori domino reddunur.

BALS. *De seruis qui sunt Clerici, Monachi, vel etiam ad episcopalem dignitatem prouehũtur, lege xxxvi. cap. primi tit. præsentis operis, & quæ in eo sunt. Præterea autem ix. x. & xi. Imperatoris Domini Leonis sapientis Nouellæ. nam eorum etiam mentionem fecimus in dicto xxxvj. capite.*

Eadem autem constitutio dicit: Episcopus Abbatem, vel Archimandritam vniuscuiusque Monasterij non omnino pro gradu promouent: sed quem Monachi omnes, vel qui bonę sunt existimationis, elegerint, tactis euangeliis dicentes, quòd nec propter amicitiam, nec propter gratiam eum elegerint: sed scientes eum orthodoxum & modestum, & administratione dignum, & qui possit conseruare Monachorum scientiam, & statum Monasterii. Eadẽ etiam de mulieribus, Monasteriis & Asceteriis. Et xiij. constitutio eiusdem tit. adiiciẽs, quòd oportet digni electionem facere à primo, & ita gradatim deinceps per eos qui sequũtur. Primi enim, si digni videantur, prę ferũtur posterioribus. Xxxix. autem eiusdem tituli constitutio definit, quòd Monasteriorũ quidem præfectos obseruant episcopi, Monachos autem Præfecti, & quòd duorum Monasteriorũ non sit idẽ præfectus.

BALS. *Terciadecima primi tit. Nouellarum constitutio, est nouella Iustiniani cxxiij. quæ sita est in libro iiij. Imperial tit. primo cap. iij, & ita habet hoc caput vt visum est. situm est autem à nobis hoc caput extra xxxij. caput ix. tit. præsentis operis: & quære quæ de eo illic dicta sunt. Eadem cxxiij. nouella per ij. caput pr. tit. iiij. libri Imperial. ea dicit quæ hic visa sunt. Circa finem autem dicit: Ea omnia, quæ à nobis de Monasteriis, Præfectorum promotione dicta sunt, iubemus etiam seruari in mulierum Monasteriis, Sanctissimo episcopo, cui subest Monasterium, cum qui sic eligitur omnibus modis Monasterio præficienti.*

Cap. iiii. Non oportere Monachum temere exire Monasterio, & in rebus agendis versari, & quòd subsunt episcopo, Syn. Chalced. canon ij. iiii. viii. xxvi. Syn. vi. can. xli. xlii. xlvi. Syn. primæ & secundæ, quæ habita est in templo sanctorũ Apostolorum, canon ii. iiii. xix. Cõstitutio iii. tituli prim. libri Codic. dicit, quòd Apocrisiarii soli possunt egredi Monasteriis, & ingredi ciuitates. Sin autem dogmatibus vel consiliis suis videantur eos qui sunt simpliciores perturbare, legitimè castigantur. Et constitutio xxxviij. eiusdem

dem tituli. quòd qui ſua Monaſteria relinquunt, non accipiunt quæ in ea intulerunt mobilia, quantæcunque fuerint quantitatis. In immobilium autem donationibus iura ſeruanda ſunt. Ei enim qui dedit non ablata eſt vendicatio. Dicit autem etiam ſecunda conſtitutio pr. tit. Nouellarum: Nec Monachi, nec Monachæ per Vrbem circuncurſent: ſed per Apocriſiarios reſpondeant in Monaſteriis manentes. Tranſeunte autem Monacho in aliud Monaſterium, res quas habet, dum egreditur, ad primum Monaſterium pertinent. Lege etiam quæ ſcripta ſunt in primo capite huius tituli, & in xxxij. cap. ix. tit. præſentis operis.

Monachos non debere vxores ducere, vel cum aliquibus tanquam ſororibus verſari, nec eas quæ virginitatem profitentur cum aliis cohabitare oportere, Syn. Ancyr. canó xix. Syn. Chalced. canon xvi. Syn. vj. can. xliiij. xlvij. Baſil. canó xix. xcvij. lege quæ adſcripta ſunt in xij. cap. viij. tit. præſentis operis, & xxix. cap. ix. tit. *cap. 5.*

De Monachis qui faciunt ſodalitates, vel coniurationes, Syn. Chalced. can. xviij. Syn. vi. canon. xxxiiij. lege quæ adſcripta ſunt in xxxvij. cap. ix. tit. præſentis operis. *cap. 6.*

Non debere exercitatores ſeu Monachos cum fœminis lauari, Syn. Laodic. canó xxx. Syn. vi. canon xlvi. xlvij. *cap. 7.*

De Cuſtodia ſacrarum virginum, Syn. Carth. canon xliiij. Syn. vi. canon. xlvi. xlvij. Syn. Nic. ſecundæ canon xviij. xx. xxij. *cap. 8.*

De ſtupro ſacrarum virginum, Syn. vi. canon iiij. Baſilij canó xviij. xx. lx. lege quæ adſcripta ſunt tertio cap. ix. tit. præſentis operis. *cap. 9.*

De tempore ætatis earum quæ habitum accipiunt, & quænam dicatur virgo, Syn. Carth. canon cxxvi. Syn. vi. canó xl. xli. xliij. xlv. Baſilij canon xviij. *cap. 10.*

De Monachis, vel laicis dignitate præditis, vel militantibus qui fiunt clerici, Syn. Nic. canon xii. Syn. Chalced. canon vii. Cyrilli ex epiſtola ad epiſcopos Libyæ & Pentapolis, canon ſecund. lege quæ adſcripta ſunt xxxij. cap. ix. tit. præſentis operis. *cap. 11.*

De iis qui vtuntur veſte Monaſtica, & condemnant eos qui vtuntur veſte communi, Syn. Gangr. canon xij. Dicit liber prim. tit. iiij. conſtitutio iiij. Mimæ & quæ publicè corpore quæſtum faciunt, ſacrarum virginum habitu ne vtantur. Et ij. cóſtitutio primi tit. nouellarum dicit: Nullus *cap. 12.* *L. Mimæ C. de epiſcop. audientia.*

laicus,& maxime ſcenici,& meretrices, vtantur,vel imitentur Monaſticum habitum. Corporali enim ſupplicio alioqui punitur,& in exilium mittitur.

BALS. Exitij cap.eiuſdē nouelle,ſeu xiij.cap.eiuſdē libri & tit. fuſe dicit quæ viſa ſunt in præſenti xii.capite,adiciens per epiſcopos & Magiſtratus puniri eos qui ſanctū habitū habēt ludibrio.

Cap.13. De mulie re,quę veſtibus virilib⁹ induitur,Syn. Gāgr.can.xiij.

Cap.14. Non oportere Mulieres tonderi propter exercitationem, Syn. Gangr.can.xvij.

Cap.15. De eo qui prętextu exercitationis non alit liberos vel Parētes, Syn.Gangr.can.xv.xvj.

Cap.16. Quænam ciuilia negotia, vel quasnam curationes poſſunt obire Monachi, Syn. Chalced. canon iij.lege quæ adſcripta ſunt tertio cap.viij.tit.præſentis operis.

TITVLVS XII.

De Hæreticis & Iudæis & Gentilibus.

Cap.1. Quid eſt hæreſis, & ſchiſma, & προσηλυτισμός, Baſilij canon primus.

Cap.2. L.interclaras.C.de ſūma trinit. Qui eſt hæreticus,Syn.Conſtantinopoli.canon vi.Pr.conſtit. iiij.tit.libr.pr.Cod.dicit,quòd qui nō opinatur ſanctā Trinitatē habere in vna deitate æqualem potentiam,ne Chriſtianus quidem dicitur,ſed eſt demens ac veſanus, & Hæreticus,& infamis,& punitur. Et titulus viij. eiuſdem libri, quod eſt Hæreticus,& legibus quæ aduerſus Hæreticos latæ ſunt ſubiicitur, qui ab orthodoxa fide vel minimum declinat. Prima autem conſtit.iij.tit.Nouellarum,dicit, eos eſſe Hæreticos,qui communicare non poſſunt, fuſe autem de Hæreticis illic actum eſt.

C. de Hæreticu.

BALS. Prima conſtit pr.tit.Nouellarum ſita eſt in capite I.pr tit pr.lib.Imp.quæ eſt Nouella Iuſtiniani cix.tractatque,vt ſummatim dicam,nullam militiam,nec vllam,quæcunque ea ſit,publicam curationem poſſe obire Hæreticos. Dicit autem Hæreticos eſſe omnes qui ſacramentu, quæ dantur à ſacerdotibus,in dei eccleſia non communicant & quòd mulieribus Hæreticis non dantur Priuilegia quæ data ſunt orthodoxis,vt habeāt tacitas hypothecas in bonis maritorum,vincant autem in hypothecis antiquiores creditores,ad hoc vt de rebus dotalibus lucriſque matrimonialibus eis ſatisfiat.

Auth de mulieribus fide Hæret.

C.de Hæret. Viij.titulus primi libri Cod.prohibet habere priuilegia vel docendi, vel faciendi Clericos, vel letanias, aut publicè aut priuatim celebrādi. Nā ſi quid fiat eiuſmodi, officium Præfecti prætorio dat centum libras: regionis autem præſides quinquaginta,& quòd eorum conuenticula orthodoxa eccleſia accipit, & quòd Manichæi, & Donatiſtæ extremo

ſupplicio

ſupplicio afficiuntur,& omnia eorum bona publicantur.& neque teſtantur,vel quomodocunque contrahunt.nec filij qui non ſunt orthodoxi,eis ſuccedunt. & quòd poſt mortem accuſantur,& eorum teſtamenta infirmantur.& quòd vrbibus expelluntur. & quod domus in quibus Hæretici Dominis volentibus congregantur, eccleſiarum dominio applicantur. & quòd à curialibus vel ab Apparitorum miniſteriis non liberantur. & quòd Monaſteria non faciunt: nec militant.& quomodo puniuntur, qui aduerſus ſanctas Synodos ſcribunt, vel ea habent,aut legunt.& quòd legitime non ſepeliuntur. & quòd nec dignitates aſſequuntur: nec fiũt aduocati,vel defenſores, aut Patres ciuitatis. fiunt autem curiales. & quomodo coguntur filios qui ſunt orthodoxi,alere,& hæredes ſcribere,& dare eis dotem,& donationem propter nuptias. & quòd ſi parentes contendant, is eſt potentior, qui vult ſuos filios ad rectam fidem adducere. & quòd filii orthodoxi, qui peccant in parentes Hæreticos,puniuntur.

BALS. Viij. tit.primi libri Cod.poſitus eſt in principio ſecundæ conſtit. in primo tit. primi libri Imp.& dicit eius caput xviii. non debere Hæreticos docere,nec ordinare. ix. non debere Hæreticos legare:& loca,quæ ab eu occupantur, vendicari ab eccleſiu. xv. non habere Manichæos,& Donatiſtas priuilegia orthodoxorum,ſed eos etiam extremo ſupplicio affici.xxi.eiici ex vrbibus Hæreticos,& ab eccleſia catholica vendicari, quæ quomodocunque relinquuntur iis quas ipſi audaciter vocant,eccleſiu.xxiiii.caput dicit Hæretici legitimi ne tradantur ſepulturis.xxv.caput hæc definit: Si ſint autem parentes diuerſæ fidei & religionu,illius ſententia magis valeat,qui orthodoxam fidem in eis eligit & ſi ſit pater qui contradicit, non ideo ſuccenſens, eum alimento priuet neceſſario, vel aliis neceſſarijs ſumptibus.Sed etiam dans dotem,vel donationem propter nuptias,eos perſonu orthodoxu coniungat, nullam aliam aduerſus eos iræ cauſam pretexens. Quòd autem puniantur filij orthodoxi, qui in Patres Hæreticos peccant, non eſt aſſumptum in imperial. & ei qui illa compoſuit, ſunt ea de cauſa agendæ gratiæ. C. De Hæreticis per totum.

Et quòd non baptizant Hæretici, nec per ſe, vel interpoſitas perſonas, pagos curant aut adminiſtrant. Sed nec docent, nec hæredes inſtituunt, nec inter ſacros ambitus aliquid agunt. & quòd in iudicio aduerſus orthodoxum teſtimonium non ferunt,niſi orthodoxus trahatur in curiam.Vt eſt ſecunda conſtit.viij.tit. Nouellarum. eſt autem in integrarum numero xxxii. Sed in vltimis voluntatibus & contractibus teſtificantur.Lege quæ adſcripta ſunt in viii. cap. ix. tit.præſentis operis. De Iudæo autem tractat xii.tit.primi libri Cod.in quo etiam eorũ Synagogas non inquiri oportere dicit,neque ipſos ſabbatis, vel ſuis feſtis corporale miniſterium exercere.nec cõueniuntur,nec à Chriſtianis probro aut contumelia afficiuntur.nec Chriſtianas mulieres C. De Iudæis & Calic.

vxores ducunt. & quòd ipſi rebus ſuis vænalibus precia ſtatuunt. & quòd in matrimoniis legem ſuam non ſeruant. & quòd in ſolis cauſis pecuniariis poſſunt proprios ſibi Iudices eligere. & quòd coronarium canonem primates ipſorum ſuo periculo largitionibus inferunt: & quòd nihil eis audendum eſt aduerſus Chriſtianos.

BALS. *Dicit xxviii. cap. primi tit. primi libri Imperiali. Omnes generaliter Hæretici nec ſeparatas congregationes, nec ſeiunctas baptiſmata faciant. Nec venerandæ communionis eſſe omnino participes audeant. nec ſitum priuilegiis, in quibus habent officinas, vtantur, eorum qui legibus repugnant poenas formidantes, eo qui domum ſuppeditat prædictis accuſationibus obnoxio. Monaſticæ præcipuè, nullum eorum, qui dicuntur, Patriarcharum, vel ſociorum, vel Epiſcoporum, vel Presbyterorum, vel Diaconorum, habeat intra Conſtantinopolim. prohibeantur autem negociari intra eius fines: impiáſque comeſſationes & conuiuia facere: vel mancipia emere, propter eas quæ in vnoquoque ſubiectæ ſunt rationes.*

Cap. iii. De libris Hæreticis, Apoſtolorum canon vii. lx. Syn. ſextæ, canon lxviii. Syn. Nic. ſecundæ, canon ix. Cõſtit. vi. tit. primi libri Cod. dicit: Porphyrii & aliorum Hæreticorum ſcripta aduerſus Chriſtianos, comburantur, & Neſtorii, & quæcunque non conſentiunt Synodis quæ Niceæ & Epheſi habitæ ſunt, & Cyrillo Patriarchæ Alexandrino, quorum non licet fidem tranſgredi. Qui autem habent dictos libros & legunt, vltimo ſupplicio afficiuntur. Non dicuntur autem Neſtoriani, ſed Simoniani: ſicut Arriani, Porphyriani.

L. Quicunque in hac. C. de Hæreticis.

Cap. iiii. De Idolorum depoſitione, Syn. Carth. can. lviii. lxxxiiii.

C. de ſacrificiis.

BALS. *Prima conſtit. xiiii. lib. primi tit. Cod. iubet ſacra claudi. quæ non eſt ſita in Imperial.*

Cap. v. De Neſtorio, Muſæo, Eutychiano, Maximo, Porphyrio, & Celeſtino, vel Hæreticis, qui ab eis conſtituti ſunt, vel orthodoxis qui eiecti fuere, Syn. Conſtantinopol. canon iiii. Syn. Epheſ. can. i. ii iii. iiii. v. Syn. Sardic. canon xx.

Cap. vi. Non eſſe faciendam oblationem præſente Hęretico, Timoth. canon ix.

Cap. vii. De Clericis Hæreticis, qui ad eccleſiam orthodoxam accedunt, Syn. Carth. can. lvii. lxviii. Baſilii canon prim. Theophili ex commentario canon i.

Cap. viii. De Epiſcopis, vel Clericis, qui vnà cum Hæreticis communicant vel orant, vel eis operari permittunt, vel eorum baptiſmum aut ſacrificium admittunt, Apoſt. can. x. xlv. xlvi. Syn. Antioch. canon ii. Syn. Laodic. cap. xxxiii. Lege quæ adſcripta ſunt in xv. cap. tertii tit. præſentis operis.

Cap. ix. De Epiſcopis, vel Clericis, qui benedictiones ab Hæreticis accipiunt, vel à Iudæis: vel orant in Eccleſiis aut Monaſteriis Hæreticorum, vel Gentilium, vel ſabbata celebrant: vel

vnà

vnà cum Iudæis dies festos agunt: vel ad Synagogas accedunt, aut ad sacra Gentilium. & de Angelitis, Apost. canon lxv. lxx. Syn. Laodic. can. ix. xxix. xxxii. xxxv. xxxvii. xxxviii. xlii. Syn. sextæ, canon xi. Prima constit. xii. tit. primi libri Cod. dicit: Quod Iudæorum vniuersitati legatum est, non petitur. Dicit autē etiā liber xxxiiii. ca. viii. ff. quòd id quod legatur licito corpori vel collegio, valet. cōtrà autem, quod illicito: præterquàm si singulis in eo legatum sit, tunc enim valet. Multa eiusmodi responsa seu decreta habet xlviii. tit. vi. libri Cod. Nona autem constit. xi. tit. primi libri, dicit: quòd si datum vel relictum fuerit locis vel personis ad Græcorum errorem confirmandum, ciuitas, id accipit, in qua personæ habitant, vel sub qua loca sita sunt, & impenduntur instar reddituum aut vectigalium ciuitatis.

C. De Iudæis & Calicolis.

C. De Statu scōs. Trebell.

De Episcopo, qui sciēs dicit Hæreticum posse communicare, Syn. Carth. can. cxxiiii. *cap. x.*

Hæreticos non debere ingredi Ecclesias, Syn. Laodic. canon vi. *cap. xi.*

Non esse eundum ad falsos Hæreticorum Martyres, Syn. Laodic. can. xxxiiii. *cap. xii.*

De Matrimoniis Hæreticorum cum orthodoxis, Syn. Laodic. can. i. xxxi. Syn. Chalced. can. xiiii. Syn. Carth. can. xxi. xxiiii. Syn. vi. can. lxxvii. Ius Ciuile, licet nuptias definiens, dicit, lib. xxiii. tit. ii. cap. primo, esse viri & mulieris coniunctionem, & totius vitæ consortium, diuiníque & humani iuris communicationem: & conuenienter huic definitioni oporteat eos qui matrimonio coniunguntur, esse eiusdem religionis, scit tamen & admittit matrimonium inter Orthodoxū, & Hęreticum. Dicit enim liber primus Cod. tit. v. constit. xii. quòd si contendant Parentes, superior euadit qui vult suos filios ad fidem orthodoxam adducere. Et constitutio xviii. eiusdem tit. quòd si alter eorum qui cohabitāt, sit Orthodoxus, & alter Hæreticus, oportet eorum liberos esse orthodoxos. Et liber v. tit. i. constit. v. Si sponsa recuset matrimonium propter religionis differentiam, si mulier quidem præuidit causam, vel eius parentes, tenentur. Si autem ignorabant, vel etiam postquam arras acceperunt, causa accidit, reddit simplum. Idem etiam in sponso. Sexta constit. ix. tit. primi libri Cod. dicit, quòd Christianus qui Iudæam vxorem accepit, vel Iudæus Christianam, reus est adulterij.

C. De Ritu nuptiar.

L. Mulier. C. De sponsalibus.

BALS. Xij. conſtit. v. tit. primi libri Cod. ſeu xxv. caput primi tit. primi libri Imperial ſitum eſt in medio Scholij ij. cap. præſentis tit. lege etiam lxxij. can. Syn in Trullo. & ſcies quòd fidelis cum muliere infideli non iungitur matrimonio. etiam ſi nonnulli decepti à fine ipſius canonis, qui docet de infidelibus qui crediderunt poſt matrimonium, aliud audaciter dixerint. Ego autem qui ſcio eſſe orthodoxos liberas, & noſtra omnia ſuſcepiſſe, & videam ipſos ſuas filias Agarenis nuptum dare, miror, & neſcio quomodo à ſuis ſacerdotibus, qui legunt & ſciunt decreta canonum, hæc non prohibentur. Hæc ergo corrigi cupio potentiſſimi & ſanctiſſimi noſtri Imperatoris auxilio. Quinta conſtitutio primi tit. v. libri Cod. eſt caput ſecundum ſecundi tit. xxviij. libri Imperial. & aduerte quòd id quod dicit, propter religionis differentiam, non eſt adiectum in Imperialib. Secundum enim caput hæc dicit: Si mulier ſui iuris adulta ætate, arris acceptis matrimonium recuſauerit, reddat arras duplicatas: ſin autem cùm eſſet minor, ætatis veniam petiit, & arras accepit, rurſus duplum reddat. ſin autem eſt impubes, nec ipſa veniam ætatis petiit, ipſa tunc reddet ſimplum quod accepit: ſin autem etiam pater puellæ vel Mater accepit arram pro filia, vel auus pro nepte, cum ſint adultæ ætatis, ipſi quoque teneantur dare quadruplum: ſiquidem matrimonium, quod poteſt procedere, recuſant facere. Sin autem matrimonium non poteſt conſiſtere, ipſæ reddantur arræ ſimplæ. Sin verò poterat quidem matrimonium conſiſtere, ſed propter iuſtam cauſam recuſatur: ſi ſciebant quidem cauſam ante contractas ſponſalia, ſibi imputent quòd eam deſponderint: ſin autem ignorabant, vel cauſa forte poſt ſponſalia contigit, tunc ſimplum reddatur. Eadem etiam dicimus in ſponſo, qui ſponſam recuſauit. Quadruplari autem arras, quando ſponſa recuſat matrimonium, nunc non eſt in vſu, niſi hoc vtique ſpecialiter conuenerit. Omnis autem cautio, quæ præter hanc conſtitutionem facta eſt, minime conſiſtat.

cap. xiiii. De iis qui ex Hæreticis ad Orthodoxiam conuerſi ſunt, & an fieri poſſit vt ij ſint Clerici, & quinam ex eis baptizantur, & quinam ſolum vnguntur: & quòd Hęreticis benigne ac clementer vti oportet, vt ipſi conuertantur, Syn. Nic. can. viii. xviii. Syn. Laodic. canon viii. xix. Syn. Laodic. can. vii. viii. Syn. Cõſtantinop. canon vii. Syn. Carth. can. xlvii. lvii. lxvii. Syn. vi. canon xcviii. Baſilii canon i. xlvii. Theophili ex Epiſtola ad Aphygium Epiſcopum. Synodus quæ fuit habita à Cypriano, definit omnem hæreticum, qui ad fidem orthodoxam accedit, eſſe baptizandum, dicens hæreticorum baptiſmum non eſſe baptiſmum.

cap. xv. Nec Epiſcopos, nec Clericos donare debere, vel in teſtamento dare hæreticis, & ſi ſint cognati ipſorum, Syn. Carth. canon xxii. lxxxi. lege quæ prius ſcripta ſunt in xxxix. cap. x. tit. præſentis operis.

cap. xvi. De Hæreticis qui agunt pœnitentiam, Baſil. can. v. lege quæ adſcripta ſunt in xxxix. cap. ix. tit. præſentis operis.

cap. xvii. Quomodo Epiſcopi vendicant loca ſibi competentia, quæ detinentur ab Hæreticis, Syn. Carth. can. cxxi. lege quæ adſcripta ſunt in x. cap. viii. tit. præſentis operis.

cap. xviii. De iis qui conantur ea infirmare quæ Epheſi acta ſunt, Syn. Epheſ. can. vi. Lege quæ adſcripta ſunt in tertio cap. præſentis tituli.

TITVL.

TITVLVS TERTIVSDECIMVS.

De laicis. Vt laicus ſancta communione moueatur, qui tribus Dominicis agit in Ciuitate, & non cum cæteris venit ad eccleſiam, Syn. Sardic. can. Syn. vi. can. lxxx. *Cap. i.*

De laicis qui ſecundas vxores, vel etiam tertias, & plures ducunt: & de matrimoniis, & coitu prohibito, Apoſt. canon xviii. xlviii. Syn. Anc. can. xvi. xvii. Syn. Neocæſar. canon ii. iii. iiii. vii. Syn. Ancyr. can. xvi. xvii. Syn. Laodic. can. i. x. xxxi. Syn. Chalced. can. xvi. Syn. vi. can. liii. liiii. lxxii. xcviii. Baſilii canon iiii. xviii. xxiii. xxiiii. xli. l. liii. lxvii. lxviii. lxxv. lxxvi. lxxviii. lxxix. lxxx. Eiuſdem ex Epiſtola ad Theodorum. Theophili Archiepiſcopi Alexandriæ, ex Epiſtola ad Agathonem. Lex ciuilis non punit bigamiam vel polymiam. Punit autem, lucri amiſſione, parentes, qui ſecũdum matrimonium contrahunt, ſi ſint eis filii ex priore matrimonio. De quibus fuſe tractat ix. tit. v. lib. Cod. & Nouella de nuptiis. Præterea autem cogitur mulier annum luctus expectare, propter confuſionem ſeminis: quod non eſt in viro. Quæ itaque nubit ante annum completum poſt mortem mariti, fit infamis: nec poteſt pluſquam tertiam ſuorum bonorum partem ſecundo marito dare, vel in teſtamento relinquere. Ipſa quoque nihil habebit ex hæreditate, vel legato, vel mortis cauſa donatione. Et ſi primus maritus ei aliquid reliquit, id decem perſonæ gradatim accipiunt: ſcilicet aſcendentes, & deſcendentes, & qui ſunt ex latere, ſeu tranſuerſales, vſque ad ſecundum gradum. Ab inteſtato autem ſuccedit ſuis cognatis vſque ad tertium gradum ſolum: & omni auctoritate priuatur, iiſque quæ à primo marito ad eam redeunt prætextu ſponſalium, vel ex voluntate defuncti. Quòd ſi nulla inueniatur ex decem perſonis, locus eſt fiſco. neque ante nuptias donatione fruitur: ſin autem etiam hæres ſcripta eſt, ſiquidem ex parte, pars eius manet apud hæredes: ſin autem ſola ſcripta eſt, redit hæreditas ad eos qui ſuccedunt ab inteſtato. Soluitur autem infamia, ſi ſupplici libello Imperatori porrecto, is hoc ei largiatur. Quod ſi ex primo matrimonio liberos habeat, non aliàs id ei concedetur, & ab aliis pœnis & infamia liberabitur, quàm ſuarum facultatum dimidij vſumfructum, & dominium in contrahendo ſecundo matrimonio, filiis reliquerit. Vt liber v. Cod. tit. ix. conſtit. i. *Cap. ii.* *C. De nuptiis Auth. De nuptiis.* *C. De ſecundis nuptiis.*

secunda, & in Nouella de nuptiis: Euenit nonnunquam vt impune intra tempus luctus nubat, scilicet iussu Imperatoris, & quando intra tempus luctus pepererit. vt est liber iii.ff.tit.ii.cap.xi.

L. Liberorum, parag. Est talis. ff. De iis qui not. infam.

De nefariis autem & prohibitis nuptiis, tractat v. & vi. & vii. tit.v.libri.Cod.

BALS. X. & xi.cap.ij.tit.iij.lib.Digestorum est xxi.libri Imperial.tit.ij.cap.x.quod sic dicit: Iussu Imperatoris potest mulier intra tempus luctus vxorem ducere. Et cap.xi.Decretum ij.quod sic habet circa finem: Quæ intra tempus luctus peperit, potest statim nubere. Quintus autem tit.v.libri Cod.est liber xxviij.Imper.caput xxiij. quod sic habet: Nullum qui est sub imperio Romanæ Ciuitatis duas posse vxores habere manifestum est. Nam & in edicto Prætoris eiusmodi homines infamia notantur. Quam rem competens iudex non relinquet impunitam. Xliij.cap. eiusdem tit. quod est cap.vi. hæc dicit: Si quæ fuit sub alicuius tutela, administrationis rationes acceperit, & xxv. annum excesserit, & definitum tempus præterierit, filius eius qui tutelam gessit, potest eam vxorem ducere. Quòd si etiam puellæ pater moriens hoc petiit, vt puella tutoris filio nuberet, sic quoque est validum matrimonium. Liber xxviii.Imperialium, tit.v.cap.xxvii. hoc dicit: Si quis quencunque Magistratum gerens conetur quàuis puellam inuitam vxorem ducere, vel inuitis parentibus, pro ea attentatione decem auri librarum pœna multetur. & quandocunque à Magistratu cessauerit, ne conetur frui priuilegio Magistratus: si autem frui conatus fuerit, intra biennium efficiatur è ciuitate in qua priuilegio vti voluerit. licet autem puella, & eius patri testificari, quòd Magistratus voluit matrimonium cum ea contrahere: & facta testificatione, erunt extra inuisitionem Magistratus, tam in criminalibus, quam in causis pecuniarijs. Et si sit quidem Præses Prouinciæ, vel militaris Magistratus, sit sub præsule: sin autem Vtrique, sit sub præfecto prætorio. Xxij caput, quod est caput xxxviii.dicit: Qui in Prouincia exercet officium, non potest quæ in ea nata est vxorem ducere, vel eam quæ habet illic habitationem. Sponsalia autem contrahere non prohibetur. & si mulier post officij depositionem ei nubere noluerit, arras tantum reddit. Potest autem prius desponsam accipere, nec dos est infirma & inualida, sed valet & consistit. Xxv. caput hæc dicit. Innefarius nuptius ne dos quidem esse videntur quæ data sunt. & propterea quicquid ex iu quæ ratione dotis data sunt accepit Maritus, ea ab illo auferuntur, etiam si fructus maximè ceperit. Tertium Decretum eiusdem capitis hoc dicit: Si Tutor, vel qui fuit curator eius quæ sub tutela vel cura ipsius fuit, maritum adoptauerit, vel eius Patrem, aut ortta adoptio, quemadmodum soluitur quando quis proprium genetum adoptauerit. Et xlij.caput, quæ est constitutio tertia, vi.tit.v.lib.Cod. hæc dicit: Quidam qui habebat filium sui iuris, & ei vxorem, sibi Nurum, federat, post contractum matrimonium, tam natu ex nuru liberis, quæ nuru. Curator datus est. eius ante filium, nurus maritus, timens ne propter Patris curam non consisteret matrimonium, Imperatori supplicauit. Qui rescripsit firmum quidem ac validum esse matrimonium: Patrem tamen debere a cura cessare. & alio constituto, Patrem ei debere rationes reddere. Quoniam autem diuersa capita statuimus in fine præsentis ij capitis de illicitis & nefarijs nuptijs & aliqua quidem ex his dicunt non solui ex post facto legitimè contractum matrimonium, alia autem soluunt, interrogo de eo quod sæpe synodaliter interrogatum est. Si quis post recte contractum matrimonium cum sua socru rem habuerit, vel cum aliqua persona, quæ suæ vxori consanguinitate iuncta est, soluetur matrimonium, an non? Solutio. Minime, sed puniuntur qui incestum commiserunt. Dicitur enim in libro secundo tit tertio, cap. lxxxv. secundo decreto: Quæ ab initio firma sunt, ex iis quæ postea accidunt non infirmantur. Si autem nondum est peractum sacramentum matrimonij, sed sola fuerunt sponsalia, & gener posteà cum socru rem habuit, vel cum aliqua persona, quæ sponsa consanguinitate iuncta est, impedietur matrimonium propter regulam quæ dicit: Res, quæ in eum locum deducta est, à quo ab initio consistere non potuit, infirmatur: & etiam ne à scientibus permittatur incestus. & hæc quidem scripta sunt ad eorum interpretationem quæ à Patriarcha sunt composita. Sciat autem præsens caput egere multa interpretatione. Multæ enim ac diuersæ leges editæ sunt de prohibitis nuptiis. Et quia de iis qui secundò matrimonium contrahunt superius tractauimus, audi etiam de Polygamis, & de prohibitis matrimonijs. Ab antiqua lege tria matrimonia agnoscuntur. Sed quia tempore Imperatoris Domini Leonis sapientis, variæ fuerunt in ecclesia inter Antistites sententiæ: si iurimi enim ex iis non permittebant trigamiam: & peruenit etiam hæc dissensio vsque ad filium ipsius Imperatoris Dominum Constantinum Porphyrogennetam, edita est Vnionis quæ dicta est decisio, quæ tractat quando tertium matrimonium permittitur, & quando non. Lege etiam hanc decisionem, quæ sita est in interpretatione iiii. cap. sancti Basilij.

L. iij. C. De interdicto matrimon. inter, &c.

filij. Vltra autem tertium matrimonium nũquam dixerũ posse matrimonium cõsistere. Nam etiã tertium matrimoniũ apud antiquos dicebatur polygamia. De prohibitu autem nuptiu. lege primum & secũdum caput quinti tit. xxxiij. lib. Diuidũt enim cognationem in tria, in eos qui sunt superiorus & eos qui sunt inferiorũ ordinu, & eos qui sunt ex transuerso siue à latere. Superiorũ quidẽ ordinu sunt Patres, Auí, & deinceps. Inferiorũ autem sunt, filij, nepotes, abnepotes & cæteri deinceps. A latere autem seu ex transuerso sunt, fratres, cõsobrini, patrui & auũculi, patrueles, & cæteri. Deinde etiam aliam esse dicunt abusiue cognationem, quæ fit ex affinitate: & postquam de eo verba fecerũt & docuerunt gradus vnuscuiusque cognationu, inter eos quidem qui sunt inferiorũ & superiorũ ordinũ matrimonium perpetuo prohiberi dicunt, etiam si non sint ex legitimu nuptiu. A latere autem cognatorum ab octauo gradu coniunctionem admittunt. Similiter & affinitum nuptias impediũt vsque ad sextum gradum. tempore autem illius Patriarchæ Domini Alexij Comneni exorta est dubitatio de septimo gradu cognationu. Quidam enim dicebãt non posse abpatruelem accipere in vxorem filiã sui abpatruelis, quòd consanguineorum matrimonia à legibus permissa sint ab initio octauj gradus. Alij autem contra dicebãt sextum tãtum cognationu gradum esse prohibitum: & debere sextum esse improhibitum, cum non sit prohibitũ. dictus sanctissimus Patriarcha vnà cum synodo, quæ tũc erat, expresse statuit hæc quæ sequũtur: Quoniã ergo Basilius quidẽ est in septimo gradu. Theodotæ lex autem permittit vt qui sunt octauo inter se gradu, matrimoniũ ineant prohibet autem iu qui sunt in sexto. In verò qui sunt in septimo, nec permittit, nec negat, & propterea cùm sæpe huiusmodi motæ sunt controuersiæ, dispensatum est vt eiusmodi quidem matrimoniũ antequam processissent, non permitteretur: postquam autẽ processissent, nõ separarẽtur ij qui sic cõiuncti sunt, sed punirentur. Hoc itaque synodale decretum obseruatum est vsque ad tẽpus sanctissimi illius Patriarchæ Domini Lucæ. Tũc autem mẽse Aprili, xiiij. indictione, anno 6694. cùm defunctus sanctissimus Athenarũ Metropolitanus & inclytus Dominus Nicolaus Hagiotheodoritus ad synodũ retulisset, magnã hinc animabus perniciẽ afferri in nõnullu qui in sua prouincia in septimo gradu matrimoniũ clãdestinũ cõtrahebãt propter metum pœnæ, facta est synodalis declaratio, quæ hæc decernit. Propter hæc ergo nostra mediocritas cũ sancta vestra fraternitate, synodalem illã dispẽsationem, quæ à sanctissimo illo Patriarcha Domino Alexio facta est, in matrimonio inter cõsanguineos septimi gradus, nec omnino à lege ciuili prohibito, nec pure permisso cõfirmans, & corroborans, & veluti interpretãs ac declarãs, & simul etiã multorũ improbitatem ac curiositatem excidẽs, & veluti radicitus euellẽs, ne iniquitatis germina amplius pullulent, & vituperabiles filij & à diuinis legibus alieni crescãt, & multiplicẽtur, non solũ si interrogatio anfieri possit præcesserit, prohibet, sed etiã ante interrogationem factũ dissolui iubet hoc matrimoniũ ab hodierno die omnino cessare iubẽs, iu quæ antea facta sunt matrimoniu manentibus nihilo secius indiuulsis. Qui ergo eiusmodi matrimonium deinceps cõtrahere ausi fuerint, nõ solũ suo scopo nullo modo frũentur, sed etiã cũ illius cõtractus infractione, excõmunicatione quoq; subiicientur, vt qui sint præsentis Synodalis decreti cõtemptores, & cognatum sanguinẽ confundant, & qui cõtrahẽtibus cõsenserint, canonicæ seueritatis vires experiẽtur, & qui sacrũ facere ausi fuerint, depositioni subiicientur. Facta est autem etiã postea iussio potẽtis & sancti Imperatoris nostri & Domini emissa mẽse Maio eiusdem indictionis, qui hæc in eius parte decernit. Nostra itaque Imperatoria sublimitas hoc Synodale de quæsito respõsum, vel vt verè dicã, decretũ cõsequẽter diuinis canonibus legibusque ciuilibus editũ, in posterũ obseruãdum & perpetuò immobile ac immutabile futurũ iudicauit, eãdem de proposita quæstione habens sentẽtiam, quam sanctissimus Dominus & vniuersalis Patriarcha, & sancta ac diuina Synodus. Nota præsentem decisionem. Sciat autẽ, quòd etsi ea decisio, & iussio, quæ eam confirmauit, grauiter prohibet matrimonium in septimo gradu: indictione tamen iiij. anno 6694. facta est iussio Imperatoris Domini Isaacij Angeli, Patriarchatum gerente laborioso Domino Basilio, statuens vt ex dictis actionibus præiudicio non afficiatur matrimonium Imperatorum Catacuzeni Domini Ioannu, & sororu Imperatoru Dominæ Irenes, quod in septimo consanguinitatis gradu factum est sed quantum ad eos solos, locum non habuisse ea quæ à Synodo & Imperatore Domino Emanuele decreta sunt de eiusmodi matrimonio, & à Synodo etiã suscepta est. Ac de septimo quidem gradu ita est decisa dubitatio. Sed quoniam cum inter eos qui sexto affinitatis gradu coniuncti erant, prohibitum esset vt diximus matrimonium, tempore illius sanctissimi Patriarchæ D. Sisinnij & duo trueles, vt est verisimile, duas sorores acciperent, exposita est decisio ab eodem Patriarcha, quæ pahæc tractat circa finem: Statuit nostra mediocritas vt eiusmodi matrimonia deinceps inter Christianos locum non habeant, neque ab vllo vnquam fiant. ab omnibus autem cõmuniter introducetur, & per facultatem, quæ à sancto spiritu datur, paterne & dominicè definitur, vt nullus deinceps, sive sit aliquis ex iis qui potestatem & auctoritatem obtinent, sive ex iis quos extollũt diuitiæ, sive ex vulgo quispiã, veniat ad eiusmodi matrimoniũ. Si quis autẽ, in quæ decreuimus neglectu, se in eiusmodi matrimoniũ protecerit, vel liberos susceperit, u toto vitæ suæ tẽpore abdicabitur, nec à pœnitentiã prius recipietur quàm matrimoniũ fuerit dissolutũ, etiam si liberos antèa susceperit. Sacerdos autem, qui in talis matrimonio preces cõceperit, perfecta depositioni subiicietur. Cùm hæc ergo ita se habeant, & de

eiusmodi contractu exorta esset controuersia, emissa est Nouella constitutio potentis & sancti nostri Imperatoris & Domini, mense Iunio, indictione octaua, quæ hæc in fine persequitur. Itaque vt vtraque recte seruentur & colantur, Imperialium & sacerdotalium iussionum maiestas, legúmque & canonum subtilitas nec decisio omnino soluenda est, nec rursus permittendum vt omnino exerceatur. Sed media quadam & regia, vt aiunt, via est incedendum: & vtrũque est conseruandum, nempe & reuerentia, quæ debetur Antistiti, qui illam decisionem conscripsit: & Imperatoribus, qui illius decisionis meminerunt: & videndum ne quid quod à legibus canonibúsque discrepet, suadeatur, quod hæc induxit decisio. Oportet enim contractum ea decisione introductum tam quidem etiam ante interrogationem, perfectum non dissolui, sed eos qui sic matrimonio coniuncti sunt, pœnis impositis grauari, iudicio & examinatione illius loci Antistitis, & conseruari coniugium. Quòd si prius scisciatum accesserint, non concedere sine consentientibus pœnis & mandatis, propter eam quæ superius dicta est reuerentiam. Nec liberè, ac securè, nulláque ad eos retardandos allata causa scisciantibus permittere, sed cum mandato, vel ipsos potius ab ecclesia, dictæ decisioni, & eorum quæ in illa decernuntur commemorationem accipere. & si decretum quidem honorare volentes, quæ etiam in eo comprehensa sunt, velint firma & immota manere, sunt omnino laudandi: sin autem quod ab eo vetitum est velint agere, hoc eis facere permittetur, consentientibus tamen eis prius pœnis impositis. Cùm sanctissimi Patriarchæ Sisinnij decisio, & Imperatoris præterea iussio hæc decernant, ne dixerit omnes contractus, qui fiunt in septimo gradu affinitatis, ab eis coargui. Est enim iussio inclyti Imperatoris Domini Alexij Comneni edita ex admonitione illius Præfidi & Hetæriarchi Bardæ cognomine Sicci, mense Martio, indictione decimaquinta, & missa ad sanctissimum, qui tunc erat, Patriarcham Dominum Nicolaum, & sacram ac diuinam Synodum, quæ statuit vt amita & consobrina cum patruo & consobrino matrimonio cõiungantur, etiam si sint in sexto gradu affinitatis. Et lege hanc iussionẽ, quæ sita est in Synodali declaratione, quæ inuenitur in Cod. iam dicti Domini Nicolai Patriarchæ. Quia autem aliquãdo ad Imperatoris Tribunal agitatũ est, an posset vnus & idem duas abconsobrinas in matrimonio habere, vt pote cum contractus ad septimũ affinitatis gradũ deducatur, edita est Imperatoris Domini Emanuelis Comneni iussio, qua statuit hoc nõ posse fieri, quoniã maritus censeatur vnius esse gradus cum vxore, & quòd contractus ad sextũ affinitatis gradũ deueniat. Sed quoniam hæc iussio non sita est in cõpetentibus locis, ego quidem non possum amplius scribere. Ecclesia autem prohibet hoc matrimoniũ. Lege etiã lxvij. can. sancti Basilij, & quæ in eo scripta sunt. Nota ex præsenti Nouella, quòd malè permissum est Domino Michaeli Pleurætæ coniungi matrimonio Dominæ Annæ Spanopulinæ, quæ erat cõsobrina Mariæ Seruiliæ quæ illi desponsa fuerat. Et si enim lege mortuus ante matrimoniũ ab ea sponsa separata fuerat, & nec dum cum ea rem habuerat, non debebat tamen suam cõsobrinam accipere. Non enim cõiunctio, sed precum prolata cõceptio facit vt sponsalia matrimonium reputẽtur. Si ergo laicus est tale quid facere prohibitus, multo magis qui est sacratus. Is enim per Synodalẽ declarationẽ prohibitus est tẽpore illius Patriarchæ Domini Michaelis Anchialitæ mulierẽ legitime cõiungere, quæ sit cognata ei quæ ipsi per sola stipulationis vincula scriptis mãdata desponsa esset, cum ipsa nec sponsalitarũ precũ mysteriũ accepisset, vel mortua esset, vel pœnitentia adducta alij nupsisset, nisi forte eam adhuc sex annos natã mors oppigerata sit. Visum est enim Synodo, nõ interceßisse coitus cupiditatẽ cũ puella sex annos nata. Hoc autẽ nõ obseruabitur in laicis. Soli enim ij qui sacrũ tribunal cõscendunt, vnius vxoris eiusq; virginis viri debẽt nominari, & ipsi eiusdẽ esse status. Præter hæc autem scias, quòd ante imperiũ inclyti Imperatoris Domini Alexij Comneni aliter fiebant sponsalia. Mẽse autẽ Iulio vij. indictione anno 6691. emissa est lex eiusdẽ Imperatoris, quæ sic habet: Antiquæ quidẽ leges valde diuersa sponsaliorum & matrimoniorũ decreta statuerũt: & magis hãc partem quàm Phrygas & Mysos, vt est in prouerbio, nouerũt. Quæ autẽ sub beato Patriarcha Domino Ioãne Xiphilino per Synodalem cõsiderationem peracta edita est declaratio, cui etiã inter Imperatores vel in primis illustris D. Nicephorus Botaniates bullam aureã robur dedisse inuenitur, ea quæ à se longe inuicem seiuncta fuerãt in vnũ coniunxisse vi letur, & quod in matrimonio Synodalis statuit decisio, id ipsum etiã in sponsalibus apertè decernit à duobus fratribus duas cõsobrinas nõ permittẽs desponderi. Et permulti quidem rem nõ cõsideratam aggrediẽtes, & Synodalis cõstitutionis mẽtem assequi non valẽtes, aberrãt, nec coniicere possunt quidnam sint sponsalia, & cùm quàm sit res securior perspicere nõ possint, etiam quod à sua intelligẽtia cõsiderari non potest, ecclesiasticæ subtilitati adscribũt, nostri quidem imperij pietas rem paulo magis ex scientia aggrediẽs, & eam quæ videtur repugnãtiam rectè distinguẽs ac diiudicãs, per præsentem cõstitutionem optimũ decretum inuenit. Quoniam enim lex antiqua sponsalia in sola cõtrahentium voluntate definit, nec de alio quàm de consensu, & cõtractibus & sponsis curiosè inquirit: nobis autem Dei gratia ad multo honoratius & sacratius incrementum vita nostra processit: & ideo non solum nuptiæ, sed etiam ipsa sponsalia, habent sacram quæ in eis peragitur benedictionem: tempus quoque præfinitum per recentius decretum sapientissimi Imper. Domini Leonis, in prima eorum qui conuenerunt coniunctione expositum est: scilicet in masculis quidem xv. ætatis annis: in fœminis autem tertius decimus: Quod quidem tempus etiam ad perfectam

matrimonij

matrimonij coniunctionem satius esse lex vetus declarauit, existimauit nostra potestas per hanc esse constitutionem tuto pronunciandum, illa esse propriè sponsalia, & ex synodalis subtilitatis consideratione nuptijs æquiualere, quæ habent integrum tempus, quod Imperatoris Domini Alexij nouella constituit, & sacram benedictionem consequentem agnouerunt: & in illis, Synodalis decisionis valere obseruationem. Si enim alteram forte earum quæ conueniunt partium, morte vel aliquo alio euentu, vel mutata sententia separari contigerit, & ad aliam vitæ sortem transferri, non parum hinc absurdi exoritur, si preces, quæ nuptias præcedunt, peractæ in sponsalibus, tanquam vile quidpiam, & vulgare confusumque reputentur, & hæc res indiscriminatim sumatur, tanquam sine Deus quidem inter personas quæ coniunguntur per sponsalia intercesserit. Hac enim ratione prædictus noster Imperator aptè secutus sancta & vniuersalis sexta Synodi canonem, qui eam quæ desponsa est, donec est in viuis sponsus, ad matrimonialem societatem alij coniungi prohibet, & alioqui esse adulterium aperte definit contrà ac leges antiquæ statuant, decernit quod quæ sit separatio post factam sponsis benedictionem, ea est, illius sententia, verorum sponsalium solutio. Si autem sponsalia aliqua conuenienter multorum consuetudini facta sint, & edicti quidem sint contractus: nondum autem venit tempus in quo quæ debet à Christianis benedictio fieri consueuit, & nec preces, quæ in iis qui sponsalia contrahunt per sacerdotem prolatæ sunt, ea vera quidem sponsalia, quod ad ecclesiasticam subtilitatem attinet, nec esse, nec nominari: neque synodalem declarationem in eis locum habere: sed hominum tamen placita stipulationibus firmata rata esse, & veteres leges suam in eis firmitatem obtinere. Hoc enim modo & lex antiqua integra seruabitur, quæ de sponsalibus prius est edita: & Synodi decretum intactum inuiolatumque remanebit, vt quod conuenienter huic obseruationi intelligatur & interpretetur. Quoniam autem hæc ita se habent, & vera quidem esse sponsalia statutum est, quæ cum sacra benedictione præstituto etiam tempore peracta esse noscuntur. Quæ autem ex antiquis sunt legibus, vt hominum placita stipulationibus munita, ea in vsu esse permissum est, & solam in eis veterem legem seruari, quæ certas prohibitas personas ad separatam sponsam non accedere debere sanxerunt: oportet etiam huic decreto aliquid addere, quod non est à Christiana honestate alienum. Quoniam enim antiqua lex & noua non exacurata perfectáque ratione seruatur, sed maxima quidem pars populi, sequens antiquam legum auctoritatem, post septennium audacter sponsalia peragebat, & ad sponsas vnusquisque sine metu ingrediebatur, antiquo more, & libertate congressus, amoris etiam ardorem accendentes. Pars autem sacratior sequens nouellam Imperatoris constitutionem, ponebat quidem differentiam inter sponsalia & matrimonium, eas quæ fiunt primum in sponsalibus, & ita eas quæ in nuptijs preces cantans: sed eadem vno & eodem tempore faciebant, sponsalíaque ac matrimonium in vno spacio peragebantur, breui tantum aliquo intercedente momento, hoc nostra pietas, vt pote quod nimis temere fiebat, corrigens, statuit per præsentem generalem constitutionem, ea, quæ in septimo anno contrahentium, & deinceps vsque ad xiiij. vel xij annum ætatis sub forma sponsalium fiunt, non habere omnino locum firmorum & firmorum sponsalium, sed tanquam firmas solum stipulationes haberi & iudicari ex natura aliorum contractuum, & ita hæc apud omnes nostros subiectos exerceri, antiqua lege, quæ de sponsalibus est edita, de prohibitu scilicet personis ad sponsam separatam accedere, perfectè obseruanda, vt quæ in Christianis esse debet honestas magis abundet. Et si enim non sint sponsalia, si subtiliter considerentur: sed quia tamen id quod fit, habere sponsalium scenam videtur, & fundamenta matrimonij ex eo iacti incipiunt, æquum fuerit etiam personas lege prohibitas rursus quoque prohiberi: nullumque tam impudenter & inuenililiter se gerere vt eam audeat vxorem accipere, quam antiqua lex, cum esset sponsa alicuius, non permisit alij nubere soluto sponsalibus. Aduentante quidem tempore, quod simul ad sponsalia & matrimonium aptum esse noscimus, scilicet fœmina quidem xij. annum præterente, masculo autem xiiij. transcendente, tunc sponsalia primum cum sacris precum canticis peragi, & ei consuetis obseruationibus, scilicet arra, & osculo sponsis consueto. & ita breuiori vel longiori interiecto tempore, vt contrahentibus visum fuerit, inexcusabiliter legitimas quoque nuptias procedere: & non eodem simul die, vel etiam hora sæpe vna fieri, rebus amplius dimissis. Hæc enim procedente in matrimonijs consequentia, & lex antiqua seruabitur, quæ prohibitas personas enumerauit, non permittens eas accedere ad separatam sponsam propinquæ personæ: & Nouella Maximi philosophi constitutio rectè in omnibus seruari, & esse in vsu videbitur: & personæ, quæ conueniunt, ab immaturo & indecoro congressionibus prohibitæ, puram & castam conuersationem agant, tempore opportuno cum sacra benedictione simul congredientes, quando sponsalia & matrimonium ab eis peragi oportuerit. Et si quis præter ea quæ statuta sunt à præsenti nostræ potentiæ constitutione, ausus fuerit sponsalia peragere, & non hæc generaliter & in omnes edita, & in posterum seruanda sequi visus sit, ab ipso primo die vltj mensis ingressuri instantis septimæ indictionis 6592, & arras ante tempus præstitutum, & sacram benedictionem exigere ausus fuerit, vel contrahentes personas ad se videndum ingredi permiserit, & inter se inuicem indiscriminatim versari, scriptor quidem contractus, qui arræ contractum exposuit, propria statione mouebitur. Qui autem sponsa-

lia ante tempus peragunt, se humanæ & diuinæ iræ obnoxios esse sciant. Fiscus enim, per secretum domesticorum, pœnam, quæ ex stipulatione in contractu inserta est, in vnoquoque ipsorum in solidum exiget, propter præscriptis constitutionis contemptum. Credimus autem etiam ipsum Deum aduersus eos insurrecturum, quòd prudentes ac scientes nequitiam inter adolescentes non veriti sint introducere. Si enim lex quidem antiqua cessauit, nec perfecta potuit sponsalia contrahere, iis autem quæ recens constituta sunt qui contrahunt, vt recusant, qui aliud agunt quam quòd homines qui nihil legibus ad se inuicem attinent, permittunt inter se matrimonio coniungi, petulantes amores adolescentum animis per impiam conuersationem immittentes. Similiter emissa est etiam alia eiusdem Imperatoris super eadem lege constitutio, quæ sic habet: Scimus nos mense Iulio septimæ indictionis anni 6591. de matrimonio & sponsalibus statuisse ea quæ in constitutione, & relatione comprehensa sunt, & nihil eorum moueri sustinemus, sed inuiolabilia & immutabilia semper manere volumus: & contrahi quidem sponsalia & matrimonium vt diximus, temp[illegible]que minimæ innouatum seruari: & eorum qui coniunguntur, illum quidem esse maiorem xiiij annis, hanc verò xij. Quia autem nihil tunc statutum est, an quæ sic contrahuntur sponsalia per pœnæ solutionem soluantur, an omnino indissolubilia permancant, & propterea ipse nos interrogasti, statuimus ea sponsalia, quæ sunt proprie sponsalia, immobilia omnino & indissolubilia permanere, vt pote Deo in medium introducto, & per precum mysterium coniunctionem confirmante, nec ea vnquam pœnæ datione soluti, quæ nec etiam in contractibus in posterum inscribentur: quoniam sponsalia non ex ipsis, sed per Dei inuocationem confirmantur, quæ etiam indissolubilia omnino manebunt, vt quæ propter eas solas causas soluantur propter quas & matrimonium, quibus ea æquiualere constitutum est. Ac etiam personæ quoque cognatæ, prohibitæ nuptias vel sponsalia contrahere, itidem prohibebuntur. & præter ea quæ hac constitutione decreta sunt, nihil fiet ab aliquo, nisi forte Imperator, dispensatiua aliqua ratione, sponsalia & precunte sacra benedictione intra annos præstitutos permiserit. Licet enim Imperatoribus supra legem dispensare, vt dixit sapiens Imperator, & etiam leges antiquæ. Quin & ipsi tempus contrahentes, non etiam naturalem congressionem permittent, donec eorum qui coniunguntur, alter quidem annum xiiij. altera verò xij. excesserit. parentibus magnam diligentiam adhibere debentibus ne quid fiat ante dictum tempus. Nam & is qui immaturum concubitum perpetrarit, & eius parentes legibus quæ de stupro latæ sunt tenebuntur. Porro autem quando Imperator sponsaliorum vel nuptiarum tempus innouauerit, si qui coniungebantur, ante tempus rei præstitutum morte separati sint, sic quoque prohibebuntur personæ prohibitæ, nec eu facile licebit irrumpere ad ea audenda quæ fieri non debent, vt ante tempus nostru visum constitutionibus sponsalia vel matrimonium soluatur. Quod enim deest perfecto tempori sponsaliorum vel nuptiarum, Imperatoris supplens dispensatio, iis quæ sunt prohibita illabefactam prohibitionem seruabit, & nequaquam facient cõtractum prohibitum. Sed quicunque ex perfectis sponsalibus vel matrimonio prohibentur contractus, ij etiam ab iis quæ intra præstitutum tempus & dispensatiuæ constitutionem, & solutionem naturaliter acceperunt, prohibebuntur. Et quæ nouella quidem de sponsalibus continentur, ex ea clara sunt. Scias autem, quòd in secreto Chartophylacij sita est declaratio sanctissimi illius Patriarchæ Domini Nicolai, quæ hac ad verbum tractat: Sanctissimus Cyzici Metropolitanus Simeon cum nostra mediocritate considens dixit, quòd Clericus quidam suæ Metropolu, cui nomen est Ioannes Diabatenus, despondit quandam Mariam Theophili vocatam, septem annos natam. Cum autem intellexisset esse iniusta sponsalia, quòd esset impubes sponsa, tunc quidem desistit, post annos autem octo eam in matrimonio legitimè duxit. Et hæc dicens, volebat scire quid de Clerico agendum. Audiuit itaque à nostra mediocritate, & à considente fraternitate, quòd non solum in contractu matrimoniali arras dari cautum est, sed etiam in omnibus contractibus, verum non coacte, sed sponte. Quemadmodum itaque in aliis contractibus non dicimus esse infirmum quod factum est non dato arru, ita etiam in matrimoniali contractu: & si arra seu sponsalia non præcesserint, firmum erit & inseparabile matrimonium. Cùm itaque sponsalia, quæ, vt dictum est, præcessere inter Clericum & Mariam, consistere non possent, habebit Clericus ut separabiliter eam quæ per solam sacram benedictionem illi in matrimonio, coniuncta fuit, vt tractatum est. Donatio autem ante nuptias, propter quam etiam sponsalia fieri constitutum est, inter coniuges, vel ipsas partes non tractabitur. Sed perinde ac si nec sponsalia præcessissent, nec donatio ante nuptias consecuta esset, erit firmum, & non infringendum matrimonium.

cap. iii. De iis quæ existimant maritos suos absentes mortuos, & nubunt, Synod. vi. canon xciii. Basil. can. xxxi. xxxvi. xlvi. Quæ de repudiis tractat cxvii. Nouella dicit, quòd similes, vel scholaris, vel fœderatus, vel alius armatus agit in expe-

ditione

ditione aliquot annis, expectet eum vxor, etiam si ab eo literas non acceperit: sin autem audierit eum esse mortuum, ne nubat, nisi prius per se, vel suos parentes, vel alium fide dignum, Priores & Chartullarios numeri in quo habitat, & Tribunum interrogauerit, an re vera sit mortuus. & illi sanctis Euangeliis propositis, in actis deponant eum esse mortuum: & mulier actum accipiat, & postquam acceperit, annum maneat, & tunc nubat legitimè: sin autem præter hanc distinctionem nupserit, & ipsa, & qui eum accepit, vt adulteri puniantur: sin autem qui deposuerunt, falsum dixisse conuicti sunt, priuantur militia seu exauthorantur, & decem librarum pœnam pendant ei quem mortuum esse dixerunt. & est in eius potestate propriam si velit vxorem accipere: sin autem erat scholaris, à primis scholæ, & actuario fiat dicta depositio: sin autem fœderatus, ab optione.

De iis qui separantur, Apost. can. v. Syn. Gangr. canon xiiii. Syn. Carth. can. xxii. Syn. vi. canon lxxxvii. Basil. canon ix. xxxv. xlviii. lxxvii. De matrimonij separatione in multis locis ius ciuile, & maximè in lib. xxiiii. tit. ii. Digestorum, & libro v. Codicis, tit. xvii. & in Nouella de nuptiis: perfectius autem cxvii. Nouella, quæ causas rite exponit, propter quas maritus vel vxor potest repudiare & dotem lucrifacere, eius seruans dominium liberis ex eo matrimonio susceptis, si modo sint. Si sciuerit aliquos Imperatori moliri insidias, & suo marito non indicauerit. Si eam adulterij accusauerit, & probauerit. Si vllo modo vitæ mariti insidias parauerit, vel cùm hoc alios moliri sciuisset, ei non indicauerit. Si cum viris externis conuiuia agitet, vel vnà lauetur, nolente marito. Si eo nolente maneat extra domum non apud suos parentes, nisi ipse absque dictis causis eam extruserit. Mulier autem mittit repudium, & donationem ante nuptias lucratur, seruans dominium suis liberis, si modo vlli sint. Si Imperatori insidias molitus sit, vel cum hoc alios moliri resciuerit, vel per se, vel alium Imperatori non aperuerit. Si quouis modo vitæ ipsius insidiatus fuerit, vel cum fuisset conscius, ei non reuelauerit, & non legibus vindicare conatus sit. Si eius pudicitiæ, vt ipsa adulteraretur, insidiatus sit. Si Maritus eam adulterii accusauerit, nec probauerit. In his autem non solum, ante nuptias donatione multatur, sed etiam alia tertia parte ex aliis eius facultatibus, & subit

Cap. iiij.

ff. De Diuortiis, & C. de repudiis.

pœnas quas condemnata mulier erat subitura. Si cum alia cohabitet in eadem domo, vel eadem ciuitate, & ab ipsa, vel per alium admonitus non abstineat. Porrò autem in his quoque alteram donationis ante nuptias partem lucratur, ipsius dominium seruans filiis legitimis. Si ergo præter has causas repudiet Maritus, perdit donationem, & aliam eius tertiam partem: sin autem mulier mittat iniustum libellum repudij, perdit dotem: & præterea in Monasterium coniicitur toto vitæ suæ tempore, & bona eius diuiduntur: & eius quidem filij octo vncias accipiunt: Monasterium autem quatuor vncias. sin autem non sint filij, sed parentes, qui repudio non consenserunt, ipsi quidem quatuor vncias accipiunt: Monasterium autem, octo: sin autem consenserunt, Monasterium totum accipit. Eadem etiam dici possunt in Marito qui iniuste repudiat, ex cxxvii. nouella, quæ dicit esse pœnas æquales iniustorum repudiorum: & maritum similiter iis teneri quæ aduersus vxorem constituta sunt. Soluitur autem impune matrimonium, si vir post triennium ab inito matrimonio non possit coire cum vxore, & si Monachus alteruter factus sit, & si maritus in captiuitatem abductus sit, & incertum sit postquam quinquennio manserit, an viuat.

Auth. De eccles. diuer. capit.

BALS. *Cap. iiij. vij. tit. xxviij lib. dicit, iniustorum repudiorum pœnas esse in vtrique partibus æquales. iij. cap. xxi. Iustiniani nouellæ in septimo tit. xxviij. cap. dicit: Dictis causis eas quoque nominatim adiiciendas intelligimus, ex quibus licet matrimonia impune dissoluere, causam scilicet exercitationis seu religionis, triennalem vitæ consuetudinem, in qua coire non potuerint, & causam captiuitatis. Sed ex duabus quidem causis, sine pœna, & absque vllius rei datione dicit solui coniugium. De eo autem quòd pars alterutra ingrediatur Monasterium, hæc dicit: Tunc enim iubemus viro & vxori ad meliora transeuntibus dissoluere coniugium, & secedere cum aliqua breui relictæ ei qui relictus est consolatione. De quo enim lucro consenserint ij qui conueniunt in casum mortis, oportet eum qui relictus est, ab altero id habere, siue sit maritus, siue vxor, eo quòd is, quod ad coniugem attinet, videatur esse mortuus, cum aliud vitæ iter ingrediatur. Sed etiam cxxiij Iustiniani Nouella, seu xx. caput primitus. iiij. lib. Imp. iubet eum ex coniugibus, qui in mundo relictus est, ex parte quæ tonsa est accipere, siquid ex conuentione per eius mortem erat ad eum rediturum. quod etiam breuem consolationem nominauit xxij Nouella, quæ omnino respexit ad pœnam, quæ ex alia causa data est. Quod enim datur ex conuentione, ne pœna quidem existimatur. Et hæc quidem ita habent. Quæro autem, cum cxvij. Imperatoris Domini Leonis Philosophi nouella dicat ex mariti tonsura non debere dari mulieri ἀντίγαμον. & xxij. Imperatoris Iustiniani Nouella definiat ea quæ superius scripta sunt, exigét ne mulier aliquid à marito qui tondetur, nomine donationis propter nuptias an non? sol. Antiquitus quidem non dabatur ex conuentione donatio propter nuptias, sed ex lege. Si mulier enim dabat aliquid dotis nomine, maritus quoque cogebatur dare tantam quantitatem in communes facultates. Vnde etiam Græce nominatum est ἀντίγαμον. Hoc autem sublatum est. & hodie non dat maritus eiusmodi ἀντίγαμα. Sed dat ex conuentione aliquam partem, quantum scilicet dare mulieri, si prior decedat, conuenerit. sin autem non conuenerit aliquid dare, pro ἀντιγάμῳ non cogitur aliquid dare. Existimo autem quòd Nouella quidem Imperatoris Domini Leonis Philosophi dicit de ἀντιγάμῳ quod ex lege antiqua agnoscebatur, & necessario dabatur: Imperatoris autem Iustiniani Nouella, de lucro quod dabatur ex conuentione, si alteruter prior decessisset. Quantitatem ergo, quam ex vnius ex coniugibus*

lugibus morte præcedente dari conuenit ei qui superstes fuerit, exiget is qui in vita relictus est post alterius tonsuram, qualiscunque ea sit, & quomodocunque vocetur & euenit, vt si tonsa fuerit mulier, vir eo modo exigat quantitatem quam dari conuenerit superstiti, si alteruter præcesserit, etiamsi absque appelletur τονσούρα.

Ex consensu autē per conuentionē soluere matrimoniū, nuper quidem dictum fuerat: sublatū est autem ab cxvii. nouella: & rursus à Iustino Imperatore renouatum est. Et Maritus qui sine causa vxorem indotatam eiicit, dat ei quartam partem suorum bonorum pure. Si autem euenerit vt sint plures quàm tres filii, non quartam partem, sed vnius filii portionem accipit. Non potest autem quod ei datur excedere c. libras auri. His autem non subiicitur mulier indotata, quæ sine causa à marito recedit. vt est ipsa cxvii. Nouella.

BALS. Constitutio xvij. tit. v. libri Cod statuit ex consensu posse solui matrimonium, quæ nō est sita in Imperial. sed nec cxvij. nouellæ caput, quod tollit solutiones matrimoniorum quæ fiebant per consensum, positum est in Imperial. Sed pro eo positum est xiii. cap. xxxiii nouellæ quod est iiii. caput vij tit. xxviij. libri Imperial. quod æquiualet cxvij Imperatoris Iustini Nouellæ. Est autem Iustiniani cxl. nouella, quæ nō est omnino sita in Imperial. & quòd mulier indotata accipiat quartā partem facultatum Mariti, quoniam ipse eam sine causa repudiauerit, pars est cxvii. Imperatoris Iustiniani nouellæ. Sed ne hoc quidem situm est in Imperial.

L. si constāte C. de repudiis.

Adeò autem prohiberi non potest matrimoniorum dissolutio, vt dicat liber xlv. tit. pr. cap. xviii. quòd si quis eorum qui cohabitant pœnam promiserit, si sine causa solutum sit matrimonium, non valet. Sufficit enim in iis pœna legibus constituta, nisi eam etiam continet stipulatio.

L. si ita stipulatio. ff. de stipulat.

Et cap. cxxxiiii. eiusdem tit. quòd non rectè stipulor pœnam, si qua mihi nō nupserit. Sed nec ab ea quæ mihi nupsit, possum pœnam stipulari, si matrimonium soluerit. Eadem etiā de muliere, quæ à marito stipulatur. Et liber viii. Cod. tit. xxx. cap. ii. quod quis inutiliter pacisci tur nō licere matrimonium soluere: nec valet pœna, quæ eo nomine in stipulationē deducta est. cap. xviii. pr. tit. xliii. lib. Imperial. quod ita habet vt visum est. Est autem pœna inualida, quæ in stipulationē deducitur, ex eo quod sine causa ab alterutro cohabitantium solutum sit matrimonium, ne priuatis pactionibus publica pœna tollatur.

L. si stipulatio. ff. de verb. obligat.

L. 2 C. de iisdem stipulat.

BALS. Cxxxiiij. caput pr. lib. xlv. tit ff. est caput cxxxiiij. pr. tit. xl iij. libri Imperial. quod sic habet, vt paulo ante visum est. Adscripsit autem Chumnus extra illud scholiū quod interpretatur caput, & quod docet, quando ea, quæ nuptiarū gratia facta sunt stipulationū vincula, literæ mandata, debent valere, & quando non. Tu autem ei scholio ne mentem adhibueris: sed nota quòd stipulationum vincula literæ mandata, quæ fiunt de matrimoniis, siquidem fiunt ab iis solu qui sunt coniungendi matrimonio, sunt inualida, quod attinet ad petendam pœnam si contrauentum fuerit. Si autem etiam ab aliquibus aliis, valent & eo quòd aliqua de causa non sit factum matrimonium eorum qui erant cōgendi matrimonio, petitur pœna ab eo qui interrogatus promisit se effecturum vt fieret

matrimonium: & in hu quidem cõsistit ius ciuile. Scias autem sæpe esse quæsitum, an qui stipulationes de matrimonio cum aliqua muliere contrahendo vincula in scriptu dederit, vel etiam instrumẽta sponsaliorum quæ non possunt consistere, postquam illa stipulationum vincula & sponsaliorum instrumenta infirmata & abrogata fuerint, possit aliam vxorem ducere, & in presbyteri locum promoueri. Tu ergo dic, quòd si persona quidem, quæ ei qui sacerdos futurus erat desponsa fuerat, post scriptorum infirmationem sextum annum excesserit, non sinetur qui ea scripta edidit vel etiam instrumenta sponsalia, cum alia muliere coniungi, & sic fieri sacerdos, vt qui propter cupiditatem bizamus reputetur, & quòd esset fœmina eius modi vt in eam amor caderet. Si autem ea persona esset minor sex annis, quando pacta conuenta abrogata sunt, ut recte alteri muliери coniungetur. & tunc fiet sacerdos. Confirma autẽ hoc etiam ex Nouella imperatoris Domini Alexij Comneni, quæ statuit non posse solui legitima sponsalia, & iubet vt si forte ea solata sint, vt pote legitimis temporibus non facta, non possint prohibitæ cognatæ personæ eorum qui contra leges coniuncti fuerant, matrimonio coniungi, lege eam nouellam sitam in ij cap. præsentis tit.

Cap. v.

De fornicatione, adulterio, & stupro, & masculorum concubitu, Apost. canon lxi. Syn. Ancyr. canon viij. Syn. vi. can. lxxxvi. lxxxvii. Basilii canon vii. xviii. xxi. xxv. xxvi. xxx. xxxiiii. xxxvii. xxxviiij. xlviiij. lviij. lix. lxii. lxxij. Greg. Nyss. can. iii. De stupro, & adulterio, & masculorum concubitu, tractatius ciuile in libro ix. Cod tit. viiij. capitale supplicium iis qui ea perpetrant inferens. Vbi dicitur, quòd adulterium non solum propter legitimæ vxori stuprum allatum, sed etiam si id fiat in nefario, & quod non potest consistere, matrimonio, & in concubinatu.

1. Cum vir. C. Ad l. Iul. de adult.

BALS. *Capitali supplicio puniri adulteros, & qui stuprum admiserunt, non est situm in Imp. sed dicit lxxiij caput dicti xxxvij. tit Adulteri verò verberentur, ac tondeantur, narésque eis amputentur. Si vero qui interuenerunt, quorum ope & ministerio scelus hoc admissum est, verberentur, ac tondeantur, perpetuò hic exulent. Xii caput, quod in vii titulo situm est xxviii. libri, dicit in principio: Si vir exilium et suam vxorem posse conuincere adulterii, oportet virum suam prius vxorem inscribere quàm adulterum: & si adulterii crimen aperte ostensum fuerit, tunc misso diuortii libello, iubemus eas pœnas peccatoribus infligi, quas leges constituunt, illis quoque pœnas legitimas sustinentibus, quorum interuenientе opera ac ministerio hoc scelus factum est. Ex facultatibus autem adulteri, si habet vxorem, dotem, & ante nuptias donationem ei seruari: vel eam partem quæ nostra lege datur, si non totalia instrumenta consecuta sint, reliquas autem eius facultates, si sint quidem ascendentes vel descendentes, eos vsque ad tertium gradum, conuenienter suo ordinibus & gradibus accipere. Si autem non sunt ex ascendentibus aut descendentibus, eas publico applicari iubemus. Mulierem autem adulteratam, publicis pœnis subiectam in Monasterium intrici & deinceps quæcunque conscripsit Patriarcha. De nefariis nuptiis dicit lxxvi. caput xxxvii tit. lx. lib. Qui miscentur cum consanguineis, siue parentes cum filiis, siue filii cum parentibus, siue fratres cum sororibus, ense puniantur. Qui autem in alio gradu cognationis inter se commiscentur, scilicet pater cum vxore filii, vel filius cum vxore patris seu cum nouerca, vel vitricus cum priuigna, vel frater cum vxore fratris: vel auunculus cum consobrina, vel cum duabus sororibus, vel qui cum matre externa eiusque filia sciens rem habet, verberentur, & nares eis amputentur, vnà cum iis cum quibus rem habuerunt. Similiter & caput lxxvii. Qui matrimonio coniunguntur, vel alias carnaliter copulantur patrueles, & filii qui ex eis nascuntur, & solum, vel etiam pater & filius cum matre & filia, vel duo fratres cum duabus sororibus, vel duo fratres cum matre & filia, vel consobrinus cum ea quæ fuit vxor consobrini, præter separationem etiam verberentur. Lxxviii. caput dicit Qui cum Monachus, vel diaconissa, vel Ascetria se petulanter & libidinosè gerunt, eo vt qui Christi sponsam Ecclesiam iniuria afficiant, nares amputentur, & ipsis & eis cum quibus coierũt. Lxxviiii caput dicit Qui cum ea quam è baptismo leuauit, vel sub matrimonii nomine rem habet, vel alias clam congreditur, et cum ipsa cum qua coitus nares amputentur, ipsis scilicet prius a se inuicem separatis. Quòd si in eam quæ est in potestate mariti hoc fiat, pœna sic aliter procedat. Præterea autem etiam verberentur. Lege etiam vi. decretum x. cap. v. libri Imperial. quod dicit: Qui virginem, vel viduam rapuit, non potest eam ducere vxorem, ne cõsentiente quidem patre eius ac permittente crimen. Qui autẽ ex sacro baptismate aliquam susceperit,*

non

non poteſt eam poſteà vxorem ducere, vt quæ eius filia facta ſit. Sed nec eius matrem vel filiam. Sed nec filius eius. Nihil enim æque poteſt paternam affectionem & iuſtam matrimonij prohibitionem introducere, vt eiuſmodi vinculum, per quod deo intercedente eorum animæ coniungantur.

Fornicatio non laudatur quidem à iure ciuili, non eſt tamen prohibita. Dicit certe liber xij. tit. v. cap. iiij. quòd id quod datur meretrici, non redditur. Cùm ſit enim meretrix, non eſt turpe ſi accipiat, & ſi eam eſſe meretricem turpe eſt. Et liber xxxviiij. tit. v. cap. v. quòd etiam propter inhoneſtam cauſam rectè fit donatio, vt verbi gratia, in meretricem, & valet. Et liber xlvii. quòd, qui alienam ancillam, quæ eſt meretrix rapit, vel celat, nec tanquam plagiarius, nec tãquam fur tenetur. non enim fecit hoc, furti, ſed voluptatis gratia. Si quis enim meretricis fores fregerit, & ingreſſi alij non ab ipſo introducti, res eius ſuffurati ſint, non tenetur furti.

l. Idem ſi ob ſtuprũ parag ſed quod & meretrici ff. de cõdict. ob turpem cauſam. l. Affectionis. ff. de donat.

l. verum eſt. ff. de furtis.

BALS. *Rectè dicit, quòd, qui rapit alienam ancillam, quæ eſt meretrix, non tenetur plagij, ſeu nõ damnatur in metallum & quære totum xxxviij. tit. lx. lib.*

Dicit autem etiam liber xxxviii. tit. viii. quòd, qui è meretrice nati ſunt, non ſolum matris, ſed etiam matris cognatorum ſunt hæredes, illiſque eis contrà ſuccedunt. Mulier autem illuſtris, quæ habet legitimos liberos, & ex fornicatione natos filios, nec viuens nec moriens poteſt dare quidpiam filiis natis ex fornicatione, vt liber vi. Codicis, tit. lvi conſtitutio v. Qui autem ex fornicatione natus eſt, non dicitur habere patrem, vt liber pr. tit. v. cap. xxiii. Concubinatus autem iure ciuili permittitur & poſſumus ſine crimine illas habere concubinas, cum quibus nihil nefarium peccatur, vt exempli gratia, ſui patris vel aui concubinam, vel ſuæ ſororis filiam non licet habere concubinam, vt dicit liber xxv. tit. vii. Concubinæ autem eſſe poſſunt libertinæ & ingenuæ obſcuro loco natæ. Qui enim ingenuam honeſto loco natam vult habere concubinam, proteſtetur oportet ſe eam habere velle in vxorem: vel ſi hoc recuſat, in eam quidẽ id quod non licet admittit, non tamen adulterium. Nomen enim concubinatus à legibus agnoſcitur. Vnde dicit vi. liber Codicis, tit. xlvii. quòd mulier libera, quæ cum libero homine fuit legitime in concubinatu, eos qui ex illa coniunctione ſuſcepti ſunt, habebit hæredes cum liberis legitimis: & vt ſemel dicã, multa de iis qui ex cõcubinis naſcũtur, nothis ſci licet, & naturalibus, tractat ius ciuile in Cod. & Nouellis, do cẽs quinã ſunt, & quomodo poſſũt eſſe patri germani & legitimi, & quãdo, & quantũ poſsũt ex bonis paternis accipere.

ff. vnde cognati.

l. ſi qua illuſtru. C. Ad ſenat. Orficianum. l. Vulgo concepti. ff. de ſtatu hominum. ff. de Concubinis.

c. de legit. hæredibus.

BALS. Vii.cap.xlv.Imperial.dicit: Hæc ſucceſſio vocat omnes cognatos etiam ſi iure ciuili non vocentur. Vnde etiam ex fornicatione nati fratres, & inter ſe inuicem, & in matrem habent cognatorum auxilium: & etiam mater in ipſos. Eadem etiam dicimus de prægnante ancilla manumiſſa. Et viij. caput, eius qui ex meretrice natus eſt, hæreditas non pertinet ad cognatos paternos. neque enim habet patrem: ſed matri eius, & fratribus ex eadem matre natis datur cognatorum auxilium. Et hæc quidem dicunt leges quæ docent differentiam eorum qui fornicatorie coniunguntur, & dicunt cognatos maternos eis ſuccedere, qui ex fornicatione ſuſcepti ſunt. Patrem autem vel cognatos paternos eos non agnoſcere: ſed ſpurium quidem, ſeu naturalem filium, in uncia tantum Patri ſuccedere: leges autem & canones de matrimoniis agnoſcunt etiam fornicatorum cognationem & cognatos qui fornicatione coniunguntur, vt cognatos legitimos, qui in inceſtum inciderũt, puniunt. Et lege canones qui ſitis ſunt in v. capite, & cxviij. nouellã imperatoris inſtitutã, quæ ſita eſt in fine iij tit xlv. libri Imp. Vij. cap. lvii. tit. vi libri Cod. eſt cap. xlii & dicit: Si quæ illuſtris mulier filium ex legitimis nuptiis peperit, & alium vulgo conceptum, & cuius pater ignoratur habuit, quonam modo bona materna ad eos veniunt? an ſolum ad filios legitimos, an etiam ad naturales, dubitatur. Statuimus ergo, vt neque ex teſtamẽto, neque ab inteſtato, neque ex donatione inter vivos, ſi ſint filii legitimi, aliquid omnino à clarissimis matribus ad eos qui ex fornicatione nati ſunt veniat. In mulieribus enim ingenuis, qui pudicitiam in primis debent conſeruare, ex fornicatione ſuſceptos filios vel nominari turpe, inuſtum, & graue, & noſtris temporibus indignum iudicamus, & hanc legem ipſi pudicitiæ, cuius eſſe ſtudium perpetuo gerendum cenſemus, conſecramus. Si autem concubina, quæ eſt liberæ conditionis, filium, vel filiam peperit ex licita conſuetudine cum homine libero, eos etiam cum filiis legitimis ad bona materna, quæ iure, & in ſua poteſtate poſſidet, venire nulla eſt inuidia.

ff. de ſtatu hominum. l. Cũ legitime.

Xxiij. cap. v. tit. pr. libri ff. dicit: Qui ex legitimo quidem matrimonio natus eſt, patrem ſequitur. Qui vulgo autem conceptus eſt, matrem. Et xxiiij. cap. eiuſdem tit. Qui non ex legitimo matrimonio natus eſt, matrem ſequitur, niſi lex ſpecialis aliud decernit. Dicit autẽ ij. decretum pr. cap. xxxvii. tit. lx. libri. Qui mulierem honeſtam & ingenuam habet cõcubinam, & hoc teſtificatione non declarat, an eam habet vxorem: vel ſi hoc recuſat, petulantiæ & impudicitiæ cum ea peccatum committit, non autem etiam adulterium, ſcilicet cùm ſuo corpore quæſtum non fecerit.

Porrò autem ancillas quoque proprias poſſumus habere concubinas. Dicit enim liber vi. tit. iiii. cap. iiii. quòd quæ ad mortem vſque fuit concubina ſuo domino, qui legitimam vxorem non habebat, ea fit cum ſuis filiis ingenua, & accipit peculium quod habebat, dum moreretur dominus, ad modum legitimum, & non habent filii in eam ius Patronatus, vel filij, vel cognati defuncti. Et liber vii. eiuſdem Cod. tit. xv. cap. iii. dicit, quòd qui ad finem vſque vitæ concubinam habuit, poteſt dum adhuc viuit, de ea, & de iis qui ex ea nati ſunt quod vult ſtatuere, & in extrema voluntate alii relinquere, vel expreſſe hæredi. Si autem mortuus ſit, nec aliquid dixerit, vocatur in libertatem, & qui ex ea nati ſunt filii, dum non habuerit defunctus vxorem legitimam. Qui enim duxit vxorem, nec liberam, nec ancillam poteſt habere cõncubinam. Adulterij autem crimen intentatur, & de ſtupro concubinæ agitur, vt liber xlviij. tit. v. caput xii. xiij.

L. Si quis vxorem. C. de manumiſſ.

l. Si vxor nõ fuerit. ff. Ad l. Iuliã. de Adulteriis.

Est autem concubina, quæ cum aliquo legitime cohabitat absque matrimonio. Quę autem est minus honorata, Greçe παλλακὴ dicitur, vt liber l. tit. l. cap. cxliiij. *l. Maßurius ff. de verbo. signific.*

BALS. *Caput iij. est xix. tit. lib. xl. qui sic dicit: Si quis seruam in sua coniunctione habeat non habens vxorem, & cum ea ad mortem vsque maneat, siue ex ea habens filios, siue non, & nihil de ea in suo testamento dixerit, sit illa libera. Cum autē audis ex hoc præsenti capite illam esse liberam, ne existimes illius filios esse seruos. Fiunt enim & ipsi liberi, vt dicit superius xxv. caput xl viij. libri & præsentis capitis Veteres. Cxliiij. caput ij. tit. ij libri Imperial. sic habet: Concubina, est quæ cum alio in domo sua cohabitat, sine legitimus nuptiis. Quæ autem minus est honorata, ea dicitur amica.*

Si vxor laici adulterata fuerat, Syn. Ancyr. canon xx. Syn. Neocæsar. canon viij. lege quæ adscripta sunt in xxxij. cap. primi tituli præsentis operis. *cap. 6.*

De stupro, & matrimonio viduæ & quænam dicitur vidua, Basilij canon xviij. xxiiij. *cap. 7.*

De iis qui mulieres ad matrimonium rapiunt, vel vim afferūt, vel virginibus stuprum inferunt, Apost. canon lxvij. Syn. Ancyr. canon xi. xxv. Syn. Chalced. canon xxvii. Syn. vi. canon xci. Basilii canon xxij. xxx. xxxiij. xxxviij. liij. Lege quæ adscripta sunt in xxx. cap. viiij. tituli præsentis operis. *cap. 8.*

De iis quæ præter suorum parentum vel dominorum sententiam nubunt, Basilii canon xxxviij. xl. xlij. Filius vel filia familias non possunt legitime matrimonio coniungi, nisi is consentiat, qui eos habet in potestate, vt liber v. Cod. tituli iiij. & liber xxiij. tit ij. Nisi filiam xxv. annos nuptū dare distulerit. Tūc enim potest seipsam libere iūgere matrimonio vt est Nouella cxv. de gratificationibus ob hæreditatem. *cap. 9.* *C. de nuptiis ff. de ritu nuptiarum.* *Auth. vt cū de appellat. cog. sed si filia.*

BALS. *Nota, quæ in hoc præsenti viiij capite scripta sunt, de filiabus quæ sunt sui iuris. Quia autem quidam dixerunt, quòd filia quidem, quæ est fornicata post xxv. annum, exhæredabitur: vt vult caput xi. viij. tit. xxxv. libri Imperial. quod etiam hic situm est. Si autem nupserit, non exhæredabitur. Quia autem non situm est in Imperial. posse filiam post xxv annum nubere præter patris sententiam, dico, quòd quoniam ipsa Iustiniani Nouella, quæ causas enumerat propter quas possunt parentes exhæredare filios, decernit eum quoque exhæredari posse, qui cum mimis, vel cum venatoribus versatur, debemus dicere & fornicationi, & nuptiis posse quandoque veniam dari, quandoque verò non: si enim filia nupserit, siue ante perfectam ætatem, siue post, viro qui infamia non laborat, ita vt pater per matrimonium non afficiatur atroci iniuria, matrimonium quidem patre interueniente soluetur, vt quod non posset consistere, filia autem non exhæredabitur. Quod etiam fiet, si similiter fornicata sit. Si autem patri atrocem iniuriam attulerit, siue dum nubit, siue dum fornicatur, exhæredabitur. Idem autem [illegible]et etiam in filio. De fornicatione autem adhibito iudicio quæretur: alia enim est quæ diuturna, & alia quæ nō longo tēpore duravit. liij. tit. v. libr. Cod. situs est in capite xxviij. tit xxviij. libri Imperial sed non situm est caput ita vt scriptum est in toto titulo. Quòd autem filius vel filia familias, qui sunt in potestate, non possunt legitimè coniungi matrimonio sine illius voluntate qui eos habet in potestate, est ex multis capitibus manifestum. ij. caput iij. tit. xxviij libri dicit: Non fit matrimonium, nisi consenserint qui coniunguntur, & qui eo. habēt in potestate. Cxv. Nouella sita est in cap. xxxviij. viij. tit. xxxv. lib. Imperial. & hæc dicit: Si cui ex dictu parentibus volenti suæ filiæ vel nepti dare maritum, & pro suis facultatibus illi dotem præbere, illa non consenserit, sed turpem vitā elegerit, exhæredetur: si autem vsque ad xxv. ætatis annum filia peruenerit, & parentes eam nuptum dare distulerint: & forte ideo euenerit vt ea in proprium corpus peccet, non volumus ideo filiam in-*

grat im rectissimi: quoniam non sua, sed peccatorum culpa hoc admissi cognoscitur. Et haec quidem dicit nouell. quae in imperial sita est. Tu autem animaduerte, quòd posse filiam post xxv. annum seipsam bonam liberodare nuptum praeter voluntatem patru, non est situm in imperial.

Cap. x. De iis quæ fornicãtur, & suos fœtus necant, vel faciunt abortionis medicamẽta, Syn. Ancyr. can. xxi. Syn. vi. can. xci. Basil. can. ij. viij. lii. Dicit liber xlvij tit. xi. cap. iiij. Quę de industria partũ abegit, relegatur. In xxxviiij. autem cap. xix. tit. xlviij. libri dicitur, quòd quę pecuniis corrupta partũ exegit capitali supplicio afficitur. Quę autẽ post diuortium, viri odio hoc fecit, ad tẽpus relegatur. Et cap. xxxviij. eiusdem tit. quòd qui abortionis poculũ dedit, si sit quidẽ humilior persona, in metallũ damnatur: si autem honesta, relegatur amissa parte bonorum. vltimo autem supplicio est afficiẽdus, si aliqua ex eo mortua sit, etiam si sine dolo, abortionis poculum dederit.

l Diuus Seuerus ff de extraord. cri. l. Cicero. ff. de pœnu l. si quis aliquid parat qui abortionu. ff. de pœnu.

Cap xi. De iis qui abhorrent nuptias, & carnem & vinum, Apost. can. li. Syn. Gangr. can. i. ij. xxxviiij. Basilij canon xxviij. lxxxv.

Cap. xij. De Clericis, qui seipsos castrat, Apost can. xxij. xxiiij. Syn. Nic. canon i. Lege quæ adscripta sunt in xiiij. caput primi tituli præsentis operis.

Cap. xiij. De Laicis, qui comedunt idolis immolata, vel carnes in sanguine, vel suffocata, vel à feris capta, vel morticina, Apost. can. lxiii. Syn. Ancyr. canon iii. Gangr. Syn. canon ii. Syn. vi. canon lxvii. Gregorii Thaumaturgi ex epistola quæ est de iis qui immolata comederunt. Basilii canon lxxxi.

Cap. xiij. De laico qui Imperatorẽ cõtumelia afficit, Apost. can. lxxxiiii. Lege quę adscripta sunt in xxxvii. cap. ix. tit pręsẽtis operis.

Cap. xv. De orthodoxis qui benedictiones ab Hæreticis, vel Iudæis accipiunt, vel qui vnà cum Iudæis festa celebrant vel ieiunãt, & quòd non oportet in sabbaro quiescere, sed quo ad eius fieri potest, in die Dominico: & de iis qui orant in Monasteriis vel ecclesiis Hęreticorũ, Apost. canon lxv. lxx. Syn. Laodic. canon viiii. xxviiii. xxxii. xxxiiii. xxxvii. xxxviii. Syn. Carth. can. lx. xxxviii. xxxviiii. Lege quæ adscripta sunt in xv. cap. iii. tit. præsentis operis & cap. iiii. vii. tit.

Cap xvi. De laicis, qui tentant ne Clerici Monasteriorum, Prochodocheorum, & Martyriorum sint sub manu episcoporum qui sunt in ciuitatibus, Syn. Chalced. canon viii.

Cap xvij. De laicis qui adiiciũtur iis qui segregãtur, vel presbyteris qui abscindũtur: & qui absq; episcopis altaria erigũt, Apo. can. xxxi. lege quę adscripta sũt in xiiii. cap iii tit. pręsẽtis operis.

De

De periuris, & in quibuſnã rebus oportet eos qui iurãt iurare, Baſilii canon x.xvii.xxix.lxiiij.lxxxij. *Cap xviij.*

De iureiurando tractat liber xii.tit.ii. ff. & liber iiij. Cod.tit.j. & generalis quidem ratio non vult quæſtionem haberi de periurio. ſunt autem quædam exceptiones. Dicit enim liber xij.tit.ij. cap. xxxj. quòd in dubiis ſolet Iudex deferre iuſiurandum, & ita ferre ſententiam. Sed ſi qui eſt ita condemnatus, dicat ſe noua poſtea inueniſſe inſtrumenta, & quibus ſolis vti velit, is de integro cauſam agit. *ff. de iureiur. & C. de reb. cred. & iureiur.* *L. Admonendi. ff. de iureiur.*

BALS. Ij. tit. xij libri, qui docet de iureiurando ſiue delato, ſiue neceſſario, ſiue iudiciali, ſitus eſt in principio V. tit. xxij. lib. Imp. & dicit iij. decretum iij capitu: Mulier, quæ ſe iurat eſſe grauidã, mittitur in poſſeßionem, nec poſt iuſiurandum conuenitur tanquã per calúniam miſſa ſit in poſſeß. onẽ, nec ei vis in poſſeßione affertur. Si autem aduerſarius iurauerit eam non eſſe grauidã, non mittitur. Per hæc tamen ſacramẽta, quæſtionis de partu nullũ affertur præiudicũ. Alterius enim ſacramentum alũ nec iuuat nec lædit. Et primus tit. xiij. libri Codicu, eſt cap xliij. eiuſdẽ xx tit Imp. & dicit: Cauſa, quæ iureiurando, vtriuſque partu cõſenſu, ſeferẽte aduerſario, delato ac præſtito, vel remiſſo, deciſa eſt, ea ne periurij quidem prætextu reuocari poteſt, niſi hoc lege ſpecialiter excipiatur. Si autẽ aduerſarius eius defert iuſiurandũ, cauſa nõ retractatur. licet autem inuenire in iij. lib. Cod. tit. j. cap xiij. quòd qui etiam iurauit ex delatione aduerſarii, is rurſus cõuenitur. Dicit enim, quòd ſi quis petens legatũ, non apparente teſtamẽto, ex hæredu delatione iurauerit deberi, & acceperit, poſtea autẽ non eſſe debitũ apparuerit, vel debitũ quidẽ, nõ tamẽ debere totũ accipere propter legẽ Falcidiã, ut id reſtituit. Meminit ſuperius legis quæ docet non eſſe retractandũ iuſiurandum. præterea meminimus quidẽ etiã alterius legis, ſeu xxxj cap. ij tit lib xij. quo docetur retractari iuſiurandũ præſtitũ. Definiunt autem etiã diuerſi ſancti Baſilij canones, valde eſſe puniendos periuros. Quærendũ ergo quando retractatur ſacramentum præſtitum, vt locum etiam habeant pœnæ Canonicæ aduerſus eos qui peierant, & quãdo non. Dicimus ergo eſſe propriè quatuor iuramenta: voluntarium, quòd datur ex voluntate partiũ extra iudicium: neceſſarium, quod datur ex delatione actoris, & ſententia iudicis: iudiciale, quod iudicis ſententia, etiam nolentibus iis qui litigant, cõtrouerſiam decidit. Et iuſiurandum in litem, quod rei quæ in iudicio verſatur exiſtimationem ad certam quantitatem redigit, quando rei dolo vel contumacia res non redditur. Eſt etiam iuramentũ calumniæ. Et voluntariũ quidem nunquã retractatur. Neceſſarium autem retractatur in vno & ſolo decreto ſiu capite ij. tit. lib xii. Etſi enim Cobides & Stephanus interpretantes xxxi caput ij. tit xxii. libri, dicunt voluntariũ ſolum nõ retractari. neceſſarium autẽ & reliqua retractari: tamen illi interpretationi mentẽne adhibueru, quæ ſita eſt in digeſtis. Nam xliij. caput V tit xxii. libri, quod eſt in cõſtit. pr tit. viij lib. Cod ſic dicit: Cauſa, quæ iureiurãdo vtriuſque partu conſenſu, vel actore deferẽte, delato & præſtito, vel remiſſo, deciſa eſt, ne periurii quidem prætextu poteſt reuocari, niſi ſpecialiter hoc lege excipiatur. Cobida & Stephani interpretationẽ ſuſtulit, quæ in digeſtis conſcripta eſt. Reliqua quidẽ certe ſacramenta noua inuentu probationibus retractãtur. Vt hoc dicit dictũ caput xxi. Cum h c ergo ita ſe habeãt, ne dixeris omne ſacramentũ retractari, vt qui periuri forte inuenirũtur, canonicu ſuppliciu afficiantur. Sed dic cõuenienter iis quæ legibus cõprehendũtur, eos pœnu canonicis puniri qui ex ſacramẽti retractatione condẽnantur. Canones ita ad concordiã redige. Nam & ſanctus Baſilius, in ſacramẽtu quæ ex conſenſu præſtãtur, nõ tractat de periurio. Sed definit eos qui iurarunt habere deum vltorem. in reliqua autem quærit de periurio, eíque pœnas imponit. Excipe mihi iuramẽta, quæ leuitate quadam ac temeritate ab aliquibus concipiuntur, nec ex delatione aduerſarii, nec ex neceſſitate iudiciali. Vt quando quis iurauerit ſe carnes nõ comeſturum, vel ſe Hieroſolyma profecturũ, vel aliquid aliud boni facturum, & hoc non fecerit, ſimiliter & quando quis ſe aliquid mali facturum iurauerit, & hoc non præſtiterit. Tunc enim non punietur quidem vt periurus: ſed à regionis epiſcopo ei aliter medela adhibebitur.

Cxxiiij. autẽ nouella, quę de iuramẽtorũ, quę in cauſis præſtãtur, puritate tractat, dat facultatẽ retractãdi ſeu cõuincẽdi mẽdatiũ eius qui iurauit. Dicit etiã lib. ij. tit. ij. cõſt. xiij. quod qui in cauſa pecuniaria iurauit per imperatorẽ, & forte peierauit, fuſte caſti

l. Si quis maior. C. de transact.

gatur. In ij. autem libro Cod. tit. v. cap. xli. dicit, quòd maior xxv. annis, qui transactionem à se sine necessitate factã per deum vel Imperatorem iuramento dato transgreditur, cùm & Imperatorem vel Magistratus adeat, vel ea quæ visa sunt nõ faciat, fit infamis, & ab actione excidit, & iis quæ ex trãsactione erat lucri facturus: dátq; pœnã quæ statua est, & qui eã seruat, omnia accipiunt. Et xlii. cõstit. quòd si ex falsis instrumentis pactum vel transactio facta fuerit, & ei iuramẽtum accesserit, subuertitur, etiam si de falso ciuiliter quæsitum sit, nisi etiam de ipsa facta est transactio.

BALS. *Cxxiij. Iustiniani nouella sita est in libro vii. imp. tit. iiii. cap. vi. quod situ est in interpretatione xv. can. Syn. Carth. & lege hoc, quod tractat de iuramẽto iudiciali, & quod ex eo retractatur.*

L. Alienam C. Ad l. Iuliam maiestatis.

Etiam liber iiij. Cod. tit. j. constit. ij. quòd etiã si quis per Imperatoris salutẽ calore quodã vt iuraret incitatus peieraverit, nõ torquetur, neque læsæ maiestatis crimini subiicitur. Et liber ix. Cod. tit. viij. constit. viij. quòd qui se suo seruo semper succensurũ iurauit, non tenetur læsæ maiestatis si ab ira cessauerit. Dicit etiam liber ii. tit. iiii. caput vii. quòd de iure publico nec pacisci nec legari licet: & si in iis se non acturũ cõuenerit, non valet. Quinquagesima prima autem de scenicis nouella dicit, quòd scenicæ, etiam si à fornicatione quæstúque meretricio se non cessaturas iurauerint, nihilo secius desistunt, non timẽtes pœnam ex fornicatione: & adiicit canonicè iusiurandũ nõ esse in rebus turpibus seruãdũ.

l. Iuris gentiũ. parag. fin. ff. de pactis.

Auth. Scenicæ non solũ si fid.

BALS. *Ii. prima tit. iiij. libri Codicis, cõstitut est caput xlv. xvij. libri Imp. quod sic habet. Nemo qui per deũ iurauit venit in periculũ. Iusiurandũ enim satu habet deũ vltorẽ, si aduersus factũ est. Si in antẽ per Imperatorẽ aliquo calore iurauit quispiam, ei datur venia. Vide ergo, quod etiam si prius caput tractauit eũ qui calore iurauit per imperatorẽ, seu per nomẽ Imperatoris, maiestatis crimine nõ tenuerit, nec torqueri: qui tamẽ Imp. cõposuit, ei perfectè ignosci dixit. Sed eũ qui nõ per calorẽ peieravit, dicit fustigari, cõuenienter vltimo decreto xiij. cap. eiusdẽ tit. & libri, quod dicit: Qui in re pecuniaria iurauit per Imperatorẽ, & peieravit, quòd nõ debet, vel quod debetur, vel quod dabit intra præstitutũ terminũ, fuste castigatur. & dic nullũ ex eo iureiurando tanquã periturũ puniri, vt quod sit aperte legibus contrariũ, & eiusmodi vt nequeat consistere, & tanquã non factum reputetur. I j. Imperatoris Iustiniani Nouella sita est in xxxviij. tit. lx. libri Imp. quæ ne alantur meretrices, omnémque artem leno niam prohibet. In fine autem tituli, est caput quod sic habet: Quæ est scenica mulier, etiam si iurauerit, & fideiussores dederit, se à fornicatione & quæstu meretricio non recessuram, in pœnã & absque vllo periculo recedit & si quis cũ eius fideiussoribus egerit, tenetur periurii. & x. aurei libris multatur. Nota ergo hoc caput, quod docet eam quæ peierauit non puniri, sed eum puniri qui ipsum propter periurium punit, quod est nouum. Et nota quòd iuramentum est crimen. & puto quòd etiam peculatus.*

Cap. xix.

De iis qui iurant Græca iuramẽta, Syn. vi. can, xciiij. Basil. can. lxxxi. In v. cap. pr. tit. ii. tit. libri xii. dicit, quod tibi rectè defero, vt per salutem tuam iures. Omne enim licitũ iusiurandum ex delatione susceptum seruatur, etiam quod quis per propriã religionem iurauerit. Quod autem per reprobatã religionem conceptum est iusiurandum, non seruatur.

l nõ erit. ff. de iureiurãdo.

Cap. xx.

De Apostatis, & sacrificis, & magis, & Incãtatoribus, & Astrologis

logis,Mathematicis,vatibus, & amuletis, Apoſt. canõ lxii. Syn.Nic.can.xi.xii.Syn.Ancyr.can. iii. iiii.v.vi. viii. ix. xii. xxiiii. Syn.Laodic.can.xxxvi.Syn.Carth. canõ xlv. Syn.vi. can.lxi.lxv. Petri Alexandrini can.i.ii.iii iiii.v.vi.vii.viii. ix. x.xi.xii.xiii.xiiii.Baſil.can.vii.viii.xliiii.xlviii.lv.lxv.lxvi.lii. liii.lxxxi.lxxxiii. Gregorii Nyſſeni, canon i. & ii.lege quæ adſcripta ſunt in xxv.capite ix.tituli præſentis operis.

De Scenicis,& Mimis,& ſimilibus,qui agunt pœnitentiã,Syn. Carth.can.xlv.lxiii.Syn.vi.canõ li. Xxiii.iiii.tit.quinti libri conſtit.& xxii.& xxix.magnas pœnas lenonibus inferũt, & iis qui cogunt ancillas vel liberas cum Mimis habere cõſuetudinem,vel præeſſe theatris,& dant eis poteſtatẽ recedẽdi, & cum dotibus,ſi poſſint,vel claris hominibus ſe matrimonio coniungẽdi,& ab infamia liberãtur.De ſcenicis autẽ,& ſpectaculis,& lenonibus,eſt ſpecialis titulus xl.xi libri Cod. Scena autem eſt vbi quis ſtat vel mouetur,ſcenicam artem oſtentans,ſiue in loco publico,ſiue priuato,vel in agro,quo homines ſpectaculi gratia cõfluẽtes ingrediũtur.Sunt autẽ omnes infames,qui in certamen propter lucrũ deſcendunt. Vel qui propter gloriæ cupiditatẽ in ſcenam procedũt.Qui autem ſeipſum ad artẽ ludicram locauit,nec prodiit, nõ fit infamis.Et qui ſeipſum locauit ad pugnandũ cũ beluis,niſi forte eſſet leo,vel aliqua alia manſuefacta belua. Sed non is etiam qui ſine mercede cũ feris depugnauit, ſi voluit in eis venãdis laudem aſſequi.Qui autem ſeipſum locauit, etiam ſi non cũ beluis depugnauerit,fit infamis.Sed nõ is qui mercedem accepit ad oppugnandã beluam quæ regione deuaſtat.Non eſt autem ars ludicra,ars athletica, nec irrogat infamiam,nec eorũ qui dicunt in olympiis τὰ ἐπίδεικτα,nec eorũ qui in xyſto decertãt,nec aurigarũ, nec eorum qui aliter in ſacris certaminibus miniſtrant, nec eorum qui equis aquã aſpergunt,nec agonothetarũ .Eſt autem leno, qui turpem quæſtũ ex liberis vel ancillis facit,ſiue hoc principaliter faciat: ſiue ab occaſione alterius negociationis has perſonas habeat,vt caupo,vel hoſpes,vel balnearius. Et qui fuit in ſeruitute leno,etiam poſtquam liber factus fuerit, fit infamis. Hæc omnia ſita ſunt in libro iij. titulo primo cap. i. & ii.& iiii.& libro xxiij.titul.ij.cap.xliiii.Eſt autem leno,qui etiam ſuam vxorem quæ adulterata eſt non dimiſit, ſed non is etiam qui ſuſpicatus eſt.

cap.xxi.

l. imperiales.parag.j. C.de nuptiis.

C.de ſpectaculis.

ff.de iis qui notãtur infamia.

l.lege Iulia. ff.de ritu nupt.

BALS. *Quadrageſimus titulus xi libri Cod.eſt titulus xxxvij.iiij.lib. Imp. & habet primum ipſius caput hoc modo: Peragãtur autẽ deinceps certamina ſine impedimẽto,nemo autẽ certet inuitus.*

volumus enim eos qui velint ac sua sponte impendere. lege etiam cap.ii.& iii. Dicit vbinam decretū it.cap.ii.tit.xxi.lib. scena est vbi stat quispiam:& deinceps quæcunque in textu scripta sunt. Rogauerit autem quispiam, cur qui se in ludicrā fortunam locauit,& non prodiit, non sit infamis. Qui autem se locauit, ad decertandum cū bestiis, etiam si non pugnauerit, sit infamis. Sol. In arte quidem ludicra factum ipsum infamiam inducit, non etiam propositum.& hoc ostenditur ex eo quòd sit infamis, etiam qui non mercede, sed gloriæ cupiditate adductus artem ludicram ostendit. In eo autem qui pugnat cum bestiis, non factum habetur odio, sed propositum. Cum bestiis enim pugnant & Imperatores & milites suam virtutem ostendentes:& ideo, qui proprij quæstus mercede adductus, suam vitā prodidit, etiam si cum bestiis non pugnarit, sit infamis. Qui autem accepit pecuniam, vt artem ludicram ostenderet, si eam non ostentarit, non sit infamis. Imperial. autem liber xxiiij. tit.ij. cap.xiiij. sic habet in principio: Qui scit suam vxorem fornicari,& tacet, leno est.

Cap xxij. De spectaculis,& ludicris, Syn.Carth. can.xv.lx.lxi. Syn.vi.canon li.lii.lxii.lxv.lxxi.xcvi.c. Quomodo peragūtur spectacula, & quomodo fit eorum sumptus,& quòd potest Magistratus, ea quę ad spectacula pertinent, ad murorū reparationē, ad tēpus deputare dicit liber xi.Cod.tit.xl.xli. & xlv. Xliiij. autē tollit spectaculum eorū qui pugnāt in singulari certamine. Reliqua autē capita posita sunt in xxxviij.tit.lx. libri Imp.quæ docent de lenonibus:& iubent per regionis Episcopū manumitti seruos, qui aliquid turpe facere cogū tur. Et lege totum titul. & Iustiniani nouellam, quæ in eo est, valde punientē meretricū exercitiū,& quēcūq; lenonē.

C.de spectaculis C.de expēsis ludorū C.de gladiatoribus. C. de venatione ferarum lib. ij.

Cap xxiij. De furibus, sepulchrorū effossoribus,& latronibus,& sacrilegis Basilii can.lxi.lxvi. Gregorii Nysseni can.vi.vii.viii. lege etiā quæ adscripta sunt in xxvii cap.ix.tit.præsentis operis. De furibus autē dicit liber xlviii.tit.xix.cap.xxviii. quòd qui ad prædas agendas incursiones faciunt, sunt similes latronibus & si hoc cum ferro faciant,& sæpe etiam in viis, capite puniuntur: reliqui autē relegātur, vel deportātur. Famosi autē in furca suspenduntur vel ad bestias dānantur in iis locis in quibus deprædati sunt. Secūda autē constit.xviii.tit.vii. libri Cod. quòd iis qui erāt ex familia latronū,& Imperatoria potestate ac auctoritate fiscali serui facti sūt, negatur libertas.

L. Dini fratres Arūthio. par.g.fin. ff. de pœnis.

L.1.C. quibus ad libertatē proclam. non licet.

BALS. *De iis qui mortuorum thecas contrectant, vt suffurentur quæ sunt in eis, lege xcvi. Imperatoris Domini Leonis sapientis nouellam, quæ definit eos qui illius semel conuicti sunt, vitā dari: eos autem qui hoc malū rursus ausi fuerint, per fustuarium & tonsurā corrigi. Existimo autē hanc nouellā non habere locū etiā in sepulchrorū effossoribus. Aliud enim est mortuorū reliquias transferre: & aliud, furtiua animi affectione aliquid ex iis quæ sunt in ipsis surripere. & si hoc quoque abusiue sepulchrorum effossio appelletur. lege autem xxxvij caput viiij. tit. præsentis operis, quod docet circa finem de sepulchrorum, quæ propriè dicitur, effossione.*

μαγγανείαν.

Cap. xxiiij. Nō esse in nuptiis saltādū, vel tripudiādū, Syn.Laodic. can.liii.

Cap.xxv. Nō oportere viros vnà cū mulieribus lauari, Syn.Laodic.canō xxx. Syn.vi.can.lxxvii. lege etiā quæ adscripta sunt in xxxi. cap.viiii.tit.præsentis operis.

Cap. xxvi. De eo qui infirmos irridet, Apost canon lvii.

Cap. xxvii. Nō oportere mulieres ad altare ingredi, eo quòd eis solis qui sūt sacerdotalis ordinis licet in altari cōmunicare, Syn.Iao.can.xix.

xliiii.Syn.vi.canon lxix.

Non esse ex symbolis facienda cõuiuia, Syn. Laodic.canon lv. De iis qui ludũt aleis,vel inebriantur,Apost.can.xliii. Syn.vi. can.l. Prima cõst.xliii.tit.iii.libri Cod. dicit quòd ab eo qui in alea victus est non petitur, & si soluerit, perpetuò ab eo qui vicit eiusque hæredibus repetit etiam post xxx. annos. Si autem nolunt recipere,quicunque vult, & maximè ciuitatis in qua hoc factum,est pater,vel defensor,repetit,& impendit in opera ciuitatis,& quæ in alea facta est cautio est irrita, & repetitur. Si quis autẽ sub aleæ specie lupinis vel aliqua alia materia victus sit,non cõuenitur,episcopis habẽtibus potestatem hæc quærendi,ferentibus auxilium Patribus,& Magistratibus,& Defensoribus. Licet autem solum ludere monobolo & contomonobolo & cyntanocontace absque porta & perichyta & hippice absque arte & callida inuentione.Et qui valde quidem sunt diuites,vltra vnum solidũ non ludunt,cæteri autem longè minus. Quod est autẽ amplius non petitur,& datum restituitur.Eorum autẽ curã gerunt Magistratus,pœna x.librarum imposita iis qui trãsgrediũtur,vel ea etiam transiliri permittunt. Ij. eiusdem tit. constit.dicit, quòd nec iis quæ lignea equestria dicuntur, nec vllo alio alearum ludo licet ludere:præterquam iis quę permissa sunt in præcedente constitutione, & loca in quibus ludunt eiusmodi equestribus,publicantur, & quæ data sunt redduntur. Vel si ij qui ea dederunt, nolint recipere, præfectus vrbis ea exigit,& præsides prouinciarum, & Ciuitatum operibus applicantur.

Cap.xxvlij.

Cap. xxix.

l. Alearum vsus. C. de relig.& sumpt.fun.

Μονόβολον ἢ κοντομονόβολον ἢ κυντανοκοντάκε ἄνευ πόρτας καὶ περιχύτου ἢ ἱππικὴν ἄνευ τέχνης ἢ ἐπιτηδείου.

BALS. *Prima constit.xliij.tit.iij.libri* Cod.*est caput* v.viij.*tit.lx.libri.* Imp.*quod sic dicit:Const. ludos prohibet,quinque exceptis, & decernit quænam pœnæ aleatoribus imponantur,permittẽs etiã præfecto vrbis,& prouinciarũ præsidibus,& episcopis ea quærere & prohibere, & omnes qui in his fiunt, legitimos contractus euertere.Dat autem actionem in quinque ludis permissis, & exactionem eorum quæ iis nominibus debẽtur: decem librarum pœnam statuens in eos qui permittunt trãsgredi constitutionem.* Caput vi.viij.tit.viii.libri Imp.*sic dicit aperiè:Constit prohibet ea quæ dicũtur lignea equestria,quod victum est ab iis qui ludunt exigens,& publicationem earũ edium decernens in quibus hi ludi fiunt.datur autem etiam ei qui victus est,& soluit,restitutio,vel si nolint recipere, iubet ea impendi in opera publica illius Ciuitatis.Nota ergo,quòd non situm est in Imp. repetitionem eorum quæ pro ludo prohibito data sunt,excedere annum tricesimum:Similiter nec diuites ludere vsque ad vnum solidum & multa alia.& quoniam hæc ita habent,debes dicere, quòd etiam de ludis eiusmodi,actiones xxx.annis excluduntur,sicut & omnis personalis actio.& in quinque ludis permissis licet ludere, vt partibus visum fuerit, & non ad vnum vsque solidum, vt volebat lex vetus. Scias autem quòd μονόβολον dicitur cursus,κοντομονόβολον saltatio & κυντανοκοντάκη sine porta,iaculatio sine cuspide seu ferro,à quodam Quinto sic appellata.ἀφεκτὴ lucta. Et ἱππικὸν equorum cursus. De equestri autem ligneo fuit aliquando controuersia apud Tribunal Imperatoris. Quidam dicebãt quidem id esse eum ludum, qui sæpe fit à pueris extra circũ equestrẽ,loco equorũ hominibus ad currũ agendũ vtentibus.Nõnulli autẽ dicebãt hoc esse aliquod instrumentũ ligneũ,quod per scalas obliquas trigitur,quæ in medio habent multa foramina. Quj enim in eo ludo deponunt quatuor glebas diuersę

tinctu in ſcalarum faſtigio ponentes, in decliue emittunt & prima gleba, quæ exit per foramina ſub vltimo foramine, dat ei qui ipſam habere poteſt victoriam. Mihi ergo videtur hunc ſecundum ludum à lege diſſuaderi, & puniri, vt qui aleæ ſpeciem quandam habeat. De Clericis autem alea ludentibus lege etiam lxxxvij. nouellam Imperatoris Domini Leonis ſapientiſſ.

Cap. xxx. De iis qui ſunt dæmoniaci, Apoſt. can. lxxix. Syn. vi. can. lxvj. Timothei canon ij. iij. xiiij. & xv. Dicit liber v. Cod. tit. lxx. conſtit. iiij. quòd ſi mulier quæ eſt ſui iuris, inſaniat, ſolus maritus ei poteſt mittere libellum repudij. In xxij. autẽ cap. iij. tit. xxiiij. libri dicitur, quòd ſi vnus eorum qui cohabitãt inſaniat, ipſe quidem non poteſt repudiũ mittere. Si eſt autem furor tolerabilis, ſiue perpetuus, ſiue qui dilucida habeat interualla, non debet is qui eſt ſanæ mentis mittere ei qui furit, libellum repudii. Si autem mittat, cadit in pœnas iniuſti diuortii. Si vero eſt furor intolerabilis, & non eſt ſpes vt conualeſcat, licet propter eum metum, & procreandi deſiderium, repudio ſoluere matrimonium. Quòd ſi non ſoluit matrimonium, ſed eam negligit, cogitur per Magiſtratum eam alere, & eius curandę curam gerere, & nihil eorũ omittere quæ virum decent, pro quantitate dotis. Si autem dotem diſſipat, fideiubet, vt vxor, & eius familia habeant ex eo quod par eſt ſolatium, iis ſeruatis quę ab initio conuenerũt. Sed hæc hodie non procedunt: nec propter furorem iuſte ſoluitur matrimonium, cùm cxvii. de repudiis nouella cauſas aperte dicat, & eum qui præter eas mittit repudium, nuptialium donationum priuationi & aliis pœnis ſubiiciat.

l. Cum reputante. C. de Curatore furioſi. l. ſi maritus. ff. Soluto matrim.

BALS. *Quod Latinè eſt diuortium, xxij. cap iij. tit. xxiiij libri, appellat διάστασιν, eſt autem διάστασις ſonus Muſicus, qui ſic à Philoſophis dicitur, & Diapaſon harmoniam ſeparat, ex quo etiam dicta eſt διάστασις. Cùm itaque coniuges vnius harmonię locum obtineant (erunt enim, inquit, duo in carne vna) ſi ex iuſta cauſa quomodocunque fiat ſeiunctio ac ſeparatio inter ipſos, dicimus fieri διάστασιν. In ſponſis autem non habet proprie locum diuortium: ſed repudium. Nondum enim facto matrimonio nec ſecuta copula, etiam ſi ſponſi videantur coniunctiſſ, ſunt tamen ſeparati corporibus, vt quæ ſunt ſub iugo animalia: legũ latoribus tamen viſum eſt, vt citra vllum diſtrimen, repudium in coniugibus dicatur. lege librum ix. tit. xi. cap. cit. C. & ci. Domini Leonis ſapientiſſ nouella definiunt vt vir quidem triennio permaneat & intra illud, ſuum cum furioſa vxore coniugium non ſeparet. Mulier autem à ſuo marito furioſo non ſeparetur vſque ad quinquennium: lege etiam nouellam Imperatoris Domini Botoniatæ, quæ de furioſorum diuortio eadem dicit.*

Cap. xxxi. De laico ſegregato, & ab alio ſuſcepto pręter eius voluntatem qui eum ſegregauit, Apoſt. can. ii. xiii. Syn. Antioch. can. vi.

Cap. xxxij. De iis qui in dominico vel ſabbato ieiunant, Apoſt. canon lxi. lxii. Syn. Gangr. canon xviii. Syn. vi. canon lv. lvi.

Cap. xxxiij. De iis qui docent domum dei & congregationes eſſe aſpernãdas, Syn. Gangr. canon v. xx.

Cap. xxxiiij. De laicis qui conantur ea infirmare quæ in Synodo Epheſina acta ſunt, Syn. Epheſinæ can. vi. lege quæ adſcripta ſunt in

xiii. cap. xi. tit. præsentis operis.
De iis qui audiunt scripturas,& non ad finem vsque perseuerant,vel non communicant,Apost.canon ix.Syn.Antioch. canon.ij. cap.xxxv.
De iis qui seorsum in ecclesia congregantur, Syn. Gangr. canon vi.Syn. vi. canon xxxi. lix. lege quæ adscripta sunt in xiiii.cap.iij.tit.præsentis operis. cap.xxxvi.
De eo qui desiderauit dormire cum muliere,& non fecit,Syn. Neocæsar.canon iiij. ca.xxxvii.
De iis qui ieiunant quadragesimam,quartam, & quintam feriam,Apost.canon lxix. ca.xxxviij.
De iis qui ecclesiæ auferunt ceram vel oleum, Apost.can.lxxii. cap.xxxix.
De laicis qui propter iniquitatem excõmunicati sunt, Theophili ex epistola ad Menam episcopum. cap.xl.
Non debere laicos docere,Syn.sextæ canon lxiiii. cap.xli.

TITVLVS XIIII.

De communibus omnibus hominibus.

De auaritia,Gregorii Nysseni,canon vi. cap.i.
De iis qui cum brutis coeunt,Syn.Ancyr.canon xvi.xvii.Basilii canon lxiii.Gregorii Nysseni,canon iii. cap.ii.
De homicidis & latronibus,Apost.canon lxv.Syn.Ancyr.can. xxi.xxii.xxiii. Basil. canon vii.viii.xi.xiii.xxxiii.xliii.li.liiii. lv.lvi.lvii.Gregorii Nysseni canon iiii. cap.iii.
Oportere excommunicatos communicare cum sunt morituri: & quid fiet si cum communicauerint, non moriantur, Syn.Nic.can.xiii.Gregorii Nysseni canon v. cap.iiii.
De eo qui somniauit,vel abest à cubili suæ vxoris,& vult communicare,& quibusnam diebus oporteat à mutua coniunctione propterea abstinere, Dionysii ex epistola ad Basilidem canon iii.iiii.Timothei canon v.xii.xiii. cap.v.
Quomodo fit oblatio pro eo qui sibi mortem conscisiuit, Timothei canon xiiii. cap.vi.
De eo qui habet vxorem Dæmoniacã, & vult propterea aliam accipere, Timothei canon xv. cap.vii.

BALS. *De præsenti capite, satis scripsimus in xxx.cap.xiij.tit. præsentis operis, & lege quæ in eius scholio visa sunt, nouellas imperatoris Domini Leonis Philosophi.& dici fieri ita vt ea volunt. Dæmoniacorum diuortia.*

INTERROGATIONES QVORVNDAM Monachorum, qui extra ciuitatem exercebãtur, & reſponſiones, quæ ad eas factæ ſunt à ſancta Conſtantinopolitana Synodo, tempore ſanctiſſimi Patriarchæ Domini Nicolai.

Quæſtio. AN oporteat Monachum ad ſanctum altare ingredi? Hoc enim prohibet xxxiii. canon ſanctæ Syn. in Trullo. qui etiam non permittit cantare in ambone, vel legere Monachum aliquem, qui non characterem acceperit. ſimiliter & Syn. Laodic. can. xv. & xxi. & Syn. Nic. ſecundæ, canon xiiii. Reſp. Sine manuum quidem impoſitione, ſungi Monachum lectoris officio perinde ac ſi eſſet lector, eſt prohibitum: ad altare autem accedere, pro accendendis cereis vel candelis, Monachum, qui nulli eſt affinis crimini, non exiſtimo prohiberi oportere, propter Monachalis habitus honeſtatem.

BALS. *Cùm ſancta Synodus rectè, & diuinorum canonum traditioni conuenienter, ad quæſtionem reſponderit, dixerunt quidam quòd Monachos quidem in ambone non legere, qui lectoris characterem non acceperint, eſt indiſtinctum: vt autem quilibet habitu Monaſtico indutus ad altare accedat, non indiſtinctè accipietur. Sed quoniam lxix. canon Syn. in Trullo ſtatuit laicos non poſſe ad ſanctum Altare accedere: ſi quidem, qui Monachali habitu dignatus eſt, etiam tonſuram eſt aſſecutus, ad ſanctum altare alſque vllo impedimento accedet: ſin autem propter probationem, conuenienter canonibus, veſtes Monaſticas induit, quas etiam intra triennium deponere ei permiſſum eſt, non ingredietur ad ſanctum altare pro vlla cauſa, vt qui nondum in ordinem Monachorum ſit relatus, ſed adhuc eſt laicus. Mihi autem videtur non poſſe quiſpiam, qui ſanctas veſtes vllo modo indutus eſt, eas abiicere, & eas habere ludibrio. Non enim debet cum veſtibus Monaſticis probari, ſed cum habitu laico, & ideo omnibus qui ſacra veſte induti ſunt, erit abſque vllo præiudicio aditus ad ſanctum altare, vt qui ne in laici quidem locum venire poſſint. Lege etiam quæ à nobis ſcripta ſunt in xiiii. canone ſanctæ Synodi.*

Quæſtio. An non oporteat in ſabbato genu flectere, ſicut nec in Dominico, vel Pentecoſtes? Reſp. A canone quidem non eſt prohibitum. Multi autem, quia ieiunium in ſabbato non ſequatur, nec genu quidem flectunt.

BALS. *Veneranda reſponſio multas breuiter contradictiones diſſoluit. Dixit enim, quòd quoniam à ſanctis Patribus non eſt expreſſe prohibitum in ſabbato genu flectere, ſicut eſt ieiunare prohibitum, qui genu flectit non reputabitur aduerſari eccleſiaſticis traditionibus, & multo magis ſi hoc facit propter exercitationem. Quia autem à ſanctis Patribus omnino ſunt propè exæquata ſabbata Dominicis, & qui in iis ieiunant puniuntur: nec ei qui genu non flectit præiudicium afferetur. Dicit enim quodam iuris præceptum hoc modo. Non omne quod non eſt prohibitum, eſt permiſſum.*

Quæſtio. An oportet ieiunium in Auguſto peragere? Reſp. Erat prius in hoc tempore ieiunium, ſed tranſlatum eſt, ne cum gentilium, quæ hoc tempore fiebant, ieiuniis incideret. Sed tamen adhuc multi homines hoc ieiunium ieiunant.

BALS. *De hoc ieiunio aliquando quæſitum eſt coram potenti & ſancto noſtro Domino & Imperatore, præſente ſanctiſſimo illo Patriarcha Domino Luca, & qui cum eo inuenti ſunt Antiſtitibus, & nonnulli quidem dicebant, non debere nos ieiunare propter tranſlationem, quæ in reſponſione declaratur. Alij autem contrà dicebant, quòd quoniam ſancta Synodus dicit alſque vlla dubitatione ieiunium fuiſſe primo hoc tempore, ſed fuiſſe tranſlatum, non declaratur autem vbi & quemodo tranſlatio facta ſit, debemus neceſſario ieiunare. Patriarcha autem & Antiſtes pronunciarunt eſſe inexcuſabile ieiunium Auguſtimenſis. & ad dicti ſui comprobationem etiam vnionis deciſione vtebantur, quæ tractat trigamos ter in anno eſſe ſacramentorum participes, ſcilicet in Paſchate, & in feſto dormitionis ſanctiſſimæ Deiparæ, & in natiuitate Domini noſtri Ieſu Chriſti. eo quòd in eis præcederet ieiunium, & eius vtilitas. Quibuſdam autem tunc quoque dubitantibus, quòd nuſquam inueniretur præſcripta eius ieiunij diei quantitas, dixit ipſe ſanctiſſimus Patriarcha, quòd cum*

dies

dies huius, & illius, quod ante Christi natalem sit, ieiunij non declarentur ab vlla scriptura, cogimur sequi non scriptam ecclesiasticam traditionem, & debemus ieiunare à primo die Augusti, & à xiiij. mensis Nouembris: sinautem propter corporalem imbecillitatem id soluere cogamur, Episcopalis permissione dies declarati in angustum redigentur. nam hoc quoque placuit ex non scripta ecclesiastica traditione. Et hæc quidem aliquando dicta sunt. Ego autem cùm postea considerassem Vndenam & quomodo hæc duo ieiunia tradita sunt, scilicet dormitionis sanctæ Deiparæ, & natiuitatis Iesu Christi & Dei nostri, ac etiam ieiunium quod sit ante festum sanctorum Apostolorum, & ieiunium ante transfigurationem, & an necessario debemus hæc ieiunare, & quot diebus, dico hoc quidem festorum ieiunium esse inexcusabile: eius autem dierum quantitatem non esse numero in omnibus æqualem. Vt est in magna quadragesima: sed ante septem quidem dies vniuscuiusque horum festorum, omnes fideles, laici scilicet & monachi, coguntur ieiunare inexcusabiliter, & qui non ita faciunt, ab orthodoxorum Christianorum communione alienabuntur. Monachi autem, qui earum fundationum constitutionibus coguntur amplius ieiunare, scilicet à festo omnium sanctorum, & à xiiij. mensis Nouembris, vel inuiti cogentur sequi statuta suarum fundationum. quoniam hoc est canonicum & salutare, quemadmodum & laici, qui sua sponte ita ieiunãt, laude & gratiarum actione digni habebuntur. Quia autem horum omnium causas diuinis scripturarum sententijs & doctrinis, Deo fauente, confirmauimus, & in Epistola ostendimus, quam ad in primis venerabilem Monachum D. Theodosium Sarpotem, qui in valle sancti Auxentij includitur, scripsimus, eam lege. Hic autem non sita est, vt quæ sit nimis prolixa. Eadem autem Epistola, nullo penitus mutato, scripta est etiam ad Clericos, & reliquos, qui sunt in Throno magnæ ecclesiæ.

An oportet Dæmoniacum communicare sacramentis. Sanctus enim Timotheus in sibi propositis quæstionibus aliter dixit, & sancti Apostoli aliter? Respon. Si quis atra bile agitatur, vt videatur esse Dæmoniacus, non prohibebitur. Sed si est reuera Dæmoniacus, sacramentis minime dignabitur. nulla est enim luci societas cum tenebris. Quæstio.

BALS. *Mihi videtur sanctus Timotheus, ei etiam, qui est per interualla Dæmoniacus, concessisse diuinorum sacramentorum participationem eo tempore quo est sanæ mentis, & maximè. si eo tempore quo est furore percitus, non blasphemet aduersus sanctos. Quemadmodum enim qui ab humore melancholico vexatur, si non nouit sacramẽtorum gratiam, imò etiam, quod magis est, blasphemat, non concedetur ei, vt sit sacramentorum particeps, ne diuina ex eo iniuria afficiantur: ita etiam qui furit per interualla, si sit dignus, & furoris tempore aduersus diuina mysteria non blasphemet, non impedietur eorum esse particeps eo tempore quo est sanæ mentis. In extrema autem respiratione existimo omnes debere dignos haberi diuino & sancto viatico. Nam sanctus quoque Timotheus decreuit eos tunc baptizari debere.*

An oportet ea quæ in ecclesia offeruntur, vt oblationes, panem scilicet & vinum, sacerdotem indiscriminatim comedere, & an tanquam panem communem debet hæc comedere. & si multa eiusmodi collecta fuerint, quid oportet his facere? Respon. Exaltatæ quidem oblationis fragmẽta nequaquam, sed in sola debẽt ecclesia comedi, donec vniuersa consumpserint. quæ autem ex aliis supersunt, non cum lacte, & caseo, & piscibus, sed separatim, & per se. Quæstio.

BALS. *Consequenter vij can. Theophili Episcopi Alexandrini, qui situs est in compellatoria eius ad sanctum Theophilem oratione, & hæc expressè definit: Quæ pro sacrificio offeruntur, post ea, quæ consumuntur in vsum sacramentorum, Clerici diuidũt, & nec Catechumenus ex iis comedat, vel bibat. Sed potius Clerici, & fideles fratres qui sunt cum ipsis, respõdit sancta Synodus. Sed canon quidem non definit de fragmentis quæ restant ex sancto pane exaltato, & reliquis: nec præcepit quomodo iis vti oporteat. Responsio autem, eorum consumptionem in duo diuisit. Sed sancta quidem Synodus de vino oblato nihil respondit. Sanctus autem ipsum quoque, similiter ac panes, consumendum decreuit, & recte, vt existimo. Neque enim exaltatur vinum, sed solum sanctificatur. lege etiam sanctorum Apostolorum canonem lxxij. Syn. Ancyr. can. vij. & viij.*

Si vllus quandocunque tonsus Monachus in aliquo quod eius animam offendit, læditur, & volens recedere, à suo Præfecto legatus fuerit, quid aget? Damnum contemnet, an vinculum? Resp. Oportet eum dicere præfecto scopum propter quem lædatur, & si est ex eo manifestum periculum, recedere, & non vinculum contemnere. Quæstio.

BALS. *Tertius canon primæ & secundæ Synodi, quæ congregata est in æde sanctorum Apost.*

ſtatuit vt ſegregetur Monaſterij præfectus, qui non diligenter requirit Monachum ſuum qui aufugit, & quartus canon eiuſdem Syn. ſegregat Monachum, qui ſine iuſta cauſa recedit, & eum qui illum excipit. Vnde etiam ſancta Synodus reſpondit, non inconſideratè, & pro ea quæ ſibi apparuerit offenſione licere vnicuique Monacho, ex eo in quo tonſus eſt Monaſterio recedere. Sed hoc præfectum docere, & ſi non correctionem aſſecutus ſit, à Monaſterio recedere, & vinculi ſui præfecti nullam curam ducere. Accipe autem illud, vinculi nullam curam ducere, ad hoc, vt non ſuſpicetur aliquod ſibi imminere periculum, eo quod receſſerit antequam ſit ſolutum vinculum: non etiam ad hoc vt ipſe per ſe abſoluatur. Cogetur enim accedere ad loci Epiſcopum, & abſolui à vinculo, vel eo præſente qui illi impoſuit, vel etiam illo, poſtquam vocatus fuerit, non præſente.

Quæſtio. Moriens Præfectus reliquit pro ſe alium, eo ligato ne recederet. Is autem ſua imbecillitate cognita, receſsit. Quid itaque faciendum eſt de vinculo? Reſp. Ratione caret vinculum, & ideo inualidum. & accedens ad Epiſcopum ligatus abſoluetur, cum ſua ei expoſuerit.

BALS. *Xxxij canon ſanctorum Apoſtolorum, dicit eum qui ab Epiſcopo ſegregatus eſt, ab alio non ſuſcipi, præterquam ab eo qui ipſum ſegregauit, niſi forte fortuna moriatur qui eum ſegregauit. Sicut ergo eo comprehenditur, reſpondit ſancta Synodus iniuſtum vinculum defuncti Præfecti ſolui omnino ab Epiſcopo regionu. Neque enim datum eſt alterius regionu Antiſtiti ſoluere vincula Præfecti qui non eſt ſuæ Diœceſis, & iniuſta quidem ſegregatio ſic ſoluetur. De eo autem, cui pœna eſt impoſita propter rem quæ fieri non poteſt, vel cauſam manifeſte iniuſtam, & non canonicam, conſiderandum eſt, & quære primum decretum quinti cap. primi tituli xi. libri Imp.*

Quæſtio. An oportet ſacerdotem qui propter crimen eſt depoſitus, vel qui ſacerdotium ſua ſponte depoſuit, cùm ſeipſum condemnaſſet, præfari illud, Benedictus Deus, & hoc, Deus miſerere noſtri, vel hoc, Chriſtus, qui eſt verus, vel ſuffire ſuffitibus ſeu thymiamatibus, vel communicare in altari? Reſp. Non. In laicorum enim locum redactus eſt.

BALS. *Xxij. canon ſancti Baſilij ſacerdotem qui illicitum matrimonium contraxit inſciens, dicit ſola eſſe cathedra dignandum propter ignorantiam, non finit autem eum alios benedicere. Nonus canon Synodi Neocæſar. hoc dicit expreſſe: Si Presbyter, qui corpore anie peccauit, promotus fuerit, & ſe ante ordinationem peccaſſe confeſſus fuerit, ne offerat, manens in cæteru, propterea quòd alioqui bonus ſit. Et lxxix. Nouella Imperatoris Domini Leonis ſapientis ſtatuit, vt qui poſt ordinationem cum muliere coniungitur, deponatur quidem, ſed ad Clericorum habitum, & alius miniſterij in eccleſia, quod non eſt attingere illicitum, alienationem non condemnetur. Mihi itaque videtur hæc conciliari pro differentia operationu eccleſiaſtica, & qui non ſic operantur, in quæ ad ſacerdotes per acceſſum ad Altare, pertinent, priuabuntur, ſed operationibus quæ pertinent ad Clericos qui ſunt extra ſacrum tribunal, non priuabuntur.*

Quæſtio. Quod dicit ſanctus Baſilius in paruis pœnis, ſit à benedictione alienus pro lapſus proportione, quid eſt? Reſp. Priuari aliquem benedictione, quæ datur in eccleſia.

BALS. *Benedictiones eccleſiaſticæ ſunt omnia quæ fiunt, vel dantur ab Epiſcopu, vel ſacerdotibus in eccleſia, ad preces & ſtabilimentum fidelu populi. Vnuſquiſque ergo pro ſui lapſus proportione eccleſiaſtica benedictione priuetur.*

Quæſtio. An oportet eos qui à ſancta donatione ſunt prohibiti, comedere exaltatas oblationes? Reſp. Inuenimus in vita ſancti Theodori Siceotæ eos fuiſſe prohibitos.

Quæſtio. An oporteat, vt vult canonicum Neſteutæ, canonicè ſe gerere? Reſp. Hoc ius canonicum Neſteutæ nimia indulgentia vſum, multos perdidit. Qui itaque in boni cognitione exiſtunt, & ab eo excidunt, corrigentur.

BALS. *Hæ duæ interpretationes claræ ſunt. Videmus ergo, quòd permulti ex Monachu qui hominum peccatorum confeßiones audiunt, cum eo iure canonico ſe canonicè gerunt. Ora ergo, vt fiat conuenienter huic ſalutari reſponſioni. Quòd autem exaltati panu fragmentum non accipiant, qui diuinorum ſacramentorum eſſe participes ſunt prohibiti, actu fieri videmus. Exiſtimo autem quòd mulieres, & ſi prohibitæ fuerint ſanctu communicare, exaltati tamen panu fragmentum accipere non vetabuntur. Nam in diuerſis etiam canonibus dicit Baſilius, mulieres quæ lapſæ ſunt, & propterea eccleſiaſtica excommunicationu pœna tenentur, à ſancta quidem participatione alienari, ſed ab eccleſiaſtica cõmunione vt viros non alienari, ne non bona de eu ſuſpicio exoriatur: & propterea traducãtur. Si itaque non datum eu fuerit in eccleſia exiſtentibus exaltati panu fragmentum, cognoſcetur protinus malum propter quod ſancta cõmunione digna non habẽtur. Quod non vult ſanctus.*

CANON

CANONES SANCTORVM APOSTOLORVM.

EPISCOPVS, à duobus vel tribus Episcopis ordinetur. Can. I.

BALS. Hic canon Apostolicus, loquitur de ordinatione, quæ fit ab Antistitibus in Ecclesia: sicut magnus quoque dicit Apostolus, Nemini manus cito imposueris, nec alienis peccatis communicaueris: non autem de electione, vt nonnulli dicebant, secuti ea quæ dicebantur sine scriptis per manuum elevationem quæ fiebat à populo ciuitatum, quando fiebant electiones Antistitum. Etsi enim Laodicena Synodus dicit in primo canone non debere fieri ordinationes in præsentia audientium, quo in loco ordinatio, quæ Græcè est προκειρια, pro electione accipitur, & ideo nonnulli existimarunt hunc quoque canonem loqui de electione, mihi tamen videtur eos non rectè dicere. Quæ enim sit in Ecclesia ordinatio, per preces mysticas perficitur, quam fiat coram multis: alioquin cùm iij. canon sanctæ primæ Synodi decernat debere fieri electionem Episcopi ab omnibus Episcopis prouinciæ, vel à tribus saltem, reliquis in scriptis assentientibus, dubito quomodo dixerunt nonnulli hunc canonem de electione intelligi, qui dicit à duobus vel tribus Episcopis ordinandum Episcopum.

Presbyter ab vno Episcopo ordinetur, & Diaconus, & reliqui Clerici. Can. ij.

BALS. Hic quoque præsens canon de ordinatione consequenter statuens, probat etiam præcedentem canonem accipi de ordinatione Episcoporum, non de eorum electione. Neque enim Presbyterum, vel Diaconum, vel alium Clericum prius eligi & sic ordinari docti sumus.

Si quis Episcopus, vel Presbyter, præter Domini de sacrificio ordinationem, alia quædam ad altare attulerit, mel, vel lac, vel pro vino siceram, vel confecta, vel aues, vel aliqua animalia, vel legumina præter ordinationem, deponatur, præterquam noua legumina * tempore opportuno. Ne liceat autem aliquid aliud ad altare offerre quàm oleum ad luminare, & incensum tempore sanctæ oblationis. Can. iij.

* Haloandri exẽplar habet ἢ ἐν φυλῇ, id est, vel vnam, quod hic deest.

BALS. Sacrificia, quæ ex lege antiqua in templo fiebant, per sanguinem & animalium cædem prohibentes diuini Apostoli, incruentum, quod à Domino traditum est, sacrificium fieri tulerunt, & Sacerdotem, qui præter hæc facit, deponendum esse statuerunt. Et hanc sicera quidquid sine vino inebriat. Cum autem audis canonem dicentem, Præterquam noua legumina, ne putes per hæc permitti fieri sacrificium. Sed dic ea offerri Sacerdoti, tanquam nouorum fructuum primitias: & vt ea ex manibus Sacerdotis cum benedictione accipientes, Deo gratias agamus, qui ea nobis suppeditat, quæ ad victum nostrum cultumque sufficiunt. Et ideo, vt est verisimile, Patriarchæ quoque vuas offerunt in altari sacræ ædis Blachernarum, peracto sacro in festo dormitionis sanctissimæ Deiparæ. Ego autem vidi quendam depositum, & ex venerandi Monasterij, cui præerat, præfectura electum, quòd caseos & carnes ad altare inferret, consilio cuiusdam improbi hominis, qui eum seduxit, & dixit hoc modo futuram plurimorum morborum medelam. Incensum autem & oleum propter sacrificium non offertur, sed ad templi illuminationem, & veræ Lucis & Deo gratiarum exhibendam actionem. Lege sextæ Syn. can. xxviij. & xxxij.

Omnis autem alius fructus domum mittatur, primitiæ Episcopo & Presbyteris. Clarum autem est, quòd Episcopus & Can. iiij.

Presbyteri Diaconis & reliquis Clericis distribuunt.

BALS. Nota etiam ex hoc præsenti canone, quòd in templo sola legumina & vuæ, vt primitiæ, Deo offeruntur: fructus autem, & reliqua mittuntur ad Episcopum: vt per eum, vt par est, Deo gratiæ agantur. Quomodo autem quæ in memoriis sanctorum & mortuorum offeruntur & caristia appellantur, omni genere fructuum ornata ad altare afferantur, dixes ex oratione magni Athanasij. De iis qui dormierunt. Tu autem dic quòd etiam ex præsenti canone necesse habent Episcopi consolari Clericos suos ex redditibus ecclesiarum.

Can. v. Episcopus, vel Presbyter, vel Diaconus vxorem suam ne eiiciat religionis prætextu: sinautem eiecerit, segregetur. & si perseueret, deponatur.

BALS. Ante sextam Synodum, quæ fuit in Trullo palatij, licebat Episcopis habere vxores, etiam post dignitatem Episcopalem, quemadmodum & qui post matrimonium ordinantur Sacerdotes & Diaconi. Quoniam itaque ante ex vij. Iustiniani nouellam, quæ sita est in libro Imp. xxvij. tit. vij licet quanuis ex causa mittere suæ vxori libellum repudij, dicit præsens canon, non licere Episcopo, vel Presbytero, vel Diacono prætextu pietatis suam vxorem eiicere. Hic autem canon exoleuit, quod ad Presbyteros & Diaconos attinet: Episcopi enim, vt dictum est, post Episcopatum vxores habere non possunt, quòd non possit aliter solui matrimonium quam pro causis quæ in nouella continentur, quæ sunt hæ: siquis ex coniugibus aduersus Imperatorem coniurauerit. Si vxor adulterata fuerit. Si alteruter vitæ alterius insidiatus fuerit. Si vxor cum viro externo nolente marito coniungetur, vel lacebit. Si extra domum mariti vxor manserit, nisi forte apud suos parentes. Si vxor vadat ad æquorum curriculum præter voluntatem mariti. Si alteruter contingam vitam Monasticam elegerit. Sunt etiam aliæ causæ in dicta nouella contentæ, quam etiam lege.

Can. vi. Episcopus, vel Presbyter, vel Diaconus seculares curas non suscipiat. alioqui deponatur.

BALS. De hominibus consecratis, qui Seculares seruitutes exercent satis scripsimus in xiij. cap. vij. tit. præsentis operis. Cùm autem hic canon dicat, Clericum qui sic facit deponendum, lxxxi. autem canon Apostolicus & alij canones dicant, vel cessis, vel deponatur, interrogauerit quispiam, quisnam est sequendus & puto, quòd benignior. Nam clarum illum & magnum Nicenum Artifenum xxx. dierum publicum edictum à iure dicendi officio cessare iussit sancta Synodus.

Can. vij. Siquis Episcopus, Presbyter, vel Diaconus, Sacri Paschæ diem ante vernum æquinoctium cum Iudæis celebrauerit, deponatur.

BALS. Diuini Apostoli nolunt nos festum cum Iudæis celebrare. Decernunt ergo vt Pascha dominicum à nobis celebretur posteaquam illi Pascha legale celebrauerint: & quia illi ante vernum æquinoctium Pascha celebrant, debemus nos post vernum æquinoctium celebrare. Est autem vernum æquinoctium, non, vt nonnulli dicunt, xxv. mensis Martij, vel xx. vt aliquo alio die præstitutus. sed quando id euenerit, ex cyclica enim sententia cursus Solis & Lunæ alias aliter est æquinoctium. Quia ergo Moses Iudæis constituit Pascha, seu malorum transitum quotannis celebrarent in memoriam liberationis à seruitute Ægyptiaca, idque non aliter quàm ante vernum æquinoctium existente xiiij. Luna in primo mense, seu Martio: nos quoque Pascha dominicum celebramus, seu nostram liberationem à captiuitate diaboli, quam Deus nobis per suam passionem largitus est. Celebramus autem, non eo tempore quo Pascha Iudaicum celebratur, sed post ipsum: scilicet posteaquam fuerit vernum æquinoctium, & post xiiij Lunam primi mensis, seu primam Lunam Martij, sed in eadem quidem certè hebdomade, quòd passio Domini & resurrectio sic fuerunt. Quare etiam vij. orationem sancti Patris nostri Ioannis Chrysostomi, quam scripsit de Pascha. Lege & lxxij. can. Syn. Carth. & quæ in eo à nobis scripta sunt.

Can. viii. Si quis Episcopus, Presbyter, vel Diaconus, vel ex Sacerdotali catalogo, facta oblatione non communicauerit, causam

dicat

dicat:& ſi probabilis fuerit, veniam conſequetur:ſin verò minus,ſegregetur, vt qui populo offenſionis cauſa ſit, & ſuſpicionem dederit aduerſus eum qui obtulit, tanquam non dignè obtulerit.

BALS. *Epiſcopum quidem vel preſbyterum non nonit quiſpiam ad altare accesiſſe, & ſacrificaſſe, & ſacramentis non communicaſſe. Si quis autem ex his inuentus fuerit tale quid feciſſe, non ſolum ſegregabitur, ſed etiam valde punietur, niſi iuſtam aliquam & probabilem cauſam dixerit, quæ ſanctã communionem prohibeat. Neque enim leuis ex ea re offenſio oritur: ex diaconis autem plurimos ad altare accedere, & nõ communicare, ſed nec ſancta attingere. Si quis autem ex eis contrectauerit, & non communicauerit, ſegregabitur, vt vult canon. & nonnulli quidem canonem ſic ſunt interpretati. Nonnulli autem dicunt vnumquẽque conſecratum, à canone ſegregari, ſi non communicet, etiam ſi ſit extra ſacrum tribunal, quod eſt grauiſſimum. Octauum & nonum canonem alij quidem aliter ſunt interpretati: nos verò aliter. Vnde eos ſimul coniungentes dicimus, quòd qui in ſacerdotalem catalogum annumerantur, & ſacramentorum myſteria peragunt, oblationi autem quæ fit non communicant, ſegregantur: niſi iuſtam cauſam dixerint. Sacrati autem qui ſancta ſuper altare tractant, & omnes laici fideles, qui non expectant, ſeu ad finem vſque non perſeuerant donec à dignis ſancta facta fuerit communicatio, ſegregantur. Dicere enim fideles laicos, & conſecratos, qui ſacra non tractant, oportere quotidie ſanctis communicare alioqui ſegregari, nec eſt ex ſententia canonu, nec poteſt fieri: & ideo nonus canon dixit puniri fideles qui non permanent. Ita interpretare canonem conuenienter ij. canoni Synodi Antiochenæ.*

Quicunque fideles ingrediuntur, & ſcripturas audiunt, in precatione autem & ſacra communione non permanent, vt eccleſiæ confuſionem afferentes, ſegregari oportet. *Can. ix. De cõſecra. diſt. 1.*

BALS. *Præſentis canonis conſtitutio eſt acerbiſſima. Segregat enim eos qui in eccleſiam conueniunt, & non ad finem vſque expectant, nec communicant. Porrò autem alij quoque ſimiliter decernunt, vt omnes ſint parati, & digni communione, eósque qui tribus dominicis non communicant, ſegregant.*

Si quis cum excommunicato vel in domo vnà precatus fuerit, is ſegregetur. *Can. x.*

BALS. *Ἀναθεμάτισμος, id eſt excommunicationis vocabulum, idem eſt quod ſegregatio. Qui ergo vnà cum excõmunicato quomodocũque precatus fuerit, ſegregabitur, etiã ſi ſit epiſcopus vel laicus. Hoc autem ſcriptum eſt propter eos qui dicunt, quòd qui eſt ſegregatus, ex eccleſia eiectus eſt. Si quis ergo vnà cum eo canit in domo vel in agro, ei crimini non dabitur. Idem eſt enim ſeu in eccleſia ſeu extra eccleſiam orare cum excõmunicato. Cum excõmunicato autem colloqui non prohibemur. lege etiam ix. canonem ſyn. Carth.*

Si quis cùm ſit clericus, vnà cum eo qui eſt depoſitus, orauerit, deponatur & ipſe. *Can. xi.*

BALS. *Nonnulli illud Vnà precari, pro eo quod eſt, ſimul ſacrificare acceperunt. Sed mihi non ita videtur. De quouis enim clerico depoſito accipitur canon, ſed non etiam de ſolo ſacerdote. Alij autem dixerunt hìc depoſitum etiam ſegregationi ſubiici, & ideo eſſe prohibitam vnà cum eo precationem. Ego verò intelligo, quòd canonis hoc eſt inſtitutum, punire quemuis clericum, qui cum quouis depoſito clerico, & poſt depoſitionem ſacerdotale quidpiam operato, ſit quomodocunque precatus. Propterea enim illi etiam depoſitio infligitur. Ex eo autem quòd quis cum aliquo excommunicato precatus fuerit, non affertur depoſitio, ſed excommunicatio.*

Si quis clericus, vel laicus ſegregatus, ſiue non recipiẽdus, diſcedens, in altera vrbe receptus fuerit abſque literis commendatitiis, ſegregetur & qui excepit, & qui exceptus eſt. *Can. xii.*

BALS. *Aliud eſt ſegregatus, & aliud is qui non eſt recipiendus, ſiue is qui ab epiſcopo ad aliquid non admittitur. Qui enim ſegregatus eſt, ab eccleſiaſtica cõmunione arcetur: qui autẽ nõ eſt recipiendus, multo modo non admittitur. Illud enim Siue, pro eo quod eſt, Vel, diſiunctiue accipitur, vt hoc ex ſequenti canone probatur, qui dicit, Si autem ſit ſegregatus, &c. Dicunt ergo præſentes canones xiij & xiiij eum qui ſemel ad aliquid non recipiendus iudicatus eſt, ſi ſine ſuæ epiſcopi commendatitiis literis ſedem acceperit, ſegregetur. Vnà autem ſegregetur & quoque qui receptus eſt. Si autem non eſt is eiuſmodi, vt recipi non poſſit: ſed eſt ſegregatus, rurſus qui eum ſuſcepit, ſegregetur, ſegregati autem augeatur ſegregatio. Quære xi. canonem iiij. ſyn. & Antiochena canonẽ v. & Chalced. canonẽ xiij.*

Can. 13. Si autem eſt ſegregatus, eius intendatur ſegregatio.

Can. 14. Epiſcopo non liceat ſua relicta parochia, ad aliam tranſilire, etiam ſi à pluribus cogatur, niſi ſit aliqua cauſa rationi conſentanea, quæ eum cogat hoc facere, vtpote ad maius lucrum, cum poſſit ipſe iis qui illic habitant pietatis verbo conferre, idque non ex ſe, ſed multorum epiſcoporum iudicio & maxima exhortatione.

BALS. *Præſens quidem canon xiiij decernit non licere epiſcopo ex ſua parœchia ad aliam tranſilire, etiã ſi populi vtilitatis gratia hoc fecerit, & ab aliena regionis populo ad hoc cogatur, niſi hoc ex ſynodali permiſſione fecerit. Xvi. autẽ canon Antiochena ſyn. dicit, eum reiiciendum, qui abſque ſynodali ſententia vacantem eccleſiam arripuit. Tu autem ſcias, quòd etiam ſi præſens canon Apoſtolicus non punit eum qui docet extra ſuam diœceſin, alij tamen diuerſi canones, eos qui extra diœceſin aliquid ſacerdotale exercent, depoſitionis ſubiiciunt. Characterem autem dare extra diœceſin iuſſu imperatorio permiſſum eſt. Quidam autem metropolitanus, qui in cõpluribus ſuis epiſcopatibus præter epiſcoporum voluntatem docuerat, & accuſabatur, reſpondebat dicens, iuſſum non eſſe vt ex eo laderetur, quòd & epiſcopatus ſui in ſua poteſtate, & quòd præſens canon eis pœnam non imponat, & quòd non ſit forte murus epiſcopale docere, vel dare characterem. Quæ quidem magna ſynodo non placuerunt. Ex hoc præſenti autem xiiij. canone ſanctorum Apoſtolorum comprehenditur, quòd maligna quidem à parochia in alicuius epiſcopi parochiam inuaſio condemnatur, tranſlatio autem, quæ iuſta de cauſa, & pro pietate ac religione confirmanda, cum maxima epiſcoporum ſit adhortatione, permittitur. Quia autem dicunt nonnulli, ne à præſenti quidem canone permitti tranſlationem, ſed epiſcopi tantum ad tempus euocationem docendi gratia, ex hoc oſtendi diximus: primum cùm hic canon nihil dicat eiuſmodi, vndenam ipſi hoc afferunt? Deinde, quanam poſſit eſſe vacantis eccleſiæ populo vtilitas, ſi epiſcopus ſemel vel bis, vel aliquo tempore docuerit, & nullum aliud eiuſmodi munus exercuerit? Deinde, quid opus erat vt fieret hæc euocatio cum magna multorum epiſcoporum adhortatione? poterat enim vel vnus pietatem prædicare. Iam verò & qui hoc dicit, accuſat ſanctũ Gregorium Theologũ, & alios ſanctiſſimos Patriarchas, qui ex epiſcopatibus tranſlati ſunt in ſedem Conſtantinopolitanam, & ad alias ſedes patriarchales, tanquam qui indignè in tranſlatione ſacra miniſteria obeant, quod non eſt venia dignum.*

Can. 15. Nic. ca. 16. Antio. ca. 3. Si quis preſbyter, vel diaconus, vel omnino ex clericorum catalogo, relicta ſua parochia in aliam abſceſſerit, & cùm penitus tranſierit, præter ſui epiſcopi ſententiam in alia parochia maneat, eum non amplius celebrare iubemus, maximè ſi eum adhortante epiſcopo vt rediret, non paruerit in contumacia & inſolentia perſeuerans: is tamen vt laicus communicet.

BALS. *Sextus canon ſyn. Chalced. iubet, nõ abſolutè, ſed in epiſcopatu, vel eccleſia, vel monaſterio, ordinari clericos, nec poſſunt præter eius qui eis præeſt ſententiã, ad aliã abire prouinciã, aut diœceſim & clericatus officia exercere. cũ autẽ qui hoc facit, canon ſegregat, maximè ſi euocatus, & ad priorem parochiã redire iuſſus, non paruerit: cum tamẽ in alia ciuitate vt laicum verſari canon non prohibet*

prohibet. Quere etiam xvi. canonem primæ syn. & quintæ can. iiij. Quare nota quòd non solũ commendatitiis literis clerico opus est, volẽti in alia diœcesi agere, & quæ sunt clerici exercere: sed etiam dimissoriis literis episcopi qui eum fecit clericum. Nisi enim eusmodi literas ostẽdat, prohibebitur ab operatione. Quere etiam xvij. can. Syn. in Trullo.

Can. xvi.

Si autem episcopus nihili faciens aduersus eos decretam à munere cessationem, eos vt clericos receperit, segregetur vt immodestiæ & insolentiæ magister.

BALS. Nota quòd præsens canon segregat episcopum, qui suo clero connumeranit alterius diœcesis clericum absque sui episcopi dimissoriis literis. Solus autẽ episcopus Carthaginensis potest in suum clerum referre alterius etiam diœcesis clericos absque dimissoriis literis eorum qui illos ordinauerũt. Hoc autẽ inuenies in canonibus Carth. Syn. sed etiã Archiepiscopus Cõstantinopolitanus, potest similiter facere. Dicit enim expressè in nouella Iustiniani Imperatoris, seu in caput. 4. tit. iij. libri Imp. Si enim in sacrosanctis monasterijs prohibemus ex alio monasterio transire in aliud multomagis nec religiosissimus clericus hoc permittemus, lucri & negociationis ostentatione hanc habere cupiditatem existimantes. Si quando autem eusmodi translatione tua beatitudo, vel quæ tunc fuerit imperialis maiestas, faciendam duxerit, ne hoc aliter fiat, prius quàm res ad dictum nobis numerum redacta fuerit. Eusmodi autem nouella scripta est ad Patriarcham constantinopolitanum qui erat tunc temporis. Nota autem quòd etiam Imperatori concessum est facere clericorum translationes.

Can. xvii. Distin. 33. Si quis post.

Qui post sanctum baptismum duobus coniugiis fuerit implicitus, vel habuerit concubinam, non potest esse episcopus, vel presbyter, vel diaconus, vel omnino ex numero sacerdotali.

BALS. Cum qui post sanctum baptismum digamus fuerit, vel fornicatus sit, prohibet canon fieri episcopum, vel sacerdotale quidpiam exercere. Quæ enim ante baptismum admissa sunt omnis generis peccata prætermittit, cùm factus sit nouum opus gratiæ sancti spiritus. lege etiam ij. can. sancti Basilij. Quomodo autem multi lectores qui digami fuerant, in suu gradibus cõseruati, & per Archiepiscopalia pittacia ad maiores gradus promoti sunt, ignoro. lege etiam cxxxvij. Iustiniani nouellam, quæ sita est in primo titulo iij. libri Imp. Decernit autem etiam cum multis alijs quæstionibus ecclesiasticis, quid debeat fieri in clericos digamos. Similiter. lege etiã xxiij cap. primi tit. præsentis operis, & quæ in eo sunt. ALIA Interpr. Superius quidẽ scripsimus nos ignorare, quomodo lectores qui duas vxores duxerant, non deponuntur, sed potius per Archiepiscopalia pittacia ad maiores gradus promouentur. Nuper autẽ leges & canones diligentius cõsiderantes, animaduertimus hunc xvij. & xviij canonem tractare de episcopo, sacerdotibus, diacono, & subdiacono, non autem etiam de lectoribus. Illi enim siue ante ordinationem, siue post, digami fuerint, deponuntur. Hi verò lectores, si ante characterem quidem fuerint digami, deponuntur. Post characterem autem, eu permittitur, & ignoscitur, sed ad alium maiorem ecclesiasticum gradum promoueri prohibentur. Hæc enim expressè dicit cxxxvij. Iustiniani nouuella, seu xxxi. & xxxij cap. primi tit. iij. libri Imp. Si autem post ordinationem episcopus, presbyter, vel diaconus, vxorem duxerit, clero eiiciatur, & ordini ciuitatis, in qua erat clericus, cum bonis suis tradatur. Si autem lector secundam vxorem duxerit, sed primam quidem viduam, vel à marito separatam, vel legibus sacrisue canonibus prohibitam, ad alium ecclesiasticum gradum non promouebatur: si autem quocunque modo ad maiorem gradum promotus fuerit, ex eo eiiciatur, & priori restituatur. Si velis autem accipere canonem, vt etiam de lectoribus loquatur, potes: quòd scilicet non possit esse vel fieri lector, qui secundam vxorem duxerit. Vbi enim cognitum fuerit, deponitur. Lectori autem, qui post characterem secundam vxorem duxit, ignoscitur, sed ad maiorem gradum non promouetur. Quomodo autem lectores, qui secundas vxores duxerunt, per Archiepiscopalia pittacia ad domesticata, & alia ecclesiastica officia promouentur, nobis dicere necesse est. Dicimus ergo quòd ecclesiastica officia abusiue gradus vocantur. Est enim proprie gradus, sacerdotum, diaconorum, subdiaconorum, & lectorum. Officia autem sunt honores, & victus subministrationes. Vnde qui fuit lector ab incunte ætate, & secundam vxorẽ duxit, sit citra vllum impedimẽtum clericus ecclesiasticus, & populi conuocator, per pittacia. Sed non hypodiaconus, vel diaconus. Qui enim hoc ausus fuerit, deponetur.

domestica

Can.18. Dist.34. Si quis viduã.

Qui viduam accepit, vel eiectam, vel meretricem, vel seruam, vel mimam seu scenicam, non potest esse presbyter, vel episcopus, vel diaconus, vel omnino ex numero sacerdotali.

BALS. Nota præsentem canonem. Vult enim non solum eum qui est sacratus, esse modestum & continentem, sed etiam suam coniugem. & ideo mulieres, quæ hic comprehenduntur, prohibuit cum sacratis hominibus matrimonio coniungi, vtpote quòd eas continenter viuere non credatur, propter earum sordes & improbitatem. Si quis ergo cum eiusmodi muliere matrimonio coniunctus fuerit, sacerdotio non dignabitur, & post sacerdotium deponetur. Deponetur autem etiam, si eius vxor eo scitè adulterata fuerit & patiente. lege etiam xxix. cap. ix. tit. præsentis operis.

Can.19. Qui duas sorores duxit, vel cõsobrinã, nõ potest esse clericus.

BALS. Consobrina Græcè dicitur ἀδελφιδῆ & etiã ἀνεψιά. Tũ ergo qui ducit in vxorẽ vel duas sorores, vel amitam, vel consobrinam, non permittit canon effici clericum, licet omnino à matrimonio separetur. Tu autem scias, quòd non solum qui hoc fecit, sed & qui aliud matrimonium propter consanguinitatem vel affinitatem prohibitum contraxit, non fiet clericus, sed ei pœna potius imponetur. Quænam sunt autem pœnæ eorum qui incestum committunt & cum consanguinea rem habent, scies ex diuersis canonibus sancti Basilij.

Can.20. Clericus fideiubens deponatur.

BALS. Fideiubere nonnulli hìc esse dicunt clericum pro alio fideiubere: nonnulli autem clericum pro seipso dare fideiussorem propter inopiam. dicere ergo deponi clericum, qui ad iudicium vel ad agendum propter paupertatem, vel aliquam aliam iustam causam non admittitur, & propterea dat fideiussorem vt à molestia liberetur, est grauissimũ, & Apostolica humanitate indignum. Clericus autem pro alio fideiubeat, fortasse quandoque punietur. Si enim clericus lucri gratia pro aliquo fideiusserit, deponetur, propter fideiussionis turpitudinem. si autem pro aliquo paupere fideiusserit propter misericordiam, vel propter aliquam piam causam seipsum pro alio ingesserit, non deponetur. Inuenti sunt autem etiam in sua vniuersali synodo multi clerici & episcopi, qui fideiussores & dederunt, & acceperunt, nec tamen vllus ideo lapsus est. Fideiussionem ergo ita interpretare. lege etiam cxxiij. Iustiniani nouellam, quæ sita est in libro iij. in p. tit. primo seu cap. eius xiij. quod sic dicit in parte: Presbyteros autem, & diaconos, & subdiaconos, qui solo iure cognationis ad tutelam vel curã vocantur, tale munus suscipere permittimus. Et paulo post: sed nec publicorũ tributorũ exactorem, vel receptorem, vel vectigalium conductorem, vel curatorem domus, vel causæ procuratorem, vel pro hu causis fideiussorem, episcopũ, vel œconomũ, vel alium clericũ cuiuscunque gradus, vel Monachum proprio nomine. vel ecclesiæ aut Monasterij, esse permittimus: ne hoc prætextu sanctu quoque domibus detrimentum affiratur, & diuinum hsteria impediãtur. Quare ex hu quoque verbu Nouellæ quæ dicit nõ debere fieri aliquem pro his causis fideiussorem, is videlicet quæ comprehensæ sunt, posse clericũ pro alio in causis fideiubere, sicut etiã seipsum ingerere. Quare titulum nonum præsentis operis, cap. xxxiiij & xxxv. & quæ sunt in eu, & Chalced syn. can. xxx.

Can.21. Dist. 55. Eunuchus si ibi. Ca.22. Eunuchus, si ex hominũ quidẽ iniuria factus sit, vel in persecutione virilibus priuatus sit, vel sic natꝰ est, & dignus est, fiat.

Qui seipsum mutilauit, ne sit clericus: est enim sui homicida, & dei opificij hostis.

Can.23. Nic.conc. ca.1.Ca.24. Si quis cum sit Clericus, seipsum mutilauerit, deponatur; est enim sui homicida. Laicus qui seipsum mutilauit, tribus annis segregetur: est enim suæ ipsius vitæ insidiator.

BALS. Hi quatuor canones iis qui antequam Clerici facti essent, propter morbum, vel hostium incursionem castrati sunt, ignoscunt, & eos in Clerum referunt, si omnino digni inueniantur: eos autem qui post sacerdotium seipsos mutilauerunt, etiam si à morbo coacti sunt: similiter & eos qui ante sacerdotium absque morbo genitalia excisi sunt, puniunt. Illos enim deponunt, hos verò Clericos fieri prohibent. laicos autem, qui absque morbi iniuria seipsos mutilant, tribus annis segregant. Vnde etiam plurimi homines paulo consideratiores, suos filios propter morbum castraturi, ad sanctissimam Ecclesiam accedunt, & morbum & testiculorum abscissionem aperiunt. Ciuiles autem leges valde puniunt eos qui suos filios, vel seruos, vel alios morbo non oppressos castrant. Lege xviij. caput primi tituli præsentis operis, & lx. Nouellam Imperatoris Domini Leonis sapientis. Quia autem tria sunt eunuchorum genera: Thlibiæ, qui ab infantia genitales partes amiserunt, vt quæ eis à parentibus expressæ & inutiles factæ sunt. Spadones, qui à natiuitate testiculos non habent: Castrati

ri, qui ferro execti sunt: Thlibiæ quidem & spadones sine vllo præiudicio consecrabuntur, vtpote qui sibi nullius mali auctores fuerint: Castrati autem, vt voluit superior constitutio, aliquando quidem ad sacros ordines admittentur, aliquando verò non.

Episcopus, vel presbyter, vel diaconus, fornicationis, vel periurij, vel furti conuictus, deponatur, & non segregetur. Dicit enim scriptura: Nõ vindicabis bis in idipsum. Similiter reliqui quoque Clerici. Can.xxv. Naum.1.

BALS. Illud, Non vindicabis bis in idipsum, ne dixeris accipi in quouis quomodocunque deposito. Qui enim vel Magistratus potentia vel pecunia sacerdotium assecuti sunt, & deponuntur, & segregantur. Vt dicit xxix. canon Apostolicus & xxx. sed dic accipi de iis qui deponuntur propter peccata quæ hic continentur, & propter alia eiusmodi. Quære & sancti Basilij can. ij xxxij. & li.

Ex iis qui non ducta vxore ad clerum promoti sunt, iubemus, si velint, vxorem ducere lectores & cantores solos. Can.xxvi.

BALS. Ante ordinationem permittebatur omnibus vxorem ducere, & ita eos ordinari subdiaconos, diaconos, & presbyteros: post ordinationem verò solu lectoribus & cantoribus vxorem ducere concessum est.

Episcopum, vel presbyterum, vel diaconum, qui verberat eos qui peccant, vel infideles qui iniuriam fecerũt, & per hæc vult per terrefacere, deponi iubemus. Dominus enim nos nequaquam hoc docuit: contra autem ipse verberatus nõ repercussit, maledictis appetitus maledicta non retulit, patiens non minatus est. Can.xxvij.

BALS. Qui sunt ex sacro tribunali, non debent ab ira superari, & verberare eos qui in ipsos peccarunt, fideles scilicet, vel etiam infideles, eósque ita vlcisci, & terrere reliquos. Qui autem tale quid faciunt, præter doctrinam Domini quæ decernit, dextram percutienti maxillam oportere alteram quoque obuertere, deponuntur. Leges autem ciuiles contrarium decernunt, dicẽtes licere, vim vi repellere, & arma armis propulsare. Et hæ quidem leges omnino de laicis intelligentur, licet præceptum Domini, cum sit generale, sit omnibus editum. Suos autem discipulos mediocriter castigare peccantes, & post denunciationem se non corrigentes sacerdotibus permissum est. Nam etiam Dominus eos qui in templo vendebant, & in Deum peccabant, flagello percutiens exegit. Lege etiam nonum canonem syn. congregatæ in ede sanctorum Apostolorum, & quæ prima & secunda dicta est.

Si quis episcopus, vel presbyter, vel diaconus iustè ob manifesta crimina depositus, sibi aliquando creditum ministerium attingere audeat, ab ecclesia omnino abscindatur. Ca.xxviij.

BALS. Qui ob manifesta crimina est legitime depositus, & ideo ne appellationis quidem habet auxilium, si prius ministerium suum attingere ausus fuerit, vt impudentissimus abscinditur. Si enim habet appellationis auxiliũ, & de eo quod aduersus illum statutum est adhuc ambigitur, non condemnabitur si ministret. Lex quidem certè ciuilis hæc dicit in libro iij Imp tit primo cap. primo. Episcopus à synodo depositus, qui tumultum excitauit quòd Episcopatum rursus acceperit, centum miliaribus longe à ciuitate ex qua electus est habitet, nec ad imperatorẽ accedens: & si forte rescribat, ea sint inutilia. & qui cum defenderit, repellatur. Quære & Antiochenæ synodi can. iiij. xij. & xv.

Si quis episcopus per pecunias hanc sit dignitatem assecutus, vel presbyter, vel diaconus, deponatur & ipse, & qui eum ordinauit, & à communione omnino exscindatur, vt Simon Magus à me Petro. Can.xxix. Chalc.cõc. ca.vi. Act.viij.

Si quis episcopus secularibus principibus vsus, per eos ecclesiam adeptus sit, deponatur, & segregetur, & omnes qui illi communicant. Can.xxx.

BALS. *Præsentes duo canones xxix. & xxx. non solum deponunt, sed etiam à communione abscindunt, seu segregant eos qui per pecunias, Episcopi, vel Presbyteri, vel Diaconi fiunt, & eos qui per principum potentiam creantur Episcopi. Sancti enim spiritus, inquit, gratia non est venalis. Porrò autem sancti quoque Tarasij Patriarchæ Constantinopolitani Epistola ad papam Adrianum, dicit esse tolerabiliorem hæreticum Macedonium, qui sanctum spiritum seruire impie & blasphemè dixit, eo qui pecunijs emit vel venait sancti spiritus gratiam. Qui enim vendit, vendit tanquam dominus: & qui emit, tanquam dominus argentum soluit. Sanctissimi quoque Patriarchæ Gennadij, quæ passim legitur, epistola, eos quoque anathemati subiecit, dicens: Sit itaque & est abdicatus, & ab omni sacerdotali dignitate & ministerio alienus, & anathematis execrationi subiectus tam qui vendit quàm qui emit sancti spiritus gratiam, siue sit Clericus, siue laicus. Quæsiuerit autē quispiam, cum xxx. can solius Episcopi meminerit, similiter autem & xxix. Diaconorū tantum, non etiam lectorum mentionem fecerit, si aliquis presbyter, vel diaconus, vel subdiaconus, vel lector, principum aut Magistratus potentia fiat, vel subdiaconus, aut lector datis pecunijs constituatur, quid debet fieri.* SOL. *Hi quoque deponentur & segregabuntur ex fine præsentis xxx. canonis, qui dicit, non solum primos auctores malorum deponi, & segregari, sed eos etiam qui illis communicant. Porrò autem Gennadij etiam epistola, vt dictum est, non solum sacratos, sed & laicos, qui tale quid fecerūt anathemati subiecit. lege etiam secundum can. Syn. Chalced. & v. cap. primi tit. præsentis operis, & quæ sunt in eo.*

Can. xxxj. Si quis Presbyter, contempto proprio Episcopo, seorsum congregationem fecerit, & alterum altare fixerit, Episcopo suo in religione ac iustitia nulla in re à se condemnato, deponatur, vt imperium obtinendi cupidus. est enim tyrānus. Similiter & reliqui clerici, & quotquot ei accesserunt. Laici autem segregentur, eáque post vnam alterámque ac tertiam admonitionem fiant.

BALS. *Nota præsentem Apostolicum canonem, qui decernit posse Clericos impune à suis Episcopis discedere, si eos vt impie vel iniuste se gerentes condemnent, & hoc est nouum in iniustitia: alioqui enim etsi sit pessimis moribus, non debet à suo episcopo abscedere vel a sacerdote, sed potius credere se per peccatorem Sacerdotem & Episcopum sanctificari. Omnes enim, inquit, Deus, non eligit, sed per omnes operatur. lege & sancti Chrysostomi interpretationem epistolæ ad Timotheum, & xiij. can. Syn. quæ habita est in Templo sanctorū Apostolorū.* ALIA interp. *Et sacrati & laici vniuscuiusque Ciuitatis debēt subesse episcopo Ciuitatis, & cum eo congregari, & in Ecclesia versari, nisi illū vt impium vel iniustum condemnarint. tunc enim si ab eo recesserint, eis non imputabitur. Qui autem præter hæc fecerit, & sine ratione à proprio episcopo abscesserit, & seperatim in Ecclesia fuerit, si est quidem Clericus, deponetur vt Imperij cupidus. si autem Laicus, segregabitur. Sed can. quidem hæc esse facienda decernit, post primam, secūdam, & tertiam admonitionem. lege etiam vj. can. Syn. Gangr. & x. Carth. Hoc canone, & reliquis qui eadē decernūt, freti Metropolitani & Episcopi, murmurant aduersus eos qui quærunt vt cruces Patriarchales in suis regionibus figantur, & ideo sæpe quoque nonnulli Imperatorū & Patriarchæ aures obtuderunt, quærentes vt Patriarchalium affigendarum crucium datio auferretur, vt pote quòd qui ea quærerent, & de his ad vniuersalem Patriarcham referrent, eorum nullam rationem haberent. Sed non sunt exauditi: & cum postularent proferri canones, qui crucium eiusmodi figendarum concessionem permitterent, sanctissima ecclesiæ pars eorum instantiam retecit per longam non scriptam ecclesiasticam consuetudinem, quæ pro canonibus seruata est tanto tēpore quanti memoria haberi non potest, & in hodiernum vsque diem. Sciat autē, quòd post præsentis canonis interpretationem, cum aliquot Antistites conuenissent, qui aggreferebant sibi missas fuisse à Patriarchis* *Crucium fixiones, tanquam id præter canones factum esset in suis diœcesibus, animaduerti hac iure & canonicè fieri, & Episcopos hac fieri frustra queri. A diuinis enim canonibus nec Metropolitano, nec Archiepiscopo, nec Episcopo data est regio: sed quinque Patriarchis distributæ sunt regiones totius orbis terrarum: & ideo ab omnibus qui sunt in ipsis, nomina ad eos referuntur, & hoc clarum est ex vj. & vij. canone primæ Synodi, & ij. & iij. canon secundæ Syn. qui decernunt, vt Alexandrinus habeat prouinciam omnem, Ægyptum, Libyam, & Pentapolim: Antiochenus cœlen Syriam, Mesopotamiam, & Ciliciam: & reliqui Patriarchæ alias diœceses, vt hu canonibus comprehenditur. Cùm autem ipsi eos Antistites, qui earum curam gerunt, indicent, & canonicè corrigant, iure etiam dabunt ius figendi cruces in earum ciuitatibus. & Parochus earū quoque clericos impune sibi proprios efficiant, quoties voluerint. Cùm autem hæc ita se habeāt, nulli Patriarchæ licebit in alterius Patriarchæ prouinciam mittere iura figendi crucem, nec eius clericum abducere, ne confundantur iura ecclesiarum.*

* σταυροπήγια

Si quis Presbyter vel Diaconus ab Episcopo sit segregatus, non liceat alij eum suscipere quàm qui ipsum segregauit: post eius qui segregauit mortem, soluere non est permissum. Can. xxxii.

Nullus externorũ episcoporũ, vel presbyterorum, vel diaconorum, sine cõmendatitiis recipiatur, iisque afferentibus, examinẽtur. Sin minus, iis quæ sunt necessaria, aliis exhibitis, ad communionem ne admittãtur. Multa enim per surreptionem fiunt. Ca. xxxiii.

BALS. *Alia quæ sunt in præsenti canone, sunt in aliis canonibus exposita. Quomodo autem qui est segregatus, à segregatione absolutur post mortem Episcopi qui eum segregauit, nunc accipe, & dic quòd postquam è viuis excessit qui eum segregauit: vel qui succedit Episcopus, segregationem soluit vel is Antistes qui defunctum præfecit, Patriarcha scilicet, vel Metropolitanus sed non nisi post examinationem. Alterius autem parochiæ Episcopo segregatur. Sine literis commendatitiis non admitti externos Episcopos, Presbyteros, vel Diaconos antea didicimus. Nunc autem definit canon, eos qui commendatitias literas afferunt, de pietate ac religione debere examinari: & si rectè de fide sentiant, ad communionem admitti: sin secus, vt dubios ac suspectos recusari: alium enim non oportere eos frustrari definitum est. Et hæc quidem præsens canon. Alius autem canonibus cauetur, vt licet commendatitias literas habeant, & de fide rectè sentiant, dimissorias tamen literas suorum Episcoporum ostendere oportere alioqui sacris non operaturos. Per commendatitias enim literas eos esse sacratos probatur: licere autem iis in aliena terra sacrificare, non ex iis sed ex dimissoriis literis ostenditur. Et ideo, vt est consentaneum, præsens canon solius communionis meminit, non autem ministerij, vt pote cùm ij qui literas commendatitias habeant, in externa ecclesia versari non prohibeantur.*

Episcopos vniuscuiusque gentis nosse oportet eum qui in eis est primus, & exillimare vt caput: & nihil facere *quod sit arduum aut magni momenti præter illius sententiã: illa autem facere vnumquenque quæ ad suam Parochiam pertinent, & pagos qui ei subsunt: sed nec ille absque omnium sententia aliquid agat. Sic enim erit cõcordia, & glorificabitur Deus per Dominum Iesum Christum. Ca. xxxiiii. *nec sic

BALS. *Ordo omnia continet & cælestia & terrestria. Vnde & præsens canõ decernit eos qui ordinant, debere honorari ab eis qui sunt ordinati. Hi enim sunt primi & capita ipsorum, & ideo communi sententia constitutum est, vt quæ vltra illa quæ ad vniuscuiusque administrationem pertinent, & ad ecclesiasticam constitutionem spectant, & ardua & magni momenti reputantur, ne fiant absque sententia primorum. Atque ipsi etiam primo absque episcoporum sententia non licet aliquid facere. Sic enim, inquit, quæ est ex Deo dilectio & concordia inter eos conseruabitur. Et hæc quidem est canonis interpretatio. Quod autem ad illa ardua & quæ sunt magni momẽti attinet, dic, verbi gratia, quòd multæ ciuitates propter gentium incursionem absque Episcopis manentes, œconomica ratione aliis ciuitatibus attribuuntur. Si ergo primas sub quo hæ sunt, sine sententia eorum qui sunt ministerij coadiutores, hanc attributionem fecerit, reprehendetur. Eiusmodi enim sunt ardua ac difficilia: non posse autem primum quidquam facere sine sententia episcoporum, ne dixeris esse intelligenda de omnibus, sed de iis quæ sunt ardua. Si enim hoc dixeris, is qui ordinat eis qui ordinantur subest, cùm is qui ordinat omnino prohibeatur absque sententia eorum qui ei subsunt aliquid agere: illi verò primi præsentia ad ardua tantum opus habeant, quod est absurdum.*

Episcopus ne audeat extra suos fines facere ordinationes in vrbibus & pagis nõ eis subiectis: si autem hoc fecisse conuictus fuerit, præter eorum sententiam qui tenent pagos illos vel ciuitatem, deponatur & ipse, & ij quos ordinauit. Can. xxxv.

eddere rationem rerum episcopatus. Sed tanquam intuente, inquit, deo ea administrent prout eis visum fuerit. Perinde autem ac si diuisset quispiam, Si hoc datum fuerit, vtdet episcopus ea quæ sunt ecclesiæ, & ea suis cognatis elargiendo dissipabit subiunxit canon, non licere episcopo ea ad gratiam dare suis cognatis, vel vendere: ex redditibus tamẽ ecclesiæ posse eum quæ sunt necessaria afferre, & cognatis suis, si sint pauperes, quæ sunt ad vitam necessaria suppeditare visum est. CXX. autem instituant Nouella, seu tertium decretum primi tituli v. libri imp hæc dicit præcise: Oeconomis autem administratoribus, & chartularijs sacrosanctarum domorum quæ vbique sunt, & eorum parentibus, & filijs, & aliis vel genere vel affinitatis iure coniunctis, locationes, vel emphyteuses, vel emptiones, vel hypothecas rerum immobilium, quæ ad eas sacrosanctas domos pertinent, subire vel per se vel per interpositas personas, sicut & iis qui sunt in imp. ciuitate, iisdem pœnis prohibemus. Si vis autem scire quæ sunt pœnæ, quare v. decretum eiusdem tit. & libri, quod ea prosequitur, & hæc aperte infert. Scientibus ipsis quòd si tale quid factum fuerit, hoc quoque erit irritum, & omnes eorum facultates & eorũ qui accipiũt, & œconomorũ & chartulariorum, & administratorum, quibus dicto modo iis coniunguntur, ad sacrosanctam domum, ex qua rem acceperunt, post eorum mortem redire iubemus. Dic ergo ex canone & ex Nouella colligens, quòd nõ solum ad gratiam, sed nec vllo alio modo licet episcopo, vel œconomo, vel vlli ex prius enumeratis in cognatos transferre ecclesiarum vel sacrosanctarum domorum immobilia.

Presbyteri & diaconi sine sententia episcopi nihil perficiant: ipse enim est cuius fidei populus est creditus, & à quo pro animabus ratio exigetur. *Can. xxxix*

BALS. *Non oportere presbyteros & diaconos sine sententia episcopi quidquam agere, ne dixerim esse vniuersale, sed dixerit non licere eis aliquid facere, quod ad episcopum pertineat, absque eius sententia, sicut locare immobilia, reddituũ importare, pœnas imponere, & alia eiusmodi. Administratio enim, inquit, rerum episcopalium, & animæ populi episcopo creditæ sunt: lege Niceni syn. secundæ canon xliij.*

Manifestę sint episcopi res proprię, siquidem res habet proprias, & manifestæ res Dominicæ. Vt sit in potestate morientis episcopi, propria, quibus vult, & vt vult relinquere, & nõ rerum ecclesiasticarum prætextu res episcopi intercidant, qui nonnunquam vxorem habet & liberos, vel cognatos vel famulos. Est enim iustum apud deum & homines, vt nec ecclesia damnũ aliquod accipiat propter rerum episcopi ignorationem: nec episcopus, vel eius cognati ecclesiæ prætextu proscribantur, vel in negotia litésque incidant qui ad eum attinẽt, & eius mortẽ maledictis infaustísque verbis prosequãtur. *Can. xxxx. xij q. Sint manifestæ.* *Aliquando rerum legitur etiã pecuniarum.*

BALS. *Diuini Apostoli iusto nihil præferentes, definierunt separata esse debere & non communia, ea quæ sunt episcopi propria, & quæ pertinent ad ecclesiam, vt sit in episcopi potestate quæ sua sunt pro suo arbitrio administrare, & in vita, & in vltima dispositione: & nec ecclesia damno afficiatur, prætextu debitorum episcopi, quæ emerserunt nec eius voluntas vel in vita, vel in morte intercidat. Quamobrem constituitur, vt nisi episcopus res quæ suæ erant ante electionem declarauerit, similiter & quæ post electionem ad eum deuenerunt, nec sunt ecclesiasticæ, res omnes eius apprehendat qui succedit episcopus, & vniuersa pars ecclesiæ, & ea sibi attribuat. Omnino autem cogetur pro illius debitis respondere, nisi vtique eius facultatum indicem seu inuentarium ediderint, Tunc enim fiet, vt mihi videtur, quod dicit lex in libro xxxv. tit. xiij. cap. cxvij. Quære & præsentis operis tit. x. cap. v. & cap. ij.*

Iubemus episcopum rerum ecclesiæ potestatem habere. Si enim preciosæ hominũ animæ sunt eis credẽdæ, multomagis eis sunt committendæ pecuniæ, vt in eius sit facultate omnia *Can. xxxxj xij q. Præcipimus.*

administrare,& iis qui egent per presbyteros & diaconos subministrare cum dei timore & omni religione, & etiam si sit opus in necessarium suum vsum accipere, & fratrum qui hospitio excipiuntur,ita vt ipse nullo modo egeat. Lex enim dei hoc statuit,vt qui altari ° assident,ex altari alantur,quādoquidem nec miles vnquā suo viatico aduersus hostes progreditur.

° ἐκτοῦ θυσιαστηρίου. Haloēdri exēplar habet ὑπηρετῶν τῶν.

BALS. Præsens canon interpretatus est per interpretationem xxxviij.canonis, qui eadem dicit. Hic autem adiicit debere episcopum amatorem pauperum, & largitionem in pauperes debere fieri per suos presbyteros & diaconos. Si vult se seruare ab omni suspicione immunem. lege xxiiij.can. Syn. Antioch. & epistolam Cyrilli ad Dominum.

Can.xlij Dist.xxxv. Episcopus aut presbyter.

Episcopus,vel presbyter,vel diaconus, aleis & ebrietatibus vacans,vel cesset,vel deponatur.

Hypodiaconus, vel lector, vel cantor similia faciens, vel cesset,vel segregetur. Itidem & laicus.

Can.xliij

BALS. Aliter puniuntur episcopi,presbyteri, & diaconi aleis & ebrietatibus vacantes, & aliter hypodiaconi,cantores,lectores, & laici. Præsentes enim canones dicunt illos quidem deponi nisi cessauerint, hos verò segregari. Quære ix.canonem Syn.in Trullo, & tit.ix.præsentis operis, cap.xxvij. & xxxv. & tit.xiij.cap.xxix.

Can.xliiij

Episcopus,vel presbyter,vel diaconus,pecunias mutuo datas cum fœnore exigens,vel cesset,vel deponatur.Lex antiqua dicit:Non dabis fratri tuo pecuniam ad vsuram.Consequenter ergo præsens canon dicit quidem omnem deponi episcopum,presbyterum,& diaconum fœnerantem,nisi cessauerint. Quintus autem canō syn. Carth.& xiij.primæ syn.& x.syn.in Trullo,dicunt omnem esse clericum deponendum, nisi cessauerit fœnerari.Quære etiam ix.tit.præsentis operis,cap.xxvij.

Can. xlv

Episcopus, vel presbyter, vel diaconus, qui cum hæreticis vel solum comprecatus est,segregetur.Si autem eis tanquam clericis aliquid operari permiserit,deponatur.

BALS. Rogauerit quispiam,cur Hæretici vnà cum episcopis comprecati, & etiam Presbyteri, & diaconi non deponuntur, sed solum segregantur, quemadmodum & qui cum aliquo segregato comprecati, vt vult Apostolicus canō x. SOL. Ne hic dixeris episcopum & reliquos vnà cum hæretico in templo orare. Hi enim deponentur, vt vult xlvj.canon: sicut & qui eis permisit tanquam clericis aliquid operari sed accipe illud comprecari pro eo quod est simpliciter communicare, & in Hæreticis preces mitius affectum esse.eos enim tanquam execrabiles abhorrere, non eis familiariter vti debemus. Vnde & sufficere visa est segregationis pœna.

Can.xlvj

Episcopum,vel presbyterum,qui hæreticorum baptismum, vel sacrificiū admiserit,deponi iubemus. Quæ est enim conuentio Christi cum Belial?vel quæ pars est fideli cum infideli?

BALS. Præsens quidem canon eos qui hæreticorum baptismata vel sacrificia admittunt, epi-

scopos

ſcopos vel ſacerdotes deponi iubet. Magna autem ſynodus diuerſos ſacratos, qui Pirenici illius hæretici ſcripta tantum viderant, & non eis inſultauerant, nec ea deſpuerant, iuſtiſſime depoſuit.

Epiſcopus vel preſbyter, eum qui verè habet baptiſmum, ſi deintegro baptizauerit, vel ſi eum qui ab impiis pollutus eſt non baptizauerit, deponatur, vt qui irrideat mortem & crucẽ Domini, & non diſcernat ſacerdotes à falſis ſacerdotibus. *Can. xlvij.*

BALS. *Verè baptizatur quis, quando conuenienter voci Domini ſemel baptizatus fuerit, in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti. Si quis ergo epiſcopus, vel presbyter eum qui ſic baptizatus eſt, tanquam deintegro nulla eius cura habita baptizauerit, deponetur. Similiter deponetur & qui non rebaptizauerit eos qui ab hæretico baptizati ſunt. Id autem quod hic quæritur eſt eiuſmodi: Quidam à Perſis forte captus eſt, & coactus eſt execrabilia eorum dogmata audire, & *immolatis veſci. Poſt captiuitatem autem confeſſus quod factum fuerat, non aliàs ad communionem admiſſus eſt ab illius regionis epiſcopo vel presbytero, quàm ſi baptiſmum quoque ſuſcepiſſet. Cum ergo qui ſic fecit, & hominẽ rebaptizauit, deponit canõ. Dic autẽ & quod deinceps à canone definitur. Baptizatus eſt quiſpiam ab impio: id enim eſt pollutum eſſe: & cum vellet rurſus baptizari, & à chriſtianis communicare, ab epiſcopo ſeu presbytero non eſt admiſſus, dicente non debere eum rebaptizari, qui ſemel baptizatus eſt. Dicit ergo canon, deponi debere epiſcopum ſeu presbyterum, qui eum non baptizat, ſed cum ſuſcipit cum impuro baptiſmate.*

* μιαροφαγῶν

Si quis laicus ſua electa vxore aliam acceperit, vel ab alio ſolutam, ſegregetur. *Can xlviij. De cõſecra. Diſtin iiij. Si quis preſbyter.*

BALS. *Qui ſuam vxorem præter rationem elicit, aliam accipere non poteſt, vel potius etiam ſegregabitur. & qui liberam non accepit, ſed ſolutam (eſt autem ſoluta, quæ non ex lege a ſuo marito eſt ſeparata) vt adulter contemnatur, conuenienter ei quod dixit Dominus: Et qui ſolutam duxerit, mœchatur, & ſegregatur. Quare apud canones adulteri & fornicatoris eccleſiaſtica pœna eſt segregatio. hoc dicunt nonnulli: ſed mihi non videtur. Et lege canones ſancti Baſilij, qui inter fornicatorem & adulterum differentiam introducunt. Sciat autem, quòd vir quidem, ſi adhuc conſtante matrimonio cum aliqua muliere rem habeat, fornicationem, non adulterium committit. non ita autem ſi cum ea quæ viro coniuncta eſt. tunc enim vt adulter punitur. Mulier autem, ſi cum alio quocũque conſtante matrimonio coeat, vt adultera punitur. Et hæc quidem ita habent. Iuſtiniani autem nouella, quæ ſita eſt in libro Imp. xx viij tit. vij. dicit, quòd ante quidem poterat vterque coniunx quando volebat mittere libellum diuortij. Vir enim dicebat: Mulier habe tibi res tuas: & mulier, Vir age res tuas. Sed deinceps fit diuortium ex certis cauſis. Hæ autem in nouella quoque cauſæ ſcriptæ ſunt. Sed antiquitus quoque non fiebat libere diuortium niſi cum cognitione iudicis. Qui eam ergo vxorem duxit, quæ non ſic dimiſſa eſt, adulterauit.*

Si quis epiſcopus, vel preſbyter ex Domini ordinatione nõ baptizauerit in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti, ſed in trium principij expertium, vel trium filiorum, vel trium paracletorum, deponatur. *Can. xlix*

BALS. *Epiſcopum, vel presbyterum, qui non baptizat ſecundum Domini conſtitutionem, in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti, ſed in tres principij expertes, vel tres filios, vel tres paracletos, dicit canon eſſe deponendos. erant enim quidam hæretici, qui hæc impie blaſphemẽque dicebant. nos autem deitatem credentes in tribus perſonis, baptizamur in vno baptiſmate, per inuocationem patris, & filij, & ſpiritus ſancti. Ideo autem epiſcoporum, & presbyterorum tantum meminit canon, eo quòd alicui alij non permittit baptizare.*

S quis epiſcopus, vel preſbyter, nõ tria vnius myſterij baptiſmata perfecerit, ſed vnum baptiſmum, qui datur in mortem *Can. l.*

domini,deponatur. Non enim dixit Dominus,In mortẽ meã baptizate: ſed, Ambulantes docete omnes gentes, baptizãtes ipſos in nomine patris,& filij,& ſpiritus ſancti.

BALS. *Hic quoque canon eſt eiuſdem poteſtatis:ſtatuit enim per tres immerſiones peragi oportere myſterium ſacri baptiſmatis,ſcilicet in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti. ſemel autẽ baptizare propter vnitatem deitatis, & Trinitatem perſonarum: vel propter mortem Chriſti in cruce, & eius triduanam reſurrectionem. Dicit enim etiam Apoſtolus: In mortem eius baptizati ſumus. Baptiſmata autem hic pro immerſione accipienda ſunt. eum quidem certè, qui per vnam in merſionem in mortem Domini baptizat,canon dicit deponendum,vt qui præter Domini doctrinam faciat, & apertè ſit impius.*

Can. lj Si quis epiſcopus,preſbyter,vel diaconus, vel omnino ex ſacerdotali numero,à nuptiis,carnibus,& vino,non propter exercitationem,ſed propter abhominationem abſtinet, oblitus quòd omnia valde bona,& quòd maſculinum & fœmininum fecit deus hominem: ſed blaſphemans calumniatur opificiũ, vel corrigatur,vel deponatur,& ex eccleſia eiiciatur.Similiter & laicus.

BALS. *Legitimas nuptias eccleſia non reiicit: quia propter eas Deus maſculum & fœminam creauit. nec eos qui carnibus veſcuntur,& vino vtuntur abhorret, ſi omnia opportunè faciant, & ſicut ſacra tradunt oracula.Sed nec eos rurſus,qui ab his propter exercitationem abſtinent, punit.Et ideo animaduertendum eſt quomodo quis ab eis abſtinet:& ſi quidem,vt vel maximè impij Bogomili,propter eorum odiũ,& quòd mali cauſa ſint,iis qui eis abutuntur,deponetur, ſi poſt denunciationẽ nõ corrigatur, vel quod magis eſt,etiam ex eccleſia exterminabitur,vt qui aduerſus dei creaturas blaſphemet.Si autem propter exercitationẽ,& quandam religionem ab iis abſtinet,non cõdemnabitur. Et ideo multi etiam Monachi, qui ſatis longo tempore propter continentiam, nec caſeum, nec ouum, nec vinum guſtauerant, ea aliquando guſtarunt, & omne quod malam de eis ſuſpicionem afferebat,offendiculum amputauerunt. Vt beatus ille Heſychaſtes, qui Ferratus dictus eſt,& qui Bleæ epiſcopus vocatus eſt,Monachus Theodulus,in ſynodo,vt offendiculum, & improborum quorundam nugas tolleret,caſeum & ouum guſtauit.*

Can. lij Si quis epiſcopus,preſbyter,vel diaconus eum qui à peccatis conuertitur,non recipit,ſed eiicit,deponatur.quoniã Chriſtum moleſtia afficit, qui dixit: Gaudium eſt cælo propter vnũ peccatorem pœnitentiam agentem.

BALS. *Non eſt peccatum quod dei benignitatem & humanitatem ſuperet:& ideo omnes qui pœnitentia ducuntur,& à bono ad malum conuertuntur,Dominus obuius vltus excipit Propter peccatorum enim ſalutem è cælo deſcendit,& dixit,Non veni vocare iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam.Epiſcopus ergo,vel presbyter,qui eos qui ſic conuertuntur non recipit, ſed illius Nouati inſtar eos abhorret, deponatur, vt qui dei voluntati aduerſatur qui dicit: Gaudium eſt in cælo ob vnum peccatorem pœnitentiam agentem. Nota ergo ex præſenti canone,quòd non ſolis epiſcopis & ſacerdotibus conceſſum eſt hominũ confeßiones audire,& peccata remittere. Sed etiã presbyteris cum epiſcopali permiſſione peccatorũ cõfeßiones audiũt. Quære vj can.Carth.Syn.& quæ in ea ſcripta ſunt.* ALIA Interp. *Cũ præſens can. Apoſtolicus puniat epiſcopos & presbyteros,qui nõ ſuſcipiũt peccatores qui cõuertuntur:vj.& vij.& xlij. can. Carth.Syn.non permittat ſacerdotibus inſciente epiſcopo peccatorum enumerationes audire,& peccata remittere,apparet non ſolum Monachis ſacerdotibus conceſſam eſſe peccatorum reconciliationem,ſed etiam generaliter omnibus ſacerdotibus. Hoc autem pulchre à me comprehenditur,vel ex hoc quòd diuinus & ſanctus Apoſtolus cognitus non eſſet Monachalis habitus. Monachi enim tunc cognoſcebantur & nominabãtur,qui deſerta & ſolitudines habitabant,vt & Propheta Helias,& ſanctus præcurſor,& magnus Antonius,& ſanctus Paulus Thebanus,*

banus,& alij. Quæ autem in vrbibus hodie degit forma Monachalis, ſancto Pachomio reuelata eſt per angelũ circa finem ſanctorum canonum. Quomodo ergo nec à patriarchis, nec ab epiſcopis permittitur ſacerdotibus qui non ſunt monachi, peccatorum hominum confeſsiones audire, neſcio. Ego autem permiſi multis in magna Antiochia ſacerdotibus, qui erant clerici eiuſdem ſanctiſsimæ ſedis, peccatorum confeſsiones abſque vlla prohibitione excipere,& peccata remittere.

Si quis epiſcopus,vel preſbyter,vel diaconus,in feſtis diebus carnem & vinum non ſumit, abhorrens & non propter exercitationem, deponatur, vt qui habeat inuſtam conſcientiam propriam,& ſit multis offenſionis cauſa. Can. liij

BALS. *Omnem diem feſtũ,& omnem diem dominicũ celebrantes non ieiunamus, ſed ſabbatis omnibus præterquã magno ſabbato ieiunũ ſoluimus. Qui ergo his diebus ieiunat, ſiquidẽ vt ea quæ nobis à deo in cibum data ſunt abhorrens,& hinc populo offenſionis cauſam præbẽs, deponitur, ſi ſit videlicet epiſcopus, vel presbyter, vel diaconus. Si autem propter exercitationem ab eis abſtinet,ei ignoſcetur. Lege xiiij.can. ſyn. Ancyr. Laicus verò qui ſic malè ieiunat,ſegregatur in fine li. can.*

Si quis clericus in caupona comedens deprehenſus fuerit,ſegregatur, præterquam ſi in publico diuerſorio in via propter neceſſitatem diuerterit. Can. liiij

BALS. *Diuini & ſancti apoſtoli cùm vellent clericos agere vitam ab omni reprehenſione alienam,nec multos offendere,ſed potius ad bonum excitare,decernunt vt nõ ſolum ab omni turpi mercatura abſtineãt, vt in aliis canonibus dictum eſt. eum autem qui propter neceſſitatem in caupona diuerſatus eſt,non punit propter circunſtantiã. Qui ergo dicunt clericos poſſe vini mercaturam facere, vel lanacra conducere, vel aliquam aliam turpem mercaturam exercere,malè dicunt. Si enim abſolute prohibitum eſt,ne clericus caponam ingrediatur,multo magis prohibebitur eiuſmodi turpem mercaturam exercere, vel per ſe, vel per interpoſitam perſonã. lege etiam ſyn. Laodic.can.xxxiij.& Carth.xl. Quia autem xlj.canon Apoſtolicus epiſcopum quidem, & presbyterum, & diaconũ alea vel ebrietatibus vacantes deponi iubet,ſi non ceſſauerint: hypodiaconum autem & omnẽ, vt ſemel dicam,clericũ tale quid facientem: ſimiliter & laicos ſegregari, niſi corrigantur poſt denunciationẽ. Exiſtimo ergo quòd hic quoque poſt primã & ſecundã admonitionem,ſegregabitur clericus qui caponam ingreditur,& à malo non abſtinet. Probatur enim hoc quoque ex eo quod dicit canon,Si quis clericus in caupona comedens deprehenſus fuerit,ſæpe ſcilicet malo vſus.*

Si quis clericus epiſcopum cõtumelia affecerit, deponatur. principi enim populi non maledices. Can. lv

Si quis clericus preſbyterũ vel diaconũ iniuria affecerit, ſegregetur. Can. lvj

BALS. *Hi duo canones lv. & lvj. puniunt petulãtes & iniurioſos clericos. ſed lv. dicit deponẽdũ clericũ, qui epiſcopũ iniuria affecit. lvj. autem decernit ſegregandum clericum,qui presbyterum, vel diaconum iniuria affecit: idque quia epiſcopo maior honor debetur. Et canones quidem ſic diuidunt ſupplicium inſolentium clericorum. Ius autem ciuile definit quemuis iniuriam facientem notari infamia præter pœnã pecuniariam. Exiſtimo autem quòd infamiam ſequitur etiam depoſitio.*

Si quis clericus claudum,vel ſurdum,vel eum cui vitioſus eſt inceſſus,irriſerit, ſeparetur. Similiter & laicus. Can. lvij

BALS. *Clericos & Laicos ſegregat canon,qui eorum qui quomodocunque ſunt corpore mutilati non miſerẽtur,ſed eos irridẽt. Permulti autẽ ex iis accipiunt ridendi occaſionẽ,dei iudicys reſiſtentes.*

Epiſcopus vel preſbyter,qui cleri vel populi curam non gerit,& eos pietatem nõ docet,ſegregetur:& ſi in ſocordia perſeueret,deponatur. Can. lvij

BALS. *Epiſcopalis dignitas in docẽdo conſiſtit: & omnis epiſcopus debet docere populũ pia dogmata,& ſtatum orthodoxorum. epiſcopus enim ideo conſtituitur, vt quæ ſui ſunt populi attendat:*

& ideo etiam populus eſt appellatus. Porrò autem etiam presbyteri tales eſſe debent, quia etiam prope epiſcopos ſedent in ſuperioribus cathedris. Epiſcopus ergo & ſacerdos, qui non ſic facit, ſed negligenter eſt affectus, ſegregatur: ſi autem in ſocordia perſeuerat, etiam deponitur.

Can. lix

Si quis epiſcopus, vel preſbyter, cũ ſit aliquis ex clericis egenus, ea quæ ſunt neceſſaria ei non ſuppediat, ſegregetur: ſin autem perſeueret, deponatur, vt qui fratrem ſuum interfecerit.

BALS. *Didicimus quòd epiſcopus debet poſt neceſſariam ſuam impenſam, eccleſiaque & clericorum conſuetam diſpenſationem, quæ ſuperſunt ex eccleſiæ redditibus dare pauperibus. appellantur enim bona pauperum. Nunc autem decernit canon, vt epiſcopi & presbyteri curam gerant vt ſuppeditent pauperibus clericu ea quæ ſunt neceſſaria. & eos quidem qui non ita faciunt, ſegregat: qui verò perſeuerant, deponit, vt qui cauſæ ſunt mortis fratris. Ne dicas autem, Quare punit canon Preſbyteros, qui res ſuas pauperibus clericis non diſtribuunt? finge enim presbyterum poßidere bona eccleſiaſtica, vt qui ſit forte promotus Chorepiſcopus, vel Protopapa, & qui ex eo dines euaſerit, & neceſſe habet pauperes ſuſtentare, & multo magis pauperes clericos. Niſi enim hoc dixeris, non video quomodo ſegregabitur, vel deponetur presbyter, qui non dat pauperi ſuo conclerico quæ ſunt neceſſaria. Fratrem autem interfeciſſe, ne dixeris ad factum vſque proceßiſſe. Eſt enim non eſt mortuus, quod ad epiſcopi tamen vel presbyteri propoſitum attinet, id factum eſt.*

Can. lx

Si quis falſo inſcriptos impiorum libros tãquam ſanctos, in eccleſia publicat ad populi & cleri perniciem, deponatur.

BALS. *Præſenti Apoſtolico canoni conſequenter alij quoque definiunt canones, non eſſe legendos impiorum libros, ſed igni tradendos. Quære xij. tit. præſenti operis, cap. iij. & quæ in ipſo ſunt. Quia autem nonnulli pia ſcripta adulterauerunt, vel etiam orthodoxorum nomina eorum qui malè ſentiunt ſcriptis appoſuerunt, vt hæreticus ille fecit Amphilus, qui curta theologica dicta Chryſomalli, nugas hæreticas appellauit, & ita ſimpliciores decepit, decernit canon ſacerdotem eſſe deponendũ, qui hoc audet in populi perniciem. Quære vltimũ canonẽ Apoſtolicũ, heroicos verſus ſancti Gregorij theologi, & ſyn. in Trullo canonem lxij. & ſcies quinam libri legi debent ab orthodoxis.*

Can. lxj

Si aduerſus fidelem aliqua accuſatio intẽdatur, vel fornicationis, vel adulterij, vel alicuius alius prohibitæ actionis, & cõuictus fuerit, ad clerum ne prouehatur.

BALS. *Qui fornicationis, vel adulterij, vel alicuius alius prohibitæ actionis accuſatus & conuictus ſeu condemnatus eſt, non efficitur clericus. Et nota hoc propter eos qui dicunt ex eo ſolo quòd quis accuſatus fuerit, impediri ordinationem. Ecce enim dicit canon, quòd qui conuicti ſunt non deponentur, non etiam qui ſolum accuſati fuerint.*

Can. lxij

Si quis clericus propter metum humanum, vel Iudæi, vel Græci, vel hæretici, negauerit: ſi quidẽ nomẽ Chriſti, eiiciatur: ſi autem nomen clerici, deponatur. Pœnitẽtiam autem agens, vt laicus recipiatur.

BALS. *Ius quoque ciuile ei dat veniam, qui vi vel metu aliquid facere adactus eſt. Sed ius eccleſiaſticum vult omnes orthodoxos eſſe fidei confeſſores. Si ergo propter metum pœna negauerit aliquis nomen Chriſti, non ſolum deponetur, ſed etiam tanquam membrum putridum, ex pulchro eccleſiæ corpore abſcindetur: ſinautem ſe eſſe clericum negauerit, deponetur. ſed & qui in vtroque egit pure pœnitentiam, vt laicus admittetur. Nota ex hoc quòd qui tonſuræ ſignaculum ſeu characterem acceperunt, & deinde in lectorum ordine conſtituti ſunt, ſi ſacras veſtes prætecerint, & inter laicorũ conuerſati fuerint, non poſſunt quidquã tanquã lectores agere, ſi rurſus ad clerici habitũ redierint, vel etiam monachi facti fuerint, ſed vt laici vitam agent. Si enim qui propter metum clericatum ſuum negauit, deponitur, & tanquam laicus ſolum poſt pœnitentiam admittitur: multo magis qui talem ſua ſponte abnegationem admiſit, & ſanctum amictum illuſit, dignus prioris ordine non cenſebitur.*

Si quis

Si quis episcopus, vel presbyter, vel diaconus, vel omnino ex sacerdotali catalogo, comederit carnes in sanguine animæ ipsorum, vel quid à feris captum, vel morticinum, deponatur. hoc enim lex prohibuit: si autem sit laicus, deponatur. Can. lxiij

BALS. *Illud, Ne comedatis carnes in sanguine animæ suæ, in libro Geneseos constitutum est. Hæc autem sunt suffocata & morticina. Sed nec à fera captum, vel morticinum licet comedere. Qui autem præter hæc facit, si est quidem clericus deponatur. si verò sit laicus, segregetur. Quæ autem à venatoribus avibus vel canibus capiuntur, & suffocantur, quomodo ab aliquibus comeduntur nescio. Nota ergo canonem, propter Latinos, qui suffocata indiscrimmatim comedunt.*

Si quis clericus vel laicus in Iudæorum vel hæreticorũ synagogam ingressus sit ad orandum, deponatur & segregetur. Can. lxiiij

BALS. *In xlv. canone Apostolico à nobis interpretatum est, quomodo intelligitur illud, Vnà cum hæretico orare. Hic autem canon constituit, vt qui in Iudæorum vel hæreticorũ synagoga orauerit, si sit quidem clericus, deponatur: si verò laicus, segregetur. Ita enim pœnam dixerat, quòd nec posset deponi laicus. Si autem deponi & segregari dixerit clericum qui hæc facit, minimè aberrauerit. Lege & xj can. syn. in Trullo, qui decernit vt omnes Christiani nomen sortiti & sacrati & laici, à Iudæis longè sint remoti. & nec vsque ad medicinam, vel vllam aliam causam, cum eis communicent, vel hi quidem deponantur, illi verò segregentur.*

Si quis clericus in pugna pulsatum aliquem vno ictu occiderit, deponatur propter suam procliuitatem & temeritatem. Can. lxv

BALS. *Sacrorum Mysteriorum ministri iussi sunt iram comprimere, sicut ex xxvij. canone Apostolico declaratur. Hic autem decernit canon, vt deponatur clericus qui ab ira victus fuerit, & tempore concertationis aliquem percussum occiderit. Perinde autem ac si dixisset quispiam, non debere eum deponi, si ab vna pulsatione vulnere accepto mortuus sit, quòd non fuerit cædes voluntaria, infert canon cum etiam deponi oportere qui vno ictu interfecerit. Et dicet si etiam sancti Basilij canones clericum, qui quomodocunque interfecerit, deponi iubent. Lege etiã librum lx. tit. xxxix. cap. primum, decretum tertium & cap. v. decretum secũdum & cap. x. & cap. xxvj. lx. iij. præsentis operis. Illic enim sitæ sunt dictæ leges. Similiter lege & sancti Basilii can. vij. xj. xiij. liij. lv. lvj. lvij & ea magis considera quæ ad animam pertinent. Animæ enim vulnera magis ecclesiastico quàm ciuili auxilio indigent.*

Si quis clericus inuentus fuerit die dominico ieiunare, vel sabbato, præterquam vno solo, deponatur: si autem laicus, segregetur. Can. lxvj

BALS. *Sabbato non ieiunamus, ne Iudæos imitari videamur & die dominicũ celebramus propter Domini & seruatoris nostri Iesu Christi, quæ est in vniuerso mũdo, lætitiam, & resurrectionem: quoniã, illud quidẽ, mũdi opificij est monimentũ: hæc verò, resurrectionis, vel potius reformationis. Vno autem magno sabbato, quo dominici corpus exanime in sepulchro iacebat, ieiunare iussi sumus. De eo enim dicit dominus: Quando ablatus ab eis fuerit sponsus, tunc ieiunabũt. Qui ergo præter hæc facit, si est quidẽ clericus, deponatur: si autẽ laicus, segregetur. Excipe autẽ mihi diuinos patres, qui propter exercitationem nonnunquam ieiunant etiam hu diebus. hi enim non condemnabũtur. Quare etiã lj. & liij. can. sanctorum Apostolorum.*

Si quis virginem non despõsam vi allata habet, segregetur: ei autem aliam accipere non liceat: sed illam retinere quã elegit, etiam si pauper sit. Can. lxvij

BALS. *Qui virgini non desponsæ vim attulit, sic punitur. sed qui desponsæ vim attulit, vt adulter punitur. lege & lxxxij. can. vj. syn. De eo autem, quòd qui vim attulit, eam quam violauit habeat, etiam si sit pauper, & aliam non accipiat, idque cum lex dicat in libro lx. tit. xxxvij. iussi. lxxj. Qui puellæ vim affert, & eam corrũpit, ei nares abscindantur, & dat ei etiam tertiã partem suarũ facultatũ: videtur ergo hic quoque canõ intelligi cõuenienter in capite xxxvij tit. lx. libri, decernẽs eũ qui cũ cõsimente muliere rẽ habet, eã in matrimonij societatẽ accipere: & propter vim quidẽ, segregari eũ qui peccauit, propter virginu autẽ salutẽ, cogi ipsũ ei legitime copulari: lege & præfẽtu operis tit. ix. iussi. xxx. & quæ in eo sunt, & libri imp. lx. tit. lviij. iussi. iij. dicẽtẽ: Ne nubat rapta ei qui eã rapuit. sed si tali matrimonij copulæ cõsenserint eius parẽtes, exterminãtur. Et ne cõtrarie*

existimauerit. Aliter enim punitur qui puellam rapuit, aliter qui vi virgini vitium attulit. Et raptus quidem propter eius qui rapuit impudentiam non condonatur. Ter vim autem fuprattio, si ab ea cui vi allata est, suscipiatur, remittitur. Sed qui illius voluntate cum virgine congressus est, aliò modo punitur. Ait enim lex in libro lx. tit. xxx vij. cap. lxxx. Qui cum virgine puella coit, illius quidem voluntate, parentibus autem ignorantibus, recognita, si eam quidem in vxorem habere voluerit, & parentes consentiant, fiat contractus. Si autem vna pars parentum, id est vtriusque persona, non velit, si dives quidem est qui vitium attulit, violatæ puellæ det vnam auri libram. Sin autem sit egẽtior, suarum facultatum dimidium. sed si in extrema sit paupertate, verberatus & tonsus exterminetur.

Can. lxviij Si quis episcopus, vel presbyter, vel diaconus secundam ordinationem ab alio susceperit, deponatur & ipse, & qui ordinauit, nisi vtique constiterit quòd ab hæreticis ordinationem habeat. Qui enim ab eis baptizati, vel ordinati sunt, vt fideles vel clerici sint fieri non potest.

Can. lxix Si quis episcopus, vel presbyter, vel diaconus, vel lector, vel cantor, sanctam Paschæ quadragesimã non ieiunat, vel quartum diem, vel parasceuen, præterquam si propter imbecillitatem corporalem impediatur, deponatur. si sit autem laicus, segregetur.

BALS. *Quadragesimale Paschæ ieiunium, primum quidem à Domino traditum est, qui tot diebus ieiunauit. Deinde per præsentem canonem à sanctis apostolis. Dicit enim, Si quis fidelium non ieiunat in sancta quadragesima Paschæ & in omni quarto die, & parasceue (nam & in iis similiter ac in quadragesima aridis vescimur) si est quidem clericus, deponatur: si verò laicus, segregetur. Excipe mihi eos qui agrotant. Hi enim si per pisces ieiunium seruant, eis venia datur. Ter carnem autem non soluet qui quemcunque quartum diem, & parasceuen, exceptis paschalibus, & aliis concessis, etiam si extremum spiritum agat. Similiter excipe mihi & ex quadragesima, sabbata, & dies dominicos. Nam & in his etiam ieiunium soluimus, vt vult Apostolicus canon. lxvj. Similiter excipe mihi quartos dies, & parasceuas quæ sunt ante τὰ Χριστούγεννα, τὰ ἅγια θεοφάνεια & hebdomadem τῆς διακαινησίμου. In iis enim soluimus, quia ieiunat Ann enij propter Nincuitas: in eo qui est ante Χριστούγεννα & in eo qui est ante θεοφάνεια, hæretici Tetradita magnum ieiunium obseruant. Hebdomas autem τῆς διακαινησίμου, tam quam ipse magnus dominicus dies reputatur. Propterea enim, & matutina resurrectionis euangelia eo die leguntur. Cùm autem solutionem audis, ne dicas eam quæ fit per carnem: propter corporalem enim imbecillitatem non permittetur cuiptam, etiam si extremum agat spiritum, in magna quadragesima carnibus vesci. Vidimus enim hoc diuersis temporibus synodicè petitum esse, & non esse concessum. Nota & ex hoc præsenti canone vnum esse ieiunium quadragesimale, quod est in festo paschæ. Si enim essent & alia, eorum canon quoque meminisset. Sed & si in alia ieiunij diebus, scilicet sanctorum apostolorum, dormitionis sanctissimæ deiparæ, & natalis Iesu Christi ieiunauerimus, pudore non afficiemur lege & quæ à nobis scripta sunt in Interrogationem synodalium factarum responsionum in diebus Patriarchæ Domini Nicolai.*

Can. lxx Si quis episcopus, vel presbyter, vel diaconus, vel omnino ex clericorum catalogo, ieiunat cum Iudæis, vel cum ipsis festos dies agit, vel ab ipsis festi xenia accipit, vt verbi gratia azyma, vel quid tale, deponatur. Si verò sit laicus, segregetur.

BALS. *Ne dixeris autem eos Iudaizare, tanquam idem cum Iudæis sentiãt omnino enim non depositioni vel segregationi solum subiicientur, sed etiam absolutæ & omni ex parte perfectæ excommunicationi, vt iubet xxix. canon Laodic. syn. sed dic hos quidem recte sentire & orthodoxos esse, sed ecclesiasticarum traditionum contemptores, & indiscriminatim viuentes & ideo ipsos mitius, vt qui offendiculum generent, puniri. Propterea & nos qui Iudæis aliisque hæreticis contraria & sentimus & agimus, soluimus citra dubitationem, quando illi ieiunant, forte propter minas Ninive, vel alias quæ eis videntur causas. Ac ex hoc quidem quòd deponuntur vel segregantur ij qui ex Iudæis festorum xenia accipiunt azyma, & cætera, dicunt multi eos argui qui per azyma mysticum*

mysticum sacrificium faciunt. si enim simpliciter azymum comesse, Iudaici festi depositionem & segregationē inducit, eorum tanquā domaices corporis esse participes, & similiter ac illi pascha facere, quam nō habebit condēnationē sine animaduersionē? Nota ergo canonē, & quare Carth. Syn. can. lx.

Si quis Christianus oleum deferat in tēplum gentium, vel in synagogam Iudæorum, in eorum festis, vel lucernam accēdit, segregetur. *Can. lxxj*

Si quis clericus vel laicus à sancta ecclesia ceram vel oleum auferat, segregetur. *Can. lxxij*

BALS. *Auferre, non de furto intelligo (qui enim è sacro furatur, vt sacrilegus punitur) sed ipsum solum auferre, & quod deo dicatum est commune facere, punitur, etiam si imperij dominium in templo habeat, etsi etiā sit minister.*

Vas aureum, vel argenteum, vel velum sanctificatum nemo amplius in suum vsum conuertat. hoc fit enim præter ius & contra leges. Si quis autem deprehensus fuerit, multetur. *Can. lxxiij*

BALS. *Quæcunque supellex deo fuerit dedicata, eam communem ac prophanā fieri vetat. Veli autem seu σόνις nomine, quicquid est textile significatur. Achaz autem ille, cum linguā auream ex aureo spolio deo quidem voto ac promissu, sed nondum consecratis, sibi vt propriam attribuisset, *generatim ab omnibus, lapidibus obrutus est. lege & x. can. j & ij. synodi quæ fuit in templo Apostolorum.* *κατ' ἐξοχὴν

Episcopum à viris fide dignis ob aliquid accusatum, ipsum ab episcopis vocari necesse est. & si se quidem stiterit, & confessus, vel conuictus sit, statuatur pœna. Si autem vocatus non parueriit, secundo etiā vocetur, missis ad ipsum episcopis duobus. Si autem etiam sic nō obedierit, vocetur & tertio, duobus ad eum rursus missis episcopis. Si autem vel sic aspernans & contumax non stiterit, synodus ea quæ videntur aduersus eū pronunciet, ne lucrifacere videatur *dum iudiciū subterfugit. *Can. lxxiiij* *φυγοδικῶν

BALS. *Quinam possint episcopos & clericos accusare, & quinam aduersus eos testimonium ferant, lege præsentis operis tit. ix. cap. j. & quæ in eo sunt, & cap. ij & quæ sunt in ipso. Præsens autem canon statuit accusatum episcopum vt ei crimen intendatur, legitimè ab episcopis accersi: eū enim absentem condemnari iniquum visum est, & præsentem quidem, & vel ex non refellendis probationibus, vel ex propria confessione, in iudicio cōuictū, canonicè multari. Si autē nō accesserit, a duobus rursus episcopis vocari. Atqui & tertio quoque, vt si ne sic quidē stiterit, synodus aduersus eum pronunciet, etiam si pars vna tantum adsit, ea quæ sibi videbuntur: ne contem ptor, inquit, seu cōtumax, ex impudenti dilatione lucretur. Hæc cùm decernat canon, sæpe quæsitum est, an per præsentem canonem Synodo permissum sit, inobedientem ac contumacem episcopum depositioni subiicere. Dixerunt autem aliqui, *a misericordia nimis alienum esse, vt ob inobedientiam siue contumaciam deponatur episcopus. Si enim ea esset, inquiunt, Apostolorum sententia vt deponeretur episcopus, depositionis in hoc canone meminissent. Alij autem dixerunt, quòd ex proximè edita sanctī Basilij nouella, quicunque u sit aduersus quem actio intenditur, si in iudicium vocetur, & post tres quidem scriptis mandatas denunciationes accersitus, & non veniens, condemnatur vel vna tantum parte præsente. Si ergo etiam episcopus cum datione libelli ac scripti legitimè accusatus fuerit, & in ius vocatus, primum quidem per citationes seu denunciationes, deinde etiam per tria scripta mandata edicta, & se iudicio non obtulerit, damnabitur vel vna tantum parte præsente, & deponetur. Hìc ergo vocari, legitimè intelligitur, scilicet per xxx. dierū edicta, & non vt nonnulli dixerunt, per paucorum dierum scripta mandatas denunciationes. Hoc autem alio modo dictum est in tribunali imperiali. & magis in causa episcopi Besanæ. & iudicatum est per tria legitima edicta debere vocari episcopum, aduersus quem actio intenditur, & ita propter contumaciam cōdemnari.* *ἀπὸ μισανθρωπίας

Condemnari itaque contumacem episcopum, vt vult nouella illustris Imp. Emanuelis Comneni, est extra omnem controuersiam. Ita enim iudicatum est etiam apud tribunal Imperatorium. Cum duobus autem antistitibus, & non vllo alio modo vocationem eius fieri, non est iuris, nec ea est huius canonis sententia. Quando enim scriptus est, nec iudicibus nec patriarchalibus notarius per se fidem haberi in vsu erat. Hodie autem cùm eu per se maior & amplior fides habeatur, necessario & quæ à patriarchalibus notarius vel iudicibus edicta fiunt, nec reprobari, nec refelli poterũt. Recte ergo condemnabitur qui per ea vocatus fuerit, & in iudicio non steterit, cùm edicta non ex eo labefactentur quòd non fiant ab Antistitibus.

Can. lxxv

In testimonium aduersus episcopum hæreticus ne admittatur: sed nec vnus solus fidelis. In ore enim duorum vel triũ stabit omne verbum.

Vide tit. viij. huius operis cap. ij

BALS. Hoc quod hic dicitur, si summum ius accuratè spectetur, non indistinctè verum est. Si est enim causa pecuniaria, & vsque ad libram vnam, duo testes, fide digni, bonæ existimationis, aduersus episcopum iurati testificantes sufficiant. Si autem vsque ad L. libras, tres. Si autem vltra hæc, quinque. Si autem non est pecuniaria causa, sed criminalis, per quinque fide dignos testes & iurãtes, qui sunt & ipsi bonæ famæ aduersus episcopum accusatio probatur. Et de hoc lege Iust. lib. xxj. Imp. constit. qui hæc huiusmodi multa docet.

Can. lxxvj

Quod nõ oportet episcopũ fratri, vel filio, vel alij cognato gratificantem, humana affectione* ad episcopatus dignitatem quem vult eligere. Episcopatus enim hæredes facere iustũ non est, ea que dei sunt largientem. Si quis autem hoc fecerit, irrita quidem electio maneat, ipse autem segregatione multetur.

* οὐ γὰρ ἔξεστιν ἀνθρωπίνῃ διαθέσει τὸν θεῖον ἀποκληρῶσαι θρόνον. Haloandri exẽplar hoc nõ habet

BALS. Præsens quidem canon statuit non licere episcopo cognatum loco suo in episcopatu constituere, nec spiritum gratiam vt humanam aliquã hæreditatem transmittere. Infirmat autem & irritam decernit huiusmodi electionem, & etiam episcopum segregat. Tu autem dic, quòd etiam si nõ ad suum cognatum episcopus episcopatum transmiserit, sed ad alienũ, idem erit. Episcopos enim à Synodo fieri decretum est. Et ideo etiam vita functus ille verbis Philippi Metropolitanus maximus, suam metropolim sub hac conditione renuncians, si ius œconomum verbis Philippi Metropolitanum pro se ipso sancta Synodus constitueret, nõ est exauditus. sed audiit quòd si res, quas post electionem ex ecclesiæ redditibus acquirit, non potest dare, vel ad quos vult transmittere, multo magis episcopatum. Lege Carth. Syn. can. xxxij. & Antioch. syn. can. xxiij. dicentes non licere episcopo, etiam si moriatur, alium pro se episcopum constituere.

Can. lxxvij

Si quis vel oculo orbatus, vel femore oblæsus, episcopatu autem dignus sit, fiat. non enim corporis damnum eũ polluit, sed animæ inquinatio.

BALS. Antiqua quidem lege nullus vlla corporis parte mutilatus ad sacerdotium promouebatur. multo magis autem si post sacerdotium ex morbo vel casu aliquo læsus ac mutilatus esset, à sacrificio cessabat. Diuini autem Apostoli, eos quidem, qui quominus quæ sunt sacerdotij exequantur, impediti sunt, non admitti statuerunt: eos autem qui possunt, etiam si vno oculo careant, & claudi sint, qui eligantur dignos haberi iussere. Animam enim puram & integram omnes habere volunt, non autem corpus. Nunquid autem si post sacerdotium fiat aliquis surdus, vel cæcus, vel aliquo alio corporis vitio affectus, & non possit sacerdotalia exequi, sacerdotio mouebitur veteris legis institutor?

* ἀκρωτηρίῳ

SOL. Nequaquam. est enim* à commiseratione disiunctum, & à recto Apostolico iudicio alienum, vt qui misericordia potius dignus sit, propter id quod ei accidit indignus iudicetur. Ac multi quidem antistites, & sacerdotes, & diaconi excæcati, & alioqui extremo morbo affecti, & in summa imbecillitatem adducti, & qui nec sacerdotale quidpiam agere poterant, ad eorum vsque vitæ finẽ non moti sunt. Iam verò lex quoque dicit in lib. ix. tit. j. cap. iiij. excæcatus autẽ etiã iudex esse potest, & senatu nõ mouetur, nouũ autẽ magistratũ nõ suscipit: sed quẽ ante morbũ habebat, habere perseuerat.

Can. lxxviij Haloander legit σιδηροῦν non μωμοσκοπούμενος.

Qui autem est surdus & cæcus, ne sit episcopus, non vt pollutus, sed ne ecclesiastica impediantur.

Can. lxxix

Si quis dæmonem habeat, ne fiat clericus, sed neque cũ fidelibus precetur. Purgatus autem recipiatur, & si sit dignus fiat.

BALS.

BALS. Tertius canon Patriarchæ Alexandrini Timothei dicit, Si sit fidelis dæmone percitus, debet esse sanctorum mysteriorum particeps: & præsenti canoni non aduersatur. Ille enim de his loquitur, qui per dilucida interualla furore corripiuntur, & sciunt eo tẽpore quo resipuerunt, diuinorũ sacramentorũ mysterium. præsens autẽ canõ de eo loquitur, qui est perpetuo furiosus. Si autẽ etiã de eo qui per dilucida furit interualla, canonẽ loqui dixeris, nec sic quidẽ vllum tibi erit impedimentum. Neque enim concedetur ei qui per dilucida interualla furore corripitur, in clerum cooptari, ne sacerdotium furoris tempore contumelia afficiatur, * probrisque & blasphemiis diuina appetantur.

*βλασφημῶσι

Eum qui ex vita gentili accesserit & baptizatus fuerit, vel ex improba viuendi ratione, non est æquum protinus episcopum fieri. Iniquum est enim, vt qui sui nondum experientiam ostenderit, sit aliorum magister, nisi forte hoc diuina gratia fiat. Can. lxxx.

BALS. Scire debes ex x. can Sardic. Syn & xvii. can. Syn habitæ in æde sanctorum Apostolorum, quæ prima & secunda dicitur, quòd neque fidelis laicus illuc ad episcopalem dignitatem prouehitur, nisi præstituta tempora per alios gradus impleuerit. Si autem fidelis laicus non aliter fit episcopus, multo magis nec ad episcopatum prouehetur qui recens est illuminatus, nisi præstitutos gradus peruaserit tempore sufficiente: nec ei docere permittetur, nisi prius fuerit edoctus mysterium. oportet ergo eum sufficienti tempore probari, & si dignus forte inuentus fuerit, prouehi. Quare & secundum can. primæ Syn. quæ eum deponi statuit qui præter hæc fecerit. Iam verò & magnus Paulus non inuenem prohibet, id est νέον, fieri episcopum, sed recens plantatum, quod vocat νεόφυτον. Illud autem, nisi hoc forte diuina gratia fiat, de reuelatione dicit intellige. Apostolo enim Ananiæ reuelatum est de magno Paulo, eum esse vas electionis.

Diximus non oportere episcopum vel presbyterum seipsum ad publicas administrationes demittere, sed in ecclesiasticis negociis versari. Vel ergo ita facere persuadeatur, vel deponatur. Can. lxxxi.

BALS. Sextus canon Apostolicus sacris initiatos indistinctè deponi iubet, qui mũdanas in se curas suscipiunt. Præsens autem canon in eos paulo clementius animaduertit. Dicit enim, Vel cessent, vel deponãtur. Trahe ergo canonas in vnam intelligẽtiam ad id quod est humanius, & dic etiam vi. can hui. conuenienter intelligi. Quare & xvi. can. Carth. Syn. & quartum quarta.

Seruos in clerum prouehi sine voluntate dominorum non permittimus ad eorum qui possident molestiã. *Domorum enim euersionem talia efficiũt. Si quando autem etiam dignus seruus visus sit qui ad gradum eligatur, qualis noster quoque Onesimus visus est, & domini concesserint ac liberauerint, & ædibus emiserint, fiat. Can. lxxxii.

*οἴκων αἱρέσεως γὰρ ἐνεργάζονται, nõ habet Haloandri exẽplar, qui quidẽ αἵρεσις vertit redhibitionem, nescio qua ratione motus.

BALS. De seruis qui in clerum cooptantur, lege xxxvi cap. primi tit. præsentis operis. Hic autem canon nolens nostris fratribus aliquid a nobis offendiculi afferri, non permittit vt alienus seruus in clerum promoueatur, etiam si sit prudentissimus & dignus, nisi dominus ei rei consenserit, & eum prius libertate dignum existimauerit. Ad exemplum autẽ scriptum est & quod factũ est in Onesimo. Scriptum est enim quòd hunc Onesimum Philemonis seruum magnus Paulus ad Philemonem remisit, etiam si ei visus esset ad ministerium vtilissimus, dicens, non esse iustum eum sine Philemonis voluntate in fidei prædicatione seruire. Quare nec libertas, nec sacerdotiũ, nec aliquid aliud Dominum ignorantem à serui sui dominio abalienant. Et lex quæ statuit aduersus libertatem nõ dari restitutionem, de hu non intelligitur, sed de seruo liberato voluntate imperfecti Domini.

Episcopus, vel presbyter, vel diaconus, exercitui vacans, & vtraque obtinere volens, Romanum scilicet magistratum, & sacerdotalem administrationem, deponatur. Quæ sunt enim Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo. Ca. lxxxiii

BALS. *Præsentes duo canones xxix. & xxx. non solum deponunt, sed etiam à communione abscindunt, seu segregant eos qui per pecunias, Episcopi, vel Presbyteri, vel Diaconi fiunt, & eos qui per principum potentiam creantur Episcopi. Sancti enim spiritus, inquit, gratia non est venalis. Porrò autem sancti quoque Tarasij Patriarchæ Constantinopolitani Epistola ad papam Adrianum, dicit esse tolerabiliorem hæreticum Macedonium, qui sanctum spiritum seruire impie & blasphemè dixit, eo qui pecuniis emit vel venait sancti spiritus gratiam. Qui enim vendit, vendit tanquam dominus: & qui emit, tanquam dominus argentum soluit. Sāctissimi quoque Patriarchæ Gennadij, quæ passim legitur, epistola, eos quoque anathemati subiecit, dicens: Sit itaque & est abdicatus, & ab omni sacerdotali dignitate & ministerio alienus, & anathematis execrationi subiectus tam qui vēdit quàm qui emit sancti spiritus gratiam, siue sit Clericus, siue laicus. Quæsierit autē quispiam, cum xxx. can solius Episcopi meminerit, similiter autem & xxix. Diaconorū tantum, non etiam lectorum mentionem fecerit, si aliquis presbyter, vel diaconus, vel subdiaconus, vel lector, principis aut Magistratus potentia fiat, vel subdiaconus, aut lector datis pecuniis constituatur, quid debet fieri. SOL. Hi quoque deponentur & segregabuntur ex fine præsentis xxx. canonis, qui dicit, non solum primos auctores malorum deponi, & segregari, sed eos etiam qui illis communicant. Porrò autem Gennadij etiam epistola, vt dictum est, non solum sacratos, sed & laicos, qui tale quid fecerūt anathemati subiecit. lege etiam secundum can. Syn. Chalced. & v. cap. primi tit. præsentis operis, & quæ sunt in eo.*

Can. xxxj. Si quis Presbyter, contempto proprio Episcopo, seorsum congregationem fecerit, & alterum altare fixerit, Episcopo suo in religione ac iustitia nulla in re à se condemnato, deponatur, vt imperium obtinendi cupidus. est enim tyrānus. Similiter & reliqui clerici, & quotquot ei accesserunt. Laici autem segregentur, eáque post vnam alterámque ac tertiam admonitionem fiant.

BALS. *Nota præsentem Apostolicum canonem, qui decernit posse Clericos impune à suis Episcopis discedere, si eos vt impie vel iniuste se gerentes condemnent, & hoc est nouum in iniustitia: alioqui enim etsi sit pessimis moribus, non debet à suo episcopo abscedere vel a sacerdote, sed potius credere se per peccatorem Sacerdotem & Episcopum sanctificari. Omnes enim, inquit, Deus, non eligit, sed per omnes operatur. lege & sancti Chrysostomi interpretationem epistolæ ad Timotheum, & xiij. can. Syn. quæ habita est in Templo sanctorū Apostolorū. ALIA interp. Et sacrati & laici vniuscuiusque Ciuitatis debēt subesse episcopo Ciuitatis, & cum eo congregari, & in Ecclesia versari, nisi illū vt impium vel iniustum condemnarint. tunc enim si ab eo recesserint, eis non imputabitur. Qui autem præter hæc fecerit, & sine ratione à proprio episcopo abscesserit, & separatim in Ecclesia fuerit, si est qui dem Clericus, deponitur vt Imperij cupidus: si autem Laicus, segregabitur. Sed can. quidem hæc esse facienda decernit, post primam, secūdam, & tertiam admonitionem. lege etiam vj. can. Syn. Gangr. & x. Carth. Hoc canone, & reliquis qui cadē decernūt, freti Metropolitani & Episcopi, murmurant aduersus eos qui quærunt vt cruces Patriarchales in suis regionibus figantur, & ideo sæpe quoque nonnulli imperatorū & Patriarchæ aures obtuderunt, quærentes vt Patriarchalium affigendarum crucium datio auferretur, vt pote quòd qui ea quærerent, & de his ad Vniuersalem Patriarcham referrent, eorum nullam rationem haberent. Sed non sunt exauditi: & cum postularent proferri canones, qui crucium eiusmodi figendarum concessionem permitterent, sanctissima ecclesiæ pars eorum instantiam reiecit per longam non scriptam ecclesiasticam consuetudinem, quæ pro canonibus seruata est tanto tēpore quanti memoria haberi non potest, & in hodiernum vsque diem. Sciat autē, quòd post præsentis canonis interpretationem, cum aliquot Antistites conuenissent, qui æquiferebant sibi missas fuisse à Patriarchis * Crucium fixiones, tanquam id præter canones factum esset in suis diœcesibus, animaduerti hac iure & canonicè fieri, & Episcopos hac fieri frustra queri. Adiuncti enim canonibus nec Metropolitano, nec Archiepiscopo, nec Episcopo data est regio: sed quinque Patriarchis distributæ sunt regiones totius orbis terrarum: & ideo ab omnibus qui sunt in ipsis, nomina ad eos referuntur, & hoc clarum est ex vj. & vij. canone primæ Synodi, & ij. & iij. canon secundæ Syn. qui decernunt, vt Alexandrinus habeat prouinciam omnem, Ægyptum, Libyam, & Pentapolim: Antiochenus cœlen Syriam, Mesopotamiam, & Ciliciam. & reliqui Patriarchæ alias diœceses, vt hus canonibus comprehenditur. Cùm autem ipsi eos Antistites, qui earum curam gerunt, iudicent, & canonicè corrigant, iure etiam dabunt ius figendi cruces in earum ciuitatibus, & Parochiis earū quoque clericos impune sibi proprios efficiant, quoties voluerint. Cùm autem hæc ita se habeāt, nulli Patriarchæ licebit in alterius Patriarchæ prouinciam mittere iura figendi crucem, nec eius clericum abducere, ne confundantur iura ecclesiarum.*

* σταυρούς

Si quis Presbyter vel Diaconus ab Episcopo sit segregatus, non liceat alij eum suscipere quàm qui ipsum segregauit: post eius qui segregauit mortem, soluere non est permissum. Can. xxxii.

Nullus externorũ episcoporũ, vel presbyterorum, vel diaconorum, sine cõmendatitiis recipiatur, iisque afferentibus, examinẽtur. Sin minus, iis quæ sunt necessaria, aliis exhibitis, ad communionem ne admittãtur. Multa enim per surreptionem fiunt. Ca. xxxiii.

BALS. *Alia quæ sunt in præsenti canone, sunt in aliis canonibus exposita. Quomodo autem qui est segregatus, à segregatione absoluitur post mortem Episcopi qui eum segregauit, nunc accipe, & dic quòd postquam è viuis excessit qui eum segregauit: vel qui succedit Episcopus, segregationem soluit vel is Antistes qui defunctum præfecit, Patriarcha scilicet, vel Metropolitanus sed non nisi post examinationem. Alterius autem parochiæ Episcopo segregatur. Sine literis commendatitijs non admitti externos Episcopos, Presbyteros, vel Diaconos antea didicimus. Nunc autem definit canon, eos qui commendatitias literas afferunt, de pietate ac religione debere examinari: & si rectè de fide sentiant, ad communionem admitti: sin secus, vt dubios ac suspectos recusari: alioqui enim aut non oportere eos frustrari definitum est. Et hæc quidem præsens canon. Alius autem canonibus cauetur, vt licet commendatitias literas habeant, & de fide rectè sentiant, dimissorias tamen literas suorum Episcoporum ostendere oportere alioqui sacris non operaturos. Per commendatitias enim literas eos esse sacratos probatur. Licere autem iis in aliena terra sacrificare, non ex iis sed ex dimissoriis literis ostenditur. Et ideo, vt est consentaneum, præsens canon solius communionis meminit, non autem ministerij, vt pote cùm ij qui literas commendatitias habeant, in externa ecclesia versari non prohibeantur.*

Episcopos vniuscuiusque gentis nosse oportet eum qui in eis est primus, & existimare vt caput: & nihil facere *quod sit arduum aut magni momenti præter illius sententiã: illa autem facere vnumquenque quæ ad suam Parochiam pertinent, & pagos qui ei subsunt: sed nec ille absque omnium sententia aliquid agat. Sic enim erit cõcordia, & glorificabitur Deus per Dominum Iesum Christum. Ca. xxxiiii. *meõ

BALS. *Ordo omnia continet & cælestia & terrestria. Vnde & præsens canõ decernit eos qui ordinant, debere honorari ab eu qui sunt ordinati. Hi enim sunt primi & capita ipsorum, & ideo communis sententia constitutum est, vt quæ vltra illa quæ ad vniuscuiusque administrationem pertinent, & ad ecclesiasticam constitutionem spectant, & ardua & magni momenti reputantur, ne fiant absque sententia primorum. Atque ipsi etiam primo absque episcoporum sententia non licet aliquid facere. Sic enim, inquit, quæ est ex Deo dilectio & concordia inter eos conseruabitur. Et hæc quidem est canonis interpretatio. Quod autem ad illa ardua & quæ sunt magni momẽti attinet, dic, verbi gratia, quòd multæ ciuitates propter gentium incursionem absque Episcopo manentes, œconomica ratione alijs ciuitatibus attribuuntur. Si ergo primas sub quo hæ sunt, sine sententia eorum qui sunt ministerij coadiutores, hanc attributionem fecerit, reprehendetur. Eiusmodi enim sunt ardua ac difficilia: non posse autem primum quidquam facere sine sententia episcoporum, ne dixeris esse intelligenda de omnibus, sed de iis quæ sunt ardua. Si enim hoc dixeris, is qui ordinat et qui ordinatur subierit, cùm is qui ordinat omnino prohibeatur absque sententia eorum qui ei subsunt aliquid agere: illi verò primi præsentia ad ardua tantum opus habeant, quod est absurdum.*

Episcopus ne audeat extra suos fines facere ordinationes in vrbibus & pagis nõ eis subiectis: si autem hoc feciſſe conuictus fuerit, præter eorum sententiam qui tenent pagos illos vel ciuitatem, deponatur & ipse, & ij quos ordinauit. Can. xxxv.

eddere rationem rerum episcopatus. Sed tanquam intuente, inquit, deo ea administrent prout eis visum fuerit. Perinde autem ac si dixisset quispiam, Si hoc datum fuerit, tedet episcopus ea quæ sunt ecclesiæ, & ea suis cognatis elargiendo dissipabit subiunxit canon, non licere episcopo ea ad gratiam dare suis cognatis, vel vendere: ex redditibus tamē ecclesiæ posse eum quæ sunt necessaria anferre, & cognatis suis, si sint pauperes, quæ sunt ad vitam necessaria suppeditare visum est. CXX. autem Iustiniani Nouella, seu tertium decretum primi tituli v. libri Imp hæc dicit præcise: Oeconomis autem administratoribus, & chartulariis sacrosanctarum domorum quæ vbique sunt, & eorum parentibus, & filiis, & aliis vel genere vel affinitatis iure coniunctis, locationes, vel emphyteuses, vel emptiones, vel hypothecas rerum immobilium, quæ ad eas sacrosanctas domos pertinent, subire vel per se vel per interpositas personas, sicut & iis qui sunt in imp. ciuitate, iisdem pœnis prohibemus. Si vis autem scire quæ sunt pœnæ, quære v. decretum eiusdem tit. & libri, quod ea persequitur, & hæc aperte infert. Scientibus ipsis quòd si tale quid factum fuerit, hoc quoque erit irritum, & omnes eorum facultates & eorū qui accipiūt, & œconomorū & chartulariorum, & administratorum, quibus dicto modo coniunguntur, ad sacrosanctam domum, ex qua rem acceperunt, post eorum mortem redire iubemus. Dic ergo ex canone & ex Nouella colligens, quòd nō solum alienatum, sed nec vllo alio modo licet episcopo, vel œconomo, vel vlli ex prius enumeratis in cognatos transferre ecclesiarum vel sacrosanctarum domorum immobilia.

Presbyteri & diaconi sine sententia episcopi nihil perficiant: ipse enim est cuius fidei populus est creditus, & à quo pro animabus ratio exigetur. *Can. xxxix*

BALS. *Non oportere presbyteros & diaconos sine sententia episcopi quidquam agere, ne dixerim esse vniuersale, sed dixerit non licere eis aliquid facere, quod ad episcopum pertineat, absque eius sententia, sicut locare immobilia, reddituſ importare, pœnas imponere, & alia eiusmodi. Administratio enim, inquit, rerum episcopalium, & animæ populi episcopo creditæ sunt: lege Niceni syn. secunda canon xlij.*

Manifestę sint episcopi res proprię, siquidem res habet proprias, & manifestæ res Dominicæ. Vt sit in potestate morientis episcopi, propria, quibus vult, & vt vult relinquere, & nō rerum ecclesiasticarum prætextu res episcopi intercidant, qui nonnunquam vxorem habet & liberos, vel cognatos vel famulos. Est enim iustum apud deum & homines, vt nec ecclesia damnū aliquod accipiat propter rerum episcopi ignorationem: nec episcopus, vel eius cognati ecclesiæ prætextu proscribantur, vel in negotia litesque incidant qui ad eum attinēt, & eius mortē maledictis infaustisque verbis prosequātur. *Can. xxxx. xij q. Sint manifestæ.* *Αμοιβὴ rerum legitur etiā πραγμάτων.*

BALS. *Diuini Apostoli iusto nihil præferentes, definierunt separata esse debere & non communia, ea quæ sunt episcopi propria, & quæ pertinent ad ecclesiam, vt sit in episcopi potestate quæ sua sunt pro suo arbitrio administrare, & in vita, & in vltima dispositione: & nec ecclesia damno afficiatur, prætextu debitorum episcopi, quæ emerserunt: nec eius voluntas vel in vita, vel in morte intercidat. Quamobrem constituitur, vt nisi episcopus res quæ suæ erant ante electionem declaranerit, similiter & quæ post electionem ad eum deuenerunt, nec sunt ecclesiasticæ, res omnes eius apprehendat qui succedit episcopus, & vniuersa pari ecclesiæ, & ea sibi attribuat. Omnino autem cogetur pro illius debitu respondere, nisi vtique eius facultatum endicem seu inuentarium ediderint. Tunc enim fiet, vt mihi videtur, quod dicit lex in libro xxxv. tit. xiiij. cap. cxvij. Quære & præsentis operis tit. x. cap. v. & cap. ij.*

Iubemus episcopum rerum ecclesiæ potestatem habere. Si enim preciosæ hominū animæ sunt eis credēdæ, multomagis eis sunt committendæ pecuniæ, vt in eius sit facultate omnia *Can. xxxxj xij q. Præcipimus.*

administrare,& iis qui egent per presbyteros & diaconos subministrare cum dei timore & omni religione, & etiam si sit opus in necessarium suum vsum accipere, & fratrum qui hospitio excipiuntur,ita vt ipse nullo modo egeat. Lex enim dei hoc statuit,vt qui altari ° assident,ex altari alantur,quādoquidem nec miles vnquā suo viatico aduersus hostes progreditur.

° κοινωνῶσι. Haloēdri exéplar habet ὑπηρετοῦντας.

BALS. Præsens canon interpretatus est per interpretationem xxxviij. canonis, qui eadem dicit. Hic autem adiicit debere episcopum amatorem pauperum, & largitionem in pauperes debere fieri per suos presbyteros & diaconos. Si vult se seruare ab omni suspicione immunem. lege xxiij. can. Syn. Antioch. & epistolam Cyrilli ad Dominum.

Can.xlij Dist.xxxv. Episcopus aut presbyter.

Episcopus,vel presbyter,vel diaconus, aleis & ebrietatibus vacans,vel cesset,vel deponatur.

Hypodiaconus, vel lector, vel cantor similia faciens, vel cessetvel segregetur. Itidem & laicus.

Can.xliij

BALS. Aliter puniuntur episcopi,presbyteri, & diaconi aleis & ebrietatibus vacantes, & aliter hypodiaconi,cantores,lectores, & laici. Præsentes enim canones dicunt illos quidem deponi nisi cessauerint, hos verò segregari. Quære ix.canonem Syn.in Trullo, & tit.ix.præsentis operis, cap.xxvij. & xxxv. & tit.xiij.cap.xxix.

Can.xliij

Episcopus,vel presbyter,vel diaconus,pecunias mutuo datas cum fœnore exigens,vel cessetvel deponatur.Lex antiqua dicit:Non dabis fratri tuo pecuniam ad vsuram.Consequenter ergo præsens canon dicit quidem omnem deponi episcopum,presbyterum,& diaconum fœnerantem,nisi cessauerint. Quintus autem canō syn. Carth.& xiij.primæ syn.& x.syn.in Trullo,dicunt omnem esse clericum deponendum, nisi cessauerit fœnerari.Quære etiam ix.tit.pręsentis operis,cap.xxvij.

Can. xliv

Episcopus, vel presbyter, vel diaconus, qui cum hæreticis vel solum comprecatus est,segregetur.Si autem eis tanquam clericis aliquid operari permiserit,deponatur.

BALS. Roguerit quispiam,cur Hæretici vnà cum episcopis comprecati, & etiam Presbyteri, & diaconi non deponuntur, sed solum segregantur, quemadmodum & qui cum aliquo segregato comprecati, vt vult Apostolicus canō x. SOL. Ne hic dixeris episcopum & reliquos vnà cum hæretico in templo orare. Hi enim deponentur, vt vult xlvj. canon: sicut & qui eu permisit tanquam clericu aliquid operari.sed accipe illud comprecari pro eo quod est simpliciter communicare, & in Hæretici preces mittus affectum esse.eos enim tanquam execrabiles abhorrere, non eu familiariter vti debemus. Vnde & sufficere visa est segregationis pœna.

can.xlvj

Episcopum,vel presbyterum,qui hæreticorum baptismum, vel sacrificiū admiserit,deponi iubemus. Quæ est enim conuentio Christi cum Belial?vel quæ pars est fideli cum infideli?

BALS. Præsens quidem canon eos qui hæreticorum baptismata vel sacrificia admittunt, episcopos

ſcopos vel ſacerdotes deponi iubet. Magna autem ſynodus diuerſos ſacratos, qui Irenici illius hæretici ſcripta tantum viderant, & non eis inſultauerant, nec ea deſpuerant, inſtiſſime depoſuit.

Epiſcopus vel preſbyter, eum qui verè habet baptiſmum, ſi deintegro baptizauerit, vel ſi eum qui ab impiis pollutus eſt non baptizauerit, deponatur, vt qui irrideat mortem & crucē Domini, & non diſcernat ſacerdotes à falſis ſacerdotibus. *Can. xlvij.*

BALS. *Verè baptizatur quis, quando conuenienter voci Domini ſemel baptizatus fuerit, in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti. Si quis ergo epiſcopus, vel presbyter eum qui ſic baptizatus eſt, tanquam deintegro nulla eius cura habita baptizauerit, deponetur. Similiter deponetur & qui non rebaptizauerit eos qui ab hæreticis baptizati ſunt. Id autem quod hìc quæritur eſt eiuſmodi: Quidam à Perſis forte captus eſt, & coactus eſt execrabilia eorum dogmata audire, & *immolatis veſci. Poſt captiuitatem autem confeſſus quod factum fuerat, non aliàs ad communionem admiſſus eſt ab illius regionis epiſcopo vel presbytero, quàm ſi baptiſmum quoque ſuſcepiſſet. Cum ergo qui ſic fecit, & hominē rebaptizauit, deponit canō. Dic autē & quod deinceps à canone definitur. Baptizatus eſt quiſpiam ab impio: id enim eſt pollutum eſſe: & cum vellet rurſus baptizari, & Chriſtianis communicare, ab epiſcopo ſeu presbytero non eſt admiſſus, dicente non debere eum rebaptizari, qui ſemel baptizatus eſt. Dicit ergo canon, deponi debere epiſcopum ſeu presbyterum, qui eum non baptizat, ſed eum ſuſcipit cum impuro baptiſmate.*

* μαιροφαγῶν

Si quis laicus ſua eiecta vxore aliam acceperit, vel ab alio ſolutam, ſegregetur. *Can xlviij. De cōſecra. Diſtin iiij. Si quis preſbyter.*

BALS. *Qui ſuam vxorem præter rationem eiicit, aliam accipere non poteſt, vel potius etiam ſegregabitur. & qui liberam non accepit, ſed ſolutam (eſt autem ſoluta, quæ non ex lege à ſuo marito eſt ſeparata) vt adulter contemnatur, conuenienter ei quod dixit Dominus: Et qui ſolutam duxerit, mœchatur, & ſegregatur. Quare apud canones adulteri & fornicatoru eccleſiaſtica pœna eſt ſegregatio. hoc dicunt nonnulli: ſed mihi non videtur. Et lege canones ſancti Baſilij, qui inter fornicatorem & adulterum differentiam introducunt. Scias autem, quòd vir quidem, ſi adhuc conſtante matrimonio cum aliqua muliere rem habeat, fornicationem, non adulterium committit. non ita autem ſi cum ea quæ viro coniuncta eſt. tunc enim vt adulter punitur. Mulier autem, ſi cum alio quocūque conſtante matrimonio coeat, vt adultera punitur. Et hæc quidem ita habent. Iuſtiniani autem nouella, quæ ſita eſt in libro Imp. xx viij tit. vij. dicit, quòd ante quidem poterat vterque coniunx quando volebat mittere libellum diuortij. Vir enim dicebat: Mulier habe tibi res tuas: & mulier, Vir age res tuas. Sed deinceps fit diuortium ex certis cauſis. Hæ autem in nouella quoque cauſæ ſcriptæ ſunt. Sed antiquitus quoque non fiebat libere diuortium niſi cum cognitione iudicis. Qui eam ergo vxorem duxit, quæ non ſic dimiſſa eſt, adulterauit.*

Si quis epiſcopus, vel preſbyter ex Domini ordinatione nō baptizauerit in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti, ſed in trium principij expertium, vel trium filiorum, vel trium paracletorum, deponatur. *Can. xlix*

BALS. *Epiſcopum, vel presbyterum, qui non baptizat ſecundum Domini conſtitutionem, in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti, ſed in tres principij expertes, vel tres filios, vel tres paracletos, dicit canon eſſe deponendos. erant enim quidam hæretici, qui hæc impie blaſphemēque dicebant. nos autem deitatem credentes in tribus perſonis, baptizamur in vno baptiſmate, per inuocationem patris, & filij, & ſpiritus ſancti. ideo autem epiſcoporum, & presbyterorum tantum meminit canon, eo quòd alicui alij non permittit baptizare.*

S quis epiſcōpus, vel preſbyter, nō tria vnius myſterij baptiſmata perfecerit, ſed vnum baptiſmum, qui datur in mortem *Can. l.*

domini,deponatur. Non enim dixit Dominus,In mortē meā baptizate: ſed, Ambulantes docete omnes gentes, baptizātes ipſos in nomine patris,& filij,& ſpiritus ſancti.

BALS. *Hic quoque canon eſt eiuſdem poteſtatis:ſtatuit enim per tres immerſiones peragi oportere myſterium ſacri baptiſmatis,ſcilicet in nomine patru, & filij, & ſpiritus ſancti. ſemel autē baptizare propter vnitatem deitatu, & Trinitatem perſonarum: vel propter mortem Chriſti in cruce, & eius triduanam reſurrectionem. Dicit enim etiam Apoſtolus: In mortem eius baptizati ſumus. Baptiſmata autem hic pro immerſione accipienda ſunt. cum quidem certè, qui per vnam immerſionem in mortem Domini baptizat,canon dicit deponendum, vt qui prater Domini doctrinam facit, & apertè ſit impius.*

can. ij Si quis epiſcopus,preſbyter,vel diaconus, vel omnino ex ſacerdotali numero,à nuptiis,carnibus,& vino,non propter exercitationem,ſed propter abhominationem abſtinet, oblitus quòd omnia valde bona,& quòd maſculinum & fœmininum fecit deus hominem: ſed blaſphemans calumniatur opificiū, vel corrigatur,vel deponatur,& ex eccleſia eiiciatur.Similiter & laicus.

BALS. *Legitimas nuptias eccleſia non reiicit: quia propter eas Deus maſculum & fœminam creauit. nec eos qui carnibus veſcuntur,& vino viuntur abhorret, ſi omnia opportunè faciant,& ſicut ſacra tradunt oracula.Sed nec eos rurſus,qui ab his propter exercitationem abſtinent, punit.Et ideo animaduertendum eſt quomodo quis ab eu abſtinet:& ſi quidem,vt vel maximè impu Bogomili,propter eorum odiū,& quòd mali cauſa ſint,iis qui eis abutuntur,deponetur, ſi poſt denunciationē nō corrigatur,vel quod magis eſt,etiam ex eccleſia exterminabitur,vt qui aduerſus dei creaturas blaſphemet.Si autem propter exercitationē,& quandam religionem ab iis abſtinet,non cōdemnabitur. Et ideo multi etiam Monachi, qui ſatis longo tempore propter continentiam, nec caſeum, nec ouum, nec vinum guſtauerant, ea aliquando guſtarunt, & omne quod malam de eis ſuſpitionem afferebat,offendiculum amputauerunt. Vt beatus ille Heſychaſtes, qui Ferratus dictus eſt,& qui Bleæ epiſcopus vocatus eſt,Monachus Theodulus,in ſynodo,vt offendiculum, & improborum quorundam iugas tolleret,caſeum & ouum guſtauit.*

can. iij Si quis epiſcopus,preſbyter,vel diaconus eum qui à peccatis conuertitur,non recipit,ſed eiicit,deponatur.quoniā Chriſtum moleſtia afficit, qui dixit: Gaudium eſt cælo propter vnū peccatorem pœnitentiam agentem.

BALS. *Non eſt peccatum quod dei benignitatem & humanitatem ſuperet:& ideo omnes qui pœnitentia ducuntur,& à bono ad malum conuertuntur, Dominus obuio vltro excipit Propter peccatorum enim ſalutem è cælo deſcendit,& dixit,Non veni vocare iuſtos. ſed peccatores ad pœnitentiam. Epiſcopus ergo, vel presbyter, qui eos qui ſic conuertuntur non recipit, ſed illius Nouati inſtar eos abhorret, deponatur, vt qui dei voluntati aduerſatur qui dicit: Gaudium eſt in cælo ob vnum peccatorem pœnitentiam agentem. Nota ergo ex præſenti canone, quòd non ſolis epiſcopis & ſacerdotibus conceſſum eſt hominū confeſſiones audire, & peccata remittere. Sed etiā presbyteri cum epiſcopali permiſſione peccatorū cōfeſſiones audiūt. Quare vj can. Carth. Syn. & quæ in ea ſcripta ſunt.* ALIA Interp. *Cū præſens can. Apoſtolicus puniat epiſcopos & presbyteros, qui nō ſuſcipiūt peccatores qui cōuertuntur: vj. & vij. & xlij. can. Carth. Syn. non permittat ſacerdotibus inſcientе epiſcopo peccatorum enumerationes audire, & peccata remittere, apparet non ſolum Monachis ſacerdotibus conceſſam eſſe peccatorum reconciliationem, ſed etiam generaliter omnibus ſacerdotibus. Hoc autem pulchrè à me comprehenditur, vel ex hoc quòd diuinus & ſanctus Apoſtolus cognitus non eſſet Monachalis habitus. Monachi enim tunc cognoſcebantur & nominabātur, qui deſerta & ſolitudines habitabant, vt & Propheta Helias, & ſanctus præcurſor, & magnus Antonius, & ſanctus Paulus Thebanus,*

banus,& alij. Quæ autem in vrbibus hodie degit forma Monachalis, sancto Pachomio reuelata est per angelu circa finem sanctorum canonum. Quomodo ergo nec à patriarchis, nec ab episcopis permittitur sacerdotibus qui non sunt monachi, peccatorum hominum confessiones audire, nescio. Ego autem permisi multis in magna Antiochia sacerdotibus, qui erant clerici eiusdem sanctissimæ sedu, peccatorum confessiones absque vlla prohibitione excipere,& peccata remittere.

Si quis episcopus,vel presbyter,vel diaconus,in festis diebus carnem & vinum non sumit, abhorrens & non propter exercitationem, deponatur, vt qui habeat inustam conscientiam propriam,& sit multis offensionis causa. Can. liij

BALS. *Omnem diem festũ,& omnem diem dominicũ celebrantes non ieiunamus, sed sabbatis omnibus præterquã magno sabbato ieiunũ soluimus. Qui ergo his diebus ieiunat, siquidẽ vt ea quæ nobis à deo in cibum data sunt abhorrens,& hinc populo offensionis causam præbẽs, deponitur, si sit videlicet episcopus, vel presbyter, vel diaconus. Si autem propter exercitationem ab eis abstinet,ei ignoscetur. Lege xiiij.can.syn. Ancyr. Laicus verò qui sic malè ieiunat,segregatur in fine li.can.*

Si quis clericus in caupona comedens deprehensus fuerit,segregatur, præterquam si in publico diuersorio in via propter necessitatem diuerterit. Can.liiij

BALS. *Diuini & sancti apostoli cùm vellent clericos agere vitam ab omni reprehensione alienam,nec multos offendere,sed potius ad bonum excitare,decernunt vt nõ solum ab omni turpi mercatura abstineãt, vt in aliis canonibus dictum est. eum autem qui propter necessitatem in caupona diuersatus est,non punit propter circunstantiã. Qui ergo dicunt clericos posse vini mercaturam facere, vel lanacra conducere, vel aliquam aliam turpem mercaturam exercere,malè dicunt. Si enim absolute prohibitum est,ne clericus cauponam ingrediatur,multo magis prohibebitur eiusmodi turpem mercaturam exercere, vel per se, vel per interpositam personã. lege etiam syn. Laodic.can.xxiiij.& Carth.xl. Quia autem xlj.canon Apostolicus episcopum quidem,& presbyterum,& diaconũ alea vel ebrietatibus vacantes deponi iubet,si non cessauerint: hypodiaconum autem,& omnẽ, vt semel dicam,clericũ tale quid facientem: similiter & laicos segregari, nisi corrigantur post denunciationẽ. Existimo ergo quòd hic quoque post primã & secundã admonitionem,segregabitur clericus qui cauponam ingreditur,& à malo non abstinet. Probatur enim hoc quoque ex eo quod dicit canon, Si quis clericus in caupona comedens deprehensus fuerit,sæpe scilicet malo vsus.*

Si quis clericus episcopum cõtumelia affecerit, deponatur. principi enim populi non maledices. Can. lv

Si quis clericus presbyterũ vel diaconũ iniuria affecerit, segregetur. Can.lvj

BALS. *Hi duo canones lv.& lvj.puniunt petulãtes & iniuriosos clericos. sed lv.dicit deponẽdũ clericũ, qui episcopũ iniuria affecit. lvj.autem decernit segregandum clericum,qui presbyterum, vel diaconum iniuria affecit: idque quia episcopo maior honor debetur. Et canones quidem sic diuidunt supplicium insolentium clericorum. Ius autem ciuile desinit quenuis iniuriam facientem notari infamia præter pœnã pecuniariam. Existimo autem quòd infamiam sequitur etiam depositio.*

Si quis clericus claudum,vel surdum,vel eum cui vitiosus est incessus,irriserit, separetur. Similiter & laicus. Can.lvij

BALS. *Clericos & laicos segregat canon,qui eorum qui quomodocunque sunt corpore mutilati non miserẽtur,sed eos irridẽt. Permulti autẽ ex iis accipiunt ridendi occasionẽ,des iudicijs resistentes.*

Episcopus vel presbyter,qui cleri vel populi curam non gerit,& eos pietatem nõ docet,segregetur:& si in socordia perseueret,deponatur. Can.lviij

BALS. *Episcopalis dignitas in docẽdo consistit:& omnis episcopus debet docere populũ pia dogmata,& statum orthodoxorum. episcopus enim ideo constituitur, vt quæ sui sunt populi attendat:*

& ideo etiam populus eſt appellatus. Porrò autem etiam presbyteri tales eſſe debent, quia etiam prope epiſcopos ſedent in ſuperioribus cathedris. Epiſcopus ergo & ſacerdos, qui non ſic facit, ſed negligenter eſt affectus, ſegregatur: ſinautem in ſocordia perſeuerat, etiam deponitur.

Can. lix Si quis epiſcopus, vel preſbyter, cũ ſit aliquis ex clericis egenus, ea quæ ſunt neceſſaria ei non ſuppediat, ſegregetur: ſin autem perſeueret, deponatur, vt qui fratrem ſuum interfecerit.

BALS. *Didicimus quòd epiſcopus debet poſt neceſſariam ſuam impenſam, eccleſiaque & clericorum conſuetam diſpenſationem, quæ ſuperſunt ex eccleſiæ redditibus dare pauperibus. appellantur enim bona pauperum. Nunc autem decernit canon, vt epiſcopi & presbyteri curam gerant vt ſuppeditent pauperibus clericu ea quæ ſunt neceſſaria. & eos quidem qui non ita faciunt, ſegregat: qui verò perſeuerant, deponit, vt qui cauſa ſunt mortis fratris. Ne dicas autem, Quare punit canon presbyteros, qui res ſuas pauperibus clericu non diſtribuunt? finge enim presbyterum poßidere bona eccleſiaſtica, vt qui ſit forte promotus Chorepiſcopus, vel Protopapa, & qui ex eo dines euaſerit, & neceſſe habet pauperes ſuſtentare, & multo magu pauperes clericos. Niſi enim dixeris, non video quomodo ſegregabitur, vel deponetur presbyter, qui non dat pauperi ſuo conclerico quæ ſunt neceſſaria. Fratrem autem interfeciſſe, ne dixeru ad factum vſque proceßiſſe. Etſi enim non eſt mortuus, quod ad epiſcopi tamen vel presbyteri propoſitum attinet, id factum eſt.*

Can. lx Si quis falſo inſcriptos impiorum libros tãquam ſanctos, in eccleſia publicat ad populi & cleri perniciem, deponatur.

BALS. *Præſenti Apoſtolico canoni conſequenter alũ quoque definiunt canones, non eſſe legendos impiorum libros, ſed igni tradendos. Quare xij. tit. præſenti oſtendu. cap iij. & quæ in ipſo ſunt. Quia autem nonnulli pia ſcripta adulterauerunt, vel etiam orthodoxorum nomina eorum qui malè ſentiunt ſcriptu appoſuerunt, vt hæreticus ille fecit Iamphilus, qui circa theologica dicta Chryſomalli, nugas hæreticas appellauit, & ita ſimpliciores decepit, decernit canon ſacerdotem eſſe deponendũ, qui hoc audet in populi perniciem. Quare vltimũ canonẽ Apoſtolicũ, heroicos verſus ſancti Gregorij theolog. & ſyn. in Trullo canonem lxiij. & ſcies quinam libri legi debent ab orthodoxis.*

Can. lxj Si aduerſus fidelem aliqua accuſatio intẽdatur, vel fornicationis, vel adulterij, vel alicuius alius prohibitæ actionis, & cõuictus fuerit, ad clerum ne prouehatur.

BALS. *Qui fornicationis, vel adulterij, vel alicuius alius prohibitæ actionis accuſatus & conuictus ſeu condemnatus eſt, non efficitur clericus. Et nota hoc propter eos qui dicunt ex eo ſolo quòd quis accuſatus fuerit, impediri ordinationem. Ecce enim dicit canon, quòd qui conuicti ſunt non deponentur, non etiam qui ſolum accuſati fuerint.*

Can. lxij Si quis clericus propter metum humanum, vel Iudæi, vel Græci, vel hæretici, negauerit: ſi quidẽ nomẽ Chriſti, eiiciatur: ſi autem nomen clerici, deponatur. Pœnitẽtiam autem agens, vt laicus recipiatur.

BALS. *Ius quoque ciuile ei dat veniam, qui vi vel metu aliquid facere adactus eſt. Sed ius eccleſiaſticum vult omnes orthodoxos eſſe fidei confeſſores. Si ergo propter metum pœna negauerit aliquu nomen Chriſti, non ſolum deponetur, ſed etiam tanquam membrum putridum, ex pulchro eccleſiæ corpore abſcindetur: ſinautem ſe eſſe clericum negauerit, deponetur. ſed & qui in vtriſque egit pure pœnitentiam, vt laicus admittetur. Nota ex hoc quòd qui tonſuræ ſignaculum ſeu characterem acceperunt, & deinde in lectorum ordine conſtituti ſunt, ſi ſacras veſtes preciecerint, & inſtar laicorũ conuerſati fuerint, non poſſunt quidquã tanquã lectores agere. ſi verſus ad clericu habitũ redierint, vel etiam monachi facti fuerint, ſed vt laici vitam agent. Si enim qui propter metum clericatum ſuum negauit, deponitur, & tanquam laicus ſolum poſt pœnitentiam admittitur: multo magis qui talem ſua ſponte abnegationem admiſit, & ſanctum amictum illuſit, dignus priori ordine non cenſebitur.*

Si quis

Si quis episcopus, vel presbyter, vel diaconus, vel omnino ex sacerdotali catalogo, comederit carnes in sanguine animæ ipsorum, vel quid à feris captum, vel morticinum, deponatur. hoc enim lex prohibuit: si autem sit laicus, deponatur. Can. lxiij

BALS. Illud, Ne comedatis carnes in sanguine anima sua, in libro Geneseos constitutum est. Hæc autem sunt suffocata & morticina. Sed nec à fera captum, vel morticinum licet comedere. Qui autem præter hæc facit, si est quidem clericus deponatur. si verò sit laicus, segregetur. Quæ autem à venatoribus avibus vel canibus capiuntur, & suffocantur, quomodo ab aliquibus comeduntur nescio. Nota ergo canonem propter Latinos, qui suffocata indiscrimmatim comedunt.

Si quis clericus vel laicus in Iudæorum vel hæreticorũ synagogam ingressus sit ad orandum, deponatur & segregetur. Can. lxiiij

BALS. In xlv. canone Apostolico à nobis interpretatum est, quomodo intelligitur illud, Vnà cum hæretico orare. Hic autem canon constituit, vt qui in Iudæorum vel hæreticorũ synagoga orauerit, si sit quidem clericus, deponatur: si verò laicus, segregetur. Ita enim pœnam diuisit, quòd nec possit deponi laicus. Si autem deponi & segregari dixeris clericum qui hæc facit, minime aberrabis. Lege & xj can syn in Trullo, qui decernit vt omnes Christiani nomen sortiti & sacrati & laici, à Iudæis longè sint remoti. & nec vsque ad medicinam, vel vllam aliam causam, cum eis communicent, vel hi quidem deponantur, illi verò segregentur.

Si quis clericus in pugna pulsatum aliquem vno ictu occiderit, deponatur propter suam procliuitatem & temeritatem. Can. lxv

BALS. Sacrorum Mysteriorum ministri iussi sunt iram comprimere, sicut ex xxvij. canone Apostolico declaratur. Hic autem decernit canon, vt deponatur clericus qui ab ira victus fuerit, & tempore concertationis aliquem percussum occiderit. Perinde autem ac si dixisset quispiam, non debere eum deponi, si ab vna pulsatione vulnere accepto mortuus sit, quod non fuerit cædes voluntaria, infert canon eum etiam deponi oportere qui vno ictu interfecerit. Et diuersi etiam sancti Basilij canones clericum, qui quomodocunque interfecerit, deponi iubent. Lege etiã librum lx. tit. xxxix. cap. primum, decretum tertium & cap. v. decretum secũdum & cap. x. & cap. xxvj. ix. tit. præsentis operis. Illic enim sita sunt dictæ leges. Sin aliter lege & sancti Basilij can. vij xj. xliij liij. lv lvj. lvij & ea magis considera quæ ad animam pertinent. Animæ enim vulnera magis ecclesiastico quàm ciuili auxilio indigent.

Si quis clericus inuentus fuerit die dominico ieiunare, vel sabbato, præterquam vno solo, deponatur: si autem laicus, segregetur. Can. lxvj

BALS. Sabbato non ieiunamus, ne Iudæos imitari videamur & die dominico celebramus propter Domini & seruatoris nostri Iesu Christi, quæ est in vniuerso mũdo, lætitiam, & resurrectionem: quoniã, illud quidẽ, mũdi opificij est monimentũ: hæc verò, resurrectionis, vel potius reformationis vno autem magno sabbato, quo dominicum corpus exanime in sepulchro iacebat, ieiunare iussit Iesus. De eo enim dicit dominus: Quando ablatus ab eis fuerit sponsus, tunc ieiunabũt Qui ergo præter hæc facit, si est quidẽ clericus, deponatur: si autẽ laicus, segregetur. Excipe autẽ mihi diuinos patres, qui propter exercitationem nonnunquam ieiunant etiam his diebus. his enim non condemnabũtur. Quære etiã lj. & liij. can. sanctorum Apostolorum.

Si quis virginem non desponsam vi allata habet, segregetur: ei autem aliam accipere non liceat: sed illam retinere quã elegit, etiam si pauper sit. Can. lxvij

BALS. Qui virgini non desponsæ vim attulit, sic punitur, sed qui desponsæ vim attulit, vt adulter punitur. lege & lxxxij. can. Trull. De eo autem, quòd qui vim attulit, eam quam violauit habeat, etiam si sit pauper, & aliam non accipiat, idque cum lex dicat in libro lx. tit. xxxvij iussi. lxxj. Qui puellæ vim affert, & eam corrũpit, et naves abscindantur, & dat ei etiam tertiã partem suarũ facultatũ. videtur ergo hic quoque canõ intelligi cõuenienter iij capitis xxxviij tit lx libri, decernẽtis eũ qui cũ cõtinente muliere vẽ habet, eã in matrimonij societatẽ accipere. & propter vim quidẽ, segregari eũ qui peccauit, propter virginis autẽ salutẽ, cogi ipsũ ei legitime copulari: lege & præsentis operis tit. ix. iussi xxx. & quæ in eo sunt, & libri Imp. lx tit. lviij. iussi. iij. dicẽtis: Ne nubat rapta ei qui eã rapuit. sed si tales matrimonij copulæ cõferant eius parẽtes, exterminatur. Et ne cõtraria

existimauerit. Aliter enim punitur qui puellam rapuit, aliter qui vi virgini vitium attulit. Et raptus quidem propter eius qui rapuit impudentiam non condonatur. Ter vim autem passratio, si ab ea cui vis allata est, susceptatur, remittitur. Sed qui illius voluntate cum virgine congressus est, aliò modo punitur. Ait enim lex in libro lx. tit. xxxvij. cap. lxxx. Qui cum virgine puella coit, illius quidem voluntate, parentibus autem ignorantibus, recognita, si eam quidem in vxorem habere voluerit, & parentes consentiant, fiat contractus. Si autem vna pars parentum, id est vtriusque personæ, non velit, si dives quidem est qui vitium attulit, violatæ puellæ det vnam auri libram. Sin autem sit egētior, suarum facultatum dimidium. sed si in extrema sit paupertate, verberatus & tonsus exterminetur.

Can. lxviij Si quis episcopus, vel presbyter, vel diaconus secundam ordinationem ab alio susceperit, deponatur & ipse, & qui ordinauit, nisi vtique constiterit quòd ab hæreticis ordinationem habeat. Qui enim ab eis baptizati, vel ordinati sunt, vt fideles vel clerici sint fieri non potest.

Can. lxix Si quis episcopus, vel presbyter, vel diaconus, vel lector, vel cantor, sanctam Paschæ quadragesimā non ieiunat, vel quartum diem, vel parasceuen, præterquam si propter imbecillitatem corporalem impediatur, deponatur. si sit autem laicus, segregetur.

BALS. *Quadragesimale Paschæ ieiunium, primum quidem à Domino traditum est, qui tot diebus ieiunauit. Deinde per præsentem canonem a sanctis apostolis. Dicit enim, Si quis fidelis non ieiunat in sancta quadragesima Paschæ & in omni quarto die, & parasceue (nam & in iis similiter ac in quadragesima aridis vescimur ipsi sumus) si est quidem clericus, deponatur: si verò laicus, segregetur. Excipe mihi eos qui ægrotant. Hi enim si per pisces ieiunium seruant, eis venia datur. Ter carnem autem non soluet quis quemcunque quartum diem, & parasceuen, excepto paschalibus, & alijs concessu, etiam si extremum spiritum agat. Similiter excipe mihi & ex quadragesima, sublata, & dies dominicos. Nam & in hac etiam ieiunium soluimus, vt vult Apostolicus canon. lxij. Similiter excipe mihi quartos dies, & parascenas quæ sunt ante τὴν κυρίακὴν, τὴν πρωΐαν & hebdomadem τῶν ἁγίων πάντων. In iis enim soluimus, quia ieiunāt Ayn enij propter Nitcuitas: in eo qui est ante κυρίακὴν & in eo qui est ante πρωΐαν, hæretici Tetraditæ magnum ieiunium obseruant. Hebdomas autem τῶν ἁγίων πάντων, tanquam ipse magnus dominicus dies reputatur. Propterea enim, & natalitia resurrectionis euangelia eo die leguntur. Cùm autem solutionem audis, ne dicas eam quæ fit per carnem: propter corporalem enim imbecillitatem non permittetur cuipiam, etiam si extremum agat spiritum, in magna quadragesima carnibus vesci. Vidimus enim hoc diuersis temporibus synodicè petitum esse, & non esse concessum. Nota & ex hoc præsenti canone vnum esse ieiunium quadragesimale, quod est in festo paschæ. Si enim essent & alia, eorum canon quoque meminisset. Sed & si in alijs ieiunij diebus, scilicet sanctorum apostolorum, dormitionis sanctissimæ deiparæ, & natalis Iesu Christi ieiunauerimus, pudore non afficiemur. Lege & quæ à nobis scripta sunt in Interrogationem synodalium factarum responsionum in diebus Patriarchæ Domini Nicolai.*

Can. lxx Si quis episcopus, vel presbyter, vel diaconus, vel omnino ex clericorum catalogo, ieiunat cum Iudæis, vel cum ipsis festos dies agit, vel ab ipsis festi xenia accipit, vt verbi gratia azyma, vel quid tale, deponatur. Si verò sit laicus, segregetur.

BALS. *Ne dixeris autem eos Iudaizare, tanquam idem cum Iudæis sentiāt omnino enim non depositioni vel segregationi solum subiacientur, sed etiam absolutæ & omni ex parte perfectæ excommunicationi, vt iubet xxix. canon Laodic. syn. sed dic hos quidem rectè sentire & orthodoxos esse, sed ecclesiasticarum traditionum contemptores, & indiscriminatim viuentes & ideo ipsos mitius, vt qui offendiculum generent, puniri. Propterea & nos qui Iudæis aliisque hæreticis contraria & sentimus & agimus, soluimus citra dubitationem, quando illi ieiunant, forte propter minas Ninive, vel alias quæ eis videntur causas. Ac ex hoc quidem quòd deponuntur vel segregentur ij qui ex Iudæis festorum xenia accipiunt azyma, & cætera, dicunt multi eos argui qui per azyma mysticum*

mysticum sacrificium faciunt. si enim simpliciter azymum comesse, Iudaici festi depositionem & segregationé inducit, eorum tanquá domestici corporis esse participes, & similiter ac illi pascha facere, quam nõ habebit condénationé sine animaduersionẽ? Nota ergo canonẽ, & quære Carth. Syn. can. lx.

Si quis Christianus oleum deferat in tẽplum gentium, vel in synagogam Iudæorum, in eorum festis, vel lucernam accẽdit, segregetur. *Can. lxxi*

Si quis clericus vel laicus à sancta ecclesia ceram vel oleum auferat, segregetur. *Can. lxxii*

BALS. *Auferre, non de furto intelligo (qui enim à sacro furatur, vt sacrilegus punitur) sed ipsum solum auferre, & quod deo dicatum est commune facere, punitur, etiam si imperij dominum in templo habeat, etsi etiam sit minister.*

Vas aureum, vel argenteum, vel velum sanctificatum nemo amplius in suum vsum conuertat. hoc fit enim præter ius & contra leges. Si quis autem deprehensus fuerit, multetur. *Can. lxxiii*

BALS. *Quæcunque supellex deo fuerit dedicata, eam communem ac prophanam fieri vetat. Veli autem seu ὁθόνης nomine, quicquid est textile significatur. Achaz autem ille, cum linguá auream ex aureo spolio deo quidem voto ac promissu, sed nondum consecratis, sibi vt propriam attribuisset, generatim ab omnibus, Lapidibus obrutus est. lege & x. can. j & ij. synodi quæ fuit in templo Apostolorum.* *πανδήμει

Episcopum à viris fide dignis ob aliquid accusatum, ipsum ab episcopis vocari necesse est. & si se quidem stiterit, & confessus, vel conuictus sit, statuatur pœna. Si autem vocatus non paruerit, secundo etiã vocetur, missis ad ipsum episcopis duobus. Si autem etiam sic nõ obedierit, vocetur & tertio, duobus ad eum rursus missis episcopis. Si autem vel sic aspernans & contumax non stiterit, synodus ea quæ videntur aduersus eũ pronunciet, ne lucrifacere videatur dum iudiciũ subterfugit. *Can. lxxiiii* *φυγοδικῶν

BALS. *Quinam possint episcopos & clericos accusare, & quinam aduersus eos testimonium ferant, lege præsentis operis tit. lx. cap j. & quæ in eo sunt, & cap. ij & quæ sunt in ipso. Præsens autem canon statuit accusatum episcopum vt ei crimen intendatur, legitimè ab episcopis accersi: eũ enim absentem condemnari iniquum visum est, & præsentem quidem, & vel ex non refellendis probationibus, vel ex propria confessione, in iudicio cõuictũ, canonicè multari. Si autẽ nõ accesserit, à duobus rursus episcopis vocari. Atque & tertio quoque, vt si ne sic quidẽ stiterit, synodus aduersus eum pronunciet, etiam si pars vna tantum adsit, ea quæ sibi videbuntur: ne contemptor, inquit, seu cõtumax, ex impudenti dilatione lucretur. Hæc cùm decernat canon, sæpe quæsitum est, an per præsentem canonem Synodo permissum sit, inobedientem ac contumacem episcopum depositioni subiicere. Dixerunt autem aliqui, à misericordia nimis alienum esse, vt ob inobedientiam siue contumaciam deponatur episcopus. Si enim ea esset, inquiunt, Apostolorum sententia vt deponeretur episcopus, depositionis in hoc canone meminissent. Alij autem dixerunt, quòd ex proximè edita sanctæ Basilij nouella, quicunque is sit aduersus quem actio intenditur, si in iudicium vocetur, & post tres quidem scriptis mandatas denunciationes accersitus, & non veniens, condemnatur vel vna tantum parte præsente. Si ergo etiam episcopus cum datione libelli ac scriptis legitimis accusatus fuerit, & in ius vocatus, primum quidem per citationes seu denunciationes, deinde etiam per tria scripta mandata edicta, & se iudicio non obtulerit, damnabitur vel vna tantum parte præsente, & deponetur. Hìc ergo vocari, legitimè intelligitur, scilicet per xxx. dierũ edicta, & non vt nonnulli dixerunt, per paucorum dierum scripta mandata denunciationes. Hoc autem alio modo dictum est in tribunalis Imperial. & magn in causa episcopi Besænæ. & iudicatum est per tria legitima edicta debere vocari episcopum, aduersus quem actio intenditur, & ita propter contumaciam cõdemnari.* *μετανοίας *ἀνυπακοὴν

Condemnari itaque contumacem episcopum, vt vult nouella illustris Imp. Emanuelis Comneni, est extra omnem controuersiam. Ita enim iudicatum est etiam apud tribunal Imperatorium. Cum duobus autem antistitibus, & non vllo alio modo vocationem eius fieri, non est iuris, nec ea est huius canonis sententia. Quãdo enim scriptus est, nec iudicibus nec patriarchalibus notariis per se fidem haberi in vsu erat. Hodie autem cùm eu per se maior & amplior fides habeatur, necessario & quæ à Patriarchalibus notariis vel iudicibus edicta fiunt, nec reprobari, nec refelli poterũt. Recte ergo condemnabitur qui per ea euocatus fuerit, & in iudicio non fuerit, cùm edicta non ex eo labefactentur quòd non fiant ab Antistitibus.

Can. lxxv

In testimonium aduersus episcopum hæreticus ne admittatur: sed nec vnus solus fidelis. In ore enim duorum vel triũ stabit omne verbum.

Vide tit. viij. huius operis cap. ij

BALS. *Hoc quod hìc dicitur, si summum ius accuratè spectetur, non indistinctè verum est. Si est enim causa pecuniaria, & vsque ad libram vnam, duo testes fide digni, bonæ existimationis, auersus episcopum iurati testificantes sufficiant. Si autem vsque ad L. libras, tres. Si autem vltra hæc, quinque. Si autem non est pecuniaria causa, sed criminalis, per quinque fide dignos testes & iurãtes, qui sunt & ipsi bonæ famæ aduersus episcopum accusatio probatur. Et de hoc lege j. tit. lib. xxj. Imp. constit. qui hæc huiusmodi multa docet.*

Can. lxxvj

Quod nõ oportet episcopũ fratri, vel filio, vel alij cognato gratificantem, humana affectione ad episcopatus dignitatem quem vult eligere. Episcopatus enim hæredes facere iustũ non est, ea que dei sunt largientem. Si quis autem hoc fecerit, irrita quidem electio maneat, ipse autem segregatione multetur.

* αἰς τὸ ἀξίωμα τῆς Θεοτοκου τῶν τοῦ Θεοῦ λόγου χρηματιζῶν. Haloandri exẽplar hoc nõ habet

BALS. *Præsens quidem canon statuit non licere episcopo cognatum loco suo in episcopatu constituere, nec spiritus gratiam vt humanam aliquã hæreditatem transmittere. Infirmat autem & irritam decernit huiusmodi electionem, & etiam episcopum segregat. Tu autem dic, quòd etiam si nõ ad suum cognatum episcopus episcopatum transmiserit, sed ad alienũ, idem erit. Episcopos enim à Synodo fieri decretum est. Et ideo etiam vita functus ille vrbis Philippi Metropolitanus maximus, suam metropolim sub hac conditione renuncians, si eius œconomum vrbis Philippi Metropolitanum pro se ipso sancta Synodus constitueret, nõ est exauditus, sed auditi quòd si res, quas post electionem ex ecclesiæ redditibus acquirit, non potest dare, vel ad quos vult transmittere, multo magis episcopatum. Lege Carth. syn. can. xxxv & Antioch. syn. can. xxiv. dicentes non licere episcopo, etiam si moriatur, alium pro se episcopum constituere.*

Can. lxxvij

Si quis vel oculo orbatus, vel femore oblæsus, episcopatu autem dignus sit, fiat. non enim corporis damnum eũ polluit, sed animæ inquinatio.

BALS. *Antiqua quidem lege nullus vlla corporis parte mutilatus ad sacerdotium promouebatur. multo magis autem si post sacerdotium ex morbo vel casu aliquo læsus ac mutilatus esset, à sacrificio cessabat. Diuini autem Apostoli, eos quidem, qui quominus quæ sunt sacerdotij exequantur, impediti sunt, non admitti statuerunt: eos autem qui possunt, etiam si vno oculo careant, & claudi sint, qui eligantur dignos haberi iussere. Animam enim puram & integram omnes habere volunt, non autem corpus. Nunquid autem si post sacerdotium fiat aliquis surdus, vel cæcus, vel aliquo alio corporis vitio affectus, & non potest sacerdotalia exequi, sacerdotio mouebitur veteris legis institutis?*

* ἀνεπιλήπτως

SOL. *Nequaquam. est enim à commiseratione disiunctum, & à recto Apostolico iudicio alienum, vt qui misericordia potius dignus sit, propter id quod ei accidit indignus iudicetur. Ac multi quidem antistites, & sacerdotes, & diaconi excæcati, & alioqui extremo morbo affecti, & in summa imbecillitatem adducti, & qui nec sacerdotale quidpiam agere poterant, ad eorum vsque vitæ finẽ non moti sunt. Iam verò lex quoque dicit in lib. ix. tit. j. cap. iiij. excæcatus autẽ etiã iudex esse potest, & senatu nõ mouetur, nouũ autẽ magistratũ nõ suscipit: sed quẽ ante morbũ habebat, habere perseverat.*

Can. lxxviij Haloander legit Cεκαμμένος non μεμαμμένος.

Qui autem est surdus & cæcus, ne sit episcopus, non vt pollutus, sed ne ecclesiastica impediantur.

Can. lxxix

Si quis dæmonem habeat, ne fiat clericus, sed neque cũ fidelibus precetur. Purgatus autem recipiatur, & si sit dignus fiat.

BALS.

BALS. Tertius canon Patriarchæ Alexandrini Timothei dicit, Si sit fidelis dæmone percitus, debet esse sanctorum mysteriorum particeps: & præsenti canoni non aduersatur. Ille enim de his loquitur, qui per dilucida interualla furore corripiuntur, & sciunt eo tẽpore quo resipuerunt, diuinorũ sacramentorũ mysterium. Præsens autẽ canõ de eo loquitur, qui est perpetuo furiosus. Si autẽ etiã de eo qui per dilucida furit interualla, canonẽ loqui dixeris, nec sic quidẽ vllum tibi erit impedimentum. Neque enim concedetur ei qui per dilucida interualla furore corripitur, in clerum cooptari, ne sacerdotium furoris tempore contumelia afficiatur, probrisque & blasphemiis diuina appetantur. *βλασφημῶται

Eum qui ex vita gentili accesserit & baptizatus fuerit, vel ex improba viuendi ratione, non est æquum protinus episcopum fieri. Iniquum est enim, vt qui sui nondum experientiam ostenderit, sit aliorum magister, nisi forte hoc diuina gratia fiat. Can. lxxx.

BALS. Scire debes ex x. can Sardic. Syn & xvii. can. Syn habite in æde sanctorum Apostolorum, quæ prima & secunda dicitur, quòd neque fidelis laicus illinc ad episcopalem dignitatem prouehitur, nisi præstituta tempora per alios gradus impleuerit. Si autem fidelis laicus non aliter fit episcopus, multo magis nec ad episcopatum prouehetur qui recens est illuminatus, nisi præstitutos gradus peruaserit tempore sufficiente: nec ei docere permittetur, nisi prius fuerit edoctus mysterium. oportet ergo eum sufficienti tempore probari, & si dignus forte inuentus fuerit, prouehi. Quare & secundum can. primæ Syn. quæ eum deponi statuit qui præter hæc fecerit. Iam verò & magnus Paulus non inuenem prohibet, id est νέον, fieri episcopum, sed recens plantatum, quod vocat νεόφυτον. Illud autem, nisi hoc forte diuina gratia fiat, de reuelatione dici intellige. Apostolo enim Ananiæ reuelatum est de magno Paulo, eum esse vas electionis.

Diximus non oportere episcopum vel presbyterum seipsum ad publicas administrationes demittere, sed in ecclesiasticis negociis versari. Vel ergo ita facere persuadeatur, vel deponatur. Can. lxxxi.

BALS. Sextus canon Apostolicus sacris initiatos indistinctè deponi iubet, qui mũdanas in se curas suscipiunt. Præsens autem canon in eos paulo clementius animaduertit. Dicit enim, Vel cessent, vel deponãtur. Trahe ergo canonas in vnam intelligẽtiam. Sed quo est humanius, & dic etiam vi. can hui. conuenienter intelligi. Quare & xvi. can. Carth. Syn. & quartum quarta.

Seruos in clerum prouehi sine voluntate dominorum non permittimus ad eorum qui possident molestiã. Domorum enim euersionem talia efficiũt. Si quando autem etiam dignus seruus visus sit qui ad gradum eligatur, qualis noster quoque Onesimus visus est, & domini concesserint ac liberauerint, & ædibus emiserint, fiat. Can. lxxxii. *εἰναι αὐτὸν ἀπολυθῆναι ὑπὸ τοῦ δεσπότου, nõ habet Haloandri exẽplar, qui quidẽ αὐτὸν vertit redhibitionem, nescio qua ratione motus.

BALS. De seruis qui in clerum cooptantur. lege xxxvi. cap. primi tit. præsentis operis. Hic autem canon nolens nostris fratribus aliquid à nobis offendiculi afferri, non permittit vt alienus seruus in clerum promoueatur, etiam si sit prudentissimus & dignus, nisi dominus ei rei consenserit, & eum prius libertate dignum existimauerit. Ad exemplum autẽ scripium est & quod factũ est in Onesimo. Scriptum est enim quòd hunc Onesimum Philemonis seruum magnus Paulus ad Philemonem remisit, etiam si ei visus esset ad ministerium vtilissimus, dicens, non esse iustum eum sine Philemonis voluntate in fidei prædicatione seruire. Quare nec libertas, nec sacerdotiũ, nec aliquid aliud Dominum ignorantem à seruis sui dominio abalienant. Et lex quæ statuit aduersus libertatem nõ dari restitutionem, de hu non intelligitur, sed de seruis liberatis voluntate imperfecti Domini.

Episcopus, vel presbyter, vel diaconus, exercitui vacans, & vtraque obtinere volens, Romanum scilicet magistratum, & sacerdotalem administrationem, deponatur. Quæ sunt enim Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo. Ca. lxxxiii

BALS. *Diuersi canones Apostolici prohibuerunt sacris initiatos publica negocia administrare. Præsens autem canon iubet eos deponi qui exercitui vacãt, vel huiusmodi militares commeatus administrant, & *expeditionis militaris rationem ducunt. Talis enim hic militia existimanda est, & non ea quæ fit armis. Illa enim omnino prohibita est, & lege vij car. Chalced. syn. tales anathemate ferientem, si non pœnitentiam agant. Quæsierit autem quispiam, an & hic illud, Cesset vel deponatur, locum habeat, quemadmodum & in lxxxi. can. didicimus. An etiam ante edicta, sacerdos qui rem militarem tractat, ex eo deponetur? SOL. Existimo quòd hic quoque post edictum, si qui copiarum rationem ducit, si non cessat, deponetur. Omnia enim publica eandem causam habent.*

*συστολικῶν.

Ca. lxxxiiii

Quisquis regem vel principem præter ius contumelia affecerit, pœnas luat: & si sit quidem clericus, deponatur: si verò laicus, segregetur.

BALS. *Lex Mosaica dicit: Principi populi tui non maledices. Si ergo consequenter statuit canon, eum qui regem vel principem iniuria afficit, si sit quidem clericus, deponi: si verò laicus, segregari. Et hoc quidem quantum ad ecclesiasticam traditionem attinet. Imp. autem leges imp. factam iniuriam aliter vindicant lege autem xxxvj. stat. primi tit. præsentis operis. Nonnulli autem illud interpretantes, si quis regem vel principem præter ius contumelia afficit, dixerunt sæpe etiam iustam reprehensionem pro iniuria accipi. Existimo autem hoc explicari à xiiij. cap. xxxvi. tit. lx. lib. Imp. quod situm est in xxxvi. cap. ix. tit. præsentis operis.*

Ca. lxxxv.

Sint vobis omnibus clericis & laicis libri venerandi & sancti, veteris quidẽ testamenti, Mosis quinq;, Genesis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomiũ. Iesu Naue vnus. Iudicum vnus. Ruth vnus. Regnorũ quatuor. Paralipomenõ, id est, derelictorũ libri dierum, duo. Esdræ duo. Esther vnus. Maccabęorum tria. Iob vnus. Psalterium vnus. Solomonis tres, Prouerbia, Ecclesiastes, Cantica canticorum. Prophetarum xij. Esaiæ vnus. Ieremiæ vnus. Iezechiel vnus. Extrinsecus autem à vobis intelligatur: debere vestros adolescentes discere sapientiam eruditissimi Sirach. Nostra autem, id est, noui testamẽti, Euangelia quatuor, Matthæi, Marci, Lucæ, Ioannis. Pauli Epistolæ quatuordecim. Petri Epistolæ duæ. Ioannis tres. Iacobi vna. Clementis Epistolę duæ, & ordinationes vobis episcopis per me Clemẽtem in octo libris editæ, quæ non sunt omnibus diuulgandæ propter ea quæ sunt in eis mystica: & Actus nostri Apostolorum.

BALS. *Ac lx. quidem canone didicimus non legere falsò inscriptos impiorum libros, tanquam sanctos nũc autẽ discimus quósnam libros legere debeamus ex veteri Testamẽto & nouo. Tu autem intelligas, quòd etsi hic scriptum est, ordinationes Clementis legi à nobis, sed non diuulgari debere, secundus tamen sextæ Synodi canon earum lectionem prohibuit, quòd in eis* adulteratio facta sit. Et lege eundem secundum canonem statuentem cum alios quibusdam solos lxxxv. canones sanctorum Apostolorum legere nos oportere, alium autem nullum curare, etiam si esse dicatur sanctorum Apostolorum canon. Quæ autem à sanctis Patribus & confessoribus scripta sunt, & legere & amplecti debemus, vt quæ nos ad veram & orthodoxam fidem deducant.*

*Synodo.

SYNO-

Sancta œcumenica prima Synodus fuit, imperante magno Constantino, coacta Nicea, quæ est in Bithynia, ccccxviij sanctis patribus aduersus Arium presbyterum Alexandrinæ Ecclesiæ, qui blasphemabat aduersus filium Dei Dominum nostrum Iesum Christum, dicens eum non esse Deo & patri consubstantialem, sed creaturam, & quòd erat quando non erat. quem deposuit ipsa sancta Synodus, & anathemate percussit: decreuit autem esse filium patri consubstantialem, & Deum verum ac dominũ & creatorem rerum omnium creatarum. Hæc autem quæ Nicea fuit Synodus, prima dicitur, si ad œcumenicas referatur. Ante eam enim Synodi diuersæ locales fuere. Sed hæc cùm œcumenicarum prima sit, reliquis quoque præponitur quæ ante ipsam fuerunt, Antiochenæ scilicet, quæ aduersus Paulum Samosatenum congregata est sub Aureliano Imperatore, Ancyranæ, & Neocæsarianæ.

CANONES NICENÆ PRIMÆ SANCTÆ ET OECVMENICÆ SYNODI.

Si quis à medicis in morbo excisus, vel à Barbaris exectus est, is in clero maneat. Si quis autem cùm esset sanus, seipsum execuit, eum etiam in clero examinatum cessare conuenit, & deinceps nullum talem oportet promoueri. Quemadmodum autem hoc manifestum est, quod de iis qui de industria hoc agunt, & seipsos audent excindere, dictum est: ita si aliqui à Barbaris vel dominis castrati sint, inueniantur autem & ij alioqui digni, tales in clerum admittit canon.

Can i. lege xx xxi xxii xxiiij. xxvij can. Apost lege & ix. can. sy quæ fuit in ade Apo. distin lv. Si quis à medicis.

BALS. *Consequenter præcedentibus Apostolicis canonibus, hic præsens canon decernit eos qui seipsos execandos tradiderunt, vel ipsi suis sibi manibus virilia amputauerunt, in clerum non cooptari, nec ad sacerdotium promoueri. Sed & si prius in clericorum numerum sunt cooptati, eos eiici. Nec eos qui ab aliis execti membrisque genitalibus priuati sunt, si digni sacerdotio iudicentur propterea prohiberi. Quoniam autem & Apostolicos canones interpretantes, scripsimus eum quoque qui post ordinationem seipsum propter morbum mutilauit, clero esse mouendum: ex hoc autem præsenti canone dicente, Si quis à medicis in morbo excisus est, is in clero maneat: & rursus, Si quis autem cùm esset sanus, seipsum execuit, eum etiam in clero examinatum cessare conuenit: dixerunt quidam eum non puniri, qui propter morbum, postquam in clerũ receptus est, mutilatus fuerit: dicimus hunc canonem non loqui de iis qui post sacerdotium mutilati sunt, sed qui ante sacerdotium castrati sunt, iis autẽ postea controuersia mota est. Si autem magus etiã insistit aliquis, & ei vult ignosci, qui propter morbum post sacerdotium mutilatus est, audiat quòd Iustinianus nouella, quæ in lx. imp. libro, tit li. cap. vltimo, sita est, & collocata in cap xiiij. primi tituli præsentis operis, eis os occludit. Hæc autem ita habere dicimus, si sine ecclesiæ notitia post sacerdotium quis mutilatus fuerit. Si enim ex permissione ecclesiastica quis castratus fuerit, etiam postquam clericus sit, hoc ei nullum* *præiudicium afferet, vt mihi quidem videtur, & si nullum vidi sacris initiatum, cui propter morbum permissum fuerit vt castraretur, idque cum hoc multi Synodi ei petierint, & cum Chartophylacis officium exercerem, & postea Patriarcha essem, propter periculosam suspicionem euentus medicinæ.*

*ἐκτροπιασθέντων.

Quoniam multa, vel necessitate, vel vrgentibus alioqui hominibus, præter canonem ecclesiasticum facta sunt, vt homines qui è vita gentili ad fidem nuper accesserunt, & exiguo tempore catechumeni, id est initiati fuere, statim ad lauacrum spiritale deducant, & simul ac baptizati fuerint, ad episcopatum vel presbyteratum prouehant, rectè habere visum est, vt

Can. iii. Distin. xlv. Quoniam multa.

nihil deinceps tale fiat Nam & catechumeno tempore opus eſt, & poſt baptiſmum, probatione maiore. Apertum enim eſt ſcriptum Apoſtolicum, quod dicit, Non neophytum, id eſt, recens plantatum, ne inflatus in iudicium incidat, & diaboli laqueum. Si autem procedente tempore, animale aliquod peccatum circa perſonam inuentum fuerit, & à duobus vel tribus perſonis conuincatur, ceſſet qui talis eſt à clero. Qui autem præter hæc facit, vt qui magnæ Synodo aduerſus eſſe audeat, ipſe de clericatu in periculum veniet.

BALS. *Cum hic canon puniat quæ poſt batiſmum exoritura ſunt animalia peccata, quæ fuerũt nõnulli, quænam ſunt peccata animalia, & cur animaliũ peccatorum meminit canon, non corporalium Et nõnulli quidem dixerunt animalia eſſe peccata, quæ ex animæ perturbationibus, vt ex exiſtimatione, & inobedientia, & aliis eiuſmodi naſcuntur, peccata. Ea enim deponũt, vt Nouatianorum hæreſis, & à nuptiis & carnium eſu importuna abſtinentia, vt vult xv. canõ Apoſt. & aly. Ego autem dico, quòd omne peccatum, quod affert pernicicm animæ, animale vocatur, etiam ſi ex corporali appetitione principium accipiat. Propterea enim omnia peccata animalem lapſum vocat eccleſia. Quin etiam canon peccatorum tantummodo animalium meminit, vt quæ etiam corporalia comprehendant. Quòd autem non puniatur baptizatus, & in clerum aſſumptus, propter fornicationem, vel eadem, quam ante baptiſmum admiſit, lege xx. can. ſanctis Baſil. & ſanctorum Apoſtolorum can. xvij.*

Can. iij. Diſt. xxxij. Interdixit perſonam.

Vetuit omnino magna ſynodus, ne liceat epiſcopo, nec preſbytero, nec diacono, nec vlli penitus eorum qui ſunt in clero, introductam habere mulierem, præterquam vtique matrem vel ſororem, vel amitam, vel eas ſolas perſonas quæ omnem ſuſpicionem effugiunt.

BALS. *De introductu mulieribus lege xiiij. inſt. ix tit. præſentiũ operũ, & quæ in eo ſunt & ex Iuſtiniani nouella illic poſita intelliges, quòd clerici, qui poſt denunciationem, ab introductu mulieribus, quæ ſunt præter perſonas quæ declarantur in præſenti canone, non ſeparantur, deponuntur. Epiſcopi autem quandocunque, & cum quacunque muliere cohabitare inueniuntur, ex eo deponuntur Et hoc nota. Ac de introductu quidem mulieribus diuerſis temporibus multum diſceptatum eſt. Ac dicebant quidem nonnulli introductam mulierem, quæ Græcè σύνεισακτος dicitur, eam eſſe, quæ pro legitima vxore introducta eſt, & cum aliquo fornicatorie cohabitat Alii autem dixerunt eam eſſe omnem mulierem cum aliquo externo cohabitantem, etiam ſi ab omni ſuſpicione aliena ſit. Et hoc videtur eſſe verius. Propterea inquit & magnus Baſilius: Denunciat ſacerdoti per epiſtolam ad Gregorium preſbyterum, vt ab introducta muliere ſeparetur, & non ex eo ipſum deponendum decernit, licet euidenter & citra vllam dubitationem peccet.*

Can. iiij. Diſt xciij. Epiſcopi ab omnibus qui.

Epiſcopum oportet, maximè quidem ab omnibus qui ſunt in prouincia, cõſtitui. Si autẽ ſit hoc difficile, vel propter vrgẽtem neceſſitatẽ, vel viæ longitudinem, tres omnino eundem in locum congregatos, abſentibus quoque ſuffragium ferentibus, ſcriptiſque* aſſentientibus, tunc electionem fieri: eorum autem quæ fiunt confirmationem, in vnaquaque prouincia à Metropolitano fieri.

*συνηνεμένων.

*χῆρος. BALS. *Conſtitui, vel ſuffragio creari epiſcopum hic viſum eſt. Cùm enim antiſtitum* electio à ciuium multitudine olim fieret, hoc diuinis patribus non placuit, ne à laicis, ſacra dedicatorum hominum*

minum vita diſcerperetur: & decreuerunt à prouincialibus epiſcopis vniuſcuiuſque prouinciæ epiſcopum eligi. Si eſt autẽ hoc difficile, propter honeſtam aliquam cauſam, vel propter viæ longitudinẽ non aliter fieri electionẽ, quã ſi tres prouinciales cõuenerint, habentes eos etiam qui abſunt, & ſuffragium ferentes per ſententias ſcriptis mandatas. Eius autem manibus impoſitis ordinationem, ſiue conſecrationem, primo, ſiue Metropolitano, honoris cauſa tribuerant, & non ſolum ordinationem, ſed & electionis cõfirmationem. Et idcirco ex tribus qui eligũtur, is qui ordinationem facturus eſt, declarat eum quem ipſe, vult & non ex neceſſitate, qui primus poſitus eſt declaratur, & deinde reliqui. Et in his quidem conſiſtit canon. Quidam autem metropolitani, cùm ipſorum epiſcoporum electione facta, in vrbe aliarũ regina, cum tribus epiſcopis, alienis, vel propriis, ceterorum prouincialium epiſcoporum nulla ratione habita, interrogati eſſent, quomodo hoc facerent, ad ſui defenſionem vſi ſunt xiij. can. Syn. Carth. Et lege quæ in eo canone ſcripta ſunt, & xix. can. Antiochen. syn. Et hæc quidem, quando Metropolitanus multos prouinciales habuerit. Si autem, vt multi Metropolitani, vnum tantum vel duos prouinciales epiſcopos habeat, tunc neceſſariò fiet electio cum iis qui ſunt & inueniuntur prouincialibus, & cum alienis epiſcopis. *ομοφύτων

De iis qui à communione ſegregati ſunt, ſiue clericorum ſiue laicorum ſint ordinis, ab epiſcopis qui ſunt in vnaquaque prouincia, valeat ſententia ſecundum canonem qui pronunciat eos qui ab aliis eiecti ſunt, non eſſe ab aliis admittendos. Examinetur autem, nunquid vel *puſillanimitate, vel contentione, vel aliqua eiuſmodi epiſcopi acerbitate, congregatione pulſi ſint. vt hoc ergo conuenientem examinationem accipiat, rectè habere viſum eſt, vt ſingulis annis, in vnaquaq; prouincia bis in anno Synodi fiant: vt cũ omnes prouinciæ epiſcopi in eundem locum communiter conueniant, eiuſmodi quæſtiones examinentur: & ſic, quos epiſcopum offendiſſe conſtiterit, iuſtè eſſe *à congregatione ſeparati apud omnes videantur, donec epiſcoporum congregationi videatur pro iis humaniorem proferre ſententiam. Synodi autem fiant, vna quidem ante quadrageſimam, vt omnibus animi ſordibus ſublatis, purum munus Deo offeratur. Secunda autem, autumni tempore. Can. v. *μικροψυχίας. *ψευσῆς Diſti. xiiij. Habeatur ſane.

BALS. In vſu non eſt amplius hic canon. Nono enim canone Syn quæ fuit in Trullo, & Nouella Iuſtiniani xx & xxi. Iuſſ. primi tit iij. lib. Imp. ſtatutum eſt vt ſemel tantum conuenirẽt epiſcopi. lege xxxvij. can. Apoſt. & ix. Iuſſ tit præſentis operis.

Antiqui mores ſeruẽtur qui ſunt in Ægypto, Libya & Pentapoli, vt Alexandrinus epiſcopus horum omnium poteſtatem habeat, quandoquidem & epiſcopo Romano hoc eſt conſuetum, ſimiliter & in Antiochia, & in aliis prouinciis, ſua *priuilegia ac ſuæ dignitates & auctoritates eccleſiis ſeruentur. Illud autem eſt omnino manifeſtum, quòd ſi quis abſque Metropolitani ſententia factus ſit epiſcopus, eum magna ſynodus definiuit non eſſe epiſcopum. Quòd ſi quidem communi omnium electioni, quæ & rationi conſentanea, & ex regula Eccleſiaſtica facta eſt, duo vel tres propter ſuam Can. vi. Diſt. lxv. Mos antiquus. *πρεσβεῖα Diſtin. lxv. Illud autem generaliter. Diſtin. lxv. Saneſi communi.

qua delectatur contentionem contradicant, vincãt plurium ſuffragia.

Can. vij. Diſtin. lxv. Quoniam mos.

Quoniam obtinuit conſuetudo & antiqua traditio, vt qui eſt in Ælia epiſcopus, honoretur, habeat honoris conſequentiam Metropoli, propria dignitate ſeruata.

BALS. *Sextus & ſeptimus canon ſtatuunt quatuor patriarchas, videlicet Romanum, Alexandrinum, Antiochẽſem, & Hieroſolymitanum (de Conſtantinopolitano enim in alius canonibus tractabitur) ex antiquis moribus honorari: & Alexãdrinum quidem epiſcopum præeſſe prouinciis Libyæ, & Ægypti, & Pentapoli: Antiochenũ ſimiliter Syriæ, Coelæ Syriæ, Meſopotamiæ, & vtriq; Ciliciæ: Hieroſolymitanum autem, prouinciis Paleſtinæ, Arabiæ, & Phœnices, quoniam, inquit & Romanus epiſcopus præeſt occidentalibus prouinciis. Si autem volunt canones patriarchas ſuu præeſſe Metropolitanis, & rurſus Metropolitanos ſuu epiſcopis, vt nihil magnum & arduum ſine iis fiat ab ipſis epiſcopis. Quocirca etiam iubent eum ne eſſe quidem epiſcopum, qui ſine primi ſententia factus eſt epiſcopus, addentes, quòd ſi canonica facta electione quidam contradicant, obtinere debet per leges plurium electio. Licet dominus Emanuel Comnenus legem tulerit, vt ſi omnes non ſint eiuſdem ſententiæ, ſed aliquid diſſentiant, ſi qui diſſentiunt numero ſint æquales, eorum præferetur ſententia, quibus u qui iudicio præeſt conſenſerit: eáque lex ſit & generalis, & ad omnem cauſam trahi debere videatur: in eccleſiaſticis tamen electionibus locum non habebit, nec in eccleſiaſticu quæſtionibus. Quòd autem per eam canonica traditio non eſt euerſa, lege xix. can. Antioch. ſyn. patriarcha Hieroſolymitanus, Æliæ epiſcopus dictus eſt. Vrbs enim Hieroſolymorũ à Tito & Veſpaſiano euerſa, cum ab Ælio Adriano rurſus ædificata eſſet, Ælia eſt appellata. Quæſitum eſt à nonnullis, quid eſt quod à canone dicitur, Habeat honoris conſequentiam Metropoli, proprio honore ſeruato, & audierunt Cæſaream eſſe Paleſtinæ metropolim: Hieroſolymorum autẽ eccleſiam eius epiſcopatum fuiſſe. Vult ergo canon Metropoli ſua iura ſeruari, etiam ſi ab ea Ælia abſtracta eſt, & honoratus eſt eius patriarcha propter ſalutiferam Chriſti paſſionem. Quare & ix. praxim actorum iiij. Syn. & cognoſce quòd Maximi Antioch epiſcopi ſententia, & Iuuenalis Hieroſolymorum epiſcopi, decretum eſt, vt Antiochiæ quidem epiſcopus haberet duas Phœnicias, & Arabiam: Hieroſolymitanus autem, tres Paleſtinas: & tunc quidem ita conſtitutum eſt: hodie autem, rerum, vt videtur, viciſſitudo, hæc immutauit.*

Can. viij. i. q. i. Si qui voluerint. Ἀποστικοὺς. Quod Tara ſit ſpatriarcha ſanctiſſim⁹, pro benedictione interpretatur in actis. ij. ſyn. Nicenæ.

De iis, qui ſeipſos καθαροὺς, id eſt puros, quandoque nominant, ad Catholicam autem & Apoſtolicam eccleſiam accedunt, ſanctæ magnæ Synodo viſum eſt, vt impoſitis eis manibus ſic in clero maneant. ante omnia autem hoc in ſcriptis ipſos profiteri cõuenit, quòd adhærebunt & ſequẽtur catholicæ & apoſtolicę eccleſię decreta: id eſt, quòd & cum digamis communicabunt, & cum iis qui in perſecutione lapſi ſunt, in quibus & tempus conſtitutum eſt & oportunitas præfinita, vt ipſi ſequantur in omnibus eccleſiæ decreta. Vbi ergo omnes, ſiue in vicis, ſiue in vrbibus, ipſi ſoli inueniuntur ordinati, qui inueniuntur in clero, erunt in eodem ordine. Si autem catholicæ eccleſiæ epiſcopo vel preſbytero exiſtente, accedunt aliqui, clarum eſt quòd eccleſiæ quidem epiſcopus, epiſcopis dignitatem habebit: qui autem apud eos qui Catharidicuntur, nominatur epiſcopus, preſbyteri honorem habebit, niſi vtique epiſcopo placeat ipſum nominis honorem impertire. Si autem hoc illi non placeat, vel chorepiſcopi vel preſbyteri locum excogitabit, vt eſſe omnino in clero videatur, ne in ciuitate duo ſint epiſcopi.

BALS.

BALS. *Nouatus ille erat Romanorum ecclesiæ presbyter, vt scribit Eusebius Pamphili. Cum autem facta esset persecutio, & multi propter metum mortis lapsi essent, & pœnitentiam agerent, ipse à Dæmone inflatus, eos nolebat admittere. Sed neque cum digamis, vt qui esset ipse continens, communicabat. Qui ergo eadem cum illo sentiebant, Nouatiani dicuntur, & per ironiam τὰ καθαρὰ, id est puri. Quoniam autem synodo Romæ habita sub Cornelio Papa Romanorum ecclesiæ regnãte Decio, anathemate percussus est Nouatus, & qui eius hæresin sequebantur, dicit canon quòd si aliqui ex iis cũ sincera pœnitentia à sua improbitate defecerint, & se catholicæ ecclesiæ decreta seruaturos affirmauerint, suscipiẽtur, & si fuisse quidem clerici, proprios gradus habebũt, vt qui nõ quod in fide errẽt, sed fratres odio habeant condemnentur. Si autem episcopalem dignitatem habeãt, si alibi inueniantur episcopi in regione, in qua ipsi electi sunt, ipsi quidem nihil episcopale exercẽbunt: sed prouidebit episcopus vt vel illi solum episcopale nomen habeant, vel alio nomine appellentur. Si autem non sint in ea regione episcopi, ipsi quoque episcopatum administrabunt illud autem, In quibus & tempus constitutum est & opportunitas præfinita, de iis qui tempore persecutionis lapsi sunt, & de digamis, dictum est sed & clerici, postquã suscepti fuerint, tunc clero connumerabuntur in quo prius ordinati fuerant, quando pro iis alij clerici ordinati non fuerint. Si autem tales inueniantur, fiet & quod superius de episcopis scriptum est. Quæro autem, si qui eorum ad maiorem gradum prouehi voluerint, an prohibebuntur ex hoc canone, qui dicit in principio: Visum est sanctæ synodo, vt eis impositis manibus sic in clero maneant: an citra impedimentum promouebuntur?* SOL. *Ex l. can. Apost. & 4. can. præsentis syn. statutũ est, vt etiam qui sunt omnino infideles, per gradus ad sacerdotium admittantur. Quidni ergo Nouatiani, & qui cathari dicuntur, non promouebuntur, qui vt dictum est, in fide non errant, sed tanquam immisericordes damnantur. Quòd autem illos in clero manere constitutum est, id mihi pro eis magis facere videtur: verisimile enim erat dicere aliquos, debere quidem ipsos suscipi, sed esse simpliciter vt fideles laicos, & non priores suos gradus exercere: quod synodo non placuit, sed concessum est vt ipsi in gradus suos restituerentur. Restitutionis autem nomine vna ius quoque episcopatus ostenditur.*

Si quis citra examinationem promoti sunt presbyteri, vel examinati sua peccata confessi sunt, eisque confessis, præter canonem moti homines manus imposuerunt, eos canon non admittit. Quod est enim à reprehensione alienum, defendit ecclesia. *Can lx. Dist. lxxx. Si qui sine.*

BALS. *Multa sunt quæ ne ad sacerdotium perueniatur prohibent, cum quibus est & fornicatio. Si quis ergo fuerit fornicationis damnatus, siue antequam consecraretur, siue postea, deponitur. Vnde dicit canon, quòd si quis citra examinationem est consecratus, & ante ordinationem quidem est peccatum confessus, & præter canones est ordinatus, ex eo non iuuatur, sed postquam id cognitum fuerit, deponitur. Dicebant enim nonnulli, quòd quemadmodum baptisma nouum hominem facit eum qui baptizatus est, ita & sacerdotium ea quæ prius admissa sunt peccata abstergit, quod canonibus non placuit.*

Quicunque ex iis qui lapsi sunt, vel per ignorantiam, vel scientibus iis qui promouerunt, ordinati sunt, hoc ecclesiastico canoni non præiudicat. Ij enim cogniti deponuntur. *Can x. Dist. lxxxi. Quicunq.*

BALS. *Eos qui Deum negauerunt, si sincerè pœnitentiam agunt, recipimus, ad sacros autem ordines eos non admittimus, sed & si sint clerici, deponimus, vt dicit lxij. Apost. canõ: Si qui ergo ex iis, & c. liij. canon Ancyr. syn. dicit quòd laicus, qui ex idolorum sacrificio inuitus comedit, si à reprehensione sit alienus, ad sacerdotium prouehetur, vt qui sit sine peccato. Fidelis ergo qui sua sponte lapsus est, prohibebitur.*

De iis qui sine necessitate, vel sine facultatum suarum ablatione, vel sine vllo periculo, vel aliquo eiusmodi, transgressi sunt, quod sub Licinij tyrannide factum est, synodo visum est, & si humanitate indigni sunt, clementia tamen & benignitate in eos vti. Quicunque ergo germanè & verè pœnitentia ducuntur, tres annos inter auditores exigent, vt fideles, & septem annis prosternentur supplices: *Can. xj.* *γνησίως *ἐν τῷ νάρθηκι.

duobus autem annis, absque oblatione, erunt orationum cum populo participes

BALS. Lxij. Canon Apostolicus tractat de clericis qui per vim transgressi sunt: præsens autem canon, de iis qui sine vi deum negauerunt: & dicit eos oportere recipi, si germanè, id est verè, pœnitentiam agant, & tribus quidem annis stare extra templum, vt Dei hymnos & cantica audire: septem autem annis substerni sine intra ecclesiam stare, sed post ambonem, & cum catechumenis exire. completo autem septennio, cum fidelibus quidem vnà comprecabuntur integrè: post biennium verò digni habebuntur sacramentis.

can. xij. Qui autem à gratia quidem euocati, & primum suum ardorem ostenderunt, & cingula deposuerunt, postea autem vt canes ad suum vomitum reuersi sunt, vt nonnulli etiam pecuniam profunderent & *beneficiis militiam assequerentur, hi decem annis prosternantur supplices, etiam post triennij auditionis tempus. In his autem omnibus examinare conuenit consilium & speciem pœnitentiæ. Quicunque enim, & metu, & lachrymis, & tolerantia, & bonis operibus, cõuersionem & opere & habitu ostendunt, hi impleto auditionis tempore quod præfinitum est, meritò orationum communionem habebunt, cum eo quòd etiam liceat episcopo humanius aliquid de eis statuere. Quicunque autem non adeò *grauiter tulerunt, nec multum sua referre existimarunt, satísque esse putarunt in ecclesias ingredi ad conuersionem, tempus omnino impleant.

*Συσφείας καπρῶσαι τὴ αἰσχροκερδείαν.

*ἀλυσιτελῶς ἀνέχοντο.

BALS. Illud quòd Græcè est, Συσφείας καπρῶσαι τὴ αἰσχροκερδείαν, interpretatur, pecuniis vel alius donis militiam accipere. Quoniam ergo nonnulli milites, tempore persecutionis diuino zelo moti, ipsarum militiarum cingula deposuerant, & ad martyrium impetu quodam procurrerant: postea autem damoniaca pœnitentia adacti, à martyrio defecerant, & infideles persecutores secuti erant, & pecuniis vel alijs donis priores suas militias receperant, & ad proprium vomitum redierant, dicit canon, quòd si ijcum sincera compunctione ad ecclesiam accesserint, recipientur, debentes tribus quidem annis extra ecclesiam stare, & diuinas scripturas audire, decẽ autem annis ὑποπίπτειν id est post ambonem stare & cũ catechumenis exire, post hæc autẽ vna cũ fidelibus orare sacramentis autem omnino digni non habeãtur, nisi biennium præterierit, sicut & superius diximus. Quanquã & ij sunt ex iis qui sua sponte labuntur. Concedi autem canon episcopo vt pœnam minuat, pro eius cui pœna imposita est conuersione.

Can. xiij. xxvi. q. vi. De his verò qui. ὁ δὲ ἐξιὼν ἄνευ.

De iis autem qui excedunt, antiqua & canonica lex nunc quoque seruabitur, vt si quis vita excedat, vltimò & maximè necessario viatico ne priuetur. Si autem deploratus & cõmunionem assecutus, rursus in viuos relatus sit, cum iis qui orationum sunt tantum communionis participes. In summa autem, de quolibet excedente, & Eucharistiæ participationem petẽte, episcopus cũ examinatione eum oblatione impertiat.

BALS. Hic est canon generalis. Iubet enim omnem cui pœna imposita est, & sacramentis est priuatus, præclaro sanctæ participationis seu communionis viatico non priuari, in extremo spiritu, cum examinatione episcopi. Addit autẽ, quòd si talis post sacramẽtorum participationẽ, mortem euaserit, vna cum fidelibus precabitur. Sacramenta autem non assequetur, nisi præstitutum pœnæ tempus omnino impletum fuerit. Puto autem, quòd tunc post sanitatem vna cum fidelibus orare permittetur ei cui pœna imposita est, quando & ante morbum vna cum eu precabatur. Si enim in loco audientium stabat, eundem habebit locum etiam post sanitatem.

De ca-

De catechumenis, & qui lapſi ſunt, viſum eſt ſanctæ & magnæ ſynodo, vt ij tribus annis tantum audientes, poſtea orent cum catechumenis. Can.xiiij.

BALS. *Eum qui ex infidelitate ad veram fidem acceſſit, & initiatus eſt: & poſt initiationem aberrauit, & priorem ſuperſtitionem repetit, non ſimpliciter ad catechumenorum locum rurſus recipi redeuntem ſancti patres definiunt: ſed prius triennio extra templum ſtare cum audientibus: eo autem impleto, in priorem ſtatum & ordinem catechumenorum recipi.*

Propter multum tumultum, & ſeditiones quæ fiunt, omnino viſum eſt vt conſuetudo quæ præter canonem in nonnullis partibus inuenitur tollatur: vt à ciuitate in ciuitatem nec epiſcopus, nec preſbyter, nec diaconus tranſeat. Si quis autem poſt ſanctæ & magnæ ſynodi definitionem tale quidpiam adgreſſus fuerit, vel ſe rei eiuſmodi dederit, *quod factum erit, omnino infirmabitur, & eccleſiæ reſtituetur cui epiſcopus vel preſbyter ordinatus fuerit. Can.xv. VII.q.1 non oportet epiſcopum. *κατακύρωμα.

BALS. *Apoſtolicus quidem xv canon, Ne amplius miniſtret, inquit, clericus, qui præter proprij epiſcopi ſententiam, à ciuitate in ciuitatem tranſit. præſens autem canon eadem etiam de epiſcopu definiens, irritum eſſe ſtatuit quod præter hæc fortaſſe factum fuerit. Cum xiiij canon Apoſtolicus à parochia in parochiam inuaſionem ſeu irruptionem prohibeat: tranſlationem autem propter magnam & honeſtam cauſam permittat, & xvi canon Antioch. Synodi decernat, vt qui vacat, in vacantem eccleſiam tranſeat, cum diuidicatione & examinatione perfectæ ſynodi: ſimiliter primus & ſecundus canon Sardic. Syno. eam valde puniat qui improba via ac ratione, eam quæ ipſum ſortitus eſt, relinquit, & maiorem eccleſiam occupat & arripit: & preſens xv. canon primæ Syn tranſitum epiſcoporum à ciuitate in ciuitatem omnino prohibeat, cum autem non puniat, ſed irritum eſſe decernat id quod factum fuerit, & priori eccleſiæ reſtitui epiſcopum & preſbyterum, in quam ordinati erant, dixerit quiſpiam canones ſibi inuicem repugnare, vtpote cùm Sardicenſis quidem ſynodi canones ſcilicet, puniant à parochia in parochiam tranſitum, primæ verò ſynodi xv. canon eam non puniat, ſed epiſcopum ad priorem ciuitatem traducat. Apoſtolicus autem xiiij. canon & Antiochenæ ſynodi eam fieri permittant.* SOL. *Canones inter ſe non pugnant, ſed eſt eſt differentia inter* *tranſlationem, tranſitionem, & inuaſionem. tranſlatio enim eſt, quæ fit à parochia in parochiam traductio: quando fortaſſe epiſcopus varia ac multiplici ſcientia inſtructus ac exornatus, ab epiſcoporum multitudine, in maiorem eccleſiam, viduam, auxilióque deſtitutam, & de vera religione in periculum adductam, accerſitus fuerit. quod magno Gregorio Theologo vſuuenit, quia Staſimo Conſtantinopolin tranſlatus eſt: & ea eſt permittenda, quandoquidem à ſanctorum Apoſtolorum xiiij canone inducitur. Tranſitio eſt, quando vacans videlicet quiſpiam, non habens parochiam quæ à gentilibus detinetur, à multis epiſcopu in vacantem eccleſiam tranſire coactus fuerit propter eius in recta de fide ſententiam & reliquus eccleſiaſticis vtilitatem & eſt hæc quoque ſuſcipienda à diuinis canonibus ſanctorum patrum qui in Antio. hia cõuenerũt. Inuaſio autem eſt libera, vel etiam cum malu artibus* improbóque conſilio, eius qui vacat, vel qui etiam habet eccleſiam epiſcopi, ad viduam eccleſiam iniuſta aggreſſio. Quam, qui in Sardic. ſynodo conuenerunt ſancti patres, adeò auerſati ſunt, vt qui eam admiſſerit, eum cum nullo poſſe Chriſtiano communicare ſtatuerint, & nec in extremo quidem ſpiritu cum laica communione dignum cenſuerint. xv. autem primæ ſynodi canon de nullo eiuſmodi mentionem faciens, nulli eorum qui ſuperius poſiti ſunt canoni aduerſatur: neque enim de tranſlatione, nec de tranſitione, nec de inuaſione docet: ſed prohibet epiſcopum, vel presbyterum, vel diaconum ab vrbe in vrbem ad ſuam parochiam pertinentem tranſmeare ac tranſilire ſicut ille Derci Archiepiſcopus dominus Ioannes, conatus eſt Dercs thronum tranſferre in Philopopolin, in qua ſuperiorem ipſe iuriſdictionem habeat, eo quod eſſet illa frequentior, & fuit ſynodicè prohibitus. Propterea enim non punitur hoc conatus epiſcopus, ſed in priorem ſuam cathedram reducitur. Quòd hoc antè verum ſit, ex ipſis canonis verbis declaratur, quæ ciuitatu meminerunt, non parochiæ. Vt idem enim epiſcopus multas quidem habeat ciuitates & etiam regiones, fieri poteſt: ſed nequaquam, vt multas parochias ſeu diœceſes. Sed & ex eo quòd canon Presbyterorum & diaconorum re-* *μετάθεσις. *μετάβασις. *βάσις. *φαύλη οἰκονομία. *παροικιῶν διαφόρων εἶναι.

minit, euidenter veritas ostenditur. Quæ enim translatio, vel transitio, vel innasio in his vnquam potest tractari? Nulla omnino: sed sola transmutatio ab vrbe in vrbem, non alienam, sed ad parochiam, in quam ordinati sunt, & propterea non deponuntur, sed ecclesiæ in quam ordinati sunt restituuntur.

Can. xvi. *παροικοῦντας.*

Quicunque temere & inconsideratè, nec Dei timorem præ oculis habentes, nec ecclesiasticum canonem scientes presbyteri vel diaconi, vel quicunque omnino in canone recensentur, ab ecclesiis secesserint, ij in aliena ecclesia nullo modo recipi debent, sed omnino cogendi sunt in suas ipsorum parochias redire. Vel si perseuerent, eos à communione separatos esse oportet. Si autem etiam ausus fuerit quispiam, eum qui ad alium pertinet, surripere, & in ecclesia ordinare, non consentiente proprio episcopo, à quo recessit qui in canone censetur, irrita sit ordinatio.

BALS. *Ex fine xv. canonis ostenditur, quòd omnes qui ordinantur, vel ad episcopatus ordinantur, vel ad monasteria, vel ad diuinas ades. Vnde ei consequẽter & vj. canon Chalced. Syn. & xiiij. statuunt clericos sic fieri, & quæ aliter facta fuerit, ordinationem irritam haberi. Quocirca etiam placuit non esse in clerici potestate à ciuitate in ciuitatem migrare, & clerum commutare sine dimissoriis literis eius qui ordinauit: clericos autem qui ab eu qui elegerunt euocantur, & redire non persuadentur, esse à cõmunione separatos, id est non permitti eis vt simul sacrificent. In ea enim significatione, non communicare accipitur: non autem in ea quæ est, in ecclesiam non accedere, vel sacramenta non participare: idque omnino fit consequenter xv. canoni Apostolico, qui decernit eos non* *λειτουργεῖν *ministrare. xvi. autem canon Apostolicus, segregationi subiicit etiam eum qui ex alia parochia clericum recipit, sine dimissoriis literis eius qui eum ordinauit. Quare rectè facit is qui nunc est magnæ ecclesiæ Chartophylax, non permittens iis qui extra ordinati sunt, sacerdotibus, sacrificare, nisi & commendatitias & dimissorias literas eorum à quibus sunt ordinati, affirant. lege & xxxv. can. Apost. Syno. Antioch. can. xxij. & synod. Ephes. can. ix.*

Can. xvij.

Quoniam multi qui in canone recensentur, plura habendi studium & turpe lucrum persequentes, diuinæ scripturę obliti sunt quæ dicit, Argentum suum non dedit ad vsuram: & fœnerantes, centesimas exigunt, æquum censuit sancta & magna synodus, vt si quis inuentus fuerit post statutum vsuras ex mutuo sumere, vel eam rem aliter persequi, vel sesquialteras exigere, vel aliquid aliud excogitare turpis quæstus gratia, è clero deponatur, & sit alienus à canone.

*ἡμιολίας

BALS. *Xxxxiiij. canon Apostolicus, eos qui ex mutuo vsuras exigunt presbyteros, vel diaconos, deponi iubet nisi cessent. Præsens autem canon, omnes clericos qui fœnerantur, vel sesquialteras exigunt, vel aliquod aliud turpe lucrum excogitant, deponi æquum censet. Quare & quæ scripta sunt in dicto Apostolico canone, & xxvij. cap. ix. tit. præsentis operis, dicens à sacerdotibus etiam vsuras repeti, scilicet & ex eo quod interest, & ex mora. Cùm apostolicus canon, & alij, decernant sacerdotes fœnerantes deponi, nisi cessauerint, an eos attendere debeamus, an præsentem canonem, qui dicit ipsos ex hoc ipso deponi? SOL. Vt mihi videtur, clericus post denunciationem à turpi lucro non abstinens, deponetur, eò quòd canon Apostolicus humanius loquatur. Nota ergo canonem propter sacerdotes, qui* *οἰνάρια *vina caponantur, & balnea conducant, & quædam alia eiusmodi faciunt, & quæ canoni non subiicitur, vltimam anchoram paupertatem prætexunt. Verbum autem quod in præsenti canone comprehenditur, & dicit, vel rem aliter persequi, vel sesquialteras exigere, est huiusmodi: quidam sacerdotes canonem intelligentes, & ipsum circunscribentes, eique fraudem facientes, verba quidem seruant, mentem autem negligunt. Dant enim nonnulla*

nullis pecuniam, & tantam ex lucro partem se capturos pacisc̃untur: periculum autem agnituros qui eam accipiunt, & cùm sint re vera fœneratores, verbo tamen societatem prætexunt. Hoc ergo canon auersatur, & eos qui huiusmodi quid faciũt deponit. Sesquialteras autem intellige leuiores vsuræ exactiones.

Peruenit ad sanctam Synodum, quòd in nonnullis locis & ciuitatibus diaconi dant presbyteris Eucharistiam, quod neque canon, neque consuetudo tradidit, vt qui offerendi potestatem non habẽt, iis qui offerunt dent corpus Christi. Iam verò illud etiam cognitum est, quòd iam quidam ex diaconis etiam ante episcopos Eucharistiam attingunt. Hæc ergo omnia auferantur, & diaconi intra suas mensuras permaneant, scientes quòd sunt quidem episcopi ministri, presbyteris verò minores. Accipiant autem suo ordine Eucharistiam post presbyteros, eis præbente episcopo vel presbytero. Sed nec in medio quidem presbyterorum liceat diaconis sedere. Id fit enim prẽter canonem & ordinem. Si quis autem non vult obedire, etiam post has constitutiones, à diaconatu desistat. *Can. xviij.*

BALS. *Quòd magna sit sacerdotum dignitas, sed multo maior episcoporum, & quòd debent diaconi præponi, ex ipsis factu ostenditur. Illi seruitur, hi verò seruiunt. Quidni ergo præferri debent ij quibus ministratur iis qui ministrant? Quoniam autem nonnulli, inquit, diaconi, ordinem in ciuitatibus dissoluentes, ante episcopos accipiunt, & dant presbyteris Eucharistiam: & cùm omnino debeant à presbyteris & sacerdotibus sanctificari, quoniam etiam Apostolus dicit, Quod minus est, ab eo quod est præstantius, benedicitur, non stant iis quæ decreta sunt, & in congregationibus etiam sedent in medio presbyterorum. definitum est vt diaconi ab episcopo vel presbytero accipiant, vel vt iis qui non ad ita faciendum se morigeros præbuerint, à diaconatu desistant. Hac definiente canone, diaconis quidem ante episcopos accipere, vel dare Eucharistiam aut sacramenta sacerdotibus non permittitur. Sed nec ad sanctum altare in medio sacerdotum sedere. Vt autem nonnulli ex ecclesiastico diaconi, in congregationibus quæ sunt extra sacrum tribunal ante sacerdotes sedeant, fieri videmus: & existimo hoc fieri propter dignitates seu officia. Soli enim ij qui à patriarcha officio ecclesiastico digni sunt habiti, sedẽt ante sacerdotes. Fit autem & hoc præter rationem. lege enim etiam vj. synodi canonem vij. At is qui nunc est sanctissimæ ecclesiæ chartophylax, in congregationibus quæ fiunt extra synodum, sedet non solum ante sacerdotes, sed etiam antistites, ex constitutione inclyti imperatoris domini Alexij Comneni, quæ sic habet: Regia mea administratio, quæ ecclesiastica honestatis maximam curam gerit, & bonum quidem ordinem cum in omni ciuili ratione quærit, tum autem multo magis in rebus diuinis eum versari studet, quæ vnicuique gradui ecclesiastico sunt ab initio tributa priuilegia, & eam quæ in hu hucusque obtinuit constitutionem, deinceps quoque esse immutabilem, & perseuerare vult, & censet sanctissime domine, vtpote quæ per tot annos suscepta, & in vsu ciuili longo tempore versata, & ab alio in aliud immutabilibus hucusque transmissionibus vindicata ac confirmata sit. Sed quoniam imperatoria mea sublimitas didicit, quòd nonnulli Antistites contentione quadam & gloriæ studio incitati, volunt chartophylacu priuilegium minuere, & canones in medium adducentes, per eos contendunt illum ante antistites sedere non oportere, quando aliquo vsu exigente oportet eos conuenire & considere ante accessum ad tuam sanctitatem, non ferendum regiæ meæ maiestati visum est, vt res quæ tanto tẽpore approbata est, & à prioribus Patriarchis, & ab aliis antistitibus, sed & ab iis qui nunc ob rem non honestam contendunt, longissimi temporis silentio, nunc obiter aboleretur, & tanquam neglectum quidpiam conuelleretur. Hanc ergo rem decernit esse valde rationi consentaneam & iustam. Si enim contrà vellent antistites immobilia non mouere, nec ea quæ iis qui prius fuerunt patribus placuere, sed & quæ iis ipsis longo silentio, & hucusque patientia, probata fuere, rursus in certamen non deducere, rectè se haberet, & eis magna gratia haberetur, quòd pugnandi studio abiecto, pacem & quietẽ præstitissent. Si autem etiã adhuc nonnulli, verba canonis vsurpãtes (à sententia enim longè absunt) voluntatẽ suam confirmare conantur, & non rectè ordinem ad id quod est inor-*

Nicæni

dinatum transferunt, permittit quidem imperatoria mea serenitas canonis interpretari & decl arare contextum, qui facile comprehendi potest, & pulchrè discerni iu qui exactè penetrat, & canonicum sensum attingunt. hoc autem vtique ipsum antistitibus probro est, quòd cùm canonem sciant, & eius verba perfectè intelligerent, suam ipsorum conscientiam prater rationem conculcarunt, & dum disturbaretur canon, toleranerunt.

*Caldont.

Can xix. De Paulianistis, qui deinde ad ecclesiam confugerunt, statutum est vt ii omnino rebaptizẽtur. Si qui verò tempore præterito in clericorum numero erant, siquidem à culpa & reprehensione alieni visi fuerint, rebaptizati ordinẽtur à catholicæ ecclesiæ episcopo. Si verò examinatio eos non esse aptos deprehendit, deponi eos oportet. Similiter autem & de diaconissis, & omnino de omnibus qui inter clericos annumerantur, eadem forma seruabitur. Diaconissarum autem meminimus, quæ in habitu quidem censentur, quoniam nec vllam habent manuum impositionem, vt omnino inter laicos ipsæ connumerentur.

BALS. *Paulianistæ dicuntur Pauliciani. Editum est ergo à sanctis patribus decretum, sine canõn, & forma, vt ipsi rebaptizentur quoniam autem nonnulli eorum, vt est verisimile, per ignorantiam in clerum ordinati sunt, debet episcopus eos rebaptizare, & tũc de eorum vitæ degendæ ratione post baptismum inquirere, etsi inculpatos inuenerit, sacerdotio quoque dignos iudicare: sin minus, eos & ab ordinatione quæ fuit ante baptismum remouere. Eadem autem in diaconissas quoque fiant. De diaconibu autem res ita habet: Virgines aliquando ad ecclesiam accedebant, & episcopi suasione seruabantur, vtpote Deo dedicatæ sed cum amictu laico. Id enim est, cum habitu censeri. Cùm autem xl annorum ætatis essent, diaconissarum quoque ordinationem recipiebant, si non nimo dignæ inuenirentur. Sic ergo est inquit, fiet & in his quod in masculis superius statutum est. Quære & Carth. Syn. can. vi. & xliij. Hæc cùm canon statuerit, dixerit quispiam, cùm quæ ante baptismum facta est ordinatio, vt ne facta quidem reputatur. Propterea enim Paulianistam post baptismum ordinari cautum est, quomodo dicit canon eum post examinationem deponendum, si indignus inueniatur qui ordinetur. SOL. Depositionu nomen hic abusiuè pro expulsione acceptum est. Ante baptismum enim in clericatum ordinatio, clericatum non tribuit. Si autem volu hoc dicere, statue hæc verba non accipi de ordinatione quæ fuit ante baptismum, sed de ea quæ fuit ante baptismum. Deponetur enim, inquiunt patres, & qui post illuminat.onem indignè ordinatus est, vt vult vniuersalis canon, qui eos qui post ordinationem peccant deponit. De Paulianistis autem aliquado quæsitum est, quinam essent: & alij quidem alia dixerunt: ego autem in diuersis libris inueni, quòd Manichæi Paulianistæ vel Pauliciani dicti sunt, à quodã Paulo Samosateno uxoris Manichæi filio, cui nomen erat Callinice. Samosatenus autem appellatus est, vt qui Samosatenorum episcopus fuerit. Is prædicauit vnum esse Deum, qui & pater & filius & sanctus spiritus idem dicitur. Vnus enim, inquit, est Deus & filius ipsius in ipso, quemadmodum in homine ratio vel sermo. Ipsa autem ratio, cum in terram venisset, habitauit in homine qui dicebatur Iesus, & conon iaque completa, ascẽdit ad patrem. Hic autem Iesus, ex inferioribus regionibus est Iesus Christus, vt qui à Maria ceperit. Eum Antiochiæ deposuerũt sanctus Gregorius Thaumaturgus, & alij quidam. Rursus dubitatur an Christiani qui ex orthodoxis ad Paulianistas defecerunt, rursus debeant baptizari. Et nonnulli quidem dicunt, quòd eos solos iubet ea non rebaptizari, qui à nativitate Pauliciani fuerint, non ante eos qui ex orthodoxis Paulicianorum hæresin susceperint. Eos enim vel sola vnctione sanctificari oportet, & ad suam rationem cõfirmandam afferunt, quòd multi qui sua sponte Massalianistæ fuerant, rebaptizati non fuerint, sed tantum vnguento delibuti. Mihi autem videtur hic canon magis statuere de iis qui ex orthodoxis in Paulianorum hæresin ceciderunt, & execranda superstitionu ac impietatis baptismum susceperunt & hoc esse proprie Paulianismum, non esse autem aliquem à principio Pauliciauum. Et ideo ex sententia huius canonis, debent qui tales sunt, rebaptizari Sed & rebaptizationis verbum non parum confert ad id quod hic dicitur. Quære & xxx vij canonem Apostolicum dicentem deponendum episcopum & presbyterum, qui quemcunque fidelem bu baptizat, & eum non baptizat qui ab impio est inquinatus. lege & eiusdem canonis interpretationem, & vij. can. ij. vn.*

Quoniam

Quoniam ſunt quidam, qui in die dominico genu flectunt, & ipſis diebus Pentecoſtes, vt omnia ſimiliter in omni parochia ſeruentur, viſum eſt ſanctæ ſynodo, vt ſtantes deo orationes effundant. Can. xx

BALS. *Apoſtolicus lxvj. canon, eum qui quouis die dominico, vel quouis ſabbato, præter vnum & ſolum ſabbatum ſcilicet magnum ieiunat, ſi ſit quidem clericus deponi: ſi verò laicus, ſegregari iubet. Præſens autem canon in omni dominico, & omnibus Pentecoſtes diebus feſtũ agere, & omnes ſtantes orare decernit, vt qui cum Chriſto conſurrexerimus, & ſupernam habitationem quæramus. Quæſitum eſt autem & ex Apoſtolico canone, qui nos non ieiunare oportere ſtatuit, quouis ſabbato, vel quouis dominico, & ex præſenti canone ſtatuente non oportere nos genu flectere in dominico & per totam Pentecoſten: nunquid apparet non debere nos ieiunare, ſed ieiunium ſoluere in omnibus diebus hebdomadæ, vt in dominico. & nonnulli quidem dixerunt totam Pentecoſten vt vnum diem dominicum exiſtimari, & debere nos propterea diem feſtum agere, & neque ieiunare, nec genu flectere. Mihi autem placet canones in ſu vim ſuam obtinere in quibus emiſſi ſunt.*

SYNODVS LAODICENA.

Ancta Synodus, quæ Laodicæ, quæ eſt vrbs Phrygiæ Capatianæ ex diuerſis Aſiæ prouinciis congregata eſt, conſtitutiones eccleſiaſticas edidit, vt hic ſubiectum eſt.

CANONES BEATORVM PATRVM, QVI LAODICEÆ QVÆ EST vrbs Phrygiæ, conuenerunt.

Oportere ex eccleſiaſtico canone eos qui liberè & legitimè ſecundo matrimonio coniuncti ſunt, & non clam vxores duxerunt, cum exiguum tempus præterierit, & orationibus & ieiuniis vacauerint, eis ex venia dari communionem. Can. j

BALS. *Qui ſecundo vxores ducunt, ex præſenti quidem canone, pœnitentiam agentes & orantes, poſt aliquantum temporis, diuinorum ſacramentorum communione digni habentur. à iiij. autem canone ſancti Baſilij, poſt annum. illi quidem ſic puniuntur qui in legitimo matrimonio vxores duxerunt. Qui enim prius vxores clam duxerunt, ſiue fornicati ſunt, cum iis quæ illis poſtea legitimè coniunctæ ſunt, vt fornicatores punientur, ex legitima coniunctione nihil auxilij ſentientes. Et hæc quidem ſic habent: leges autem, eos qui ex fornicatione nati ſunt, tanquam ex legitima coniunctione natos reputant, ſi pater eorum matrem poſteà legitimè duxerit. Quare librum ij. Imp. tit. ij. totum & xxiij. vt xxviij. librum Imp. ſeu xxj. Iuſtiniani Nouellã aliter de iis qui ſecundis nuptiis cõiungũtur, tam mulieribus quam hominibus tractãtem.*

Eos qui in diuerſis delictis peccant, & in oratione confeſſione & pœnitẽtia fortiter perſeuerant, & ſe à malis perfectè cõuertunt, tẽpore pœnitẽtiæ eis pro delicti proportione dato, propter dei miſerationes, & bonitatem, offerri communioni. Can. ij. xxvj. q. vij. His qui alias.

BALS. *Didicimus nullum peccatum vincere dei miſericordiam. Porrò præſens quoque canon ſtatuit, vt qui à malo perfectè deſiſtunt, cum pura cõfeſſione, & digna peccatorum pœnitentia, ij digni ſancta participatione habeantur, non propter eorum virtutis ſtudium, ſed propter dei miſerationes & inenarrabilem eius bonitatem. Hæc autem omnino diſcernet epiſcopalis examinatio.*

Non oportere eos qui ſunt recens illuminati, in ordinem ſacerdotalem promoueri. Can. iij

BALS. *Sanctorum Apostolorum canonem lxxx. synodi Nicenæ can. ij. qui eadem cum præsenti canone decernunt, de iis qui sunt recenter baptizati, & petunt ad sacros ordines admitti. Magnum tamen lumen Nectarius ille, à catechumenorum grege nuper separatus, cum diuino lauacro vitæ sordes abluisset, parua iam, purissimam episcopatus dignitatem induit, & simul sit regiæ vrbis episcopus, & sanctæ secundæ vniuersalis synodi præses.*

Can. iiij Dist. xlvij. Non licet fœnerari.

Non oportere hominem sacratum fœnerari, & vsuras, & quæ dicuntur * sesquialteras accipere.

*ἡμιολίας

BALS. *Apostolicus xliij. canon & xvij. primæ syn. diffusius tractant de sacris initiatis qui vsuras accipiunt: & lege eos.*

Can. v

Non oportere ordinationes fieri in præsentia eorum qui audiunt.

BALS. *Ordinationes canon hic electiones nominat, & dicit, quòd quoniam in electionibus dicuntur nonnulla sæpe etiam indigna de iis qui eliguntur, non licet in communi cuiuslibet volentis auditione eas fieri. Propterea ergo hodie quoque seorsum antistites & soli conuenientes eligunt. In primo autem canone Apostolico * ordinatio pro manuum impositione sumitur.*

*Χειροτονία

Can. vj

Non permittere hæreticis vt in domum domini ingrediantur, si in hæresi permaneant.

BALS. *Canon est apertus, qui non permittit hæreticis in hæresi permanentibus, vnà cum orthodoxis in ecclesia agere. lege etiam ix. can. sancti Timothei Alexandriæ episcopi.*

Can. vij

Eos qui ex hæresibus, hoc est Nouatianis, siue Photinianis, vel Tessaradecatitis cõuertuntur, siue catechumenos, siue qui apud illos fideles dicuntur, non admitti priusquam omnem hæresin anathematizauerint, & præcipuè eam in qua detinebantur: & tunc deinceps eos, qui apud illos fideles dicebantur, fidei symbola discentes, & sancto chrismate inunctos, sic sancto mysterio communicare.

BALS. *Lege vij. can. secundæ syn. xix. primæ xcv. vj. & scies ea de quibus hic præsens canon tractat.*

Can. viij

Eos qui ab eorum hæresi qui Phryges dicuntur, conuertuntur, siue sint in clero qui apud illos existimatur, siue maximi dicantur, eos cum omni studio catechizari seu initiari, & baptizari ab ecclesiæ episcopis & presbyteris.

BALS. *Quæ in vij. can. secundæ syn. interpretatione scripta sunt, sufficiunt ad præsentis canonis interpretationem. Quia autem dicebant ex Phrygibus hæretici, quosdam ex eorum doctores esse clericos maximos, quòd alios clericos hæreticos superent: & non deerant qui asserebant nõ oportere eos baptizari, vt qui essent in clerum recepti, addicit canon eos quoque & catechizari seu initiari ac baptizari oportere.*

Can. viij

Non concedendũ esse, vt in cœmeteria, vel in ea quæ dicuntur martyria quorunuis hæreticorum, abeant ij qui sunt ecclesiæ, orationis vel * venerationis gratia. Sed tales, si sint fideles, esse aliquantisper excommunicatos: si autem pœnitentia ducantur, & se deliquisse confiteantur, suscipi.

*προσκυνήσεως

BALS.

BALS. *Quemadmodum in vj. canone prohibiti sunt hæretici in domum domini ingredi, ita hic quoque prohibentur fideles, hæreticorum cœmeteria, vel quæ apud eos dicuntur martyria, ingredi. tanquam autem dixisset quispiam, sed si quis profectus sit fidelis quispiam ad hæreticorum congregationem, pro eis execrandus ac despuendus, cur punietur? dicunt patres illos esse ad tempus segregatos, qui pro oratione vel veneratione ad hæreticorum martyria proficiscuntur: quos & pœnitentiam agentes, & suum delictum cognoscentes, suscipiendos decernunt. Lege sanctorum Apostolorum can. lxiiij. & lxx. præsentis synodi can. & xxxij. xxxiiij. xxxvij. xxxix. Carthag syn. can. lx. & vj syn. can. xj. Martyria autem dicuntur ab hæreticis cœmeteria. In tempore enim persecutionis, quidã hæretici Christianos seipsos nominantes, ad mortem vsque supplicio affecti sunt: & ideo qui erant eiusdem opinionis, eosdem martyras appellabant.*

Non oportere eos qui sunt ecclesiæ, indiscriminatim suos filios hæreticis matrimonio coniungere. Can. x

BALS. *Lege xiiij. can. iiij. synodi & quæ in illo scripta sunt, sufficient ad præsentis canonis interpretationem.*

Non oportere eas quæ dicuntur presbyteræ & præsidentes, in ecclesiis constitui. Can. xj Dist. xxxij Mulieres quæ.

BALS. *Antiquitus mulieres quædam vetulæ in catholicis ecclesiis sedentes, reliquas forte mulieres ad bonum honestumque ordinem seruandum deducebant. Quia autem ex earum consuetudine, eo quod honestum est non rectè intentium, vel propter arrogantiam, vel propter turpem quæstum, quædam offendebantur, prohibuerunt Patres, ne deinceps essent omnino in ecclesiis presbyteræ siue præsidentes. Ne dixeris autem, & quomodo hoc fit in fœminarum monasteriis, & vna mulier, quæ scilicet præest, omnibus præsidet. audies enim, quòd quæ ex deo sit renũciatio, & tonsura, facit vt multæ vnum corpus existimentur, & omnia quæ sunt ipsorum, ad animæ salutem respiciunt. Docere autem mulierem in ecclesia catholica, vbi hominum multitudo congregatur, & diuersarum sententiarum fœminæ, est maximè indecorum & pernicioſum.*

Vt episcopi, Metropolitanorum, & eorũ qui sunt circumcirca episcoporum iudicio, in ecclesiastico magistratu constituantur, diu examinati & in ratione fidei, & in rectæ rationis dispensatione. Can. xij

BALS. *Præsens quoque canon prohibet episcopos à multitudine eligi, & eos à metropolitanis & episcopis constitui oportere decernit. probari autem eos iubet & in sententia & in vita.*

Turbis non esse permittendum, eorum qui sunt in sacerdotio constituendi, electionem facere. Can. xiij Dist. lxiij Non est permittendum.

BALS. *A præsenti quoque canone ostenditur, quòd antiquitus non solum episcopi eligebantur à populi multitudine, sed etiam sacerdotes: quòd etiam vetitum est.*

Ne sancta, °instar benedictionum, in festo Paschæ in alias parochias transmittantur. Can. xiiij °ὡς λόγον

BALS. *Quod fit hodie à Latinis in festo Paschæ. distribuunt enim laicis azyma, postquam sanctificata fuerint, perinde ac cõmunia. Hoc etiam olim fiebat à nostris, vt est verisimile, in sancto mysterio. Canon ergo hoc prohibet, & statuit non esse huc & illuc transferenda sancta, perinde ac communia & vulgaria.*

Non oportere, præter canonicos cantores qui suggestum ascẽdũt, & ex °mẽbrana legũt, aliquos alios canere in ecclesia. Can. xv °ἀριβήρου

BALS. *Videtur quòd olim quidam ex plebe laici, sibi clericorum priuilegia vendicabant, & in ecclesiis diuina cantica incipiebant ad clericorum contemptum. canebant autem & quædam immutata & non vsitata, cuiusmodi sunt quæ hodie canuntur à mulieribus quæ vexilla sequuntur. Hæc ergo dissuadentes Patres, dicunt nullum alium præter clericos qui in suggestu legunt, sancta cantica debere incipere. Neque enim vetitum est quominus etiam laici in ecclesiis cõcinant, & non aliena canant, præter ea quæ in libris ecclesiasticis, ἀπὸ τῆς ἀριβήρου id est ex membranis composita sunt. Quòd autem ἀριβήρου dicatur omnis pellis, in confesso est. Nota hæc propter monachos, qui episcopalem tonsuram non susceperè, & in suggestu inordinatè legunt: & propter laicos, qui τῆς κακῶς choreutum sunt auctores, & se in ecclesia tanquam in foro domestico, exhibent. Nota similiter, quòd cantorum °mollia fractáque & scenica cantica, sunt omnino prohibita.* μαλακὰ καὶ

Can.xvj Vt euangelium cum aliis scripturis sabbato legatur.

BALS. *Antequam completa esset ecclesiasticorum canticorum constitutio, non legebatur euangelium, vel aliqua alia scriptura in ecclesia, die sabbati: sed propter canones, qui dicũt die sabbati non esse ieiunandum, vel genu flectendum, homines vt plurimum tunc festum agebant, & nec ecclesiastici quidem conuentus fiebant. Hoc ergo remouentes Patres, statuerunt die quoque sabbati peragendum esse omne ecclesiasticum officium.*

Can.xvij Non oportere psalmos in conuentibus contexere, sed in vnoquoque psalmo interiecto spatio, lectionem fieri.

BALS. *Cùm psalmi vno contextu ex antiqua traditione legerentur, & populus qui congregabatur ex eo molestia afficeretur, & labore propterea confectus, nullam eius curam gereret, & ab ecclesia exiret, statuerunt Patres non esse psalmos in ecclesiasticis congregationibus vno contextu dicendos, sed aliquo intercedente lectionem esse faciendam. Vt aliquantulum quiescat populus & rursus canat. Propterea enim & in diuersas* °*sessiones sacrum distributum est psalterium. sunt ergo sanctis patribus gratiæ agendæ pro hac eorum cura.*

°καθ' ἑκάστην

Can.xviij Idem precum ministerium omnino debere fieri in nonis & vesperis.

BALS. *Hic quoque canon veterem inordinatũ morẽ corrigit. Quidã enim propter arrogantiã, vt videtur, in vespertinos hymnos preces componentes, eas legebant: & cum reprehendebantur, se nihil absurdum alienum ve facere, nec à patribus datas orationes dissoluere dicebant. illa enim in nonis fieri iussæ sunt: quæ autẽ ab ipsis facta sunt, in vespertinis hymnis proferũtur. Dicũt ergo Patres, sufficere preces quæ sunt traditæ, & in nonis & in vespere, & in omnibus, vt semel dicam, congregationibus, nec licere ei qui velit preces componere.*

Can xix Oportere, seorsum primum, post episcoporum ° sermones, catechumenorum orationem peragi: & postquam exierint catechumeni, eorũ qui pœnitentiam agunt fieri orationẽ: & cùm ij sub manum accesserint, & secesserint, fidelium preces sic ter fieri. Vnam quidem scilicet primam silentio: secundam autem & tertiam per pronunciationẽ impleri: deinde sic pacẽ dari, & sic sanctam oblationem perfici: & solis licere sacratis ad altare accedere, & communicare.

°ὁμιλιας

BALS. *Catechumeni dicuntur, qui ad baptismum præparantur. Di pœnitentia sunt, seu pœnitentiam agunt fideles, quibus propter peccata pœna iniuncta est, qui etiam sancta communione digni habentur. Colligitur ergo, quòd aliud quoddam erat consequentia in sacro diuino mysterio eo tempore, propterea statuerunt quoque Patres quæ hic constituta sunt. Quoniam autem hæc ad aliam consequentiam deuenerunt, ea interpretanda non sunt. Pax autem sit inter episcopos* °*per salutationem seu amplexum. Dilectionis enim signum est, salutatio & complexus. Dilectioni autem pacificum esse est consequens. Nota autem, quòd ex præsenti canone solu sacratis permittitur ad altare communicare. Quòd autẽ non debeãt laici ad altare ingredi, lege vj. syn. can. lxix. & lxx & præsentu syn xluij.*

°δι' ἀσπασμοῦ

Can.xx Dist xci Nõ oportet. Quòd non oportet diaconum ante presbyteros sedere, sed sedere cum iussu presbyteri. Similiter autem etiam haberi honorem diaconis à ministris & omnibus clericis oportet.

BALS. *Quæ in vij. canonem vj. synodi & xviij. Nicenæ scripta sunt de ordine presbyterorum & diaconorum, sufficiunt ad præsentu canonu interpretationem.*

Can. xxj Dist xxiij Nõ oportet. Quòd non oportet ministros locum habere in diaconis, & sacra vasa tangere.

BALS. *Ministri dicuntur subdiaconi. Canon ergo eos prohibet ea quæ ad diaconos pertinent aggredi, seu sacra vasa tangere, scilicet corporis & sanguinis Christi. Neque enim dixerim non debere eos sacra vasa tangere, seu sacrum calicem & sacram patinam, cum sunt inanes. Eorum enim ministerium & translatio eis magis conuenit.*

Can.xxij Dist.xxiij Ministrum: Quòd non oportet ministrum ferre orarium: neque enim fores relinquere.

BALS.

BALS. *Orarium ferre, est solorum diaconorum. Hi enim eis qui celebrant adsistentes, & sanctarum orationum mysteria, & presbyterorum prolationes obseruantes, eu qui sunt in suggestu diaconus per orariũ significant quando habeat fieri pronũciatio seu prolatio petitionum catechumenorum, & reliquorum. Et appellatum est Orarium ἀπὸ τῆ ὥρᾳ, quod est obserno. Quemadmodum autem hoc diaconu est attributum, visum est, hypodiaconos quoque ecclesiarum fores tenere, & catechumenos introducere & educere, eos qui sunt in pœnitentia. Propterea enim hodie quoque etiam ab hypodiaconu dicitur illud, Quotquot non fideles, qui scilicet non estis fideles, sed catechumeni, egredimini. Fideles autem state, visuri sanctorum mysteriorum sacrificium. Et non solum eu hæc priuilegia data sunt, sed reliqua etiam ordinibus. lectoribus enim ministerium datum est, non psallendi, sed legendi diuinas scripturas in communi auditione: & cantoribus, psallendi. Quia ergo conabãtur quidam subdiaconi ferre oraria præter traditionem ecclesiasticam, Patres hoc prohibuerunt, & statuerũt vt ij non relinquerent sibi attributam custodiam portarum ecclesiæ, ne sit sanctorum ordinum confusio.*

Quòd non oportet lectores vel cantores ferre orarium, & sic legere, vel canere. *Can. xxiij*

BALS. *Quæ in xxij. can. scripta sunt, sufficiunt ad præsentis canonis interpretationem.*

Quòd non oportet sacratum à presbytero vsque ad diaconum, & deinceps quemlibet ecclesiastici ordinis vsque ad ministros, vel lectores, vel cantores, vel exorcistas, vel hostiarios, vel exercitatorum ordinis, in cauponam ingredi. *Can. xxiiij*

BALS. *Lege liiij. canonem Apostolicum, Carth. syn. canone ix. & sufficient quæ in illu scripta sunt ad præsentem quoque canonem.*

Quòd nõ oportet ministrum panem dare, vel calicem benedicere. *Can. xxv Dist. xlij Non oportet ministros.*

BALS. *Ad hunc quoque canonem sufficiunt & quæ in xxj. scripta sunt.*

Quòd eos adiuuare non oportet, qui ab episcopis promoti non sunt, neque in ecclesiis, neque in ædibus. *Can. xxvj Dist. lxix Non oportet*

BALS. *Quidam aggrediebantur adiurare, hoc est, catechizare infideles, qui hoc per episcopalem manuum impositionem non acceperant: & cùm accusarentur, contendebant se hoc in ecclesia non fecisse. sed in quadam domo: & ideo se in nullum delictum incidisse, & nulli pœnæ obnoxios conseruari æquum censebant. Dicunt ergo Patres, quòd etiam adiurare est ecclesiasticum ministerium, nec oportet quempiam hoc aggredi, nisi ab episcopo promotus fuerit. Excipe mihi exorcistam, qui à chorepiscopo promotus fuerit. Nam is quoque pulchrè catechizabit, etiam si non fuerit ab episcopo promotus. A decimo enim canone Antiochenæ synodi didicisti posse etiam chorepiscopum facere exorcistam.*

Quòd non oportet eos qui sacrati sunt ordinis, vel clericos vel laicos, ad agapas vocatas, partes tollere, eo quòd ignominia inuratur ordini sacerdotali. *Can. xxvij Dist. xlij Non oportet ministros.*

BALS. *Agapæ dicuntur quæ fiunt à Christianis conuiuia, seu* ἁγιωτάτας *commemorationes. Quoniam ergo ex iis quæ erant in conuiuio apposita, quidam accumbentes partes accipiebant, & per* λυξουρίαν *luxuriam domum auferebant, & ex eo eorum qui conuenerant condemnatio profecta est, sæpe autem etiam inter eos contentio excitata est, Patres definierunt ne hoc amplius fiat, ad sacerdotalis ordinis contumeliam.*

Quòd non oportet in locis dominicis, vel in ecclesiis, eas quæ dicuntur agapas facere, & in domo comedere, & accubitus sternere. *Can. xxvij Dist. xlij. Nõ oportet in basilicis*

BALS. *Lege lxxiiij. can. vj. syn. quæ eadem verba continet quæ præsens canon. & tibi sufficient quæ in illo scripta sunt. Quære & lxxvj. canon. eiusdem synodi, & Carth. xlij.*

Quòd nõ oportet Christianos iudaizare, & in sabbato otiari, sed ipsos eo die operari, diem autẽ dominicum præferentes, otiari, si modo possint, vt Christianos. Quòd si inuenti *Can. xxix.*

BALS. *Malus vt plurimum nos à dextra sensim adoritur. Propterea enim & nonnulli* °*suggessit, ne Christum ad auxilium invocarent, sed angelos, instar scilicet religionis & honoris in deum, & ideo* °*orationes suas non ad deum dirigebant ex quadam hæresi, sed ad angelos. Quod Patres tanquam maximum malum punientes, anathemati subiicunt eos qui ecclesiasticam traditionem relinquũt, & congregationes faciunt, & dicunt ab angelorum intercessione nostram salutem pendere. Hoc autem idololatria nominatum est, non quod honor in angelos sit aversandus, sed quòd malus nos ad idololatriam deducat, eo quòd non invocetur Christus & deus noster. Erãt & alij hæretici, qui dicebantur Angelici, vt sanctus Epiphanius scribens de hæresibus dicit, vel quòd forte angelicè viverent, vel quòd se ab angelis mysterijs initiatos putarent.*

° ὑποκλέπτει

° ἀποῤῥοὰς

Quòd non oportet eos qui sunt sacrati, vel clerici, esse magos, vel incantatores, vel mathematicos, vel astrologos, vel facere ea quæ dicuntur amuleta, quæ quidem sunt ipsarum animarum vincula: eos autem qui ferunt, eiici ex ecclesia iussimus.

Can. xxxvi xxvi q. v. Nõ oportet.

BALS. *Præsens canon iu qui sunt sacrati prohibet ne sint magi, vel incantatores, vel mathematici, vel astrologi & eos qui ferunt amuleta, excommunicatione condemnat. Sunt itaque magi, qui ad Satanam propter aliquam causam accedunt. Incantatores autem, præstigiatores, qui carmina seu incantationes dicunt, & per ea dæmones ad suam voluntatem attrahunt. Mathematici, qui opinantur corpora cælestia habere vniversi dominationem, omniáque nostra ab eorum motu administrari. Astrologi, qui per astra diuinant, auxilium ex ferente dæmone, & eu credunt. Quia autem sunt quatuor mathematica, arithmetica, musica, geometria & astronomia, ne dixeris etiam quatuor à canone prohiberi, sed solam astronomiam. & lege xxij. cap. xxx. tit. v. lib. 1mp. quod dicit, Geometria quidem publicè docetur, mathematica autem condemnatur, vt prohibita externa lege veteri. Dic mathematicam, astronomiam. Quomodo autem à legibus puniuntur magi, incantatores, & eiusmodi, lege eiusdem xxxix. tit. lx. libri cap. xxiij. & deinceps vsque ad finem. Quære & iij. cap. xii. tit præsentis operis.*

Quòd non oportet quæ à Iudæis vel hæreticis mittuntur festiua, accipere, neque vnà cum eis festum agere. Can. xxxvij

Quòd non oportet à Iudæis azyma accipere, vel eorũ °impietatibus communicare. Ca. xxxviij °ἀζύμους

Quòd non oportet cum gentibus festum agere, & eorum °impietati communicare. Can. xxxix °ἀθέσμοις

BALS. *Lege sanctorum Apostolorum can. lxx. & lxxi. & Carth syn. can. lx.*

Quòd non oportet episcopos, qui vocantur ad synodũ, negligere, sed abire, & docere, vel doceri, ad correctionẽ ecclesię & reliquorum. Si quis autem neglexerit, is seipsum accusabit, præterquam si propter intemperiem & ægritudinem non veniat. Can xl Dist. xviij Non oportet vocatos. °εἰ αἰωμοσίαν

BALS. *De annua synodo quomodo debeant fieri, lege sanctorum apostolorum can. xxxvij. Antioch. xx. Chalced. xix. Carth. xvij. lxxij. lxxvj. xcv. syn. in Trul. viij. Nicena secunda vj. Præsens quoque canon, episcopos, qui ad synodum accersuntur non oportere negligere, sed omnino accedere vt sapientes quidem doceant, simpliciores verò discant ea quæ confirmant ecclesiam, siue populum dei, & reliquos scilicet infideles ad rectam de fide sententiam traducant. Eos autem qui ad hoc se negligenter gesserint, dicit minime curare non oportere, si vt alias canonibus comprehenditur, puniantur. Per intemperiem verò intelligere oportet, non solum morbum corporalem, sed & negotiorum turbam. Si enim propter aliquid necessarium & iustum episcopus fuerit impeditus, ei venia dabitur. Cùm autem decernit canon episcopos ad concilium accersitos negligere non oportere, dic eos etiam omnino accersi debere. Absque enim euocatione primi seu metropolitani, non debent conuenire, vt vult xx. canon syn. Antioch. & hic præsens canõ. Docere autẽ vel doceri additur, propter eos qui dicebãs seipsos sibi sufficere ad omnes ecclesiasticas quæstiones dissolutionem, & non debere adesse ad synodum. Etsi enim episcopus nullas in sua ecclesia dubitationes habeat, & nec doctrina egeat, sed tamen vt aliorum quæstiones dissoluat, & decretum magu confirmet, debet necessariò præsens esse.*

Can.xli Quòd non oportet eum qui est sacratus, vel clericus, sine iussu episcopi iter ingredi.

BALS. De clericis & monachis, qui præter suorum episcoporum mentem peregrinantur, lege cap ij. primi tituli iij. lib. Imperial. quod ita dicit: Qui falsum crimen aduersus episcopum intendit, xxx libras auri publico pendat. confirmétur autem omnia ecclesiastica Priuilegia, nec omnino clericus vel monachus existimetur, qui sine proprio episcopo* comitatum accepit. Lege similiter & vltimum responsum v. cap xxi. tit. vi. lib. Imperial. quod quidem est pars sexta Iustiniani Nouellæ. & sic dicit: Nec monachum, nec clericum, nec episcopum huc venire iubemus sine literis sanctissimi eorum Patriarchæ: vel sciant, quòd seipsos habitu indignos reddent.

*ἀπὸ κομιτάτων

Can.xlij. De cõsecra. dist. v. Non oportet. Quòd non oportet eos qui sunt sacrati, vel clerici, sine literis canonicis iter ingredi.

BALS. Alij quoque canones decernunt non debere clericos peregre proficisci sine canonicis literis, hoc est commendatitiis & dimissoriis epistolis. Præsentes quoque canones eadem decernunt. sunt autem sacrati ij qui sunt circa sacrum tribunal. clerici verò reliqui. Lege x. can. iiij. syn. sanctorũ Apostolorum can. xij. & Antioch. syn. can. vij. viij. & xl.

Can.xliij Quòd non oportet ministros vel breui tempore fores relinquere, & orationi vacare.

BALS. Diximus in xxij. can. ministros esse subdiaconos, & eos necessariò oportere sanctarum ecclesiarum foribus adsistere tempore sacrificij, vt introducant & educant catechumenos, & eos qui sunt in pœnitentia, & reliquos. Quia ergo nonnulli ex iis, relicto sibi attributo ministerio, sacramenta attingebant, statuerunt patres, vt ij ecclesiæ foribus assideant, & diuina ministeria non aggrediantur, nec pro populo precentur instar sacerdotum. lege xxi. & xxij. canonem, & quæ sunt in ipsis.

Can.xliiij Quòd non oportet mulierem ad altare ingredi.

BALS. Præsens quidem canon prohibet mulieres ad altare ingredi. sexagesimus autem nonus canon syn. in Trullo prohibet laicis, ne ad altare ingrediantur. In Latinorum autem religionibus mulieres sine pudore ad altaria quando volunt ingrediuntur.

Can. xlv De consecr. Dist. iij. Baptizans. Quòd non oportet post duas hebdomadas quadragesimæ ad illuminationem admitti.

BALS. Sanctum baptisma est typus sepulturæ & resurrectionis domini. Et ideo statutum est vt in magno sabbato peragantur baptismata, vt quod sit medium inter sepulturam domini & resurrectionem. Eos ergo, qui sunt in magno sabbato illuminandi, oportet tota quadragesima per ieiunium purgari. Si quis autem post secundam hebdomadem accesserit vt catechizetur & baptizetur in Paschate, non admittetur, vt qui non tota quadragesima ieiunarit. Postea autem, vt volunt canones, præparatus baptizabitur. illud enim, Nõ oportet admitti, non est indistincte intelligendum, sed in magno sabbato.

Can.xlvi Quòd oportet eos qui illuminantur fidẽ discere, & quinta hebdomadis feria episcopo renunciare, vel presbyteris.

BALS. Hic canon idem est omnino qui lxx viij. can. vi. syn. & illic est expositus.

Can.xlvij Quòd oportet eos qui in morbo baptismum accipiunt, deinde resurgunt, fidem edisce re, & nosse quòd diuino munere digni habiti sunt.

BALS. Infideles nonnulli baptizati sunt antequam essent catechizati, propter morbum vrgentem. Dicebant ergo nonnulli, quòd quoniam non fuerunt baptizati postquam essent catechizati, vt vult canon, debent catechizari, & rursus illuminari. Vrebantur autem & xij. canone Neocæsar. syn. qui non permittit ei qui propter morbum est illuminatus temere sacerdotem fieri. Dicunt ergo Patres, quòd secundo quidem non baptizabitur cogetur autem post sanitatem fidem discere, & mysterium illuminationis, & scire quòd diuino munere dignus est habitus, scilicet agnitione eius qui verè & propriè deus est, & remissionis peccatorum, quam per sanctum baptismum assecutus est.

Quòd

Quòd oportet eos qui illuminantur poſt baptiſma inungi ſupercæleſti chriſmate, & eſſe regni Chriſti participes. Can. xlviij

BALS. Canon vocauit ſanctum vnguentum chriſma, & non ſimpliciter chriſma, ſed ſupercæleſte, vt quod per ſanctas preces & inuocationem ſancti ſpiritus ſanctificetur, & eos qui inunguntur ſanctificet, & regni cælorum faciat participes. Dicit itaque eos qui illuminantur per hoc inungi & ſanctificari. Quomodo autem, & propter quam cauſam traditum ſit ſanctum vnguentum, ex libris quæ de catechiſmo tractant, declaratur. Nonnulli autem dicunt hoc fieri ex illius vnguenti conſequentia, quod per meretricem ad domini & dei & ſeruatoris noſtri Ieſu Chriſti pedes ſuſum eſt, qui dixit nihil mali feciſſe meretricem, quæ ad eius pedes nardi precioſum vnguentum ad eius ſepulturam effudit. Quia enim baptiſmus, vt ſæpe dictum eſt, typus eſt ſepulturæ & reſurrectionis Chriſti & Domini noſtri rectè baptiſmi tempore, q̃ illuminantur, chriſmate inunguntur, vt vnà ſepeliantur, & cum Chriſto reſurgant.

Quòd non oportet in quadrageſima panem offerre, niſi ſabbato & ſolis dominicis. Can xlix

BALS. Præſens canon, & li. & lij. vi. ſynodi eadem decernunt. & lege quæ in illis ſcripta ſunt.

Quòd non oportet in quadrageſimæ poſtrema ſeptimana ieiunium ſoluere, & totam quadrageſimam iniuria afficere, ſed oportet totam quadrageſimam ieiunare aridis veſcentes. Can. l De conſecr. diſt iij Non oportet.

BALS. De his quæ in præſenti canone tractantur dictum eſt & in xxix canone vj. ſynodi. Cum enim quidam poſtquam tota quadrageſima ieiun iſſent, magna quinta feria ieiunium ſoluerent, quòd tunc forte compleretur quadrageſima ſancta, & fieret cœna domini, ſtatuerunt patres vt totam quadrageſimam vſque ad diem dominicum paſchalem ieiunarent: ne ieiunio vno die ſoluto tota quadrageſima iniuria afficiatur. Excipe mihi ſabbata & dominicos quadrageſimæ. In iis enim aridis veſci non cogimur, vt in reliquis ieiunij diebus. Nota ergo ex præſenti canone quòd aridis veſci debemus omni quarta & ſexta feria. Qui ergo ſine morbo cum oleo & *teſtaceis piſcibus ieiunant, factunt contra legem. multò autem magis qui in quartis feriis piſces comedunt. Quia autem audiunt quidam dicentes aridorum vſum, aquæ quoque potionem conſequi, dico quòd canones quidem nihil tale definiunt. Inueni autem in Panaria verba quædam emiſſa ex oratione Epiphanij de Fide, & ex oratione Ærij aduerſus hæreſes tractantis, debere fideles, in ſex diebus ante Paſcha, pane, & ſale, & aqua nutriri. An ergo hæc verba ſufficiunt ad cogendum populum vnà cum aridorum eſu, aquam quoque bibere, non poſſum dicere. Lege & viij interrogationem canonicarum reſponſionum Timothei Alexandriæ Archiepiſcopi, quæ in principio ſic tractat: Mulier ſi genuerit, Paſcha debet ieiunare. Sic etiam x. ex his enim colligitur debere fideles cum aridorum eſu aquam quoque bibere.

* ἰχθυσὶ δηµοσίοις

* ταριχευθεῖσιν

Quòd nõ oportet in quadrageſima martyrum natales peragere, ſed ſanctorum martyrum facere commemorationes in ſabbatis & dominicis. Can. li xxxiij. q iiij Non licet in quadrag.

BALS. Lege lij. canonem ſextæ ſynodi, & xlix. præſentis ſynodi, qui docent ſolis ſabbatis & diebus dominicis fieri perfectum ſacrificium tempore totius quadrageſimæ. in reliquis autem per prius ſanctificata peragi diuinum myſterium. Perinde autem ac ſi dixiſſet quiſpiam, non debere prohiberi per totam quadrageſimam, ne fiant per ſacrificia ſanctorum martyrũ memoriæ, vt quæ lætitiam non afferant, ſed prohiberi tantum ne fiant eorum natales, vt qui lætitiam afferant, & vt frequentes hominum conuentus fiant, incitent, definierunt Patres vt neque in memoriis martyrum, neque in eorum natalibus, in tota quadrageſima per ieiunia feſtum celebrent, ſed in ſolis ſabbatis & dominicis eorum feſta peragãt. Nota ergo ex præſenti canone, quòd nec defunctorum quidem fiunt memoriæ tota quadrageſima, præterquam ſabbato.

Quòd non oportet in quadrageſima nuptias vel natalitia celebrare. Can. lij xxxiij q iiij. Nõ oportet in quadrageſima.

BALS. Propter eaſdem rationes quas ſuperius diximus,

Quòd nõ oportet Chriſtianos ad nuptias veniẽtes * ſe turpiter & indecore gerere vel ſaltare, ſed modeſtè cœnare & prandere, vt decet Chriſtianos. Can liij * Cæſarienſes

BALS. *Canon clarus eſt. quia autem penitus exoleuit, non eget interpretatione.*

Can. liij De cõſecra. diſt. v. Non oportet.

Quòd non oportet ſacratos, & clericos, in nuptiis vel conuiuiis aliqua ſpectacula contemplari: ſed priuſquam ingrediantur thymelici, ſurgere & ſecedere.

BALS. *In xxiiij & li. canone ſextæ ſynodi, de iis quoque tractauimus, quæ in præſenti canone tractata ſunt: & lege ea. eius enim meminerunt.*

Can. lv.

Quòd non oportet ſacratos & clericos ex collatione conuiuia peragere, ſed neque laicos.

BALS. *Conuiuari, ebrietatis cauſa eſt. eam autem conſequuntur petulantia & inſolentia, ea verò, lites, & dei contemptus. ſtatuunt ergo Patres, vt neque ſacrati, neque clerici ex collatione conuiuia faciant. σύμβολον enim eſt collatio, à verbo συμβάλλω, quod ſignificat confero.*

Can. lvi Diſt xcv. Non oportet presbyteros.

Quòd non oportet preſbyteros ante epiſcopi introitum ſacrum tribunal ingredi, & ſedere in tribunali: ſed cum epiſcopo ingredi. præterquam ſi epiſcopus ſit mala valetudine, vel profectus ſit peregre.

BALS. *Bonum quidem ordinem vbique eſſe pulchrum eſt. ſed multo magis in iis qui ſunt ſacrati. Et ideo Patres prohibent ſacerdotibus ne epiſcopum contemnant, & ante eius introitum ſacrum tribunal ingrediantur & ſedeant, ſed vnà cum epiſcopo introeant. perinde autem ac ſi afferret aliquis epiſcopi ægritudinem, vel peregrinationem, dixerunt eiuſmodi cauſas eſſe iuſtas, & ſacerdotis in chorum priorem aduentum non impediunt.*

Can. lvij Diſt. lxxx. Non debere in vicis.

Quòd non oportet in vicis & pagis epiſcopos cõſtitui, ſed periodeutas, hoc eſt circumcurſatores: eos autẽ qui prius conſtituti fuerunt, nihil agere ſine mente epiſcopi qui eſt in ciuitate. Similiter autem & preſbyteros nihil agere ſine mente epiſcopi.

BALS. *Alij quidem canones, in vicis & in pagis chorepiſcopos & preſbyteros conſtituendos definierunt. Præſens autem canon iubet fieri periodeutas, & non epiſcopos. ne dignitas epiſcopalis vilis & contempta euadat, vt pote cùm nõ habeat pagus, in quo ordinatus eſt epiſcopus, hominũ multitudinẽ, ad dei & epiſcopatus honorem. Si qui autem, inquit, ante canonẽ ſunt in his locis conſtituti epiſcopi, ne eiiciãtur, ſed omnia exerceãt cũ ſcientia Metropolitani qui eos ordinauit. Sed & presbyteri, inquit, nihil agant ſine mente epiſcopi. Hæc decernente canone, dixerit quiſpiam ex eius intelligentia conſectarium faciens, quòd quoniã ad dei & epiſcopatus vergit dedecus ſi epiſcopus exiguo populo præſit, & ideo contemnatur, multò magis non eſt ad dei honorem, ſi antiſtes propter paupertatem eat pedes, & priuetur neceſſariis. Quocirca in eccleſiis orientalibus, in quibus non admodum multi inueniuntur Chriſtiani, epiſcopos eligi iuſtum non eſt. Sunt autem periodeutæ, qui hodie ab epiſcopis promouentur exarchi. Hi enim circumcurſant, & delicta animæ obſeruant, & fideles perficiunt. lege etiam vi. can. Cardic ſynodi.*

Can. lviij

Quòd non oportet in domibus fieri oblationem ab epiſcopis vel preſbyteris.

BALS. *Hoc permiſſum eſt à Nouella Imp. Domini Leonis ſapientis. lege & ſyn. can. xxxi. & lix.*

Can. lix

Quòd non oportet priuatos & vulgares aliquos Pſalmos dici in eccleſia, nec libros non canonicos, ſed ſolos canonicos veteris & noui teſtamenti.

BALS. *Inueniuntur quidam Pſalmi præter centum L. Pſalmos Dauid, qui dicuntur eſſe Salomonis, & quorundam aliorum. Patres ergo eos priuatos nominantes, ſtatuerunt vt neque ij, neque aliquid aliud in eccleſia legatur, quod non ſit ex iis quæ ſunt enumerata in lxxxv. canone Apoſtolico.*

Hæc ſunt

Hæc ſunt quæ legi oportet ex veteri teſtamento. Geneſis, Exodus, id eſt, exitus ex Ægypto. Leuiticũ. Numeri. Deuteronomium. Ieſu Naue Iudices. Ruth Heſter. Regum primus, ſecũdus, tertius, & quartus. Paralipomenon primus, & ſecũdus. Eſdræ primus & ſecundus. liber Pſalmorũ cl. Prouerbia Solomonis, Eccleſiaſtes, Cãtica cãticorũ. Iob. duodecim Prophetæ, Eſaias, Hieremias. Baruch, lamẽtationes & epiſtolæ. Ezechiel, Daniel. Noui autẽ teſtamenti hæc, Euãgelia quatuor, ſecundũ Matthæum, ſecundum Marcum, ſecundũ Lucam, ſecundũ Ioannem. Actus Apoſtolorum. Epiſtolæ catholicæ, Iacobi vna, Petri duæ, Ioannis tres. Epiſtolæ Pauli xiiii. Ad Romanos vna, ad Corinthios duæ, ad Galatas vna, ad Epheſios vna, ad Philippenſes vna, ad Coloſſenſes vna, ad Theſſalonicenſes duæ, ad Hæbreos vna, ad Timotheum duæ, ad Titum vna, ad Philemonem vna. Can. lx

SARDICENSIS SYNODVS.

CANONES SANCTORVM PATRVM, QVI SARDICÆ CONVENERVNT.

Sardicenſis ſynodus fuit regnante Cõſtantio filio magni Conſtantini. Ille enim cum ad Arrianorum Hæreſin ſe contuliſſet, magnopere contendebat ea quæ in prima ſynodo decreta & definita fuerant, euertere. Quod cùm frater eius Conſtans, qui veteri Romæ imperabat, ex papa, qui tuncerat, didiciſſet, fratri bellum per literas minatus eſt, niſi eccleſiam perturbare & fidem orthodoxam labefactare deſineret. Ille verò id quod eſt fidei perfectum quærens, ad fratrem ſuum reſcripſit, vt id quoque confirmetur, ſibi curæ magnopere eſſe. Vtriſque ergo Imperatoribus viſum eſt, vt fieret Antiſtitum ſynodus, & quæ ab illis examinata ac probata eſſet fides, valeret. Dictorum ergo fratrum & Imperatorum iuſſu congregati ſunt epiſcopi numero trecenti quadraginta & vnus Sardicæ, quæ nunc Triaditze dicitur. qui cum de iis quæ Niceæ decreta erant diſceptaſſent, ea confirmarunt, edito decreto, quod ſanctum ſymbolum Patrũ, qui Niceæ conuenerũt, corroborat & confirmat, & hoc obſeruari & immutabile manere ſtatuit. eos autem qui præter hæc ſentiunt, abdicat & anathemati ſubiicit. Huius itaque Sardicenſis ſynodi Patres, canones quoque ediderunt, qui ad ſtatum eccleſiaſticum reſpiciunt. Qui ſunt hi.

Oſius vrbis Cordubę epiſcopus dixit. Non tantũ mala conſuetudo, quantũ pernicioſiſſima rerum corruptela, eſt ex ipſis fundamẽtis penitus extirpanda, ne cui epiſcopo liceat à patua ciuitate in aliam migrare. eius enim cauſę prætextus eſt manifeſtus, propter quem talia aggreditur. Nullus enim epiſcopus adhuc inueniri potuit, qui à maiori ciuitate in minorẽ trãſire ſtuduerit. Vnde cõſtitit eos ardẽti plura habẽdi cupiditate ſuccendi. & magis arrogãtiæ ſeruire, vt videantur maiorẽ habere poteſtatem. Placét ne hoc omnibus, vt eiuſmodi improbitas acerbius vindicetur: exiſtimo enim eos ne laicorũ quidẽ debere habere cõmunionẽ. omnes epiſcopi dixerũt, Placet omnibus. Can. i Diſt. viii. Mala cõſuetudo. ſub tit. Nicolai iiij. ad Ignatiũ Archiepiſcopum Remẽſem.

BALS. De epiſcopis qui à ciuitate in ciuitatẽ ſeu diœceſim tranſeunt, dictum eſt in xiiij. canone ſanctorum & benedictorum Apoſtolorum, in xxj. & in xxij Antiochena, & in aliu. Cùm autem neglectui haberentur ea quæ ipſis continentur, epiſcopus Cordubenſis, qui Oſius appellatus eſt, propter virtutem quæ illi inerat, exorſus, debere omnem malam conſuetudinem radicitus extirpari, multo autem magis eam quæ ſpectat ad rerum eccleſiaſticarum corruptelam, intulit non licere cuiquam epiſcopo ex ciuitate in ciuitatem tranſire. Perinde autem ac ſi dixiſſet quiſpiam, ei eſſe ignoſcendum, qui honeſta fortaſſe de cauſa hoc facturus eſt, & vt maiorem populum duceat, & confirmet, adiecit hoc audere epiſcopos, non propter honeſtam aliquam cauſam, ſed propter auaritiam, vel ſuperbiam, & vt habeant facultatem maiorem, & plura lucrifaciant. Nullus enim inuentus eſt epiſcopus, qui à maiori ciuitate in minorem tranſierit, vt ex eo auaritiæ & cupiditatis gloriæ ſuſpicio tollatur. Interroganit itaque ſynodum, an ei placeret acerbius talem audaciam vindicari, ſcilicet non ſolum deponi eum qui tale quid fecerit, ſed etiam à fidelium communione excidere, & nec vt laicum quidem cum ipſis communicare. Ad quod Synodus reſpondit, id omnibus placere. Hu ita ſe habẽtibus, interrogauerit quiſpiam, cum xv. canon ſynodi Nicenæ ſtatuit, vt epiſcopus qui à ciuitate in ciuitatem tranſit, nõ deponatur, ſed in priorem ſuam eccleſiam reſtituatur: præſens autem canon eos abſoluta excommunicatione condemnet. Vtrum ſit ſequendum. SOL. Vtrumque. neque enim habent quidquam inter ſe commune, & lege dictum xvi. canonem. Si quis autem contra afferat xx. canonem vj. ſynodi, qui ſic dicit expreſſe Ne liceat epiſcopo in alia quæ ad ſe nõ attinet ciuitate publicè docere. Si quis autem hoc facere deprehenſus fuerit, ceſſet ab epiſcopatu, quæ ſunt autem preſbyteri exerceat: & dicat hunc canonem magis obſeruari debere, vt qui ſit multò antiquior, & depoſitionem inducat, audiat eſſe magnam canonum differentiam. Hic enim epiſcopus alienum thronum inuaſit, & cum ſua auctoritate obtinuit. Et ideo vnà cum depoſitione etiam abdicatur, vt qui ſit impudentiſſimus. Qui autem in prædicto ſextæ ſynodi canone declaratur epiſcopus, in alia prouincia nihil aliud exercuit, niſi quòd ſolum publicè docuit: & ideo ſolum deponitur. Quod etiam Antiochena ſynodus fieri decreuit in eum qui vltra ſuam prouinciã ordinauit in xiij. eius canone. Cùm autem audis canonem dicentem, Nulli licere epiſcopo à parua ciuitate in aliam migrare, ne dixeris à contrario, poſſe à magna ciuitate in paruam tranſire, vt pote cùm ſint vtique ſublatæ cauſæ, quæ ſunt in canone declaratæ. Nam hoc quoque à canonibus ſimiliter punitur, qui indiſtinctè ſtatuunt, non eos ſolos deponendos qui à quauis ciuitate in aliam tranſeunt ſed eos etiam qui vltra prouinciam aliquid ſacerdotale exercent, & ad eas quæ illos ſortitæ ſunt reuertuntur. Et hæc quidem ſic. Tu autem ſi velis de tranſlatione aliquid perfectè ſcire & tranſitione, & innaſione, lege commentarium xv. can. primæ ſyn. A ciuitate autem in ciuitatem tranſitum intellige, à diœceſi autem ſiue regione in aliam regionem, innaſionem: ne putes hæc eſſe contraria iis quæ ſcripta ſunt in dicto xv. canone primæ ſyn. quæ etiã lege diligenter.

Can. ij

Oſius epiſcopus dixit. Si quis autem adeò inſanus vel audax inueniatur, vt de iis videatur aliquam afferre excuſationem, aſſerens ſibi à populo allatas eſſe literas, clarum eſt potuiſſe paucos aliquos mercede & precio corruptos in eccleſia ſeditionem mouere, vt eundem vtique velint habere epiſcopum: omnino ergo has fraudes & artes puniendas eſſe exiſtimo, vt nemo poſſit qui eſt eiuſmodi, ne in fine quidem laica communione dignus haberi. An ergo hæc placet ſententia, reſpondete. reſponderunt, Placet quæ dicta ſunt.

BALS. Hic quoque canon à primo dependet. Cùm enim quidam epiſcopi accuſarentur propter ſuam à ciuitate in ciuitatem tranſmigrationem, & conarentur ſe excuſare, ſeu ex ſe criminationem amoliri, eò quòd dicerent per populi ciuitatu literas ſe receſſiſſe ab ea ciuitate quæ illos ſortita eſt, decreuerunt Patres, ne hoc quidem ad defenſionem ſufficere: quia veriſimile eſt hac callidè facta fuiſſe per paucos ciuitatu habitatores pecuniis corruptos, & veluti mercede conductos. Vnde & epiſcopos qui hac machinantur per perfectam abdicationem punierunt, vt ne morientes quidẽ, vt laici communione digni habeantur. Hu autem ſic habentibus, ne dixeris eu eſſe ignoſcendum qui à ciuitatibus euocati ſunt: vel ſi non ignoſcatur, eos puniendos vt eos qui euocationem fraude machinantur. Sed dic eos deponendos, vt qui non debeant * eos audire qui ad ipſos non pertinent.

*ἀμπέχεσθαι

Can. iij

Oſius quoque epiſcopus dixit. Hoc quoq; neceſſario eſt adiiciendũ, vt nullus epiſcoporũ, ex ſua prouincia, in aliã prouin-

ciá in qua ſunt epiſcopi, trãſeat, niſi vtique à ſuis fratribus vocetur, ne videamur dilectionis fores claudere. Hoc autẽ etiam ſimiliter prouidendum eſt, vt ſi in aliqua prouincia, epiſcoporum quiſpiam, aduerſus fratrem ſuum & coepiſcopum negocium habeat, neuter eorum ex alia prouincia cognitores euocet. Si quis autem epiſcoporum in aliquo negocio condemnandus viſus fuerit, & exiſtimet ſe non malam, ſed bonam cauſam habere, vt etiam rurſus iudicium renouetur, ſi veſtræ dilectioni videtur, Petri Apoſtoli memoriam honoremus. Vt de iis qui iudicauerunt ſcribatur Iulio Romanorum epiſcopo, & per propinquos prouinciæ epiſcopos, ſi opus ſit, iudicium renouetur, & cognitores ipſe præbeat. Si autem probari non poteſt cauſam eius eſſe talem, vt eam rurſus iudicari opus ſit, quæ ſemel ſunt iudicata, non infirmentur.

BALS. *Poſtquam definiſſent patres, quid debeat fieri in eos qui à ciuitate in ciuitatem tranſeunt epiſcopos, nunc ſtatuunt idem quoque eſſe faciendum in eos qui à prouincia in prouinciam tranſeunt, niſi vtique inquiunt, accerſantur ab eiuſdem regionis epiſcopis & confratribus ſuis. tunc enim ſuſcipientur, propter bonum* °*in fratres dilectionis: & ſine vllo præiudicio extra diœceſim epiſcopalia exercebunt. Dictũ eſt autẽ de prouincia, propter eos qui dicunt, trãſire quidẽ à ciuitate in ciuitatem, quæ eſt ſub eadẽ prouincia, auaritiã vel etiam arrogantiam epiſcopi arguit: & ideo puniendum eſt. à prouincia autem in prouinciam tranſire, impunitũ relictum eſt, vtpote quòd nihil mali ex eo oriatur, eò quòd prouinciæ ſint longè à ſe inuicem diſiunctæ, nec epiſcopis qui ſunt in eis aditum præbeant, vt poſſint vtrarunque eccleſiarum redditus cognoſcere, & multitudinem populi. Hæc non admitteus ſynodus, eos quoque ſimiliter puniendos eſſe decreuit. Cùm autem audis definientem canonem puniri epiſcopos qui non vocati, ab vna prouincia in aliam tranſeunt habentẽ epiſcopum, ne dicas eos impune laturos, qui in prouinciis non habentibus epiſcopos ſacra peragunt. Nam & ij ſimiliter à canonibus corriguntur. Additum eſt autem illud, in qua ſunt epiſcopi, propter epiſcopos qui habent diœceſes in duabus vel tribus ſæpe prouinciis. Præterea ſubiunxit canon aliud quoque caput, & dixit: Si autem epiſcopus habet aliquod negocium, ſeu cauſam aliquam, cum ſuo coepiſcopo, quo debet cauſam indicare, ſtatuit ergo eos à prouincialibus epiſcopis iudicandos, nec vllum eorum qui iudicio contendunt, ex alia prouincia accerſere cognitorem epiſcopum. Prouinciales enim ignorantiæ vel iniuſtitiæ condemnat. Tanquam autem dixiſſet quiſpiam, ſi quis eorum condemnatus ſe grauari exiſtimet, & appellet, eius appellatio ad nihil redibit, cum non poſſint alij prouinciales cognitionem euocare, vt vult iam dicta diſtinctio, adiecit non eſſe repellendum, qui prouincialium iudicium prouocat, ſed debere prouinciales propter honorem ſedis Apoſtolicæ, quæ ad eos delata ſunt, Papæ Romano relinquere. Erat autem eo tempore Iulius eius epiſcopus, & in eius poteſtate poſita eſt appellatio: vt ſi rem quidem eſſe dignam cognoſcat quæ ſecundo examinetur, ſtatuat à propinquis epiſcopis renouari iudicium, & de præcedente ſententia cognoſci. Si autem inuenerit cauſam rectè fuiſſe iudicatam, & ſecunda inquiſitione opus non habere, decernat ea quæ prius iudicata ſunt firma & immutabilia permanere. Et in his quidem conſiſtit canon. Interrogauerit autem quiſpiam, cum xv canon Antiochenæ ſynodi ſtatuat, cum qui eſt iudicatus ab omnibus prouincialibus epiſcopis conſentientibus, ab aliquibus aliis iterum non iudicari, præſens autem canon iubeat talem ſententiam appellationi ſubiici, quidnam ſequi debemus? Quidam dicebant quidem, non fuiſſe hic concordes epiſcopos, ſed in varias ſententias diuiſos: & ideo locum habere appellationem. Alij autem dicebant, quòd quia præſens canon eſt antiquior, debent quæ in eo continentur magis ſeruari. Hoc ergo mihi quoque placet, vt* °*quod ſit vel in primis legitimum. lege enim cautum eſt, vt non ſemel, ſed bis prouocet is qui ſibi iniuriam fieri putat. Eſſe autem in poteſtate Papæ, vt ſeruetur vel non ſeruetur appellatio, eſt proprium in eccleſiaſticis. leges enim præter certas paucas cauſas ſtatuunt omnem appellationem non ſolum ſemel, ſed etiam bis eſſe euocandam. Quæ autem de Papa definita ſunt, aſſumenda ſunt etiam ad patriarcham Conſtantinopolitanum, quòd is ſimiliter ac Papa à diuerſis canonibus ſit honoratus. ſtatutum eſt autem dari vicinos epiſcopos à Papa pro examinanda appellatione, & ne is cauſam examinet, & ne* °*is qui iudicio vicit, cogatur Romam traduci longè forte, idque cum iudicio ſuperior euaſerit. Si autem hoc non ita eſt, ſed prope eum qui iudi-*

°γινασθαφίλας

°ὡς τοῦ μὲν ἀκριβείας ἐχόμενον

°καταδικάσαντος

cio fuit ſuperior, eſt epiſcopatus, non examinabitur appellatio per vicinos epiſcopos, vt mihi videtur, ſecũdum leges quæ dicunt appellationem ad maiores iudices recurrere, non ad æquales & minores, & alias leges quæ ſtatuunt eum qui appellauit non tranſmittere ad alium appellationis diſquiſitionem. Si autem hoc quoque vt priuilegium Papæ datum eſſe dixerit, nihil nouum.

Can. iiij. vi. q. iiij. Oſius epiſcopum dixit.

Gaudentius epiſcopus dixit: Si videtur neceſſe eſſe adiici huic ſententiæ, quam ſincera dilectione plenam protuliſti, vt ſi quis epiſcopus fuerit depoſitus iudicio epiſcoporũ qui ſunt in vicinia, & dicat rurſus ſibi reſponſionis negocium competere, non prius in cathedram alius ſubſtituatur, quàm Romanus epiſcopus cauſa cognita ſententiam tulerit.

BALS. *Cùm dixiſſent patres, prouinciales ſententiam appellationi ſubtici, & à propinquis epiſcopis iuſſu Papæ examinari, nunc dicunt quid fieri debeat ſi is qui appellauit, condemnatus fuerit, & ſe rurſus grauari dicat. ſtatuunt ergo vt res in integro maneant, & in eius qui eſt condẽnatus eccleſia, alius non eligatur, niſi ſecunda appellatio à Papa examinata fuerit. Quare nota quòd xv. canon Antiochenæ ſynodi exoleuit, & quòd nullus qui condemnatur, & dicit ſe grauari, electionem ſuſtinet, donec de appellatione cognitum fuerit. lege lxxiij. can. Apoſtolicum, Chalced. ſyn. ix. & Carth xv. xxviij & cxxi. & confer eos omnes cum iis quæ hic ſcripta ſunt. Nam legibus quoque videtur, omnem cauſam, exceptis iis quæ dilationem non recipiunt, appellationi ſubiici, non ſecus, ſed etiam bis Sed ne tertius canon te fugiat & quintus præſentis ſynodi, de admittenda vel non admittenda à Papa appellatione. Hoc eſt enim ſpeciale in cauſis eccleſiaſticis, & ſeruari debet vbi dictum eſt.*

Can. v. xi. q. ix. Si quis epiſcopus accuſatus.

Oſius epiſcopus dixit: Placuit vt ſi qui epiſcopus delatus fuerit, & congregati huius regionis epiſcopi eum gradu mouerint, & veluti appellans confugerit ad beatiſſimum Romanum epiſcopum, & velit ipſum audire, & iuſtum eſſe exiſtimauerit eius rei examinationem renouari, coepiſcopis ſcribere dignabitur qui ſunt propinqui prouinciæ, vt ipſi diligenter & accuratè ſingula perſcrutentur, & ex veritatis perſuaſione de re ſententiam ferant. Si quis autem poſtulet ſuum negocium rurſus audiri, & ad ſuam ſupplicationem Romanorum epiſcopum iudicare viſum fuerit, à proprio latere preſbyteros mittat, vt ſit in poteſtate epiſcopi, quod rectè habere probauerit & ſtatuerit, oportere eos mitti, qui cum epiſcopis ſint iudicaturi, habentes auctoritatem eius à quo miſſi ſunt, & hoc ponendum eſt. Si autem ſufficere putauerit ad rei cognitionem & epiſcopi ſententiam, faciet quod prudentiſſimo eius conſilio rectè habere videbitur. Reſpõderunt epiſcopi, Quæ dicta ſunt placuerunt.

BALS. *Ex quarto quoque canone oſtenditur, eſſe in poteſtate epiſcopi, qui eſt condemnatus, & grauatus, hu appellare. Præſens quoque canon dicit, quòd ſi quis à prouincialibus epiſcopis condemnatus fuerit, & ad Papam appellauerit, ille vicinis epiſcopis mandabit vt de appellatione cognoſcant, ſi hoc iuſtum eſſe putauerit: & ſi is quoque ab iis condemnatus fuerit, & ſecũdò ad Papam acceſſerit, & ei viſum eſt ea quæ prius iudicata ſunt rurſus examinari, ne cogatur is qui condemnauit Romam venire, ſed in prouinciam iuſſu Papæ veniam preſbyteri ex eius latere. ſiue ab eius eccleſia, & qui ſunt ei familiaritate coniuncti, debentes habere eius auctoritatem, ſiue poteſtatem, vt cauſam iudicent cum illius regionis epiſcopis, & eam decidant. Si autem Romanus epiſcopus non eſſe iuſtum perſpexerit, vt rurſus examinentur ea quæ prius iudicata fuerint (eius enim iudicio canon omnia reliquit) faciet quod ſibi iuſtũ eſſe videbitur. Cùm hæc canon definiat, ne tibi contrarium eſſe videatur caput primũ tit. ix lib. Imp. dicens non poſſe* °iudicem *appellationis ad alium tranſmittere cogni-*

°ἰουδικτὸν εἶναι

tionem

tionem appellationis, ſed eam per ſe audire debere. ſed dic præſentem canonem eſſe ſpecialem, & ita editum eſſe propter viæ longitudinem, & ne vexentur epiſcopi in adeo longinquam & alienam regionem trahendi. Cum preſbyteru autem iapæ ſecundam appellationem iudicare prouinciales epiſcopos qui condemnarunt epiſcopum, ne licas eſſe contrarium legi quæ dicit: iudex qui ſemel pronunciauit, officio functus eſt, & non poteſt rurſus propriam ſententiam examinare. Hoc enim dictum eſt ſpecialiter, vt mihi videtur. Propterea enim & Papæ iudicio relictum eſt genus iudicij. Quod enim ad leges attinet, non poterant vnà cum papæ preſbyteru iudicare ij qui ſententiam prius tulerant. Sin autem dixeru alios eſſe epiſcopos qi ſententiam tulerint, nihil inuenies repugnans. Quia autem in prioribus canonibus diximus no eſſe quæ de Papa conſtituta ſunt ſpecialia eius & ſolius priuilegia, vt neceſſe habeat quiuis condemnatus epiſcopus ad ſedem Romanam accedere, ſed etiam ſubaudiri ad ſedem Conſtantinopolitanam, eadem quoque rurſus dicimus.

Can. vi. Diſtin. lxv. cap. fin.

Oſius epiſcopis dixit: Si contigerit in vna prouincia, in qua ſunt plurimi epiſcopi, vnum epiſcopum remanere, & ille per quandam negligentiam nolit conuenire, & epiſcoporum conſtitutioni aſſentiri: congregata autem populi multitudo ſuadeat & inſtet vt fiat conſtitutio epiſcopi qui ab eis quæritur, oporet illum prius qui remanſit epiſcopum admoneri per literas exarchi prouinciæ, dico autem epiſcopi metropolitani, quòd vult populus ſibi paſtorem dari, & exiſtimo rectè habere hunc quoque admitti vt adſit. Si autem literis rogatus non adfuerit, ſed neque reſcripſerit, populi voluntati ſatisfiat. Oportet autem ex vicina quoque prouincia accerſi epiſcopos ad metropolitani epiſcopi conſtitutionem: nor licere autem ſimpliciter epiſcopum conſtituere in aliquo pago vel parua vrbe, cui vel vnus presbyter ſufficit. Non neceſſe eſt enim illic epiſcopum conſtitui, ne epiſcopi nomen & auctoritas vilipendatur. Sed prouinciæ vt prius dixi, epiſcopi debent in iis vrbibus epiſcopos conſtituere, vbi etian prius epiſcopi fuerunt. Si autem inueniatur, vrbs aliqua tam populoſa, vt ipſa epiſcopatu digna iudicetur, accipiat. An hoc omnibus placet? Reſponderunt omnes, Placet.

B I L S. *Cùm ij. canon Laodicenæ ſynodi, & alij, decernant fieri epiſcoporum electiones, non à multitudine ciuitatum, ſed ab antiſtitibus, præſens canon ſtatuit, quòd ſi contigerit ex epiſcopis prouinciæ aliquem vnum abeſſe, & nolle cum populi multitudine conuenire, vt fiat electio vacantis eccleſiæ: ciuitatis autem populus quærat antiſtitem, debet exarchus prouinciæ ſiue metropolitanus, etiam abſentem epiſcopum literis accerſere, vt fiat epiſcopi conſtitutio ab omnibus prouincialibus, vt vult ij. canon primæ ſyn. Si u autem nolit adeſſe, nec per reſcriptum aſſentiatur, fiat electio vt populo viſum fuerit prouincialium epiſcoporum. neque enim qui abeſt, ignorantiam allegabit vel ſui contemptum, quòd ſcilicet à ſynodo vocatus non adfuerit. Cùm hæc canon ſtatuiſſet de electione vacantis eccleſiæ, quia ante xxviij. can. Chalced. ſyn. metropolitani fiebant ab epiſcopis, & non à Conſtantinopolitano patriarcha, vt nunc fit, dicit canon, quòd ſi ſit proceſſura electio metropolitani, non fiet à ſuis prouincialibus epiſcopis, ſed etiam omnino accerſi oportet epiſcopos vicinarũ regionum, propter metropolitani magnitudinem quem etiam nominat exarchum prouinciæ. Sic enim eius omnino conſtitet electio, vt quæ à pluribus antiſtitibus facta ſit. Quia autem vilibus electis epiſcopis in parvis vilibuſque parochiis, in quibus ſæpe ne erant quidem epiſcopi, qui & pedibus incedebãt, & erant aloqui contempti, epiſcopalis dignitas contemptui habebatur, ſtatuerunt patres ne conſtituatur epiſcopus in vico, ſiue in pago, vel in exiguo oppidulo, in quo vel vnus ſacerdos ſufficit, ne epiſcopalis dignitas vilipendatur: ſed in illis vrbibus conſtituantur epiſcopi, quæ hominibus abundant, & quæ iam olim habent epiſcopos. Tanquam autem dixiſſet quiſpiam, Iniquum eſſe vrbem populo*

frequẽtem non habere antistitem, eò quòd iam olim episcopus in ea non constituatur, adiecerunt Patres in huiusmodi ciuitate etiam de nouo constitui posse episcopum. et hæc quidem sic. Tu autem nota etiam ex hoc præsentis canone, quòd irrita est electio episcopi quæ fit sine præsentia vel consensu omnium prouincialium. Nam vel vnum ex iis qui aberat, accersi iubet canon: & non potest quispiam dicere, quòd quoniam plurium valent suffragia, vnius absentia non afferet præiudicium, etiam si contraria est eorum sententia. Propterea enim, vt est consentaneum, accersuntur omnes qui in regione adsunt in hanc vrbium reginam antistites, quando debet alicuius ecclesia fieri electio, & eam vnius absentia impedit. Cùm autẽ canon dicat constitui oportere episcopos vbi prius fuerunt episcopi, dicebãt quidã nõ debere hoc omnino fieri in pagis vilibus, & vbibus, eo quòd in iis antistites antea eligerentur, quãdo populo frequẽtes erant, sed causam promotionis antistitis esse regionis populi frequentiã, non autem antiquum priuilegiũ & adiecerunt, non oportere episcopũ eligi in vrbe, quæ à magna populi frequentia ad nihil redacta est ex gentium incursione, vel aliqua alia rerum perturbatione, sed in iis quæ sunt populosæ, etiã si antistites antea non habuerunt. Adeo autẽ coronatus rex noster sæpe rogatus, an oporteat oriẽtales ecclesias & à Sarracenis detentas, episcopos electione sortiri, & eu quidem eligi episcopos, annuit, & °solemnia iis qui eligi debent à vicinis sufficientiam concessit per communem iussionem. Vtinus quod in eu est ecclesiu, imperio quoque perpetuo seruetur, vt pote cùm non desperent Christiani fore vt ad eas restituantur. Episcopos autem in pagis vilibus quomodocunque eligi non permisit, sed potius iis succensuit, qui ita eligunt: nempe quòd episcopalis dignitas ex ea re iniuria afficiatur. Cùm autem ille sanctissimus Thebarũ metropolitanus Caloclene, episcopos de nouo elegisset, °agitatum est in synodo tempore sanctissimi illius patriarchæ domini Michaelis suprem philosophorum, quòd metropolitanus debebat hoc nouum opus facere cum synodali diiudicatione & examinatione, & omnes dixerũt, quòd debebat id quod à Thebarũ episcopo innouatum est, à magna synodo mandari, vt vult canon Apostolicus, qui statuit, nihil magni momenti debere ab episcopo fieri, sine sententia synodali.

°Φλήμια, fortasse intelligit annuam pẽsionem.

°λόγος ἐγήρατον.

Can. vij.

Osius episcopus dixit: Importunitas nostra, & multa assiduitas, & iniustæ preces effecerunt, vt nos non habeamus tantam gratiam & libertatem dicendi quantam debebamus habere. Multi enim episcopi non intermittunt ad castra accedere: & maximè Aphri, qui quemadmodum cognouimus à dilecto fratre nostro & coepiscopo Grato, salutaria consilia non admittunt, sed ita contemnunt, vt vnus homo plurinas, & diuersas, & quæ non possunt iuuare ecclesias, preces afferat, & non vt debet fieri, & conuenit pauperibus, & laicis, vel viduis opem & auxiliũ afferat: sed seculares dignitates & functiones aliquibus acquirat. Hæc ergo °peruersitas detrimentum non sine offendiculo & condemnatione nobis conciliat. Conuenientius autem esse existimaui, vt episcopus illi suum auxilium præbeat, cui ab aliquo vis affertur, vel si qua vidua iniuria afficiatur, vel si quæ rursus orba priuetur iis quæ ad ipsam pertinent. Si quidem hæc nomina iustam habent causam & supplicationem. Si itaque dilecti fratres hoc omnibus videtur, statuite, nullum oportere episcopum ad castra accedere, præter eos, quos pius imperator noster suis literis accersit. Sed quia sæpe contingit aliquos qui egent misericordia, ad ecclesiã confugere, qui propter sua peccata, vel relegatione, vel in insulã deportatione damnati sunt, vel quamuis aliam sententiam accepere, iis non esse negandum auxilium, sed sine cunctatione, & dubitatione, iis veniam esse petendam

°παρόντος.

xxiij. q. viij. Si vobis fratres charissimi.

tendam. Si vtique hoc quoq; placet, omnes vnà quoque veſtrum ſuffragiũ ferte, reſpõderent omnes. Decernatur & hoc.

BALS. In xj. can Antioch. ſyn. prohibiti ſunt epiſcopi & omnes canonici ſine permiſſione ſynodali ad Imp. proficiſci. Et ergo conſequenter præſens quoq; canõ decernit, nullũ epiſcopũ in caſtra ſeu vbi imperator agit, accedere ſine euocatione Imperatoris, niſi quis hoc ſæpe facere voluerit ad deducendos pauperes vel condemnatos qui ad eccleſiam confugere: quòd etiam à proximè dicendo canone ſublatum eſt, qui ſtatuit eiuſmodi quoque cauſas non ab epiſcopis agẽdas, ſed à diaconis ſeu miniſtris. Et hæc eſt quidem canonis intelligentia. Cauſæ autem propter quas conſtitutus eſt, clarè ſunt, nec interpretatione indigent. His ita ſe habentibus, interroganerit quiſpiam, an pernittitur epiſcopo cum mandato ſynodali ad Imperat. proficiſci, ſecundũ x. can Antioch ſyn. SOL. Præſens canõ dictum canonem non tollit, ſed potius illi conſentit. Et ideo, vt mihi quoque videtur, cum ſynodali deliberatione epiſcopus ſine vllo præiudicio ad regem proficiſcetur: multò autem magis clericus. Nota autem ex præſenti canone, quòd etiam ſi ſit epiſcopo prohibitum aliiſque ſacratis apud Imperatorem diutius morã agere, decreto tamen Imp. hoc ſine periculo facient, & quod eis imperatur exercebunt: vt neque Impe. quidquam poſſit imputari ſi eos accerſat, nec ijrei futuri ſint, vt qui iubenti Imp. acquieſcant. lege Carth. ſyn. can. xi. xij. & præſentis ſyn. viij ix. & xxj.

Oſius epiſcopus dixit: Hoc quoque veſtra ſolertia iudicet, vt quia viſum eſt, ne aliquis epiſcopus in condemnationem incidat ad caſtra veniens, ſi qui eorum, quorum ſuperius meminimus, tales habeant preces, per proprium miniſtrum peragant. Miniſtri enim perſona non eſt inuidioſa: & quæ mandata fuerint citius, ferre poterit. can. viij.

BALS. Præſens quoque canon eadem quæ illum præcedens ſtatuit, additiens non per epiſcopos, ſed cum miniſtru eorum apud Imp petitiones peragi debere. Quod Latinè autem eſt miniſtrum Græcè eſt διάκονον, quem non eſſe dicas eum qui eſt ordinatus, ſed vt ſemel dicam, ſeruum & miniſtrum.

Oſius epiſcopus dixit: Hoc quoque conſequens eſſe exiſtimo, vt in quacunque prouincia epiſcopi ad fratrem & coepiſcopum ſuum mittant ſupplicationes, is qui eſt in maiori ciuitate, hoc eſt in metropoli, ipſe miniſtrum ſuum & ſupplicationes mittat, præbens ei commendatitias quoque literas, ſcribens ſcilicet per conſequentiam etiam ad fratres & coepiſcopos noſtros, qui ſcilicet illo tempore in locis vel vrbibus agant in quibus Imp. in primis pius rempublicam gubernat. Si quis autem epiſcopus habet amicos in aula palatij, & velit aliquid quod ſit honeſtum & iuſtum impetrare, ne prohibeatur per ſuum miniſtrum & rogare, & iis mandare, vt bonum ſuum auxilium ei velint præbere. Qui autem Romam accedunt, quemadmodum ſuperius dictum eſt, dilecto fratri noſtro & coepiſcopo Iulio, preces quas habent dandas, præbere debent, vt ipſe prius examinet, niſi aliquæ earum ſint imprudentes, & ſic ſuam auctoritatem & curam præbens, eos ad caſtra mittat. Omnes epiſcopi dixerunt eis placere, & eſſe conuenientiſſimum hoc conſilium. can. ix.

BALS. Quòd non ſublatus ſit canon Antiochenæ ſynodi, ex præſenti quoque canone clarum eſt. Dicit enim, quòd ſi epiſcopus voluerit mittere preces ad Imp. per confratrem & coepiſcopum ſuum, qui eſt in ea prouincia antiſtes, in qua Imperator agit, debet ad competentem metropolitanum accedere, & ſuam voluntatem docere. Porrò metropolitanus cum famulo ſuo qui debet epiſtolas cano-

nicas afferre, scilicet pacificas & cõmẽdatitias, docebit episcopũ, qui apud Imp. vt dictũ est versatur, fratru & coepiscopi postulationẽ. Hoc autem sic fieri statutum est, vt metropolitanus causam cognoscat & discernat, an eã oporteat ad Imp. referre, an non. Tanquã autẽ dixisset quispiã, per hoc tollit præsentu synodi can. viij. qui statuit, vt episcopi cum proprius ministru Imp. admoneat de causis animæ conducibilibus, adiecerunt patres, ad Imperatorem quidem non mittendũ ministrũ ab episcopo sine synodali mandato, sed aliquibus Imp familiaribus preces cum ministro esse exhibendas, sed hoc quoque, vt mihi videtur fiet cum scientia metropolitani. Episcopos verò qui Romam accedant, non aliter ad Imp. accedere, nisi Papa eius rei scientiam habuerit, & ipse precibus examinatu, vel ablationem permiserit, & ipsos ad Imp. miserit, vel denegauerit, vt qui etiam debeat episcopos ἀπάγειν *complecti, & eis in omnibus opem ferre. Quare nota ex iis quæ in hoc canone continentur, quòd neque metropolitanus, neque episcopus sine synodali cognitione potest ad Imp. vel per se vel per suum ministrum referre. Audiens autem hæc fieri cum scientia metropolitani, & Papæ, adhice etiam synodalem consequi cognitionem, secundum xi. canonem Antiochenæ synod. Quæ autem de Papa hic scripta sunt, trahe etiam ad patriarcham Constantinopolitanum, propter rationes quas sæpe diximus. lege & caput ij. viij. tit. præsentu operu, & omnia quæ in eo sunt. His autem sic definitis, dixerunt aliqui non debere vllum metropolitanum sine patriarchali mãdato vel permissu ad Imp. vnquam proficisci. Mihi autem videtur, quòd quando primũ metropolitanus est Imp. salutaturus, ex ea quæ illum est sortitus, ad vrbium reginam accedens, necesse habet hoc facere cum patriarchali permissione. Postea autem sine impedimento quando vult ad Imp accedet eius salutandi gratia & eum commonefaciendi precum quas cum patriarchali supplicatione prius ad eum retulit.*

Can. x. Dist. lxi. Osius episcopus.

Osius episcopus dixit: Hoc quoque necessariũ existimo, vt cum omni cura & diligẽtia examinetur, vt si quis diues vel ex foro scholasticus episcopus fieri dignus habeatur, non prius constituatur quàm lectoris & diaconi & presbyteri ministerium peregerit, vt in vnoquoque gradu, si dignus existimatus fuerit, ad episcopatus fastigium per* προεδρίαν *possit ascendere. Habebit autem vniuscuiusque ordinis gradus non minimi scilicet temporis longitudinem, per quod & fides, & morum probitas, & constantia, & moderatio possit cognosci, & ipse diuino sacerdotio dignus existimatus, maximum honorem assequetur. Neque enim cõuenit, neque scientia, & bona conuersatio hoc recipit, vt temere & leuiter ad id accedatur, vt episcopus, vel presbyter, vel diaconus promptè ac facile constituatur. Sic enim meritò Neophytus existimetur, quandoquidem beatissimus Apostolus, qui fuit etiam doctor gentium, maximè prohibuisse videtur, ne celeres fierent constitutiones. Longissimi enim temporis probatio, & conuersationem, & vniuscuiusque mores non improbabiliter exprimere poterit. Omnia dixerũt ipsis placere, & omnino non oportere ea subuertere.*

BALS. *In xvij. canone primæ & secundæ syn. satis scripsimus de laicis vel monachis, qui sunt ad episcopatum promouendi. Cæterũ illic quidem generaliter de iis dictum est, hic autẽ de solu diuitibus & scholasticis, id est de iis qui rhetoricæ & arti dicendi vacãt. Quod ergo illic quæsiuimus de præfinito tempore canone declarato, hoc in præsenti quoque canone quærendum est. Neophytus autem, apud Apostolum quidem, is qui est recenter illuminatus dictus. Apud canonem autem, qui ex diuite vel scholastico ad episcopalem dignitatem promouebitur. Quare & secundum can. Nicenæ primæ syn.* νεόφυτος γενηθέντα

Can. xi.

Osius episcopus dixit: Hoc quoque definire debemus, vt quando episcopus ex alia ciuitate in aliam ciuitatem, vel ex a-

lia

lia prouincia in aliam prouinciam accesserit, iactationis gratia propriis laudibus seruiens, vel religionis sanctificationi: & velit longiori tempore illic agere: illius autem ciuitatis episcopus doctrinæ non fuerit peritus, ne illum despiciat, & frequentius concionetur, studens dedecore afficere, & vilipendere personam episcopi. Hic enim prætextus solet turbas excitare, & eiusmodi calliditate alienam sedem sibi conciliare, & attrahere studere, cùm non dubitet sibi ttaditam ecclesiam relinquere, & in aliam transire. Ad hoc ergo, tempus definiendum est: nam episcopum non recip, inhumanum & inciuile existimatum est. Recordemini autem patres nostros in tempore præterito iudicauisse, vt si quis laicus in vrbe agens, ttibus diebus dominicis in tribus hebdomadibus non conueniat, is communione moueatur. Si hoc ergo de laicis statutum est, non oportet, nec conuenit, sed neque est vtile, episcopum, si nullam habet grauiorem necessitatem, vel negocium difficilius, longius à sua abesse ecclesia, & sibi commissum populum dolore afficere. Omnes episcopi dixerunt, hanc quoque sententiam esse conuenientissimam.

BALS. *Omnem scandali occasionem auferentes sancti Patres, statuerunt, ne episcopus à ciuitate in ciuitatem, vel à prouincia in prouinciam, per arrogantiam vel auaritiam transeat. Si autem non fiat hoc propter eam causam, sed propter aliquot dierum quietem, vel aliquam aliam iustam causam, ne ipse cùm sit doctus, insultet episcopo qui forte est indoctus, nec ipse laudem desideret per dogmaticas doctrinas (id enim est religio & fides) regionis autem episcopum contemnat, vt qui dogmaticæ doctrinæ experientiam non habeat, sed quiescat, & regionis episcopo conuenientem honorem habeat. Quod enim, inquiunt, præter hoc fit, multæ est perturbationis causa, & suspicio quòd u studeat relinquere eam quæ illum sortitus est, & eam quæ ad alterum pertinet sibi vendicare. Et propterea non necessarium esse rati, vt episcopus longo tempore versetur in aliena diœcesi, subiunxerũt, quòd quia esset inhumanum & à fraterna dilectione alienum, si regionis episcopi aliarũ diœceseon episcopos non admitterent: canone autem cautũ est, vt ne laicus quidẽ tribus dominicis ab ecclesia absit, vel sit excommunicatus, omnino in antistites quoque locum habebit hic canon. Vnde etiam statuerunt vt nullus episcopus ab ea quæ illum sortitus est diutius absit, & sibi commissum populum opprimat, nisi grauem aliquam necessitatem habeat, vel negocium arduum. lege sanctorum Apostolorum can. xiiij. & xv. præsentis syn can xij. xvj. xvij. Carth syn. can xxiij. lxxi. syn. vj can. xvij xviij. & xx. & scies quomodo puniuntur qui vltra suæ diœcesis fines docent. lege & xvj. can. primæ & secundæ syn & quæ in illo à nobis scripta sunt: & scies quanto tempore debent episcopi extra suos episcopatus versari. Ideo enim nec fusius hic de iis tractatum est. Interrogauerit autem quispiam, cum lxxx. canon vi. synodi, videlicet quæ in Trullo dicitur, laicos segregari decreuerit, qui tribus dominicis in ecclesiam non conuenerint, qui quidem hac synodo fuit multo recentior, quomodo præsens canon qui est ea multo antiquior, eius meminit? SOL. Alius quidem canon ante præsentem synodum nihil eiusmodi decreuit, quæ autem hoc canone continentur, sine scriptis, vt est verisimile, exercebantur ab initio, vt etiam multa alia: postea autem synodus in Trullo ea scriptis quoque mandauit.*

Osius episcopus dixit: Quia nihil est prætermittendum, hoc quoque definiatur: Quidam fratres & coëpiscopi, in Can. xij.

ciuitatibus, in quibus episcopi constituuntur, videntur valde pauca quæ sibi sint propria possidere: in aliis autem locis magnas possessiones, ex quibus etiam possunt opem ferre pauperibus: iis ita esse concedendum iudico, vt si in suas possessiones venturi sunt, & fructus suos collecturi, tribus diebus dominicis, id est, tribus septimanis, in suis possessionibus degant: & in ecclesia quæ propè est in qua presbyter populum congregat * ne à communione alienus videatur, conueniat, & sacrificium celebret, & ne frequentius in ciuitate in qua est episcopus adsit. Eo enim modo & res eius propter ipsius absentiam nihil detrimenti patientur, & arrogantiæ ac superbiæ crimen effugere videbitur. Omnes episcopi dixerunt: Placet hæc quoque constitutio.

* ἐκεῖ τὸ μὴ χωρὶς συναλλάσσειν ἑτέροις εἶναι.

BALS. Xj. canon docet de episcopis, qui à ciuitate in ciuitatem peregre proficiscuntur, vel à prouincia in prouinciam. Præsens autem canon statuit, vt episcopi qui magnas habent immobiles possessiones in alienis regionibus, in eas sine vllo impedimento proficiscantur ad fructus colligendos, & sic pauperes sustentent. Cæterum tribus, inquit, dominicis debet episcopus in suis possessionibus agere, & cum illius regionis fidelibus in ecclesiam conuenire, & vna celebrare, seu vna orare cum presbytero qui illic est, ne videatur esse ab ecclesiastica communione alienus, & canonem qui superius dictus est offendere, qui quidem eos segregat qui tribus dominicis in ecclesiam non confugiunt. Cæterum post tres dominicos non frequentius in ciuitate versari in qua est episcopus. Si enim, inquiunt, hoc sic fiat, nec ipse in damnum pecuniarium incidet, eo quòd in eius præsentia fructus colligantur, nec regionis episcopus eum arrogantiæ insimulabit. Hæc cum ita se habeant, ne dixeris esse necessarium episcopo, qui versatur in possessionibus quæ sunt extra suam ecclesiam, illic tribus dominicis sedere, & non * accedere in vrbem in qua est eius regionis episcopus, sed consilium tantum dari, vt vitetur scandalum. Si enim velit postea in ciuitatem proficisci, & cum illius regionis episcopo familiariter colloqui, & in suas ecclesiasticas possessiones redire, non vetabitur. Est enim scopus canonis, ne illius regionis episcopus turbetur ab episcopo qui vltra suæ diœcesis fines accedit, & ab ipso fortasse iniuria afficiatur. lege & quæ in xvi. can. prima & secunda syn. nobu scripta sunt, & nota quòd in immobilibus alienarum ecclesiarũ possessionibus illius regionis episcopus episcopalia iura exercet. Ex longa autem consuetudine sæpe synodaliter confirmata, throuus Constantinopolitanus in omnium ecclesiarum regionibus dat * ius figendi crucem, & non solum in iu * oblationem, sed & in possessionibus quas habet vbicunque. Quidam autem dicunt, hanc sanctam sedem hoc ius habere, non solum in possessionibus quas dominij iure obtinet, sed etiam in immobilibus monasteriorum quæ ei subiecta sunt, vbicũque ea sita sint. Recte autem accepimus sacri celebrationem quæ Græcè est λειτουργία pro oratione, Sacra enim celebrare, seu sacrificare, sine episcopi regionis permissione non potest.

* ἀλλοτρίοις
* ἀλλοτριαῖς

Can. xiij.

Osius episcopus dixit, Hoc quoque omnibus placeat, vt si diaconus, vel presbyter vel etiam aliquis ex clericis, sit excommunicatus, & ad alium episcopum, qui eum nouit, confugerit, scientes eum à proprio episcopo esse communione motum, non oportere episcopo & fratri suo injuriam facientem, ei communionem præbere. Si autem hoc facere ausus fuerit, sciat cùm conuenerint episcopi, seipsum causam esse dicturum.

BALS.

Lege xij.xiij.xxxij. & xxxiij. canonem sanctorum Apostolorum, & Antioch. synod. can. vi. qui dicunt eadem.

Osius episcopus dixit: Quod autem me vndiquaque mouet, reticere non debeo. Si inueniatur quis episcopus ad iram propensus, quod quidem ab eiusmodi homine abesse debet, & aduersus presbyterum vel diaconum citò commotus, eum ex ecclesia eiicere voluerit, prouidendum est, ne is *repente condemnetur, & communione priuetur. Omnes episcopi dixerunt: Qui eiicitur, potestatem habeat confugiendi ad episcopatum metropolis eiusdem prouinciæ: si autem metropolitanus abest, ad finitimum concurrendi, & rogandi vt suum negocium accuratè examinet. Neque enim non sunt aures præbendæ iis qui rogant. Ille quoque episcopus, qui iure vel iniuria eum expulit, æquo animo ferre debet vt rei fiat examinatio, & vel eius confirmetur sententia, vel corrigatur. priusquam autem diligenter & ex fide singula examinata fuerint, qui communionem non habet, non debet ante rei cognitionem sibi suo iure communionem tribuere. Si autem clerici aliqui conuenerint, & eius superbiam & arrogantiam viderint, quia non conuenit contumeliam vel iniustam expostulationem pati, acerbioribus & grauioribus verbis eum debent corrigere, vt ei qui iubet quæ decet, inseruiant, & obediant. Sicut enim debet episcopus ministris sinceram dilectionem & affectionem præbere, eodem modo & subiecti debent episcopis non fraudulentum ministerium & obsequium exhibere.

Can. xliij. xi. q. iij. Si forte episcopus iracundum.

*ἀδρὸν

BALS. *Didicisti ab aliis canonibus, quòd non licet episcopis indicta causa suos clericos segregare. Præsens autem canon dicit, quòd si episcopus ad iram propensus ac biliosus existens, etiam si non debet esse talis episcopus, sed mitis & moderatus, presbyterum suum vel diaconum ira percitus segregauerit, prouidendum est, seu cura adhibenda est, ne is ex eo condemnatus existimetur, vt non vnà communicet, seu quæ sunt sacerdotalia exerceat cum iis qui sacra operantur. Dominus enim dixit, Accipite spiritum sanctum: & , Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: quorũ autem retinetis retenta sunt: non autem eos etiam qui non peccant, puniendos. Sed potestatem habeat is qui segregatus est accedendi ad metropolitanum prouinciæ, cui scilicet subiectus est episcopus qui segregauit. Vt segregationis causa* coram eo examinetur. Si autem non adest metropolitanus, vadat is qui est segregatus ad metropolitanum proximum, vt negocium ab eo examinetur. Hoc autem facto, qui segregauit episcopum non succenseat, sed æquo animo ferat examinationem, & segregationis confirmationem, vel eius correctionem forti animo sustineat. Tanquam autem dixisset aliquis, magnum ex eo illis qui est segregatus auxilium afferri, quòd sacerdotalis functio non impediatur à segregatione, propter canones qui dicunt, ante perfectam condemnationem neminem puniri debere, dicit canon, quòd etiam si sit communicandi potestate præditus qui est excommunicatus, & eius segregatio ad examinationem recidit, non tamen sibi debet eam suo iure tribuere, & sacrificare, antequam ius suum probauerit. Qui enim vos spernit, inquit, me spernit. Debent ergo clerici, qui eum vident sacrificantem postquam segregatus fuerit, ex superbia vel arrogantia, eum ad humilitatem conuertere verbis acerbioribus seu exprobratoriis, non tamen etiam contumeliosis: sic enim videbuntur esse subiecti & ministri episcopalium iussionum. Sicut enim, inquit, debet episcopus suos clericos amare, sic & ipsi debent citra fraudem episcopum

*συνέδου

ministerium exhibere. Ne dixeris autem hunc canonem esse multis canonibus contrariu
tem, cum qui est excõmunicatus, debere ad vicinæ regionis metropolitanum recurrere. si absit metropolitanus prouinciæ, vt ab eo examinetur segregatio. Finge enim vel finitimæ regionis Antistiti ab absente metropolitano fuisse mandatum, vt causas ecclesiasticas audiat, vel eum fuisse electum iudicem ab episcopo & clerico. Neque enim aliter potest vicinæ regionis metropolitanus iudicare episcopum vel clericum alius prouinciæ, quemadmodum in præcedentibus canonibus diximus. Et autem qui te forte interrogauit, Quomodo non punit canon eum qui in segregatione non acquieuit, sed eam neglexit, & sacrum celebrauit, dic quòd canon præsentis synodi generali sermone eos deponendos decernit, qui quæ hic decreta sunt transgrediuntur. Et xxix. canon Carth. syn. ex hoc sola causa eum condemnat, perinde ac si iuste fuisset depositus. Nota ergo ex præsenti canone, quòd nulla fit episcopo iniuria, si is qui est segregatus, querat segregationis causam examinari: & quòd quomodocunque fuerit segregatus clericus, debet segregationẽ admittere, & expectare examinationẽ. Miror autẽ quomodo non definiunt Patres, quid sit faciendum, si Papa verbi gratia, clericum suum iniustè segreganerit, & segregationem quidẽ incusat clericus, non potest autem ad maiorem synodum profiscisci, & accusationem proponere: quæ autem de presbyteru & diaconu hîc definita sunt, sunt etiam de reliquis clericis accipienda, quin etiam de laicis.

can. xv. Osius episcopus dixit: Hoc quoque omnino definiamus, vt si quis episcopus ex alia parochia, velit alienum ministrum sine consensu proprij episcopi in aliquo gradu constituere, irrita & infirma eiusmodi constitutio existimetur. Si qui autem hoc sibi ipsis permiserint, à fratribus & coepiscopis & admoneri & corrigi debent. Omnes dixerunt: Hoc quoque decretum stet firmum & immobile.

eandem

BALS. *Septimus decimus canon vi. syn. qui est antiquior, iubet eos deponi qui & susceperunt, & suscepti sunt. lege & Nicenæ syn. can. xv. xvi. Antioch. can. xxij. Chalced. can. x. & xx. hic can. i. ij. xv. syn. Carth. can. iiij. & vij. syn. vj. can. xviij. & xx.*

can. xvi. Aëtius episcopus dixit: Non ignoratis cuiusmodi & quanta sit Thessalonicensium Metropolis. Sæpe itaque ad eam ex aliis prouinciis presbyteri & diaconi accedunt: & breuis temporis mora non contenti, permanent, & omne tempus illic agentes transigunt. Vel vix tandem post plurimum tempus in suas ecclesias reuerti coguntur. De iis ergo definiendum est. Osius episcopus dixit: Ea decreta, quæ de episcopis constituta sunt, seruentur etiam in huiusmodi personis.

BALS. *Hic quoque canon de clericu qui à ciuitate in aliam ciuitatem transeunt, loquitur: & lege quæ de eo antè scripta sunt in diuersis canonibus.*

can. xvij. Osius episcopus dixit: Suggerente fratre nostro Olympio, hoc quoque placuit, vt si quis episcopus vim passus, iniustè eiectus sit, vel propter scientiam, vel propter catholicæ ecclesiæ confessionem, vel propter veritatis defensionem, & fugiẽs periculum, innocẽs execrationi subiectus in aliam vrbem venerit, ne prohibeatur illic tandiu agere, donec reuertatur, vel à facta sibi iniuria possit liberationem inuenire. Durum enim est, atque adeò grauissimum, eum qui iniustam eiectionem passus est, à nobis non suscipi. Is enim debet à nobis plurima benignitate & humanitate excipi.

BALS. *Cùm plurimi canones ſtatuant, non debere epiſcopum agere in aliena regione vltra tempus præfinitum, nunc dicunt patres hoc non habere locum in epiſcopi electu e ſuis eccleſiis, vel propter ſcientiam, id eſt diuinorum dogmatum bonam doctrinam, vel quòd orthodoxam fidem confiteantur, vel quòd eos defendant qui iniuria affecti ſunt, & ideo propter magnam cauſam & tanquam periculum fugientes, vt qui ab eis qui illos expellunt pro execratis habeantur, ſint autem reuera inſontes. Sed ſint in alia quoque ciuitatibus ſine impedimento, donec minæ periculi ceſſarint, & potuerit epiſcopus in eam quæ illum ſortitus eſt eccleſiam reuerti, vel ei facta in electione iniuria vindicata fuerit. Durum eſt enim & à fraterno amore alienum, eum nõ cum omni benignitate à fratribus excipi. Quare nota quòd ab vrbium regia expelli non debent orientales epiſcopi qui ſedes non habent, nempe cùm eccleſiæ à gentibus detineantur: & qui ab inquꝰ exactoribus expelluntur, eo quòd pro eis dicant qui iniuria afficiuntur.* ᵒ aequidem.

Gaudentius epiſcopus dixit: Scis frater Aëtie, quòd tunc cum epiſcopus conſtitutus es, pax deinceps ᵒ viguit, ne aliquæ diſcordiæ reliquiæ remaneant, viſum eſt vt qui à Muſæo & Eutychiano conſtituti ſunt, quia nulla eorum culpa inueniebatur, omnes ſuſciperentur. *Can. xviij.* ᵒ ἰσχύσαν

Oſius epiſcopus dixit: Meæ mediocritatis hæc eſt ſententia, Quia quieti & patientes eſſe debemus, & ſufficientem in omnes habere miſericordiam, eos qui ſemel in clerum eccleſiaſticum ab aliquibus fratribus noſtris promoti ſunt, ſi nolint redire ad eas ad quas nominati ſunt eccleſias, deinceps non admitti. Eutychianum autem ne epiſcopi quidem ſibi nomẽ vſurpare, ſed neque Muſęum vt epiſcopum exiſtimari. Si autem laicum petiuerint, non oportere ei denegari. Omnes dixerunt, Placet. *Can. xix.*

BALS. *Muſæus & Eutychianus, cùm nõ eſſent ordinati, tanquã epiſcopi, clericos aliquos ordinarunt. Cùm itaque Gaudentius petiiſſet, vt propter pacem ſecundum Deum ij ſuſciperentur qui ab illis ordinati ſunt, vt qui nullam mali conſcientiam haberent, alius epiſcopus, qui Oſius appellabatur, reſpondit, quòd etiam ſi debemus eſſe humani & moderati, illos tamen in clerum recipimus, qui interrogati ſunt ab iis qui ſunt reuera quidem epiſcopi, ſed propter quædam fortaſſe delicta electi ſunt ex iis quæ ipſos ſortita ſunt eccleſia, ſi modo ipſi quoque clerici ſua ſponte proficiſcantur ad eccleſias quæ eis obtigerunt. Cum iis autem qui ab Eutychiano & Muſæo in clerum ſuſcepti ſunt, tanquam cum laicis communicabimus: quia nec epiſcopi quidem poſſunt nomen tueri qui eos ordinarunt. Nota ergo ex præſenti canone, quòd nihil eis præiudicij allatum eſt, qui ab aliquibus depoſitis vel etiam anathematizatis in clerum ſuſcepti ſunt. Quæ autem de Muſæo & Eutychiano dicta ſunt, trahe etiam ad alios qui non ordinati fuerunt, ſed ſe fuiſſe ordinatos ſimularunt. De iis autem, qui à prophanis ſeu ſacris non initiatis hominibus baptizati ſunt, non poſſum tibi aliquid certi & non dubij dicere. Inuenitur enim in vita ſancti Athanaſij, quòd cum quidam puelli in littore maris, in arena, à ſancto, pro ludo, cum ipſe puer eſſet, baptizati eſſent, eos regionis epiſcopus ſuſcepit, & tanquam iam baptizatos chriſmate vnctos dimiſit. Dicitur etiam in vita ſancti Porphyrij, quòd ab orthodoxo non fuit baptizatus, ſed cùm vitam ſcenicam ſeu hiſtrionicam ageret, ab hiſtrione hæretico aqua aſperſus eſt tanquam vtique baptizatus: & adſtantes quidam hæretici hinc ſibi riſus occaſionem cepere. ipſe vero Martyrij. Vidit enim angelos ante ſe cum lampadibus ambulantes, &, Quicunque in Chriſtum baptizati eſtis, clamantes, & ita ex hiſtrione martyr factus eſt. Dei præcones ſancti apoſtoli per epiſcopos & presbyteros diuini baptiſmatis ſanctificationem eſſe fidelibus dandam definierunt. Hæc enim expreſsè dicunt in xlvi. & xlvij. can. Epiſcopum, vel presbyterum, qui hæreticorũ baptiſmũ vel ſacrificiũ ſuſceperint, depone habemus. Epiſcopus vel presbyter, ſi eum rurſus baptizauerit, qui verè habet baptiſma: vel ſi eum qui ab impijs pollutus eſt, non baptizauerit, deponatur, vt qui crucẽ & mortẽ domini erroneè arguat. Qui ergo dicit eũ non debere baptizari, qui à laicõ pſeudoſacerdote baptizatus eſt, & nõ reuera aperte ſanctificatus eſt, aduerſatur, vt mihi quidẽ videtur, canonibus. Admittit enim cõtrà ac illis cõprehẽdatur, laici pſeudoſacerdotis falſum baptiſmum.*

Quod autẽ ſolu epiſcopũ & ſacerdotibus ſanctũ baptiſmatis myſteriũ conceſſũ eſt, patet ex x . can. ſynodi Laodic. quòd non oportet eos exorcizare, qui ab epiſcopu non promoti ſunt: & ex xlvi. can. eiuſdem ſyn. ſtatuente, vt qui illuminãtur, fidẽ epiſcopo & preſbyteris renũcient, non autẽ laicis. Sicut ergo eos de quibus dubitatur an baptizati fuerint, baptizare ſine vllo præiudicio iuſſi ſumus à lxxij. can. Carth. Syn. etiam ſi baptiſmũ reuera habuerint ſic etiã eu qui baptizatus eſt ab homine qui non accepit poteſtatem baptizãdi, & per baptiſmũ peccata dimittẽdi, (baptiſmus enim peccata abluit) tutò & ſine vllo offendiculo baptizare debemus, ne eiuſmodi dubitatio eũ primi ſancti baptiſmatis purgatione. Si quu autem dicat propter lectionem ſanctarum orationum factam a laico, & ſancti chriſmatis vnctionem, debere hoc verum baptiſma reputari, dixerit omnino eos quoque qui à falſo epiſcopo in clerum recepti ſunt, & nõ reuera ordinati ſunt, debere etiam eſſe clericos, poſtquã malum cognitum fuerit, quod quidem eſt abſurdum & contrarium iij canoni ſanctæ & vniuerſalis ij. ſyn. qui hæc expreſsè ſtatuit. De Maximo Cynico & eius inſolentia facta Conſtantinopoli, vt neque Maximus epiſcopus fuerit vel ſit, nec qui ab eo ordinati ſunt, in vllo gradu cleri, omnibus quæ circa ipſum & ab ipſo facta ſunt infirmatis, & xviij. can. Sardic. ſyn. qui decernit, vt qui à Muſæo & Eutychiano in clerum electi ſunt, vt laici ſolum recipiantur, vt cum clericis autem non communicetur, eo quòd Muſæus & Eutychianus non fuerint ordinati. Sicut ergo non ſunt clerici, qui à prophano Maximo, & Eutychiano, & Muſæo ordinati ſunt: ſic nec baptizatus reputabitur qui à prophano baptizatus eſſe dicitur: & ideo vero quoque baptiſmate dignus abſque vllo præiudicio habebitur. Niſi enim hoc dixerimus, non ſolum ſacru & diuinu canonibus repugnabimus, ſed etiam fideles eſſe cogemur dicere, propter ſancti vnguenti honorem eos qui ex longa conſuetudine baptizantur Agarenos, ne malè oleant. Similiter & eos, qui ſancto chriſmate vnguntur à prophanis, reputari & eſſe propriè & verè baptizatos: & dare ſanctificationem eos qui non acceperunt eius facultatem à ſancti ſpiritus gratia, quod quidem mihi videtur non ferẽdum. Si quu autem mihi contrà obiiciat, quod tempore magni Athanaſij factum eſt. Scriptũ eſt enim, eos qui ab ipſo in puerili ætate baptizati ſunt in arena maris, ſuſceptos fuiſſe vt baptizatos: & ei quod à Minio in ſancto Porphyrio factum eſt, qui per ludibriũ baptizatus eſt, & martyrij corona dignus habitus, vt qui angelos tunc viderit cum lampadibus ante eum ambulantes, & illud, Quicunque in Chriſtum baptizati eſtis, clamãtes, opponam iuris regulam quæ dicit: Quod fit præter canonas, non trahitur ad exẽplum. Si itaque prophanus qui baptizauerit, diuina gratia dignus habitus fuerit, quemadmodum magnus Athanaſius, & ſanctus Porphyrius, ſanctum baptiſma quod ab eo factum fuerit ſuſcipiemus: ſi autem non ita eſt, diuinos & ſacros canones neceſſario ſequemur.

*Χειροτζιτ adiurare.

Can. xx.

Gaudentius epiſcopus dixit: Hæc ſalutariter & conſequenter definita & noſtri ſacerdotum *dignitati conuenienter, & quæ Deo & homininibus placuerunt, potentiam & vires ſuas obtinere non poterunt, niſi etiam metus editas ſententias conſecutus fuerit. Ipſi enim ſcimus, ſæpe propter paucorum impudentiam, diuinum & in primis venerandum ſacerdotij nomen *in damnationem incurriſſe. Si quis ergo præter ea quæ omnibus viſa ſunt, auſus fuerit, ſtudens faſtui & arrogantiæ magis quàm Deo placere, aliquid aliud agere, ſciat iam ſe eum conſtituere, & epiſcopatus honorem & auctoritatem amittere. Omnes reſponderunt: Decet, & placet nobis hæc ſententia.

*Ἀξιωμα.

*Εἰς καταίγνω σιν ἐλλειψίαν.

BALS. Cùm de diuerſis eccleſiaſticis quæſtionibus patres in hac ſynodo conſtituiſſent, & deſpicatui forte habenda quæ conſtituta erant reputaſſent, eò quòd eccleſiaſticis pœnu propter tranſgreſſionem non confirmata ac ſtabilita eſſent, ſtatuerunt, vt poſt rei cognitionem (id enim eſt criminu defenſio) ij qui ea contemnent quæ illis contenta ſunt, epiſcopatus honorem & dignitatem amittant. Dic ergo, quòd ex verbu quæ eos condemnant, qui contemnunt ea quæ à ſynodo conſtituta ſunt, non ſolum qui ſunt ſacrati, ſed etiam laici puniuntur. Ex eo enim quòd dixit canon, honorem emittere, laicos declarauit: ex eo autem quòd ipſos ſtatuerit epiſcopatus dignitatem perdere, ſacratos ſignificauit. Vel dic de ſolis ſacratis editum eſſe canonem, & accipe illud Et, pro eo quod eſt Seu, & dic contemptores amittere honorem ſeu dignitatem epiſcopatus.

Porrò

Porrò autē hoc quoque illinc erit maximè notum & con- Can. xxj.
probatum, si vnusquisque vestrum qui estis in transitu seu *canali constituti episcopi, cum viderit episcopum, quærat causam aduentus, & quo pergit: & si eum quidem in castra proficiscentem inuenerit, quæret conditiones quę superius propositæ sunt: & si euocatus veniat, ei abeunti nihil impedimenti fiat. Sinautem ostentationis gratia, quemadmodum vestræ dilectioni superius dictum est, vel propter aliquorū preces in castra festinat, nec literis eius subscribat, nec cum eo communicet. Omnes dixerunt: Hoc quoque decernatur.

* κανάλιον.

BALS. *Porrò autem hoc quoque, quid hoc? Non damnari sacerdotium propter paucorum impudentiā. Et comprobabitur. Quomodo? Si vnusquisque vestrū qui estis in aditibus cōstituti, episcopi qui estis scilicet in vrbibus quæ sunt in via publica, siue canali, per quæ, qui transeūt, sine labore permeant, vt aqua transit in aquæductu. Canalis enim aquæductus dicitur. est autem Romanum vocabulum. Cùm viderit episcopum, quærat causam aduentus, & quò pergit, & cur, & causa condēnationis episcopi prohibebitur. & si cognouerit quidem eum in castra proficisci, exquirat conditiones superius positas, seu iam dictas distinctiones in vij. viij. & ix can. huius syn. & si fuerit quidem ab Imp. accersitus, ne impediatur abire. Si autem ostentationis gratia aliquò proficiscitur. vt se ostentet & doceat in aliena ciuitate, & episcopum qui illic constitutus est, dedecore afficiat: siue ad Imper. proficiscitur, preces seu petitiones propositurus, nec literis eius subscribat, pacificis scilicet literis, nec cum eo communicet vt qui iam sit à canone depositus. Dictū est enim x. can. Antioch syn. non posse aliquem ad imp. proficisci, nisi literas metropolitani prouinciæ & eius episcoporum afferat. Is autem qui non ita facit, à dignitate excidat. Et in hu quidem consistit canon. Existimo autem, quòd illis episcopis concessum est transeuntium episcoporum causas* curiosè indagare, qui habent ius in illos, metropolitano scilicet & Patriarchæ. Si enim nō est omnino subiectus qui transit episcopus, ei qui est in transitu, non examinabitur de aditu. Id est, si episcopus Examilij vel Radesti, per Heraclea Thraciæ, ad vrbium reginam peruadat, rectè à suo metropolitano, scilicet Heracleæ Archiepiscopo, cogetur dicere causas propter quas vadit Constantinopolim. Si quis autem episcopus Thessalonicensi metropoli subiectus, per ipsam Heracleam ad vrbium reginam vadat, à Thessalonicensi quidem examinabitur, Heracleano verò causam non dicet. Episcopos enim qui transeunt, sui itineris rationem reddere omni episcopo qui est in itinere, vt mihi quidem videtur, est contrarium canonibus decernentibus incompetentes antistites non debere se ingerere in causas alienorum episcoporum.*

* παλαμαχεῖν.

SYNODVS CONSTANTINOPOLITANA.

CANONES SANCTÆ OECVMENICÆ SECVNDÆ SYNODI.

Sancta & magna œcumenica secunda synodus, fuit sub Imperatore Theodosio magno Constantinopoli, cum centum quinquaginta Patres conuenissent aduersus spiritus sancti inimicos: qui quidem subiectos hic canones ediderunt.*

* πολεμομαχεῖς

Statuerunt, qui Constantinopoli conuenerunt sancti Patres, cccxviij. Patrum, qui Niceæ conuenerunt, fidem non abrogari, sed firmā ac stabilē manere oportere, & omnem hæresin anathematizari, & specialiter Eunomianorum seu Eudoxianorum, & Semiarrianorum, siue spiritus sancti aduersariorū, & Sabellianorū, & Marcellianorum, & Photinianorum, & Apollinaristarum. Can. j.

PALS. *Præsens sancta secunda synodus congregata est aduersus Macedonium, & eos qui erant eiusdē cuius ipse sententiæ, asserentes sanctū spiritū esse creaturā & non deū, nec patri & filio consubstantialem quos præsens canon Semiarrianos appellat, vt qui mediam partem hæresis Arrianorum haberent. Arriani enim filium & spiritum creaturam, & esse alios à patre substantiæ decernebant. Spiritus autem sancti aduersarij, de filio quidem recte sentiebant, sanctum autem spiritum & creatum, & à diuinitate alienum blasphemabant. Appellabantur autem Eudoxiani, qui quidem creaturam & ipsi filium & spiritum dicebant, sed se sentire inferebant ea non fieri eo modo quo reliquæ creaturæ, sed alio quodam modo, idque ne per generationem patri aliquam affectionem ab eis attribui quis putaret, qui non consubstantialem quidem, sed substantia similem patri verbum & spiritum sanctum decernebant. Confirmauit autem hæc sancta synodus, per præsentem canonem, orthodoxam fidem, quæ à sanctis Patribus Niceæ edita est, & omnem hæresin* statuit anathematizandam, præcipuè autem Eunomianorum. Eunomius enim cùm esset Galata, Cyzici dicebatur episcopus, idem cum Ario sentiens, & multo etiam peius. Mutabilem enim, & seruum & omnino patri dissimilem filium existimabat. Qui eos etiam qui suæ opinioni assentiebantur rebaptizabat*, eos capite demergens, & eorum pedes sursum vertens, & inter baptizandum vnam tantum demersionem faciebat. Iam verò & futuram punitionem & gehennam vere non esse nugabatur, & ad terrorem tantum, eorum esse minas intentatas. Appellabantur autem iidem & Eudoxiani à quodam Eudoxio Eunomi cohæretico: qui cùm esset Constantinopolitanus episcopus, Eunomium Cyzici antistitem constituit. Qui etiam Dissimiles nominabantur, quòd dicerent patrem & filium, nullam cum patre, quod ad substantiam attinet, habere similitudinem. Anathematizari etiam iubet Sabellianos, qui quidem à Sabellio Libyco denominati sunt. qui Ptolemaidu, quæ est vrbs Pentapoli, fuit episcopus, decernens tres hypostases, siue personas, vnam esse concretionem ac confusionem vnius substantiæ ac diuinitatis, in vnam personam coniungens ac confundens, & pro sancta Trinitate vnam trium nominum personam statuens, dicens eum aliquando vt patrem apparuisse, aliquando autem vt sanctum transformatum spiritum, & alias aliter transfiguratum. Similiter autem anathemati subiicit etiam Marcellianorum hæresin, quæ à Marcello Hæresiarcha appellatur, qui ex Ancyra quidem Galatiæ vrbe ortus est, idem autem quod Sabellius sentiebat. Sed & Photinianorum hæresin anathemati subiicit. Ii verò ex Photino denominationem habuere, qui ex Syrmio quidem ortus est, & illic episcopatum gessit, in eadem autem cum Paulo Samosateno opinione fuit: & neque sanctam Trinitatem confitebatur, & spiritum solum nominabat deum omnium opificem, verbum autem prolatitium, prouidens, & diuinum aliquod in ipsum deo exequens ad vniuersi productionem, tanquam mechanicum aliquod instrumentum: Christum autem nudum hominem prædicabat, dei verbum* esse in eius potestate, non vt substantialem, sed vt prolatitium, & à Maria suæ essentiæ principium cepisse decernebat. Et multas alias eiusmodi ineptias Paulus Samosatenus proferebat, quem deposuit Antiochena synodus. Cum reliquis autem, Apollinarij quoque hæresin anathemate condemnat. Apollinarius autem, Laodiceæ, quæ est in Assyria, erat episcopus, & de dei œconomia apertè blasphemabat. Dicebat enim, dei filium corpus quidem animatum ex sancta deipara accepisse, sed mentu & rationis expertem, cum videlicet diuinitas pro mēte sufficeret, esse animam sentiebat: & nec eum esse perfectum hominem dicebat, & vnam in seruatore naturam esse docebat.*

*ἐξεμάνη.

*ἀπξούσιον

Can ij. ix. q. ij. Episcopi qui extra.

Episcopi, ad ecclesias quæ sunt vltra suam diœcesin, suósque limites, ne accedant, nec ecclesias confundant, sed secundum canonas, Alexandriæ quidem episcopus, Ægyptū solam regat: orientis autem episcopi, orientem solum administrent, seruatis priuilegiis ac præeminentiis, quæ sunt in Niceni concilij canonibus Antiochenæ Ecclesię. Et Asianæ diœcesis episcopi, quę sunt in sola Asiana administrent & Thraciæ episcopi Thraciam tātum regant, & Pontanæ Pontanam. Non vocati autem episcopi, vltra diœcesin ne transeant, ad ordinationem, vel aliquam aliquam aliam administrationem ecclesiasticam. Seruato autem præscripto de diœcesibus canone, clarum est quòd vnāquāque prouinciam prouinciæ synodus administrabit, secundum ea quæ fuerunt Niceæ definita. Quæ autē in barbaris sunt gētibus, dei ecclesias administrare oportet secun-

Ex. q. ij. Non inuitati.

tet, ſecundum patrum quæ ſeruata eſt, conſuetudinem.

BALS. *Sextus & ſeptimus canon primæ ſynodi definiit, quænam diœceſes Romano Papæ ſubeſſe debeant: quænam Alexandrino Antiocheno, & Hieroſolymitano. Præſens autem canon definit, Aſiæ epiſcopos, Ponticæ, Thraciæ, & alios, ea quæ in ſuis ſunt finibus adminiſtrare, & nulli eorum licere vltra ſuæ regionis limites iuriſdictionis ſuæ exercitium extendere, & eccleſiarum iura confundere. Si autem oporteat epiſcopum aliquem, à propria regione in aliam, propter electionem, vel aliam iuſtam cauſam migrare: non inordinate, & vt ita dicam, prædonum more eam inuadere, ſed cum illius loci epiſcopi permiſſione. Quoniam autem in barbaris gentibus tunc erant fidelium eccleſiæ, vbi fortaſſe multi non eligebantur epiſcopi vt ad ſynodum ſufficerent: & neceſſe erat, eos qui verbo fortaſſe inſignes erant, in tales quoque aliorum prouincias venire, ad eos confirmandos qui ad fidem accedebant, conceſſit ſancta ſynodus, talem quoque adhuc conſuetudinem ſeruari, etiam ſi ſit præter canones, propter rei neceſſitatem. Nota ergo ex hoc canone quòd olim omnes prouinciarũ metropolitani erant* ipſi per ſe ſuarum prouinciarum capita, & à proprio ſynodo eligebantur. Id autem immutatum eſt à xxix. canone Chalcedonen. ſynodi, quæ definit Pontica, & Aſiana, & Thracicæ diœceſis metropolitanos, & aliquos etiam alios, qui eo canone continentur, à Conſtantinopol. Patriarcha ordinari, & ei ſubiici. Si autem alias etiam eccleſias inuenerit, quæ principales & per ſe ſint capita, vt Bulgariam, Cyprum, Iberiam, ne miretis. Bulgariæ enim Archiepiſcopum honorauit Iuſtinianus. Et lege cxxi. eius nouellam, quæ in Imp. lib. v. tit. iij cap j. poſito ad interpretationem v. cap. primi. tit. præſentis operis. Archiepiſcopum Cypri honorauit tertia ſynodus. Et lege eiuſdem ſyn. can. ix. Iberiæ autem epiſcopum honorauit Antiochenæ ſynodi diſpoſitio. Dicitur enim quòd tempore ſanctiſſimi Patriarchæ magnæ Antiochiæ, Domini Petri, fuit ſynodica ordinatio, qua ſtatutum eſt liberam eſſe ac principalem & * per ſe caput eccleſiam Iberiæ, ſed tamen Antiocheno Patriarchæ ſubiectam. Iam verò & Sicilia certis adhinc annis vrbis Cõſtantinopolitanæ throno ſubiecta, tyrannicis manibus ab ea ablata eſt, eamque ad ius ſuum priſtinum redire cupio, tanquam quæ in ſeruitutem abducta filia, ad liberam matrem reuertatur. Quòd liceat quidem ſynodis ex œconomiæ ratione alias eccleſias quæ à gentilibus occupantur, aliis eccleſiis concedere, ex præſenti vt videtur canone traditum eſt. Iam enim Conſtantinopolitana ſynodus metropolitano Nazanzeno dedit eccleſiam Ancyræ & aliis diuerſis Antiſtitibus alias eiuſmodi eccleſias. Quibuſdam autẽ etiam id ipſum conceſſum eſt, vt ſedeant in ipſo throno traditæ eccleſiæ in ſacro tribunali.*

* αὐτοκέφαλον

* αὐτοκέφαλον

Conſtantinopolitanus epiſcopus habeat * priores honoris partes poſt Romanum epiſcopũ, eo quòd ſit ipſa noua Roma. Can. iij. * πρεσβεῖα.

BALS. *Ipſa quidem vrbs Byzantina. Archiepiſcopi honorem non habebat: ſed ab Heracleæ metropolitano epiſcopus aliquando in ipſa ordinabatur. Scribitur enim, quòd etiam ſi eſſet Byzantium ciuitas quæ per ſe regeretur, ſed à Seuero tamen Romanorum Imperatore obſeſſa eſt, & Perinthiis ſubiecta. eſt autem Perinthus, Heraclea. Cùm autem Conſtantinus Romani Imperij ſceptra in eam tranſtuliſſet, Conſtantinopolis nominata eſt, & noua Roma, & omnium vrbium regina. Et ex hoc ſancti ſecundæ ſyn. patres, definierunt eius epiſcopum honoru habere prærogatiuam poſt antiquæ Romæ epiſcopum, eo quòd ſit noua Roma. Hu autem ſic definitis, quidam præpoſitionem, Poſt, non eſſe honoru ſubmiſſionem excogitarunt: ſed ipſam ad hoc quod eſt poſt tempus ſolummodo acceperunt, ad ſui dicti comprobationem. iij quoque ſynodi xxix. canonem afferentes, dicentem, Æqualia priuilegia antiquæ Romæ ſanctiſſimo throno habere thronum Conſtantinopolitanum, thronum ſecundũ poſt illum exiſtentem. Tu autem lege cxxxij. Iuſtiniani nouellam, quæ in v. libro Imp. poſita eſt, tit. iij. & collocata in commentario v. cap. primi tit. præſentis operis. Quære & xxxvi. canonem ſynodi quæ fuit in Trullo, dicentem eſſe ſecundum Conſtantinopolis thronum. Quære & primum caput ix. tit. præſentis operis. Illic enim poſitæ ſunt à nobis diuerſæ leges de priuilegiis antiquæ Romæ & nouæ, & ſancti Conſtantini decretum, quod factum eſt ad ſanctum Silueſtrum. Quòd autem hodie ordinetur ſanctiſſimus patriarcha Conſtantinopolitanus, ab eo qui eſt tempore Heracleæ metropolitanus, non eſt aliunde quàm ex eo quòd ſubiecta fuerit, vt ſuperius dictum eſt, Perinthiis ſiue Heracleanis Byzantina ciuitas. Inuenitur autem in Chronico Scytizæ, quòd ordinatus eſt Patriarcha Syncellus frater Imperatoris Domini Leonis ſapientis, à Ceſareæ Archiepiſcopo, quod eſſet præmortuus Heracleæ Archiepiſcopus.*

Statuerunt etiam de Maximo Cynico, & eius * petulãtia & inſolentia, quæ fuit Conſtantinopoli, vt Maximus epiſcopus nec fuerit vel ſit, nec qui ab eo ordinati fuerunt, in vllo, quicunque is ſit, gradu Cleri, omnibus, & quę circa ipſum fuerũt, & quæ ab illo facta ſunt, infirmatis. Can. iiij. * ἀπόνοια.

BALS. *Quæ sunt in iiij. canone sunt specialia, nec interpretatione indigent. In historiis autem traditum est, quòd hic maximus fuit Ægyptius, philosophus Cynicus. Cynici autem dicebantur propter eorum arrogantiam, audaciam, & impudentiam. Et cùm ad magnum Gregorium Theologum accessisset, & ab eo initiatus, seu inter catechumenos receptus esset, baptizatus est, & in clerum cooptatus, eique familiaris effectus est. Cùm autem patriarchalem Constantinopolu sedem desideraſſet, pecunia ad Alexandriæ episcopos missa magno studio contendit vt eligeretur. Cùm autem ij episcopi Constantinopolim venissent, & ex Maximi voluntate facere aggressi essent, quoniam à fidelibus ab ecclesia expulsi sunt, in cuiusdam chorauli domum venerũt, & Maximum non canonicè elegerunt.* *Hæc ergo sancta synodus eum abdicauit, definiens nec ipsum esse vel fuisse episcopum, eo quod nefarie & contra leges electus sit, nec eos qui ab ipso ordinati essent, cuiuscunque sunt gradus, esse clericos. Hic autem, cum postea intellectum esset eum cum Apollinario sentire, anathemate tectus est. De eo autem scriptum est in vita sancti Gregorij Theologi, quam scripsit eius discipulus Gregorius.*

ναθήματος

Can. v. De parte occidentalium, etiam eos suscipimus qui Antiochiæ vnam patris & filij & sancti spiritus deitatem confitẽtur.

BALS. *Hic quoque canon est specialis. In historiis enim scriptum est, quòd Imperator Constantius magni Constantini filius Arrianus factus, primam synodum euertere conatus est. Cùm hoc autem resciuisset eius frater Constans, qui occidẽtalibus partibus dominabatur, fratri suo bellum literis minatus est, nisi rectam fidẽ labefactare desineret. Visum est ergo Imperatoribus, vt Sardicæ seu Triadæ episcopi conuenirent, & de iis quæ Nicea decreta erant disceptarent. Congregatis trecentis quadraginta & vno episcopis confirmatum est sanctum symbolum patrum qui Niceæ conuenerant, & qui non ita sentiebant, anathemati subiecti sunt. Partem ergo, tomum scilicet, occidentalium, hanc dicit definitionem secunda synodus, quæ etiam ab Antiochenis suscepta est. Partem autem hanc occidentalium dixit, quoniam soli occidentales episcopi hanc ediderunt. Orientales enim, qui erant septuaginta, dicebant, nisi eiicerentur sanctus Paulus confessor & magnus Athanasius, se synodo non communicaturos. Cùm autem occidentales hoc facere recusarent, orientales episcopi statim à synodo recesserũt.* *Et ideo soli illi occidentales Nicenam definitionem confirmarunt, & dissimile anathematizarunt, & orientales episcopos condemnarunt.*

ἀπὸ αἱρέματος

Can. vi. Quoniam multi ecclesiasticũ ordinem confundere & subuertere volentes inimicè & sycophanticè aduersus orthodoxos episcopos, qui ecclesias administrant, accusationes quasdam confingunt, nihil aliud quàm sacerdotum bonam existimationem contaminare, & in pace degentium populorum tumultus concitare conantes: ea de causa placuit sanctæ synodo episcoporum, qui Constantinopoli conuenerunt, nec omnibus, eorum qui ecclesias administrãt, accusationes permittere, nec omnes excludere: sed si quis propriam quidem querelam, id est, priuatam, intendat episcopo, vt detrimento aliquo vel iniuria aliqua ab ipso affectus, in eiusmodi accusationibus, nec accusatoris personam, nec religionem examinari. oportet enim episcopi conscientiam esse omnibus modis liberam, & eum qui sibi iniuriam factam esse dicit, cuiuscunque sit religionis, ius suum consequi. Si autem sit crimen ecclesiasticum, quod episcopo intenditur, tunc examinare personas accusatorum. Vt primum quidem hæreticis non liceat, orthodoxos episcopos pro rebus ecclesiasticis accusare. Hæreticos autẽ dicimus, & qui olim ab ecclesia abdicati sunt, & qui sunt postea à nobis anathematizati. Ad hæc autẽ, & eos qui se sanã quidem fidẽ confiteri præ se ferunt, auulsi autem sunt & abscissi, & aduersus canonicos nostros episcopos congregationẽ

πλημμελήμασι

ἀγωγιδώτας

facient.

faciunt. Præterea autem & si aliqui eorum, ab ecclesia, ob aliquas causas, prius condemnati, & electi, vel excommunicati fuerint, siue ex clero, siue ex laicorum ordine: nec eis licere episcopum accusare, priusquàm proprium crimen * absterserint. Similiter autem & eos qui prius rei facti accusatíque sunt, non prius ad episcopi vel aliorum clericorum accusationẽ admitti, quàm se obiectorum sibi criminum insontes ostenderint. Sed si nonnulli, nec hæretici, nec excõmunicati fuerint, nec prius damnati, vel aliquorum criminum accusati, dicant autem se habere aliquas aduersus episcopum criminationes, eos iubet sancta synodus primum quidẽ apud prouinciæ episcopos accusationem persequi, & apud eos probare crimina episcopi qui aliquarum rerum accusatur. quod si euenerit, vt prouinciales episcopi crimina quæ episcopo intentata sunt, corrigere non possint, tũc ipsos accedere ad maiorem synodum diœcesis illius episcoporum pro hac causa conuocatorum. Et accusationem non prius intendere, quàm æquale sibi periculum statuant, siquidem in rebus examinandis, accusatum episcopum calumniari conuicti fuerint. Si quis autem iis quæ, vt prius declaratum est, decreta fuerunt, contemptis, ausus fuerit vel Imperatoris aures molestia afficere, vel secularium principum iudicia, vel vniuersalem synodum perturbare, neglectis diœcesis episcopis, eum nullo modo esse ad accusationem admittendum, vt qui canonibus iniuriam fecerit, & ecclesiasticum ordinem euerterit.

* ἀπολύσωσιν

BALS. *Non cessauit vnquam inimicus noster Satan, bonorum hominum existimationem & maximè episcoporum per calumniam polluere. Et propterea definierunt patres, quemuis hominem, siue bonæ sit existimationis, siue infamis, fidelis, & infidelu, priuatam quidem causam, hoc est, pecuniariam, aduersus episcopum habentem admitti, & cum eo in iudicio conuenienti litigare. Pro causa autem criminali, vel quacunque ecclesiastica quæstione, quæ depositionem, vel etiam pœnam episcopo inducit, eum non aliter trahi, quàm si accusatoru persona prius examinata fuerit. Hæreticus enim nullo modo permissum est, episcopum accusare. Segregati autem vel qui sunt etiam quomodocunque prius accusati, non possunt aduersus episcopum vel clericum accusationem introducere, nisi prius seipsos eorum quæ eis obiiciuntur insontes ostenderint. Ac licet sit talis accusator, non simpliciter, nec temere vult canon, clericum, vel episcopum trahi, sed cum omni legitima obseruatione, & per scripturam, siue * inscriptionem accusatoris, quæ cum eidem pœnæ subiiciat, nisi crimen cuius ipsum insimulat, probauerit. Sed & episcopi siue clerici accusationem, primum quidem apud Metropolitanum agitari: si autem non possit regionu synodus causam soluere, tunc, inquit, eam audiet maior synodus. Eum autem qui præter hæc facit, & vel ad Imp. accedit, vel ad seculares iudices, vel ad vniuersalem synodũ, non esse ad accusationem admittendum, vt qui canones iniuria afficiat, & ecclesiasticum ordinem perueriat. Priuatas autem nominauit canon pecuniarias causas, ad criminalium differentiam, quæ quidem publicæ dicuntur, vt quæ ab omni populo moueantur quod non est in causis pecuniariis. Is enim demum eas mouet cuius interest. Cùm autem audu præsentem canonem dicentem hæreticos etiam eos qui sanam fidem confiteri præ se ferunt, anulsi autem sunt & abscisi, & aduersus canonicos nostros episcopos congregationem faciunt, ne pugnare existimes cum ij. canone magni Basilij non nominante hæreticos schismaticos. Sed dic illos schismaticos à præsenti canone hæreticos appellari * qui aliena sentiũt, & simulatione quidem ac specie sunt orthodoxi, sunt autẽ re vera hæretici: sancti autem Basily canonem de alijs schismaticis docere, qui sunt re vera quidem orthodoxi sed propter*

* ἐγκλήματος

* διαβεβαιώσεται

°ὑπάτων. aliquem eccleſiaſticæ quæſtionis prætextum, ſe per arrogantiam à fratrum ſuorum ° integritate abſciderunt & lege dictum canonem ſancti patru. Ex vltimo autem dicto præſentis canonis dicentis, ad accuſationem non eſſe admittendum, qui præter canonem facit, vt qui ſit in canones contumelioſus, conati ſunt nonnulli dicere, eum etiam infamiæ ſubiici. Mihi autem videtur non ex eo, illum qui adeò inordinatè actionem intendit, iniuriarum actione teneri, vt ſit infamis, & conſequenter deponatur, propter regulam quæ dicit: Expreſſa nocent, non expreſſa nonnocent aliquo autem alio modo punietur prout iudici videbitur. Cùm autem epiſcopus aliquis pro criminali cauſa in ſanctam Conſtantinopolitanam ſynodum tractus eſſet, & petiuiſſet vt à ſuo metropolitano & propria ſynodo iudicaretur, vt vult hic præſens canon, dixerunt nonnulli, quòd quoniam metropolitanus eius præſens vult ſuum epiſcopum à magna ſynodo iudicari, apud eam rectè iudicabitur. Contrà autem dixerunt nonnulli, non eſſe ſitum eius iudicij in poteſtate metropolitani, ſed ſynodi quæ eſt apud ipſum. Multum etiam epiſcopi intereſſe, vt in propria ſynodo iudicetur, & ad aliam ſynodũ nõ trahatur. Et propterea ne locum quidem habere, metropolitani admiſſionem Præterea dixerunt nonnulli canonem loqui de vniuerſali ſynodo, magnam autem ſynodum, quæ eſt Conſtantinopoli, non eſſe vniuerſalem. Et propterea ne præſentem quidem canonem locum habere in hac cauſa. Mihi autem videtur, etiamſi ſynodus, quæ eſt habita Conſtantinopoli, non eſt vniuerſalis ſynodus, cùm alij quoque patriarchæ non adſint: eſt tamen maior omnibus ſynodus, & eius archiepiſcopus vniuerſalis patriarcha vocatur. Et metropolitani quidem nõ intereſt, ſed epiſcopi, vel clerici qui trahitur. Quamobrem nec ladetur quidem quiſpiam ex hu ex metropolitani admiſſione, propter legem quæ dicit: Quæ ab aliis fiunt, alios nec tenant, nec ledunt.

Can. vij. Eos qui rectæ fidei adiiciuntur, & parti eorum, qui ex hæreticis ſeruantur, recipimus, ſecundum ſubiectam hîc conſequentiam & conſuetudinem. Arrianos quidem, & Macedonianos, & Sabbatianos, & Nouatianos, quidicunt ſeipſos Catharos, hoc eſt mundos, vel Siniſtros: & Teſſaresdecatitas ſiue Tetraditas, & Apollinariſtas, recipimus, dantes quidem libellos, & omnem hæreſin anathematizantes, quæ non ſentit vt ſancta Dei catholica & Apoſtolica eccleſia, & ſignatos ſiue vnctos primum ſancto °chriſmate, & frontem, & oculos, & nares, & os, & aures, & eos ſignantes dicimus, Signaculum doni ſpiritus ſancti. Atqui Eunomianos, qui in vnã demerſionem baptizantur, & Montaniſtas, qui hîc dicuntur Phryges, & Sabellianos, qui °idem eſſe patrem & filium opinantur, vrunque ſimul confundentes, & alia grauia & indigna faciunt. Et alias omnes hæreſes (quoniam hîc multi ſunt, & maximè qui ex Galatarum regione veniunt) quicunque ex his rectæ fidei adſcribi volunt, vt Græcos admittimus, & primo quidem die ipſos Chriſtianos facimus: ſecundo catechumenos: deinde tertio exorcizamus ſiue adiuramus ipſos, ter ſimul in faciem eorum & aures inſufflãdo. Et ſic eos catechizamus, ſiue initiamus, & curamus vt longo tempore verſentur in eccleſiis, & audiant ſcripturas, & tunc ipſos baptizamus.

°μύρῳ.

°τοῖς ὁμοουσίοις δοξάζουσι.

BALS. Præſens canon hæreticos ad eccleſiam accedentes in duo diuidit, & hos quidem chriſmate inungi, omnem primum hæreſin anathematizantes, & credere profitentes, vt ſancta Dei ſentit eccleſia: illos verò decernit rectè de integro baptizandos. Ac eos quidem qui ſolo chriſmate inungi debent, Arrianos, Macedonianos, Apollinariſtas, & Nouatianos, qui etiam Cathari dicuntur, quorum hæreſes declarauimus in primo canone præſentis ſecundæ ſynodi. Nouatiani autem appellati ſunt & Sabbatiani à quodam preſbytero Sabbatio, qui more iudaico, ſabbata ſeruabat. Appellati ſunt autem iidem & Siniſtri, vtpote manum ſiniſtram abhorrentes, & vt per eam quidquam accipiant, in animum

mum non inducentes. Teſſaresdecatitæ autem, & Tetraditæ, hoc eſt quatuordenarij & quaternarij, qui Paſcha non in die Dominico celebrant, ſed quando quartadecima luna fuerit, quicunque ſit dies, quod eſt Iudaicæ ſuperſtitionis maximè proprium. Idem autem etiam Tetraditæ ſiue quaternarij dicuntur, quòd cum Paſcha celebrant, ieiunium non ſoluunt, ſed ieiunant, ſicut & nos quartas ferias. faciunt autem hoc ritu Iudaico. Si enim poſtquam paſcha celebrauerint, totis vij. diebus ieiunant* lactucas agreſtes & azyma comedentes, vt eſt veteris legis ordinatio. Rebaptizandos autem eſſe dixit Eunomianos, qui in vnam demerſionem baptizant, & Montaniſtas, à quodam Montano ſic dictos, qui ſe Paracletum appellabat, & per duas improbas mulieres, Priſcillam, & Maximillam, falſas Prophetias* Apollineorum ſacerdotum more edebat. Præterea autem & Sabellianos, à Sabellio quodam ſic nominatos, qui etiam cum aliis quibuſdam nugis dicebat, eundem eſſe patrem, eundem filium, eundem ſpiritum ſanctum, vt ſint in vna hypoſtaſi ſiue perſona tria nomina, ſicut in homine corpus, & anima, & ſpiritus: vel vt in ſole tres operationes, ſcilicet circunferentiæ figuram, illuminare, & calefacere Dicuntur autem Montaniſtæ Phryges, vel à quodam hæreſiarcha Phryge, vel ex eo quòd primum è Phrygia hæc hæreſis exorta ſit. Præterea autem vocantur & Pepuziani, ex quadam regione Pepuza, quæ ab eis colitur in Hieruſalem. Qui autem tales ſunt, nuptias vt abhorrendas ſoluunt, alienum ieiunium ieiunant, Paſcha peruertunt, ſanctam Trinitatem in vnam perſonam contrahunt & confundunt, & ſanguinem pueri qui punctus fuerit, farina commiſcentes, & panes facientes, offerunt. Et hæc quidem ſic. Si quis autem orthodoxus, Montaniſta vel Sabellianus factus ſit, & hæreticorum baptiſmum ſuſceperit, vel non ſuſceperit, an rebaptizabitur, vt ceteri Montaniſtæ? Quære primæ ſynodi can. xix. & ſanctorum Apoſtolorũ canonem xlvij. Nota autem ex præſenti canone, quòd omnes qui in vnam demerſionem baptizantur, rurſus rebaptizantur.

* πτερίδας

* Χατροβιακὸν ζῆτος

SYNODVS EPHESINA.

Sancta & œcumenica tertia ſynodus fuit ſub Imp. Theodoſio paruo, congregatis Epheſi ducentis patribus aduerſus Neſtorium patriarcham Conſtantinopolitanum, qui Chriſtum ſolum eſſe hominem decernebat: ei autem* ſecundum habitudinem vnitum fuiſſe Dei filium. Et ideo nec deiparentem ſanctam virginem dici ferre poterat, ſed Chriſtiparentem. Qui & depoſitus eſt, & à ſanctis patribus anathematizatus.

* χατ' ἕξιν

CANONES SANCTÆ ET OECVMENICÆ TERTIÆ SYNODI.

Quoniam oportet etiam eos qui ſanctæ ſynodo non interfuerunt, propter aliquam cauſam, vel eccleſiaſticam, vel corporalem, non ignorare ea quæ in ipſa ſtatuta ſunt, veſtræ ſanctitati & dilectioni notum facimus, quòd ſi quis metropolitanus à ſancta & vniuerſali ſynodo* deficiès, apoſtaſiæ ſeu defectionis conſeſſui ac* conuenticulo adhæſit, vel poſthac adhæſerit, vel cùm Celeſtio ſenſit aut ſenſerit, is aduerſus ſuæ prouinciæ epiſcopos nihil penitus agere poteſt, omni eccleſiaſtica communione abhinciam à ſynodo eiectus, &* ad nullum exercendum munus officiúmque idoneus exiſtens. Sed & ipſis prouinciæ epiſcopis, & iis qui ſunt circumcirca metropolitanis, qui quæ ſunt rectæ opinionis, ſentiunt, omnino ſubiicietur, & de epiſcopatus gradu deiicietur. Can. I.

* ἀποστατήσας
* συναγωγῆς
* ἀδιαφόρως ἐπιτίθεται

BALS. Depoſito Neſtorio Epheſi inſurrexit Ioannes patriarcha Antiochenus, cũ Theodorito Cyri epiſcopo, & Iba Edeſſæ, & aliis, & tanquã in eorũ abſentia depoſitione facta, quæ facta fuerãt reprehenderũt, & ſanctum Cyrillum papam Alexandrinũ ſynodo præſidentem, & Celeſtini Romani

communionem,vel gradum,id nihil eis prodeſſe,& depoſitos nihilo ſecius manere iuſtum putarunt.

BALS. *Didiciſti quòd metropolitani & epiſcopi poſſunt ſuos clericos, & ſegregationi, & nonnunquam etiam depoſitioni ſubiicere. Quoniam ergo Neſtorius, & qui cum eo ſentiebãt, neſcio quos eiuſmodi in cõmunionem non canonicè receperunt, vel in priores etiam gradus reſtituerunt, vt eos hac ratione ad ſe traherent, dicit canon clericos nihil ex eo iuuari, ſed manere depoſitos, vel etiam ſegregatos. Quod eſt autem Græcè ἰσοτιμοῦσθαι, Latinè dicitur, iuſtum putarunt.*

Similiter autem, ſi qui voluerint, quæ in ſancta Epheſina ſynodo de ſingulis acta ſunt, quouis modo labefactare, decreuit ſancta ſynodus, ſi ſint quidem epiſcopi vel clerici à proprio gradu omnino excidere, ſi autem laici, excommunicatos manere. *Can. vj.*

BALS. *Canon clarus eſt. Statuit enim, eos qui quæ Epheſi acta ſunt, labefactant, ſi ſint quidem clerici, deponi: ſi verò laici, ſegregari, & eſſe excommunicatos. Vij. autem canon dicit anathemate eos feriendos, qui contrà ac decretum eſt, ſentiunt. Et ne contraria eſſe exiſtimes. Magna eſt enim differentia, an quis aduerſetur, an de re aliqua dubitet, & contendat. Et propterea qui de iis quæ iam pulchrè antea confirmata ſunt dubitat, ſegregabitur. Qui autem aduerſatur, vt contraria ſentiens anathemate feriatur.*

His lectis, decreuit ſancta ſynodus, non licere cuiquam aliam fidem afferre, vel ſcribere, vel cõponere, quàm eam quæ à ſanctis patribus qui Niceæ congregati ſunt in ſancto ſpiritu, definita eſt. Qui autem aliam audent fidem componere, vel adducere, vel offerre iis qui ſe ad veritatis agnitionem volunt conuertere, vel ex gentilitate, vel ex Iudaiſmo, vel ex quacunque ſecta: eos, ſi ſint quidem epiſcopi, vel clerici, ab epiſcopatu eſſe alienos epiſcopos, & clericos à clero: ſi autem ſint laici, anathematizari. Eodem modo autem ſi deprehenſi fuerint aliqui, ſiue epiſcopi, ſiue clerici, ſiue laici, vel ſentire, vel docere ea quę ſunt in expoſitione allata à Chariſio preſbytero de humanæ naturæ ſuſceptione vnigeniti filij Dei, ſiue ſcelerata & peruerſa Neſtorij dogmata, quæ etiam ſubiecta ſunt, ſubiiciantur ſententiæ huius ſanctæ & vniuerſalis ſynodi, vt epiſcopus quidem ſcilicet ſit ab epiſcopatu alienus: clericus autem gradu ſimiliter excidat. Si ſit autem quis laicus, anathematizetur & ipſe, vt prius dictum eſt. *Can. vij.*

BALS. *Cùm edictum factum eorum gratia, quæ à ſancta Epheſina ſynodo decreta erant in conuentu lectum eſſet: ſimiliter & ſanctum ſymbolum, quod in prima ſynodo eſt expoſitum, prolatus eſt hic canon, & cautum ne quis aliam fidem componeret. Si qui autem auſi fuerint is qui ex Græcu, vel Iudæus, vel alius hæreticus ad veritatis cognitionem accedunt, aliam fidem offerre, ſi ſint quidem epiſcopi, vel clerici, deponantur: laici autem anathematizentur. Idipſum autem fiat & in eos qui Neſtorij decreta ſuſcipiunt, & ea docent. Quoniam autem etiam preſbyter quidam, qui dicebatur Chariſius, execrabilia Neſtorij dogmata amplectens, eorum quæ à Neſtorio conſcripta ſunt, expoſitionem quandam attulit, & ipſa quoque vt impia damnata eſt, decernit canon, eidem quoque damnationi ſubiici, etiam eos qui ſentiunt, vel docent ea quæ in tali expoſitione comprehenduntur.* *Vel tamen*

Rem præter leges eccleſiaſticas & ſanctorũ patrum canones innouatam, & omnium libertatem attingentem, renun- *Can. viij.*

EPISTOLA EIVSDEM SANCTÆ EPHESINÆ synodi ad ſacram in Pamphilia ſynodum de Euſtathio qui fuit eorum metropolitanus.

Cùm diuinitus inſpirata ſcriptura dicat, Fac omnia cum conſilio, maximè quidem oportet eos qui ſacerdotis gradum ſortiti ſunt, quàm fieri poteſt accuratiſsimè omnia quæ ſunt agenda inquirere ac examinare. Iis enim qui vitam ita volunt inſtituere, ea quæ ad ſe pertinent, ſpem pulchrè collocatam habebunt, & tanquam ſecundo vento ea pro voto ſuccedere continget, & magnam quidem habet veriſimilitudinem oratio. Sed acerbus & intolerabilis dolor, *mentem aliquando opprimens, eam & valde perturbat, & ab eorum quæ fieri oportet perſecutione abducit, & perſuadet vt quod iniuriam facere ſuapte natura conſueuit, id tanquam aliquid conducibile reſpiciat. Tale quid in primis pio & religioſo epiſcopo Euſtathio accidiſſe vidimus. Canonicè enim, vt pro teſtimonio dictum eſt, electus eſt. Cùm autē eſſet à nonnullis perturbatus, vt ais, & in inopinatas negociorum circunſtātias incidiſſet, & *præ nimia negocij gerendi ſuſcipiendíque laboris fuga defeſſus eſſet, ad ſuſtinendas fortitérque ferendas curas quæ ſibi afferebantur, cùm maledicta, quæ in eum ab imminentibus aduerſariis congerebantur, amouere poſſet, renunciationis libellum neſcio quomodo attulit. Oportebat enim eum, vtpote cui ſacerdotalis cura ſemel mandata ac tradita eſſet, ei cum ſpiritali robore inſiſtere, & labores veluti ſubire, & ſudorem, cui merces propoſita eſt, lubenter ſuſcipere. Quoniam autem ſeipſum ſemel negligentē eſſe oſtendit, ídque ei potius propter negocij ac laboris fugā quā propter inertiam ac ſocordiam accidit, neceſſario eligit veſtra pietas, in primis religioſum, deíque cultorem maximum, fratrem noſtrum & coëpiſcopum Theodorum, eccleſiæ curam geſturum. Neque enim erat honeſtū vt ea vidua eſſet, & abſque *rectore eſſent ſeruatoris greges. Sed quoniā flens acceſſit, nō de ciuitate, nec de eccleſia, cū religioſiſſimo epiſcopo Theodoro, cuius meminimus, ambitioſè contendas, ſed epiſcopi interim honorē & appellationē poſtulans. Omnes ſenis miſericordia moti ſumus, & eſſe cōmunes eius lachrimas arbitrati, ſcire cōtendimus, an legitimā depoſitionem prædictus ſubierit, an ab aliquibusqui de eius exiſtimatione nugati ſunt, aliquorū grauium & indignorū criminū cōuictus fuerit. Atqui didicimus

SYNODVS CALCHEDONENSIS.

Sancta & œcumenica quarta synodus fuit tẽporibus Marciani Imperatoris, sexcentu triginta sanctis patribus Calchedone congregatu, aduersus Dioscurum, qui inclyte Alexandriæ præerat, & Eutychen Archimandritam Constantinopolis, qui dominum nostrum Iesum Christum patri quidem consubstantialem confitebantur, sed circa humanæ naturæ susceptionem blasphemabant, & duas diuinitatis & humanitatis naturas post vnionem fuisse cõfusas, & vnã ex iis effectam esse naturam impiè decernebant, vt etiam diuinitati affectiones perturbationésque attribuerent. ed & dominum non eiusdem cum nostra substantiæ carnem, nec ex virgineo sanguine concretam ac compactam susceppisse dicebant sed & ineffabili quodam & diuinore modo incarnatum esse fingebant. Quos deposuit & anathematizauit hæc sancta synodus, perfectum Deum & perfectum hominem dominum nostrum Iesum Christum decernens, in duabus naturis, ita vtnec diuidi, nec confundi possint, & canonas hic subiectos exposuit.

CANONES SANCTÆ OECVMENICÆ QVARTÆ SYNODI.

Qui à sanctis patribus in vnaquaque synodo hucusque expositi sunt, obseruari canones æquum censuimus. *can i. xxv q i. A sanctis patribus.*

BALS. *Iustum censuerunt patres, vt qui à sanctis patribus, qui eos præcesserunt ante quartam synodum editi sunt, canones obseruentur, & vires suas obtineãt. Nec dixerim, Quomodo nõ meminit canon localium & vniuersalium synodorũ? Ex eo enim quòd confirmentur, qui à sanctis patribus in vnaquaque synodo ad id vsque tempus compositi sunt canones, omnium synodorum decreta firma ac stabilia reddantur.*

Si quis episcopus propter pecunias ordinationem fecerit, & non vænalem gratiam in venditionem deduxerit, & propter pecunias ordinauerit episcopum vel chorepiscopum, vel presbyterum, vel diaconum, vel aliquem eorum qui in clero annumerantur, vel propter pecunias promouerit œconomum, vel defensorem, vel paramonarium, vel omnino aliquem ex canone, turpis quæstus gratia qui hoc tentasse conuictus fuerit, de proprio gradu in periculum veniat: & qui est ordinatus, ex ordinatione vel promotione quæ instar mercatorum vẽnundatur, nihil iuuetur: sed sit à dignitate vel curatione alienus quam pecuniis adeptus est. Si quis autem sequester & intercessor adeò turpibus & nefariis lucris apparuerit, hic quoque si sit quidem clericus, proprio gradu excidat. Si sit autem laicus, vel monachus, anathematizetur. *can ii. i.q.i Si quis episcopus.*

BALS *Xxix. canon sanctorum apostolorum, & xxx. & alij, eos valde puniũt, qui pecuniis eligunt ac ordinant, quique ordinantur ac eliguntur. Hic verò præsens canon decernit non solum eos deponendos, sed eos etiam qui characterem sic tribuunt, eosque quibus datur. præterea autem & eos qui sic promouent vel etiam promouebũtur. Episcopi enim, chorepiscopi, presbyteri, diaconi, subdiaconi ordinantur, cantores, lectores, præsides, & alij, characterе designantur. OEconomi autem, chartularij, paramonarij, & alij promouentur seu præficiuntur, & hoc ex præsenti canone ostenditur, qui dicit, Ex ordinatione vel promotione, quæ instar mercatorum vænundatur, nihil iuuetur. Ordinationis enim nomine etiam characteris impressio comprehenditur, cum vtraque manuum impositio*

tione fiat. sed non itidem & promotio. Ipsa enim etiam sine characteris datione perficitur. Apparet autem hoc etiam ex eo quod dixit canon, Sed sit alienus à dignitate vel curatione, quam pecunia assecutus est. Non hos autem solos punit, vt dictum est, sed eos etiam qui intercessores seu mediatores fuerint, si sint laici vel monachi, anathematizat. Nota quod dicitur de paramonario & œconomo. De chorepiscopu autem quare synodum quæ fuit Neocæsareæ, can. xiij.

Can. iij. lxxxvj. dist. can. Peruenit ad sanctam.

Peruenit ad sanctam synodum, quòd eorum qui in clerum cooptati sunt, quidam propter turpe lucrum alienas possessiones conducunt, & secularia negocia exercent, diuinum ministerium negligentes, secularium verò domos subeuntes, & eorum facultatum tractationem ac curationem propter auaritiam suscipientes. Definiit ergo sancta synodus, neminem deinceps, nec episcopum, nec clericum, nec monachum, vel possessiones conducere, vel secularibus possessionum administrationibus seipsum ingerere: nisi vtique ex lege ad inexcusabilem impuberum tutelam vocetur, vel ciuitatis episcopus eum rerum ecclesiasticarum curam gerere permittat, vel orphanorum, vel viduarum, quibus prouideri non potest, & personarũ quæ ecclesiastico auxilio maximè indigent propter timorem domini. Si quis autem quæ statuta sunt, deinceps transgredi aggressus fuerit, is pœnis ecclesiasticis subiiciatur.

BALS. *Diuersi canones prohibuerunt monachos & clericos curas secularium negociorum suscipere, alienásque causas & ministeria tractare. Et tanquam fortasse non obseruatu canonibus, statuerunt sancti patres, eos qui tale quid faciunt, ecclesiastica pœnu teneri. Cuiusmodi autem id sit, apertius diximus in vj. canone Apostolico, & in lxxxi. & lxxxiij. & lege eos, & quæ in ipsos scripta sunt, & xiij. cap. ix. tit præsentis operis. Quære & Carth. syn. can. xvj & vj. syn can. x. Quoniam autem statuit canon, episcopos, clericos, & monachos, impuberum posse tutelas suscipere, si quidem ex legibus vocẽtur, orphanorum quoque curationes, vel viduarum, vel aliarum personarum, quibus aliter prouideri non potest, & ecclesiastico auxilio indigent, siquidem id eis episcopus permittat. Iustiniani autem cxxiij. nouella quæ sita est in libro iij. tit. primo. cap xij. dixit: Religiosissimos episcopos & monachos ex nulla lege tutores vel curatores cuiuscunque personæ fieri concedimus. Presbyteros autem, & diaconos, cognationis iure, eóque solo, ad tutelas vel curas vocatos, tale ministerium suscipere cõcedimus. Dixerit quispiam non debere episcopos & monachos quouis modo fieri tutores vel curatores, vt qui à nouella sint prohibiti. Mihi autem videtur nouella edita esse, ad impediendum tantum episcopos vel monachos, ne sint domestici seu legitimi tutores vel curatores, quando scilicet legibus ad id vocantur. Si enim episcopali permissione omnem administrationem suscipiant, vt hoc canone & sequenti continetur, eu nullum præiudicium afferetur. Presbyteri quidem certè, & diaconi, & lectores, vt vult hic præsens canon, & nouella, etiam sine episcopali permissione orphanorum tutores & curatores fiunt, quando ad hoc à lege vocantur. Scias autem quòd tutores quidem dantur impuberibus masculu à primo vsque ad xiiij. annum, & ipsum, quemadmodum fœminis quoque vsque ad xij. Curatores verò minoribus, vsque ad xxv. annum inclusiuè, etiam si sint masculi, vel fœminæ. Eu autem omnibus res ecclesiasticas exercere indistincte visum est, quamuis præsens canon dicat hoc cum episcopali permissione fieri. Dic ergo in summam contrahens, Quicunque in canone continentur, episcopali quidem permissione, non solum ecclesiastica negocia, sed & ciuilia, citra vllum præiudicium exercebunt. Præterea autem etiam omnem tutelam & curam. Si talis autem non intercedat permissio, episcopi quidem & monachi, nec tutelam, nec curam gerent, ne nunc quidem quando lege ad hoc vocantur. Clerici autem, solum quando lege ad hoc vocãtur, curam & tutelam gerent. Omnes autem ex iis communiter non impedientur ecclesiastica administrare negotia. Lxix. autem Imp. Domini Leonis philosophi nouella, solu monachis & clericu concessit, vt sint tutores & administratores vltimarũ voluntatũ, & eas exercebũt, quanus sint secularia negocia, etiã sine episcopali permissione. Eius autẽ nouellæ prætextu, exercent etiã episcopi tutelas in vltimis voluntatibus, & interrogati quomodo hoc faciunt, quoniã ex hoc nihil quod sit validũ possunt dicere*

cere, canones & leges proferunt, quæ ſtatuunt ad omnes pias & animas pertinentes dationes, debere epiſcopos intercedere. Mihi autem hoc facere videtur pro antiſtitibus qui ſunt in regione, non etiam pro iis qui vltra ſuæ regionis limites tutores ſcripti ſunt. lege ergo diligentius ſuperius poſitam Iuſtiniani Nouellam. Quia autem lxxxvi. eiuſdem imperatoris philoſophi nouella epiſcopos & clericos ſegregari decernit, qui cauſas agunt, vel ſi iſtibent, vel ciuilia quædam exercent, & niſi ſe corrigant, eis etiam depoſitionem inducit: ne dicas eam repugnare Apoſtolicis ſuperioribus canonibus, ſed dicas eam illis æquiualere, vt qui exponitur, eos non aliter deponi, quam ſi poſt denunciationem non ceſſauerint. Quæ autem de ſacerdotibus cauſas agentibus, & ſideiubentibus, in xiij. ix. xiij. præſentis operis, & in xxi. Apoſtolicum canonem ſcripta ſunt, ad præſentis quoque nouellæ interpretationem ſufficiunt.

Qui verè & ſincerè monaſticam vitam aggrediuntur, digni conuenienti honore habeantur. Quoniam autem nonnulli monachico prætextu vtentes, & eccleſias, & negocia ciuilia perturbant, temere, & citra vllam diſcriminis rationem, in vrbibus circuncurſantes, quinetiam monaſteria ſibi cõſtituere ſtudentes, viſum eſt, nullum vſquam ædificare nec conſtruere poſſe monaſterium, vel oratoriam domum præter ſententiam ipſius ciuitatis epiſcopi: monachos autem, qui ſunt in vnaquaque regione & ciuitate, epiſcopos ſubiectos eſſe, & quietem amplecti, & ſoli ieiunio & orationi vacare, in quibus ordinati ſunt locis fortiter perſeuerantes, nec eccleſiaſticis, nec ſecularibus negociis ſe ingerere, vel communicare, propria relinquentes monaſteria, niſi quandoque à ciuitatis epiſcopo eis permiſſum fuerit: nullum autem in monaſteriis ſeruum recipi, ad hoc vt ſit monachus, præter voluntatem ſui domini. Eum autem qui hanc noſtram definitionem tranſgreditur definimus eſſe excommunicatum: ne nomen Dei blaſphemetur. ciuitatis autem epiſcopũ oportet eam quam par eſt monaſteriorum curam gerere.

Can. iiij. xvi. q. i. qui verè puriq;. xviij. q ij. Quidã monachorum.

BALS. *Eos qui purè, hoc eſt verè, & non ſimulatè ſunt monachi, honorari debere dicit canon: eos verò qui monachalis amictu tanquam prætextu vtuntur, & homines ſunt errantes, in ſuæ tonſuræ locum remittendos eſſe viſum eſt. Per medium enim forum progredientes, & ſe ſecularibus negocijs ingerentes fortaſſe etiam docentes, perturbant, hoc eſt humana & diuina diuinitus ac confundunt, nec ſinunt, vt ea ex propria ſua natura exerceantur: ſecularia ſcilicet negocia à laicis: monachica autem & eccleſiaſtica, ab iis qui ſunt Deo dedicati. Quoniam autem, inquit, iidem propter auaritiam etiam monaſteria de integro excitare conantur, ne epiſcopo ſubiiciantur, definitum eſt nemini licere vel monaſterium vel oratorium præter epiſcopi mentem vſquam excitare, ſubiici autem monachos omnes regionis epiſcopo, & fortiter perſeuerare in ea manſione in qua tonſi ſunt. Adiicit autem eos etiam rerum eccleſiaſticarum communionis & adminiſtrationis non eſſe participes, nec etiam eorum quæ ad vitam pertinent, ſeu ciuilium, niſi forte ciuitatis epiſcopus eis propter vſum neceſſarium hoc permiſerit. Seruos autem præter dominorum voluntatem non eſſe tondendos, decretum eſt: vel eum quidem certè qui hoc decretum tranſgreditur, eſſe excommunicatum. Iam verò ciuitatis epiſcopum oportet, inquit, Monaſteriorum curam gerere. Nota ergo quòd monachi illic perſeuerare & permanere debent vbi ordinati ſeu tonſi fuerunt: & quòd ex permiſſione epiſcopi poſſunt monachi non ſolum eccleſiaſtica negocia adminiſtrare, ſed ea etiam quæ ad vitam pertinent, hoc eſt ciuilia. Si autem hoc poteſt facere epiſcopalis permiſſio, id multò magis faciet poteſtas imperialis: quæ etiam epiſcopos promouet. Propterea enim, vt eſt conſentaneũ, ille etiam metropolitanus Sydes, abſque vllo impedimento imperij negocia adminiſtrabat, in perſona Imperatoris domini Michaelis ducis. Quin & ille Neocæſareæ metropolitanus maritimæ ciuitatis iura conſcripſit: & alij etiam antiſtites ac monachi imp. & publica miniſteria ſimiliter exercuerunt. lege & primum caput ſynodi congregatæ*

Digitized by Google

in templo Apoſtolorum, & xiij. can. vij. ſyn. Quære etiam de ſeruis qui præter dominorum voluntatem ſunt monachi, xxvi. iuſt. primi. tit præſentis operis.

Can. v. De epiſcopis, vel clericis, qui à ciuitate in ciuitatem tranſeunt, placuit eos qui editi ſunt à ſanctis patribus canones vires obtinere.

BALS. *Variè expoſitus eſt hic canon. Nec de iiſdem fruſtra eſt labor ſuſcipiendus.*

Can. vj. Diſt. vij. Neminem abſolutè. Nullum abſolutè ordinari, nec preſbyterum, nec diaconum, nec omnino aliquem eorum qui ſunt in ordine eccleſiaſtico, niſi ſpecialiter in eccleſia ciuitatis, vel pagi, vel martyrio, vel monaſterio is qui ordinetur deſignetur. Eos autem qui abſolutè ordinantur, decreuit ſancta ſynodus irritam ac inualidam habere eiuſmodi manuum impoſitionem, & nuſquam exercere ac operari poſſe ad eius qui ordinauit iniuriam.

BALS. *Quemadmodum ordinantur antiſtites ad hanc vel illam eccleſiam, ita dicit canon, clericos quoque ordinari ad hoc templum, vel hoc monaſterium, & non abſolutè ordinari: quæ autem non ita facta fuerit, ordinationem irritam eſſe ac inualidam, cúmque qui alibi præter eius qui ordinauit voluntatem celebrauit ad eius iniuriam, nequaquam poſſe celebrare. Nota ergo, quòd etiam, qui ordinantur monachi, dicuntur clerici, & loci epiſcopo ſubiiciuntur, & non debent ſine commendatitia & dimiſſoria epiſcopi ſcriptura in alia regione ſacra celebrare. lege etiam ix. can. præſentis ſyn. Quoniam autem dicunt nonnulli canonem accipi de ſolis preſbyteris, diaconis, & ſubdiacono, non autem etiam de lectoribus, eò quòd per manus impoſitionem non ordinentur, & ideo poſſe eos ex vrbe in vrbẽ tranſire, etiam ſine epiſcopali ſcriptura dimiſſoria & commendatitia: dicimus etiam lectores eſſe clericos, & habere antiſtitis manuum impoſitionem, eam ſcilicet quæ per antiſtitis manus fit charactervs datione: & omnino in his etiam valebit hic canon.*

Can. vij. ij. q. iij. Eos qui ſemel. Eos qui in clero ſemel ordinati ſunt, & itidem monachos, ſtatuimus nec ad militarem expeditionem, nec ad ſecularem dignitatem poſſe venire. Qui autem hoc audent, & non pœnitentia ducti ad id reuertuntur, quod propter Deum prius elegerant, anathematizari.

BALS. *Ne contrarium eſſe exiſtimes canonem ſanctorum Apoſtolorum, canoni dicenti deponi ſolum preſbyteros, vel diaconos, qui militiæ vacant: ſed dic, quòd illic quidem cum ſacerdotali amictu militaribus miniſteriis vacabat ſacerdos: hic autem ſacrum veſtitũ exuerat, & militauerat, ſecularis dignitatis deſiderio. Et propterea illic quidem, niſi poſt denunciationem reuerſus fuerit, deponitur: hìc autem, ut quem non pœnitet, anathematizatur. Ipſe enim depoſitionis ſententiam in ſe tulit, qui ſe ſacra veſte etiam ante condemnationem exuit, & laicus factus eſt. Quoniã autẽ Apoſtolicũ canonem interpretantes, ex eo ipſo duximus eum non deponi qui publica miniſteria obibat, ſed poſt denunciationem, interrogauerit quiſpiam, fiet ne hoc etiã in eũ qui ſacrũ amictũ exuit & militauit: an etiam ante denunciationem eſt ex eo ipſo anathematizatus. puto autem quòd hic quoque poſt denunciationem ſeu admonitionem anathematizabitur, niſi cõuertatur. Vt autẽ hoc dicã, mihi perſuadent verba canonis dicentis, anathematizari eos qui hoc malum audent, & non pœnitentia ducuntur, vt ad hoc conuertantur, quod propter Deum prius elegerant. Atque etiam lxxxiij. canon Apoſtolicus ita eſt expoſitus, ex eo quod dicat expreſsè eum deponi qui vacat militiæ, & vult vtrunque obtinere, & Romanum magiſtratum, & ſacerdotalẽ adminiſtrationem. Præter hæc autem ſcias quòd vij. & ix. Nouella Imperatoris domini Leonis philoſophi ſtatuunt, clericos, & monachos, qui veſtitum mutauerunt, & laici facti ſunt, etiam inuitos ad priorem habitum reuerti. Quoniam autem cum hoc quoque neceſſario anathematizantur, ne ſic quidem clerici vel monachi reputabuntur: ſed toto vitæ tẽpore in monaſterio includentur. Puto autem, quòd qui ſic mutato amictu militarunt, vt vult præſens canon, puniantur: qui autem non militarunt, mitiore aliquo ſupplicio afficientur. Sed tamen nihil ij ſacerdotale exercebunt. lege lxij. canonem ſanctorum Apoſtolorum, & eius interpretationem.*

Clerie

Clerici ptochotrophiorum, monaſteriorum, & templorum martyrum, ſub poteſtate epiſcoporũ, qui ſunt in vnaquaque ciuitate, ex ſanctorum patrum traditione, permaneant, & non per arrogantiam ſe à proprio epiſcopo, imperiũ eius detrectantes, ſubducant. Qui hanc autem conſtitutionem euertere auſi fuerint, ſi ſint quidem clerici, canonum pœnis ſubiiciantur: ſi autem monachi, vel laici, ſint excommunicati.

Can. viij. xviij. q. ij. Quida monachorum.

BALS. *Vt eſt veriſimile, dicebant aliquando nõnulli, ſolos epiſcopatus vel metropolis clericos, regionis epiſcopo ſubiici: monachos autem vel etiam clericos diuinorum templorum, quæ ſunt in orphanotrophiis vel etiam gerocomiis, vel etiam in martyriorum eccleſiis, epiſcopo non ſubiici, etiam ſi ſint in eius diœceſi, ſed eis qui monaſteria & reliqua ædificarunt. Hanc ergo canonibus repugnantem eorum orationem diuini patres reiicientes, ſtatuerunt eos omnes eſſe in poteſtate epiſcopi regionis, ſecundum ſanctorum patrum de eo traditionem. Eos autem qui euertere audeant, vel nolint epiſcopo ſubiici, ſi ſint quidem clerici, ab epiſcopo puniri, prout ei viſum fuerit: ſi autem monachi vel clerici, eſſe excommunicatos ſeu ſegregatos. Hoſpitalia autem Græce ptocheia dicuntur omnia quæ definita ſunt ac deſignata vt mendicis prouideatur. Clerici ergo vel monachi, qui dicunt hodie ſe patriarchæ, vel regionis epiſcopo non eſſe ſubiectos, tanquam ſint liberæ manſionis vel eccleſiæ, proferentes vtique etiam à fundatoribus factorum ſtatutorum ordinationes, quid ad hæc reſpondebunt? omnino nihil. Etiam ſi quis fundator monaſterij, vel eccleſiæ, in ſtatuto ſuo, vel ordinatione ſua decreuerit, non ſubiici eorum monachos vel clericos regionis epiſcopo, non audietur, vt qui diuinis ſacriſque canonibus contraria ſtatuerit, & quæ ſtare ſuſtinerique non poſſunt, ſcripſerit. De iis autem quæ ab imp. ordinantur, propter ea quæ à ſe extruuntur monaſteria & eccleſias, quære præſentis ſyn. can. vj. & xlij.*

Si quis clericus habet cum clerico litem aut negocium, proprium epiſcopum ne relinquat: & ad ſecularia iudicia ne excurrat: ſed cauſam prius apud propriũ epiſcopũ agat: vel de epiſcopi ſententia, apud eos quos vtraque pars elegerit, iudicium agitetur. Si quis autem præter hæc fecerit, canonicis pœnis ſubiiciatur. Si clericus autem cum proprio vel etiam alio epiſcopo negocium aut litem habeat, à prouinciæ ſynodo iudicetur. Si autem cum ipſius prouinciæ metropolitano epiſcopus vel clericus controuerſiam habeat, diœceſis exarchum adeat, vel Imp. vrbis Conſtantinopolis thronum, & apud eum litiget.

Can. ix. xj. q. i. Si clericus.

BALS. *Poſtquam definiiſſent ſancti patres, omnes clericos, regionis epiſcopo ſubiici (nomine autem clericorum etiam monachi continentur) per præſentem canonem inducunt, non licere clerico apud iudicium ciuile aduerſus clericum actionem intendere, ſed apud proprium epiſcopum: vel eius voluntate, apud eos quos patres voluerint, qui tamen debent eſſe idonei, id eſt, eccleſiaſtici. Eſt enim conſentaneum ac veriſimile futurum, vt nolit quandoque epiſcopus cauſam audire iuſta aliqua de cauſa. Eum autem qui præter hæc facturus eſt, canõ canonicu pœnæ ſubiicit. Et hæc quidem ita ſe habent, quando vnius regionis duo clerici inter ſe inuicem habent controuerſiam. Si autem clericus habet actionem aduerſus proprium epiſcopum, vel aduerſus alium epiſcopum, examinabitur cauſa apud idoneum prouinciæ metropolitanũ. Si autem epiſcopus, vel metropolitani clericus habet actionem aduerſus metropolitanum, decernit vt de cauſa cognoſcat vel diœceſis exarchus, vel patriarcha Conſtantinopolitanus. Debemus ergo dicere, quòd ſi quis clericus aduerſus clericum, vel epiſcopum, vel metropolitanum agere velit, forum rei ſecundum leges ſequatur. Clerici enim & monachi apud regionis epiſcopum trahentur. Epiſcopus apud metropolitanum, Metropolitanus apud patriarcham: nec licebit, verbi gratia, clerico epiſcopatus Aſhyra apud Heracleæ metropolitanum aduerſus concleric um ſuum actionem intendere: ſed vt ſuperius dictum eſt, facere cogetur. Interrogauerit autem quiſpiam, an ſi clericus nolit apud proprium epiſcopũ litigare, ſed apud metropolitanum, actionem intendat, cauſa cadet & propriam actionem amittet: quod quidem futurum eſt, ſi cum*

ad iudicium ſeculare traxerit. SOL. *Cauſa quidem non cadet, vt qui non ad ciuile iudicium actionem intentauerit: ſed ſecundum præſentem canonem in eum animaduertetur. Nec tibi contrarium eſſe putetur vj. cap. primi tit. iij. lib. 1mp. dicens: Apud patriarcham quoque primum actio intendi poteſt: vt qui petit per literas ſibi dari iudicem aliquem epiſcoporum qui in loco ſunt: cuius recuſata ſententia patriarcha rurſus iudicabit. Sed lege præſentem canonem diligenter, xv. can. Carth. ſyn. vj. ij. ſyn. & i. ix. tit. præſentis operis, & quæ in eo ſunt, quæ quidem contrarium diſſoluunt. Quod autem hic dictum eſt, vel epiſcopi voluntate, apud eos quos vtraque pars voluerit, iudicium agitetur, ne dicas accipi de iudice qui eligi poteſt, qui iuriſdictionem non habet. Eum enim partium voluntas iudicē facit, & pœnæ ſtipulatio: quod quidem ex præſenti canone non apparet: ſed de iudice, qui habet eccleſiaſticam iuriſdictionem, ſed non eſt partibus idoneus. Quamobrem, qui ſine proprij epiſcopi voluntate apud non competens iudicium litigare elegerit, etiamſi ſit eccleſiaſticum, ſecundum præſentem canonem punietur. Prouinciæ autem exarchus eſt, vt mihi quidem videtur, non vniuſcuiuſque prouinciæ metropolitanus, ſed metropolitanus diœceſis. Diœceſis autem eſt, quæ multas ſub ſe habet prouincias. Hoc autem exarchorum priuilegium non eſt amplius in vſu. Et ſi enim dicuntur exarchi quidam ex metropolitanis, ſed tamen alios metropolitanos, qui ſunt in diœceſibus, nō habent omnino ſibi ſubiectos. Eſt ergo veriſimile alios fuiſſe, qui tunc erant, exarchos diœceſum, vel eſſe quidem adhuc ipſos, ſed quæ eis data ſunt à canonibus, priuilegia exoleuiſſe.*

Can. x. xxi. q i. clericum.

Non licere clerico in duarum ciuitatum eccleſiis eodem tempore in catalogum referri, & in ea in qua à principio ordinatus eſt, & in ea, in quam, tanquam ad maiorem, confugit, propter inanis gloriæ cupiditatem: eos autem qui hoc faciūt, propriæ eccleſiæ reſtitui, in qua ab initio ordinati ſunt, vt illic ſolum miniſtrent. Sed ſi iam quiſpiam ex alia in aliam eccleſiam tranſlatus eſt, nihil prioris eccleſiæ vel eorum quæ ſub ea ſunt martyriorum, vel ptochotrophiorum, vel xenodochiorum rebus communicare. Eos autem qui auſi fuerint poſt magnæ huius & vniuerſalis ſynodi definitionem, aliquid eorum quæ ſunt prohibita facere, ſtatuit ſancta ſynodus eos proprio gradu excidere.

BALS. *Quidam clerici inſano gloriæ amore impulſi, à paruis vrbibus in alias maiores commigrant, vt verbi gratia, ab Athyra Heracleam. Dicit ergo canon, nemini licere hoc facere, & propter honorem eius qui ordinauit, & quia fieri non poteſt, vt vnus & idem ſubiiciatur duobus epiſcopis. Eum autē qui hoc facere aggreſſus fuerit, reſtitui eccleſiæ in qua prius ordinatus fuerat, vt illic ſolum miniſtraret. In verò qui ante hunc canonem in duarum regionum eccleſiis ordinati ſunt, pœnam ſtatuit, vt prioru eccleſiæ iura reuocare nequeant. Deinde eos deponendos decernit, qui aliquid facere auſi fuerint eorum quæ ſunt in eo prohibita. Hæc cùm ita habeant, quidam illud, Non poſſe aliquem clericum in duarum vrbium eccleſiis, etiam ad duas vnius ciuitatis eccleſias accipiebant. Non eſt autem hæc canonis ſententia, vt mihi videtur. Quomodo autem non poteſt clericus ex vna regione in aliam abſcedere, ſine commendatoria & dimiſſoria ſcriptura eius qui eum ordinauit: & quomodo punitur qui hoc fecerit, & qui eum excepit, didiciſti à xv. & xvi. canone Apoſtolico. Si quis autem interrogauerit, cur præſens canon in principio quidem dicit, priori eccleſiæ reſtituendum eum qui à ciuitate in ciuitatem tráſilierit, in fine autem iubet huius tranſgreſſorem deponi: dic quòd eum qui à ciuitate in ciuitatem tranſiluit, in ſecunda autem eccleſia in clerum nondum eſt cooptatus, primæ iubet reſtitui. In clericos autem cooptatum & inſtitutum poſt denunciationem, & c. lege v. canonem Apoſtolicum, & ſyn. in Trullo canonem xiij.*

Can. xi.

Omnes pauperes, & qui auxilio indigent, cum examinatione, cum epiſtolis ſeu pacificis eccleſiaſticis ſolis viam ingredi ſtatuimus, & nō cum commendatitiis: quoniam literas commendatorias iis ſolis perſonis quæ ſunt ſuſpectæ, præberi oportet.

BALS. *Commendatoriæ ſcripturæ dicuntur, quæ dantur clericis, ab iis qui illos ordinarunt, epiſcopu,*

piſcopis, eos commendantes, ac eorum ordinationem declarantes, vt ex xiij. can. huius ſynodi oſtenditur. Commendatoriæ autem ſcripturæ dicuntur, & eæ quæ dantur epiſcopis vel clericis ſegregatis, & qui alioqui fuerunt in non bona exiſtimatione: ſicut ex hoc præſenti canone oſtenditur. Dimiſſoriæ verò, quæ etiam pacificæ dicuntur, aliæ ſunt. Dicuntur autem dimiſſoriæ, vt quæ oſtendant, ex voluntate ac dimißione antiſtitis clericum vel epiſcopum tranſiturum. Pacificæ autem dicuntur, quòd cùm talis affertur ſcriptura ab eo qui ordinatus eſt, pax erit inter antiſtites. Neque enim qui alienum clericum recipit, confratrem ſuum opprimet, & nec ei præiudicabitur, nec clericus offendetur, tanquam ei qui ipſum ordinauit iniuriam faciens. Dicit ergo canon, quòd eos quidem qui commendatorias literas opus non habent, eos ſcilicet qui propter non bonam aliquam exiſtimationem non ſunt ſegregati vel ſuſpecti, (de iis enim qui commendatoriis literis opus habent hîc non agitur) per ſolas pacificas ſcripturas eos in via inſtruere debemus. Hæc autem de pauperibus & iis qui auxilio indigent definit, non quòd reliqui qui ſubſunt epiſcopo, non hoc debeant viatico inſtrui: ſed quòd vt plurimum, qui ſunt pauperes eccleſiaſtico auxilio indigent. Rectè autem additum eſt, vt cum examinatione dentur. Si enim eſt iniquum eius qui indiget poſtulatum, etiam ſi eſt pauper, ei non dabitur epiſtola. Quære xij. xv. & xxxiij. can. Apoſto. xvij ſyn. in Trullo: & xi. Antioch. ſyn. deponentes epiſcopum, qui ſine pacifica ſeu dimiſſoria metropolitani epiſtola ad Imperatorem abierat. Quòd autem neceſſe habent omnes epiſcopi, iis quibus præſunt, literis ſuis opem ferre, ſi per ſe præſentes eſſe nequeant, ex vij. & ix. Sardicenſis ſynodi oſtenditur. Nota ergo quòd qui volunt in alis regionibus ſacra celebrare, debent non ſolum commendatorias epiſtolas afferre, ſed etiam pacificas.

Can. xij. Diſt. xli. Peruenit ad nos.

Peruenit ad nos, quòd quidam, cum præter ritus eccleſiaſticos ad potentatus acceſſiſſent, per pragmaticas vnam prouinciam in duas diuiſerunt: vt ex eo duo eſſent metropolitani in eadem prouincia. Statuit ergo ſacra ſynodus, ne epiſcopus deinceps tale quid audeat, quoniam is qui hoc aggreditur, à ſuo gradu excidit. Quæcunque autem ciuitates per literas Imp. metropolis nomine honoratæ ſunt, ſolo honore fruantur, & qui eius eccleſiam adminiſtrat epiſcopus, ſeruato ſcilicet veræ metropoli ſuo iure.

BALS. *Imp. iuſſa, Imp. typi dicuntur. Dicit ergo canon, quòd quoniam nonnulli epiſcopi, propter imperandi cupiditatem, Imp. iuſſione contenderunt, vt metropolitanorũ honore afficerentur, & ex eo prouinciam vnam in duas metropoles diuiſerunt: deponi debent, non ſolum ii qui tale mandatum Imperiale acquiſierit, ſed & qui tale quid aggredi auſus fuerit. Eas autem eccleſias, quæ ante præſentem canonem ex epiſcopali dignitate metropolium honore Imp. iuſſu affectæ ſunt, ſolum honorem habere ſtatuit, vtpote reliquis, quæ illu adſunt, iuribus, veræ metropoli citra vllam innouationem manere debentibus. Hæc cum à canone ſtatuantur, dixerit quiſpiam, Et quomodo permulti Imperatores permultos epiſcopatus metropolium honore affecerunt? Nam enim Lacedemoniæ metropolis erat epiſcopatus metropolis veterum Patrarum, Madyta Heracleæ, Abydus Cyzici. Et alij etiam epiſcopatus honorati ſunt. Mihi ergo videtur ex xxxviij. can. ſyn. in Trul. & xvij can. præſentis ſyn eiuſmodi fieri ab Imp. diuiſiones ſecundum poteſtatem illi deſuper datam. Propterea enim etiam exoleuit iij caput primi tit. iij. lib. Imperial. quod collocatum eſt in xx cap. primi tit. præſentis operis. Quanam autem iura eſſe debent apud primum, ſiue metropolitanum, in eccleſia, quæ ex epiſcopatu in metropolis dignitatem euecta eſt, quidam diſcere deſiderarunt, & audierunt quòd præterquàm quòd epiſcopatus metropolis vocatur, in alis omnibus antiquæ metropoli debet ſubiici. Eius enim epiſcopus ab antiquo metropolitano ordinabitur, & ab ipſo iudicabitur, & ei omnino ſubiicietur. Lege etiam ij. canonem ij. ſynodi & vj. & vij. can. primæ ſyn. Hæc autem per Imperialem iuſſionem aliter tranſformantur, vt ſuperius dictum eſt. Lege & ſyn. in Trullo can. xxxviij. & ſpecialiter Imp. conſtitutionem quæ in illius expoſitione ſita eſt. Quoniam autem menſe Aprili xi. indict. anno 6707. edita aurea Bulla Imp Domini Iſaac Angeli, quæ & metropolitanos epiſcopatus ad ſe pertinẽtes, & metropolium vel archiepiſcopatuum honore donatos ad ſe reuocantibus, & iis iisdem qui Imperialem circunſpectionem priuare conabuntur, ne epiſcopatus in metropoles & archiepiſcopatus erigat ſecundum ſibi datam à ſuperis poteſtatem, os occludit, à*

nonnullis quæsitum est, quid est quod canone comprehenditur, vt honore effectæ metropoles solum honorem habeant, vtpote aliis iuribus veræ metropoli seruatis? Dicimus ac ea re dul itationem ab hac Imp constitutione dissolui. Quæsitum enim est, & post multas allatas ad iustam esse rem ostendendam rationes, hæc eius rei gratia expresse dicta sunt, & quod vniuersali ratione, & generaliter exposita dispositione, ecclesias quæ in sede Imp. in altorem thronum eriguntur, honore quoque dignas censeri oporteat, & electiones illic procedere ex forma canonica, quæ in magna ecclesia conjecuta est, metropolitanus, & archiepiscopi conuenientibus, & metropolitanum eligentibus, quod & Imp. mea sublimitas decernit, & hanc constitutionem sancta quoque sequetur synodus, vt quæ ecclesiasticum ritum accuratè seruet, & à canonica rectitudine non excidat. lege ergo diffusè hanc constitutionem, & dic iu qui dicunt, quòd nisi dum erigitur episcopatus in metropolim vel archiepiscopatum, ab Imperiali potestate adiectum fuerit, eorum electiones patriarchali suasione & auctoritate debere fieri, verus metropolitanus eorum electionem faciet. hoc enim etiam hucusque seruari in vniuersali patriarcha, qui ab Heracleæ archiepiscopo ordinatur: quoniam fuerit aliquãdo Constantinopolu sine Byzantium Heracleæ metropolu episcopatus: dic, inquam, quòd hac constitutione omnis iuris omnino allegatio tollitur: nec Constantinopolitanus necessariò ab Heracleæ episcopo ordinatur. Inuenium est enim etiam Stephanum Imp. domini Leonis sapientis fratrem ordinatum fuisse à Theophane metropolitano Cæsareæ.

Can. xlij. Dist. lxxi. Extraneos clericos.

Externos clericos & lectores in alia ciuitate sine proprij episcopi cõmendatoriis literis nusquã vllo modo ministrare.

BALS. Sancti patres etiam rursus definiunt, eos qui in aliqua ecclesia in clerum sunt cooptati, in alia ecclesia non ministrare, sine commendatorijs literis proprij episcopi. Et nonnulli quidem dixerunt commendatorias hic literas pro dimissoriis dictas esse. Alij autem dixerunt canonem de commendatorijs literis loqui, quæ dantur accusatis hominibus qui post examinationem innocentes inuenti sunt. Mihi autem videtur hic canon de literis commendatorijs definire, quæ clerici ordinationem declarant, eúmque dimittunt vt etiam alibi ministret & operetur. Commendatoriæ enim, quæ ad tollendam suspicionem dantur, etiam laïcis præbentur, de quibus nulla hic fit mentio. Lege & xi. canonis interpretationem.

Can. xiiii. Dist. xxxii. Quoniã in quibusdã.

Quoniam in nonnullis prouinciis concessum est lectoribus & cantoribus vxores ducere, decreuit sancta synodus nulli eorum licere diuersæ à recta opinionis vxorem ducere: eos autem qui ex eiusmodi matrimonio liberos suscepernnt, si eos quidem baptizare apud hæreticos præuenerint, ad catholicæ ecclesiæ communionem adducere. Si autem non baptizauerint, non posse eos apud hæreticos baptizare. Sed neque hęretico, vel pagano, vel Iudęo, matrimonio coniungere, nisi vtique persona, quæ orthodoxæ cõiũgitur, se ad orthodoxam fidẽ conuertendam spondeat. Si quis autem hoc sanctæ synodi decretum transgressus fuerit, canonicis pœnis subiiciatur.

BALS. In nonnullis quidem, vt est verisimile, prouinciis, lectoribus & cantoribus permittebatur matrimonia contrahere consequenter Apostolico xxxvi. canoni. In nonnullis autem id eis præter rationem prohibebatur. per præsentem ergo canonem definitum est, quòd etiam si eis permissum est vxores accipere, diuersæ tamen à rectæ opinionis mulieribus eis coniungi non licet, & vt qui ex tali matrimonio liberos susceperint, eos ad orthodoxorum ecclesiam adducant: vt si iq uidẽ ad hæreticos baptizati fuerint, sancto solum chrismate inungantur: sin minus, ab ecclesia baptizentur. Similiter definitum est ne eorum liberi, hæreticis, vel Iudæis, vel Græcis coniungantur, nisi vtique prohibitæ personæ polliceantur à sua hæresi vel superstitione recedere. Tunc enim si ad orthodoxam fidem accesserint, consequentur quoque nuptiæ. Eos autem qui hæc transgrediuntur, canonicis pœnis subiicit synodus. Lege Laod. syn. can. x. & xxxi. & Carth xxi. & inuenies separari matrimoniũ, quod cum hæretico contractum est. Existimo autem, etiam cum separatione, eos quoque puniri secundum præsentem canonem. Sic enim ad concordiam deducentur canones. Rectè autem dixit, eos qui anteà ex Hæreticis suscepti sunt, liberos, ad ecclesiæ communionem adduci. Scu enim hæreticos in duo diuidi: & in eos qui quod secundũ nos est, mysteriũ & diuinũ baptismũ suscipiunt, in quibusdã autẽ fallun tur: quos etiã accedentes chrismate solo inungimus: & in eos qui hoc omnino nõ suscipiunt, & sunt

infideles

Infideles, Iudæos scilicet & Græcos, quos etiã baptizamus. Communionis ergo nomine vtrunque declaranimus, vt vel chrismate vngãtur, vel baptizẽtur. lege vij. can. ij. syn. primũ cap. iiij tit. xxviij. lib. 1mp. & lxxij. can. syn. in Trul.

Diaconissam non esse mulierem ordinandam ante annum quadragesimum, & eam cum accurata examinatione. Si autem postquam ordinatione susceptа ministerio aliquo tempore permansit, seipsam matrimonio tradiderit, Dei gratiæ iniuriam faciens, ea vnà cum illo qui ei coniunctus est, anathematizetur. *Can. xv. xxvij. q. i. Diaconissã.*

BALS. *Quæ in præsenti canone tractantur, omnino exoleuere. Diaconissa enim hodie non ordinatur, etiamsi quædam ascetriæ abusiuè diaconissæ dicantur. Est enim canon, qui statuit mulieres in sacrum tribunal non debere ingredi. Quæ ergo ad sanctum altare accedere non potest, quomodo diaconatus officium exercebit? Lege & xliij. can. syn. in Trullo, & xv. dicentes deponendam diaconissam, quæ ordinata est prius quàm quadragesimum annum explesset. Præsens autem canon dicit anathematizari mulierem, quæ post ordinationem se nuptum dederit, vt quæ Dei gratiam iniuria afficiat. De monachu autem sequens docet canon. Quare & magni Basilij canonem xvij. & xxiiij.*

Virginem, quæ se domino Deo dedicauit, similiter & monachos non licere matrimonio coniungi. Si autẽ hoc feciſſe inuenti fuerint, sint excõmunicati. Ostendendæ autem in eos humanitatis auctoritatẽ habere statuimus episcopũ eius loci. *Can. xvi. xxvii. q. i. Si qua virgo.*

BALS. *Olim quædam mulieres cum laicali habitu ad Deum accedebant, & virginitatem profitebantur. Præsens ergo canon decernit, eos qui hoc professi fuerint, siue sint viri monachi, siue mulieres, ab iis quæ vouerunt ac professi sunt non discedere, nec matrimonio coniungi debere. Horum autẽ transgressores excommunicatos esse seu segregatos. Excommunicationu autem seu segregationis potestatem, eiúsque vel extensionem, vel diminutionem, illius loci episcopo attribuit. Hodie autem Constantinopoli nec sunt virgines cum laicali habitu, nec est virginum domicilium, quod Parthenon dicitur. Solus autem sanctus ille Thebarum metropolitanus Caloctenes fecit Thebis Parthenonem, & laicas in ipso virgines ordinauit. Et ideo æternum hoc est eius monumentum, eique eo nomine grátia agenda est. Si autem velu etiam has ascetrias dicere virgines, nihil impedin enti inuenies, nisi eas etiam velu monachis assimilare propter tonsuram, & quod earum pacta conuenta seu vota fiant in ecclesia. Lege xix. can. syn. Ancyr quæ bigamorum eas pœnæ subiicit: syn. in Trul. xliii. Basilis Magni xix, & xxx. Hi enim vt fornicatores, illi verò vt adulteros, qui vota sua cõuentáque non seruauerint, condemnãt. Ne ergo in aliquo eorum repugnantiam esse existimes: sed dic, quòd quoniam episcopi potestati pœna permissa est, ipse eum pro arbitrio puniet, cum examinatione. Lege & librum xxviii. tit vi. cap. ij in quo decernitur non solum separari illicitas nuptias, vtpote cũ cognata, eásque quæ præter legum præcepta fiunt, vt cum ea, cuius qui ipsum ducit, tutelam gerit: & nefarias seu damnatas eius scilicet quæ deo dedicata est, sed & eos qui contraxerunt, publicari & segregari, & si sint humilis loci, etiam flagellu cædi. Quamobrem non solum fiet quod iubet nouella, sed etiam pœna consequentur.*

Quæ sunt in vnaquaque prouincia, rurales vicanásve parochias firmas & inconcussas manere apud eos qui illas tenẽt episcopos: & maximè si xxx. annorũ tẽpore eas sine vi detinẽtes administrauerint. Si autẽ intra xxx. annos fuit aliqua, vel fuerit de iis cõtrouersia, licere iis qui iniuriã sibi fieri dicũt, de iis litem mouere apud synodũ prouinciæ. Si quis autẽ iniuria afficiatur à proprio metropolitano, apud exarchũ diœcesis, vel Constantinopolitanam sedem litiget, sicut prius dictum est. Sinautem etiã ciuitas aliqua ab imperatoria auctoritate innouata est vel deinceps innouata fuerit, ciuiles & publicas formas, ecclesiasticarum quoque parochiarũ ordo consequatur. *Can. xvii. xvi. q. iii. Per singulas.*

BALS. *Quidam dicebant canonem non hic loqui de regionibus seu diœcesibus, sed de aliis tribus ad vniuscuiusque prouinciæ episcopum pertinentibus. non est autem hoc verum, vt ostenditur ex fine canonis dicentis, posse Imperatorem, in iis quæ à se innouatæ sunt, vel innouabuntur ciuitatibus, pro episcopalibus iuribus statuere quæ voluerit. lege xij. can. præsentis syn. & xxxvij syn. in Trul. Quod autem dicit hic canon tale est: Volebant quidam eos canones, qui de regionibus, seu diœcesibus loquuntur, intelligi de ciuitatum regionibus: non autem de vilibus ac ruralibus. Decretum est ergo, vt episcopi citra cõtrouersiam obtineant regiones à se xxx. annis non vt possessas, siue sint rurales seu paruæ, quæ etiam μοεδιακὰ, hoc est vnam tantum domum habentes, dicuntur: siue sint ἐνοικίων, id est multos habitatores habentes. Si autem intra xxx. annos eorum nomine actionem alius episcopus intenderit, apud prouinciæ synodum, quid de eo sit statuendum obseruabitur. Si autem metropolitanus suum episcopum iniuria afficiat, apud diœcesis exarchũ, vel apud patriarcham de finibus iudicio contendetur. Quæ autem ab Imp. per publicas formas siue iussiones Imp. pro innouatu vel innouandis à se ciuitatibus decernuntur, manere vt decreta fuerint, vtpote quòd debeat ecclesia sequi ea quæ sic decernuntur. Cùm hæc ita se habeant, ne dixeris eos quidem, qui xxx. annis sine vi regiones possident, moueri non posse: qui autem non sunt tales, id est, eos qui vi possident, etiam post xxx. annum, aduersus eos agi posse. Sed lege postremam iussionem ij. tit. lib. v. Imperial. sic dicentem: Omnis actio venerabili domo competens, siue sit personalis, siue hypothecaria, quadraginta annos non excedit, conuenientibus vnicuique religiosæ domui opportunis præscriptionibus, sed propria quidem certè tempora seruantibus, & antiquam quæ extra est, sic dicentem: Præsens quidẽ cõstitutio ecclesiis aduersus priuatos agentibus quadragenariam annorum præscriptionem accommodat. xvij. autem canon Calchedon. Synodi, situs in quinto cap. primi tit. Nomocanonis, ecclesiis aduersus ecclesias agentibus, dat xxx. annorum spacium. Ne miretu autem. Ex ea enim cxi. nouella, & ex iij. cap. iij. tit lib. v. ecclesiæ quoque habet alia priuilegia. Dicit enim hoc caput: Pro longi autẽ temporis præscriptionibus x. & xx. & xxx. annorum sanctis ecclesiis & omnibus aliis venerabilibus locis, solã tiij. annorum præscriptionem opponi iubemus. hoc ipso etiam seruato in legatorum quoque, & hæreditatum petitione quæ in pios vsus relicta sunt. Quamobrem ecclesiæ quidem, si aduersus religiosas domos non agant, solo quadraginta annorum spacio excluduntur. Qui autem aduersus eas agunt, per legitimas exceptiones ab ecclesiis extruduntur. Cæterum quando ecclesiæ inter se inuicem agunt, quadraginta annorum priuilegium non habebunt, sed iure cõmuni vtentur. Nota autem ex hoc canone, quòd licet Imp auferre ecclesiastica priuilegia. Si enim eu permittitur ea quæ voluerint de regionum finibus ordinare pro innouatu à se vrbibus: multo magis, vt mihi videtur, episcopatus, metropolitanorum honore donabunt, eorum qui præerunt promotiones designabunt, & alia quædam, pro ea quam habent potestate, iubebunt.*

Can. xviij. xi. q. i. Coniurationũ.

Coniurationis vel sodalitatis crimen ab externis etiam legibus est omnino prohibitum: multo magis hoc autem in Dei ecclesia fieri prohibere oportet. Si qui ergo clerici vel monachi inuenti fuerint, vel se iactantes, vel sodalitates comparantes, vel aliquid struentes ac moliẽtes aduersus episcopos ac clericos, proprio gradu omnino excident.

BALS. *Coniuratio est malas aliquas suas voluntates firmare, iure iurando inter se inuicem dato & accepto. Sodalitas autem, quæ ἑταιρεία Græcè dicitur, est conuenire & consentire aliquos, alicuius mali faciendi gratia. Externas autem leges vocat can. ciuiles, quoniam earum plurimæ, à sapiẽtibus qui sunt extra scripturam, seu Græcu, sunt compositæ. Dicit ergo, quòd quoniã lex quoque ciuilis & sodales & malos etiã coniuratores punit, deponi debent, qui tale quid faciunt clerici, vel monachi. Ac canon quidem, eos qui aduersus conclericos vel episcopos aliquid moliuntur obstinatis animis indurati sque molientes, iuxta illud, ἐπωρώθη ἡ καρδία αὐτῶν, id est, induratum est cor eorum, deponi iubet. Existimo autem & eos qui aduersus laicos tale quid faciunt sacerdotes, similiter puniri. lege & xxxvij. caput viij. tit. præsentu operis, & syn. vi. can xxxiij.*

Can. xix. xviij. dist. Peruenit ad nostras.

Peruenit ad aures nostras, quòd in prouinciis, canonibus cõstitutæ episcoporum synodi non fiant, & ex eo multa ecclesiastica negliguntur quæ correctione indigent. Statuit ergo sancta synodus secundũ sanctorũ patrum canones, vt bis in anno eundẽ in locũ cõueniant vniuscuiusq; prouinciæ episcopi, vbi metropolitanus melius esse perspexerit, & singula emergen-

tia

tia corrigant: episcopi autem, qui non cõueniunt, si in eadem metropoli versentur, atque adeò sani sint, & ab omni inexcusabili & necessario negocio liberi fraternè reprehendantur.

BALS. *De synodis quæ debent singulis annis fieri, quære v. can. primæ synodi, & quæ in eam scripta sunt.*

Clericos in ecclesiis ministerio fungentes, quemadmodum iam statuimus, non licere in alius ciuitatis ecclesia ordinari: sed illa esse cõtẽtos, in qua ab initio vt ministrarent digni habiti sunt: præter illos qui amissa sua patria, in aliam ecclesiam necessariò transierunt. Si qui autem episcopi, post hoc decretum, clericum qui ad alium episcopum pertinet, susceperint, placuit esse excommunicatos, eúmque qui susceptus est, & eum qui suscepit, donec clericus qui migrauit, in suam ecclesiam redeat. *Can. xx. lxxi. Clericos in singulis.*

BALS. *De eo superius satis dictum est. Ne tibi autem contrarius esse videatur xxiij. canon præsentis syn qui clericu in aliena regione versantibus segregationem non inducit, sed eos expelli oportere statuit: lege quæ in eo scripta sunt.*

Clericos vel laicos, episcopos aut laicos accusantes, non indiscriminatim, nec citra inquisitionem, admittere ad accusationem, nisi eorum existimatio prius examinata fuerit. *Can. xxi. ij. q. vij. Clericos.*

BALS. *Quære vi. can. ij. syn. & præsentis canonis dices interpretationem.*

Non licere clericis, post mortem proprij episcopi, res quæ ad ipsum pertinent rapere, quemadmodum & iis qui adsumunt prohibitum est: eos autem qui hoc faciunt, de proprio gradu in periculum venire. *Can. xxij. xij. q. ij. Nõ liceat.*

BALS. *Præsens canon deponi iubet clericos qui post mortem proprij episcopi res quæ ad illum pertinent rapiunt. Et non solum ipsos, sed & reliquos, qui eorum sibi custodiam vendicant: metropolitanos scilicet, & alios, apud quos mortuus est episcopus, qui etiã ἐπιλαμβάνονται, hoc est, adsumentes, dicuntur. Tunc autem dicitur episcopus res habere, & de iis disponere ac testari potest, quando, vt vult I. canon Apostolicus, cum primum fuit electus, quæ sunt sua propria, & quæ episcopatus, describsit. Nisi enim ita fecerit, omnia quæ sunt eius, ad ecclesiam pertinent. Descriptione autem, & inuentario, vt dixi, facto, existimo, quod secundum leges, cognati eius qui ab intestato vocantur, ei succedent. Etsi enim nonnulli ex lxxxi. can. syn. Carth. dixerunt esse in potestate succedentis episcopi, vt bona eius qui mortuus est intestatus, vt voluerit administret: sed mihi videtur, quòd ex eo canone statuente debere eum qui intestato episcopo succedit, episcopum descriptionem facere eius voto congruentem, ostenditur maximè debere fieri secundum leges rerum defuncti successionem. Hoc enim si fecerit, eius voto conuenientem descriptionem faciet. Quære etiam xxiiij. can. Antioch. syn. & syn. in Trul. can. xxxv.*

Peruenit ad aures sanctæ synodi, quòd clerici quidã & monachi, quibus nihil à proprio episcopo mãdatũ est, & sunt etiam nonnunquã ab ipso cõmunione segregati, ad Impe. Constãtinopolis vrbẽ se cõferũt, & in ea diu morãtur, turbas excitantes, & statũ ecclesiasticũ perturbãtes, aliquorũ domos subuertũt. Statuit ergo sancta synodus, vt ij prius à sanctissimę Cõstãtinopolitanę ecclesiæ defensore admoneãtur, vt Imp. vrbe excedãt. Si autẽ in iisdem negociis impudẽter perseuerent, vt per propriũ defensorẽ eiiciãtur, & in propria loca reuertãtur. *Can. xxiij. xvi. q. i. quidam monachi.*

BALS. *Prohibent patres, clericos vel monachos, præter propriũ episcopi voluntatem, & qui sunt sæpe etiam segregati, Constantinopolim accedere, & diu in ea manere, eo quòd non habeant fortassè ecclesiastica ministeria. Hoc enim, inquit, euertit statum ecclesiasticum, & domos eorum qui illos suscipiunt. Et hic quidem iubet canon eos vel inuitos expelli. si à defensoribus moniti nolint sua sponte recedere. Xx. autem præsentis synodi canon excommunicatos esse dicit tam eum qui suscepius est quàm eum qui suscepit. Nec id tibi esse contrarium videatur. Sed dic, quòd illic quidem tam susceptus erant, & propterea excommunicatione condemnantur, cum iis, qui illos susceperunt, episcopis. Hîc autem non erant suscepti, & propterea expelluntur, & eo redire coguntur, vbi ordinati fuerant. lege & xvi. canonem Apostolicum.*

Can. xxiiij. xix. q. iij. Quæ semel sunt.

Quæ semel voluntate episcopi consecrata sunt monasteria, perpetuò manere monasteria, & res quæ ad eos pertinent seruari, eáque non amplius fieri secularia habitacula. Eos autem, qui hoc fieri permittunt, canonum pœnis subiici.

BALS. *Præsens canon, qui statuit non fieri secularia diuersoria, nec communia fieri quæ de episcopi sententia consecrata sunt, monasteria, eas quoque res seruari, quæ ad ipsos pertinent, tacitè quoque de monasteriorum ædificatione præcipit. Sed quomodo fieri debeant monasteria, à primo canone synodi quæ fuit in templo sanctorum Apostolorum fusius disces. Et etiam à primo capite primi tit. iiij. libri Imperial. quod est cap. liij. cxxiij. Iustiniani nouella, quæ posita est in i. cap. x. tit. præsentis operis. Interrogauerit autẽ quispiam, cum quanam custodia res monasteriorum seruari iubet canon, & quænam eæ sint. Ac nonnulli quidem dixerunt omnia monasteriorum tam mobilia quam immobilia inalienabilia conseruari. Mihi autem videtur canon hic loqui de magna custodia, summa scilicet diligentia. Immobilium enim ad ea pertinentium, & præterea etiam sacrorum vasorum, nonnunquam alienatio permittitur. Lege totum ij. tit. lib. v. Imperial. docentem iustis quibusdam de causis, non solum dari pignori, sed quanu etiam alienatione alienari ecclesiarum immobilia & sacra vasa. Quoniam autem dicit, eos qui permittunt communia fieri monasteria, canonum pœnis subiici, roganerit quispiam, quænam ea sint. Scias ergo quòd xiij. canon vj. syn. dicit eos qui sacra communia faciunt, & ea in antiquam formam non restituunt, si sint quidem sacerdotes, debere deponi: laicos verò vel monachos segregari. lege & xlix. can. syn. in Trul.*

Can. xxv. Distin. v. Quoniam quidam.

Quoniam nonnulli metropolitani, vt sæpe à nobis auditum est, & greges sibi commissos negligunt, & episcoporum ordinationes differunt, sanctæ synodo placuit vt intra tres menses episcoporum ordinationes fiant nisi inexorabilis vtique necessitas effecerit vt dilationis tempus prorogetur. Si autem hoc non fecerint, eos ecclesiasticę pœne subiici. Viduæ verò ecclesiæ redditum, apud ecclesiæ œconomum saluum custodiri.

BALS. *Diuini patres improbas multorum innasiones amputantes, statuerunt non esse in metropolitanorum potestate episcoporum ordinationes diu differre, sed eas intra trimestre spatium facere, ne res episcoporum ex ea re detrimento afficiantur, & populi doctrina ac institutio negligatur. Si autem propter inuitabilem aliquam necessitatem, inquiunt, episcopi prouectio prohibetur (forte enim ciuitas, quæ est episcopo vidua, à gentibus capta est, nec facile potest illuc quispiam venire) prorogabitur omnino ordinatio. Porrò episcopatus reditum ab eius œconomo inferri vult canon, qui quidem debet dari, non metropolitano, sed episcopo, qui est eligendus etiamsi ad tres menses differatur electio, vel etiam vltra. Metropolitanos autem, qui præter hæc faciunt, pœnæ subiici. Cuiusmodi autem sit quod est à synodo definiẽdum, nescio. Nota ergo quomodo intelligitur illud, inexorabilis necessitas. Neque enim si episcopatus iniuria aliqua forensi vexetur, aut aliqua alia eiusmodi ratione agitetur, id iustam episcopi electionis dilationem metropolitano cõcedat. lege etiam ix. cap. primi tit. præsentis operis, & quæ in eũ scripta sunt.* ALIA INTERPRETATIO. *De metropolitanis quidem, qui non eligunt episcopos in suis episcopatibus vacantibus, in præsenti canone tractatum est. De iis autem qui declarati seu renunciati, receptionem vel recusationem post electionem prorogant ac differunt, diuersis temporibus actum est, & quæsitum est quid agendum, & maximè sub Lachana illa Theodoro, qui Heracleæ archiepiscopus renunciatus erat: vnius autem anni & dimidij tempore, nec recipiebat nec recusabat. Quoniam ergo tunc nihil certi definitum ac confirmatum est, dico quòd trimestre tempus post electionem etiam electo accõmodabitur, vt vel recipiat, vel recuset,*

recuſet, ſecundum hunc præſentem canonẽ. Quod tempus ſcilicet etiam metropolitano datum eſt pro eligendo epiſcopo, idque propter eandem cauſam, propter quam etiam metropolitanus punitur, qui non intra præſtitutum tempus eligit. Eo autem in caſum præterito, alius fiet eccleſiæ electio. Si autem is qui renunciatus eſt ſeu declaratus, poſt trimeſtre tempus electionem renocet, non audietur, ſed potius etiam eccleſiaſticè punietur, vt qui in iis ludat in quibus ludendum non eſt, & ſua dilatione gregi Dei perniciem afferat. Quoniam autem audiuimus quendam dicentem, quòd edicto debet euocari qui eſt renunciatus, & niſi hoc factum fuerit, eius dilatio ei nullum periculum afferet: dico, quòd quoniam metropolitanus hoc ius non habet, vt qui à patriarcha edicto non euocetur, nec qui renunciatus eſt, epiſcopus hoc habebit. Hanc autem interpretationem etiam ex ix. cap. primi tit. iij. lib. Imperial. confirmo, quod probationem contradictionu, quæ aduerſus electum infertur, in trium menſium ſpacium coarctatum reducit. lege ergo hoc poſitum in commentario cap. primi tituli præſentis operis.

Quoniam in nonnullis eccleſiis, vt ſæpe à nobis auditum eſt, epiſcopi abſque œconomo tractant res eccleſiaſticas, placuit omnem eccleſiam epiſcopum habentem, ex proprio clero œconomum habere, vt nec ſine teſtibus ſit eccleſiæ adminiſtratio, nec ideo res eius diſſipentur, ei probrum ac dedecus ſacerdotio inuratur. Si autem hoc non fecerit, eum diuinis etiam canonibus ſubiici. Can. xxvi Diſt. lxxxix

BALS. Vt eſt veriſimile, ante præſentem canonem, complures epiſcopi laicos faciebat œconomos. Diuini ergo patres hoc corrigentes, iubent per clericos res eccleſiaſticas adminiſtrari de ſententia epiſcopi: vt & manifeſti ſint eccleſiæ redditus, nec diſſipentur, & epiſcopus à probro ac reprehenſione alienus conſeruetur. Antiſtitem autem qui non ita facit, canonibus ſubiici iubent. Ne repugnare autem hæc exiſtimes xxxix. & xlv. can. ſanctorum Apoſtolorum. Etſi enim poteſtatem reddendæ rationi non obnoxiam habeant epiſcopi, iu tamen non permittitur, vt tanquam proprijs & iure dominij adſe pertinentibus eccleſiæ rebus vtantur, adeò vt poſt neceſſarias impenſas, ea quæ ſuperſunt, pauperibus erogare cogantur. Res enim eccleſiaſticæ, dicuntur bona pauperum. Si ea ergo per clericum adminiſtrentur, à reprehenſione alienus erit epiſcopus, nec quiſquam aduerſus eum murmurabit, quòd clericos qui ei ſubſunt, & ſi ſint alioqui pauperes, non ſubleuet, nec ſuſtentet. Si autem etiam pœna eorum qui præſentem canonem non tranſgrediuntur, hîc non ſita eſt, lege xi. canonem vij. ſyn. & intelliges quid ſit in epiſcopos, qui per clericos, ſuarum eccleſiarum bona non adminiſtrant: & quid in eos etiam qui præficiuntur.

Eos, qui nomine coniugij mulieres rapiunt, vel opem ferunt, ac conſentiunt iis qui rapiunt, ſtatuit ſynodus, ſi ſint quidem clerici, proprio gradu excidere: ſi autem laici, anathematizari. Can. xxvij. xxxvi. q. ij. Eos qui rapiunt.

BALS. Præſens canon, & xcij. canon. ſyn. in Trul. eodem omnino modo ſe habent, definientes eos qui mulieres rapiunt, vel rapientibus opem ferunt ac conſentiunt, ſi ſint quidem clerici, deponendos, laicos autem anathematizandos. Lege & tit. ix. præſentis operis. Iuſt. xxx. & quæ ibi ſunt. Similiter & lxvij. Apoſtolicum canonem. Illic enim fuſius docuimus, quomodo punitur raptor, & quomodo qui vim attulit. Dicet autem quiſpiam, & quomodo raptor, & qui fert opem, & qui conſentit, pari pœna puniuntur? Dic quod & eos qui opem ferunt, & qui conſentiunt, non minus quã eum qui rapuit, aduerſatur & odio habet canon. Qui enim rapit, nefarium & exlegem amorem prætextum habet. Illi verò, ſolius improbitatis & iniqui propoſiti accuſantur, quòd quidem ciuitatis honeſtatem ac decus euertit. Is autem opem ferre dicitur, qui Græcè συμπροσῶν appellatur, qui facto ipſo, cum eo qui rapit, raptum ſtruit ac molitur. Conſentiens autem, qui eſt συναρέσας, qui per conſilium, vel aliud etiam auxilium, cum eo qui peccatum admiſit, concurrit. Quære & li. Imp. Domini Leonis philoſophi nouellam, puientem eum, qui vnà cum raptu puellæ vim attulit, non ſolum per publicationem, ſed etiam per pœnam corporalem, ſimiliter & eos qui illi conſenſerunt: & tractantem aliter puniri eos qui vi armata rapuerunt, & aliter eos qui non ſic ſe improbè inſolenterque geſſerunt puniri autem etiam & patrem, ſi factum approbauerit & admiſerit.

Sanctorum patrum decreta vbique ſequentes, & canonem qui nuper lectus eſt, centum & viginti Dei amantiſſimo- Can. xxviij

morum episcoporum agnoscentes, eadem quoque & nos decernimus ac statuimus de priuilegiis sanctissimæ ecclesiç Constantinopolis nouæ Romæ. Etenim antiquæ Romæ throno, quòd vrbs illa imperaret, iure patres priuilegia tribuere. Et eadem consideratione moti centum quinquaginta Dei amantissimi episcopi, sanctissimo nouæ Romæ throno æqualia priuilegia tribuere, rectè iudicantes, vrbem quæ & imperio & senatu honorata sit, & æqualibus cum antiquissima regina Roma priuilegiis fruatur, etiam in rebus ecclesiasticis, non secus ac illa extolli ac magni fieri, secundam post illam existentem. Vt & Ponticæ, & Asianæ, & Thracicæ diœcesis metropolitani soli: præterea & episcopi prædictarum diœcesum, quæ sunt inter barbaros, à prædicto throno sanctissimæ Constantinopolitanæ ecclesiæ ordinentur. Vnoquoque scilicet prædictarum diœcesum metropolitano cum prouinciæ episcopis prouinciæ episcopos, quemadmodum diuinis canonibus est traditum: ordinari autem, sicut dictum est, prædictarum diœcesum metropolitanos à Constantinopolitano archiepiscopo, conuenientibus de more factis electionibus, & ad ipsum relatis.

BALS. *Quomodo sit honoratus thronus Constantinopolitanus, in illj can. ij syn dictum est, & lege eum, & primum cap. ix. tit. præsentis operis. Præsens autem canon postquam dixit habere quidem thronum Constantinopolis, Romanorum ecclesiæ priuilegia, & esse secundum post illum, adiicit quodsdam metropolitanos ab illo ordinari, vt & vnusquisque ipsorum rursus debeat cum sua synodo, eos qui subsunt episcopos ordinare. Metropolitanorum verò electiones à metropolitanis de more fieri, & quod factum est ad eorum patriarcham referri, vt eius examinatione ex tribus electis vnus ordinetur. Nota ergo quòd ante hunc canonem patriarchæ non ordinabãt metropolitanos, sed vniuscuiusque prouinciæ episcopi, & quòd metropolitani antistitum iura habent ad faciendos episcopos, quòd non debent patriarchæ, seu metropolitani, in metropolitanorum & episcoporum electionibus interesse. Quære iiij. can. primæ syn. secundæ syn. can. ij iii. viii. & vi. xxxix. Scias autem quòd metropolitani dicuntur Pontici, qui prope Euxinum Pontum habitant Trapezuntem vsque, & interius. Asiani autem, non orientales, vt dicunt quidam (Antiochia enim hab[illegible] ordinationem) sed qui sunt citra Ephesum Thracici, occidentales. Vsi enim nõnulli Thra[illegible] ad Macedoniæ vsque terminos in angustum redegerunt, & dixerũt Macedoniæ metropolitanos, Illyricos, Helladicos, porrò & Pelopõnesios ab vrbe Roma aliquãdo fuisse ordinatos, & hoc vtique ex eo probari, quòd non concessum sit Constantinopolitano patriarchæ eos ordinare. Sed tu his fidem ne adhibueris. Thraciæ enim nomine comprehẽduntur metropoles vsque ad Dyrrhachium. Quidam autẽ malè dicunt, papã aliquando ordinasse Thessalonicenses, & alios occidentales metropolitanos. Hos enim habuit legatos. Episcopatus autem dixit esse inter barbaros, Alaniam, Rußiam, & alios. Alani enim sunt Ponticæ diœcesis. Rußia verò Thraciæ. De legatis autem Papæ Romani, & quinam hi sunt, & quomodo illi concessum est, vt nostros metropolitanos legatos haberet, dicetur post allocutionem synodi quæ fuit in Trullo. Ac præsens quidem canon statuit Constãtinopolitanum archiepiscopum habere priuilegia Papæ Romæ, & eum quemadmodum & ille in omnibus rebus ecclesiasticis honorari ac magnificri, conuenienter iii. canoni secundæ syn. Nonnulli autem videntes eum nolle papa Romani priuilegio se iactare & extollere (neque enim Imp. loro ei caput tegitur, nec cum imp sceptro, signo, & bãnis progreditur, nec Imperial. præ se fert auctoritatem, nec reuera induitur & equitat secundum id quod Imperiali decreto continetur à sancto magno Constantino ad Papam Romanum sanctum Siluestrum, & successores facto) dicunt ea quæ hu canonibus continentur exoleuisse & in vsu non esse. id etiam quod dicunt ex hoc confirmantes, quòd in Imperialibus longo post tempore scriptis & repurgatis non sita sint, leges quæ definiant Constantinopolitanum archiepiscopum habere Ro-*

mani

mani Papæ priuilegia, quemadmodum & nos declaranimus in prima iußione viij tit. præsentis operis. Ego verò existens Constantinopolitanus ciuis purißimus ac integerrimus, & sanctißimi Cõstantinopolitani throni factus Dei gratia pars opportunißima, volo & opto vt archiepiscopus Constantinopolitanus, citra tamen omne offendiculum, habeat priuilegia, quæ à diuinis canonibus sunt illi honorificè concessa.

Episcopum in presbyteri gradum deducere est sacrilegium. Si qua autem iusta causa illos ab episcopali actione remouet, nec presbyteri debent locũ obtinere. Si autem absque vllo crimine dignitate moti sunt, ad episcopalem dignitatem redibunt. Anatolius, religiosissimus Constantinopolitanus archiepiscopus dixit: Ii qui dicuntur ab episcopali dignitate ad presbyteri ordinem descendisse, si iustis quidem de causis condemnãtur, iure nec presbyteri quidem honore digni sunt: si autem sine aliqua probabili causa ad inferiorem gradum depressi sunt, iure, si quidem nulli sint culpæ affines, episcopatus auctoritatem & sacerdotium recipient. Can. xxix

BALS. *Scriptum est in fine iiij. synodi fuisse à Photio metropolu Tyri episcopo ad regem Marcianum, quòd episcopus Berytensis ciuitatu, arrepta occasione, diuersos Tyriorum episcopatus ab ecclesia auulsit, Byblum, Botry, Tripolin, Orthosiadem, Arcadem, & Antaradum, & eos qui ab ipso Photio ordinati fuerant, depositos episcopos, in presbyteri locum deduxit. Hoc cùm obseruassent, qui secundum Imperiale decretum Calchedone conuenerant, patres, cum ciuilibus magistratibus, statuerunt æquum esse, Tyriorum ecclesiæ restitui ablatos, vt dictum est, episcopatus, & habere depositos episcopos priores honores. Et Romanæ quidem ecclesiæ loci conseruatores pronunciarunt, episcopum in presbyteri locum deducere est sacrilegium, & cæt. Anatolius autem, & reliqua synodus, & magistratus, secuti sunt lege primum & ij. canonem syn. Ancyr. Neocæsar. syn. can. ix. syn. vi. can. iij. xxvi. & sancti Basilij can. xxvij. & lxx. Excipe mihi eos qui post ordinationem vxores duxerunt. Ii enim postquam à ministerio cessauerunt, quædam agunt. lege lxxix. nouellam Imp. domini Leonis philosophi sitam in vi can vi. syn. & finem interrogationum factarum ad sanctam Constantinopolitanam synodum, & responsiones ad illas tempore sanctißimi illius patriarchæ domini Nicolai.*

Quoniam religiosissimi Ægypti episcopi, non vt catholicę fidei aduersantes, sanctissimi archiepiscopi Leonis epistolę subscribere differebant, sed dicentes in Ægyptiaca diœcesi hanc esse consuetudinem, vt præter voluntatem & mandatum episcopi nihil tale faciant, & petunt concedi sibi vsque ad ordinationem futuri Megalopolis Alexandrinorum archiepiscopi, iustum nobis & humanum visum est, vt ipsis in proprio habitu in Imperial. vrbe manentibus, remissio concedatur, donec ordinatus fuerit Alexandrinus archiepiscopus. Vnde in proprio habitu manentes, vel fideiussores dabunt, si hoc ab eis fieri potest, vel eorum iureiurando fides habebitur. Can. xxx.

BALS. *Scriptum est in iiij. actione actorum iiij. synodi, quòd post Dioscori Alexandriæ episcopi depositionem, xiij. Ægyptij episcopi ex Alexandrina diœcesi præsentes Eutychen & eius decreta anathematizarunt, subscribere autem consequenter epistolæ sancti Leonis Papæ Romani, quam misit ad Flauianum patriarcham Constantinopolitanum, vt iis quæ in ea erant assentientes, non persuadebantur, dicẽtes esse insitatum in sua Ægyptiaca diœcesi præter Alexandrini archiepiscopi so-*

tentiam tale quid facere, & potentes id sibi concedi donec Alexandrinus episcopus factus sit. Quoniam ergo quidam eos sic dicentes non admittebant, definit synodus eos nihil mali pati oportere, sed in proprio habitu manere, & Alexandrini archiepiscopi ordinationem expectare. Interea autem vel dare fideiussores de sistendo. vel si fideiussores dare non possint, eorum iuriurando fidem haberi. Graecè est ἐξωμοσία. Est autem ἐξωμοσία, dum in caput Imp. vel in propriam salutem iurat quispiam. dicitur autem ἐξωμοσία, quòd non reducitur hoc iureiurandum secundum iurisperitos ad quinque iurisiurandi species lege statutas, sed est extra eas. Lege ix. Iust. xx. cap. vi. iii. vij. lib. Imp. & quae extra scripta sunt. Nota autem ex hoc praesenti canone quomodo exponitur xx. canon Apostolicus, dicens, Clericus fideiubens deponatur: & lege eius interpretationem.

DE QVINTA SYNODO. AB EA AVTEM vsque ad sextam interceſſere anni cxxix.

Quinta synodus fuit sub Iustiniano Imperatore primo, cùm centum & quinquaginta quinque sancti patres Constantinopolim conuenissent, quae confirmauit ea quae à quarta synodo decreta sunt, & eos qui aduersus eam maledicè loquebantur, & blasphemabat, anathematizauit, scilicet Origenem, & impia eius decreta & scripta. Euagrium & Didymum, & quae ab ipsis exposita sunt capita: & praterea Mopsuestiae Theodorum Nestorij magistrum, & blasphemam eius doctrinam. Anthimum, & Petrum, & Zoaram, & qui erant eiusdem cum illo opinionis, & conscripta à Theodorito capita, & Ibae epistolam. Canones autem non edidit.

DE SEXTA SYNODO.

Sexta synodus fuit in hac vrbe Imp. imperante Constantino Pogonato Heraclij nepote, cum clxxi. sancti diuini patres conuenissent aduersus Theodorū, qui in Pharam episcopatū gesserat, Honorium qui Romae, Cyrum qui Alexādriae, Sergium, Pyrrhū, Petrum, & Paulum, qui ecclesiae Constātinopolitanae praefuerant, & Macarium Antiochenum, & Stephanum eius discipulum, & Polychronium delirum senem, qui ausi fuerant decretum introducere, dominum nostrum Iesum Christum vnam Voluntatem & vnam operationem habere postquam incarnatus est. Quos cū illu qui illu consentiebāt ex ecclesia amputauit & anathematizauit sancta synodus, duas naturales voluntates & operationes habere post incarnationem statuens dominum nostrum Iesum Christum, non in diuisione personarum, sed quòd nulla natura, ex duabus naturis, quae sunt in Christo, est sine voluntate vel operatione, ne vtriusque naturae sublatis proprietatibus, operatione dico & voluntate, duae quoque naturae, quarum sunt proprietates vna auferri videantur. Sed hac quoque synodus canones non edidit.

DE EA SYNODO QVÆ DICITVR SEXTA.

Cùm secundus Iustinianus, is scilicet qui ab amputato naso ῥινότμητος dictus est, regnaret, qui quidem erat Pogonati Constantini filius, conuenerunt episcopi ccxxvij. iussu dicti Imperatoris, & ad constitutionem ecclesiasticam canones ediderunt.

SANCTORVM

SANCTORVM PATRVM, QVI IN TRVLLO IMP. PALATII CONSTANTINOPOLI, conuenerunt, ad Iustinianum in primis pium Imperatorem allocutoria oratio.

IMprimis pio & Christi amantissimo Imperatori Iustiniano, sancta & vniuersalis synodus diuino pię vesurę potentiæ nutu & decreto cõgregata in hac à deo custodita & regia ciuitate.

Cùm ineffabilis ac diuina redemptoris & seruatoris nostri Iesu Christi gratia omnem terrarum orbem comprehenderit, & viuificum veritatis præconium sit omnium auribus disseminatum, populus quidem sedens in tenebris vidit magnam cognitionis lucem, & ab erroris vinculis liberatus est, cum regno cælorum antiqua seruitute permutata: qui autem à primi splendoris pulchritudine propter elationem extrusus est, primus draco, spiritus, magnus Assyrius, à primis captiuis capitur, & fit incarnati verbi potentia ab omni fortitudine alienus, quemadmodum scriptum est, quòd inimici romphęæ defecerunt in finem. Vbique enim diuini verbi cultus & adoratio lege sancitur, totus perfectúsque offertur: deusque, cui sacrificatur, & qui participatur ac communicatur ad corporum simul & animarum acquisitionem, eos qui sunt eius participes deificat. Quamobrem & dæmones fugantur, & sacer hominum qui congregatur cœtus in ecclesiis mysticè sanctificatur: & deliciarum Paradisus omnibus apertus est: & tandem fiunt noua omnia. Sed quoniã homicida diabolus, qui ex aduerso præpotentis Dei præcipitatus est, & parturiit, & peperit laborem defectionis, non ferens videre nos à transgressionis lapsu excitatos, ad cælum euolare per primitias nostras, hoc est Christum, qui se dedit pro nobis redemptionis precium, non destitit improbitatis tela torquere, & animi perturbationibus fideles sauciare, vt à data illis spiritus operatione honoreque ac gratia separaretur. Nec verò qui certaminum nobis præmia proposuit, & est salutis nostræ dux ac princeps Deus, auxilij nos expertes dimisit, in vnaquaque generatione excitans, qui in huius vitæ stadio, eius cultus ac religionis armis instructi aduersus eum in acie starent, & manus cum eo consererent, qui stricto spiritus gladio, quod est verbum Dei, & sic cum malo congressi, quam in nos exercebat tyrannidem, dissoluerunt, gre-

* πνεῦ

* ὁλοκάρπωσις. videtur autẽ alludere ad illud eorum ὁλοκαυτώματα.

gum duces effecti,& vias domini populis ſternentes ac prę parantes: ne in iniquitatis præcipitia, propter eius quod eſt melius ignorantiam,detrudantur ac prolabantur. Oportebat enim eum,qui vt eſſemus,nobis largitus eſt,& tanta depreſſionis humilitatiſque magnitudine noſtrum ſibi genus vendicauit,& ad ſe euocauit ac reduxit,nobis quoque ſemitam, vt bene eſſemus,oſtendere, per eccleſiæ luminaria ac doctores, qui noſtros ſecundum Deum greſſus illuminantes dirigunt, & ad Euangelium incitant.quorum etiam conuerſatio in cælis eſt,vt ait diuinus Apoſtolus.Vnde etiam nobis vitam nunc negligentius agentibus,& ratiocinationis conſiderationiſq; ocio indormientibus, càm nobis incautis viæ inſidiator inimicus ſe iniecerit,& virtutem paulatim ſuffuratus, nobis eius loco vitium ſuppoſuerit, qui magnam hanc præſentis mundi nauem clauo aſſidens regit Chriſtus dominus noſter, te ſapientem nobis gubernatorem pium Imperatorem verè præſidem excitauit,diſpenſantem ſermones in iudicio,in ſeculum veritatem ſeruantem,facientem iudicium & iuſtitiam in medio terræ,& in via ab omni culpa ac reprehenſione aliena procedentem. quem cum ſapientia concepiſſet, eíque obſtetricis officium pręſtitiſſet,pulchrè virtutibus eductum & ornatum, diuinóque ſpiritu repletum,orbis terrarum oculũ effecit, qui mentis puritate & ſplendore ſubiectos apertè illuminas cui ſuam eccleſiam adhibuit,& legem eius noctu diúque meditari docuit,ad populorum,qui ſunt ſub eius manibus,perfectionem & ædificationem,qui tuo in Deum deſiderij ardore,Phinees zelum ſuperas, & pietatis ac prudentiæ robore confoſſo peccato, gregẽ quoq; à vitio & exitio ſubtrahere voluiſti. Oportebat enim eum qui poſt ſupernũ momentum humani generis gubernaculum ſuſcepiſſet,non ſolum id quod ad ſe pertinet cõſiderare,& quomodo ſua à ſe vita dirigatur,ſed & omnes quibus imperat ex maximis fluctibus ſeruare,& à multa prolapſionum errorúmque confuſione,vndique obruentibus improbitatis fluctibus,& humilitatis noſtrę corpus perturbãtibus,eripere.Quoniam autem ſanctæ & vniuerſales duæ ſynodi,in hac Imp.& Dei obſeruatrice ciuitate congregatę:vna quidem temporibus diuinę recordationis Iuſtiniani:altera verò ſub piæ memoriæ Imperatore Conſtantino,tuę manſuetudinis patre, ad paternè declarandum fidei myſterium ſacros canonas nequaquam conſcripſerũt,ſicut reliquæ ſanctæ quatuor vniuerſales ſynodi, per quos populi quidem à deteriore

&

& abiectiore viuendi ratione recedant, ad meliorem autem & altiorem vitam se traducant. Et ex hoc gens sancta, regale sacerdotium, pro quo Christus mortuus est, à multis propter immodestiam ac insolentiam perturbationibus animi distractum ac diuulsum, & à diuino stabulo propemodum abruptum & abscissum, & propter ignorantiam ac obliuionem à bonis & ex virtute factis prolapsum, & dei filio, vt apostolicè loquar, conculcato: sanguinem quoque testamenti, in quo est sanctificatum, commune arbitratum, spiritus gratiam contumelia affecit. Hanc, vt pote * peculiarem populum, reducere, instar Christi qui errantem in montibus ouem quærit, & suo stabulo restituere, & mandata diuináque præcepta, per quæ à mortuis operibus recedentes viuificamur, seruare persuadere valde cupiens, omníque salutis prouisione ac perpẽsione cogitata, deoque quæsito, vt vult id quod dicit, Quærétes dominum inuenient cognitionem cum iustitia: qui autem ipsum rectè quęrunt, inuenient pacem: & sanctam hanc & diuinitus electam vniuersalem synodũ cõgregari decreuisti. Vt multorũ simul congressione vnanimíque * consensione, id quod magno studio contenditur * à te rectè & ordine efficiatur. Sed & si quæ Iudaicæ vel gentilis improbitatis reliquiæ maturo veritatis frumento immixtæ sint, radicitus tanquam lolium euellatur, & pura pietatis seges ostendatur. Vbi enim sum duo vel tres in nomine meo congregati, illic sum in medio illorum, inquit dominus. Et rursus per Hieremiam nobis exclamauit, Quærite me in toto corde vestro, & apparebo vobis. Propterea ergo tuæ pietatis iussu in hac dei obseruatrice & Imp. vrbe congressi, sacros canones scripsimus. Quamobrem tuam pietatem rogamus, eas quæ prius in hac dei obseruatrice ciuitate, à congregatis sub bonæ memorię Imperatore nostro patribus editæ sunt, voces tibi adducentes, vt quemadmodum ecclesiæ scriptis ecclesiam honorasti, sic & eorum quæ per viros pios & sinceros decreta sunt finem obsignes. Dominus autem imperium tuum stabiliat ac confirmet in pace ac iustitia, & generationum generationibus transmittat: & terrenæ quoque potentiæ adiiciat, vt etiam cælesti regno fruaris.

* ἀλλοίαν

* συμφωνία
* Gr. ἐν τῷ αὐτῷ πνεύματι.

BALS. *Ex præsenti allocutione, quæ ad Imperatorẽ Iustinianum, qui etiã ῥινότμητος ab incisso naso dictus est, habita est, ostenditur, quòd cùm duæ vniuersales synodi, quinta scilicet, quæ fuit regnante magno Iustiniano, & sexta, quæ fuit regnante Constantino Pogonato, non fecerint canones*

ad ecclesiarum constitutionem, hac facta est ad supplementum duarum. Propterea enim nec sexta proprie nominatur: sed πενθέκτη, id est quinisexta. Nam quod quintæ & sextæ synodo deerat, repleuit. Est autem etiã Vniuersalis. Si enim occidentales episcopi, Itali scilicet & Latini, ab eius synodi canonibus opportunè ἀκληθέντες, *eam non esse Vniuersalem insisterunt, nec Romani Papæ legati in ea adfuisse, eò quòd sit alia sexta synodus, quæ regnante Constantino Pogonato facta est. Vt diximus hanc autem longo post tempore factam fuisse iussu Iustiniani μετεπέμπτου, id est, frustra naso: ego tamen eos audire non patiens, & huius allocutionis contextum potius respiciens, & canones qui sequuntur, dicentes: Definit hac sancta & vniuersalis synodus hac & hac. At recens quidem scripta Nomocanona, vt quæ eorum imperatorum & patrum, qui synodos exposuerunt, subscriptiones non haberet prætercurri: antiquius autem Nomocanonum versans, & ex subscriptionibus inuenj, quòd in hac synodo, quæ in Trullo magni Palatij congregata est, aderant Basilius Gortynæ Cretæ Insulæ metropolis episcopus, & quidam Rauennæ episcopus, totius synodi Romanæ ecclesiæ vicem gerentes, & non solum isti, sed & qui tunc erant Papæ legati, Thessalonicensis, Sardanensis, Heracleanus in Thracia, & Corinthius episcopi. Sunt autem legati, qui* ἀφ' ἑαυτῶν *dicuntur, qui etiam particularem habent iurisdictionem, vt hoc ostenditur ex secundo titulo quinti libri Imperial. Quòd autem Papa Romanus ius ordinationis in nostris regionibus non habet, vt nonnulli hallucinantur, dicentes Thessalonicenses & alios ab eo ordinari: sed eos quidem habuit legatos à facie, qui interesse quando opus erat debebant: probatur quidem certè & ex aliis, & quòd aliquando quidem, vt Papæ legati adessent, Athenarum, & Corinthi episcopi: aliquando verò, Cretæ, Patrarum, Rauennæ, & cæteri: nonnunquam verò & alij. Vt manifestum sit eos esse Papæ legatos, quos sigillatim elegit, non tamen eum sub se habere tot* ἐκτὸς *extra suos fines episcopos. Vt autem Papa ex nostris etiam regionibus legatos haberet, excogitatum est propter viæ longitudinem. Si vis ergo de his fusius audire, lege primum à Constantino Cæsare scripta historiæ caput.*

Can. 1. Ordo est optimus ei qui omnem orationem & rem incipit & à deo incipere, & in deum desinere, vt dicit Theologus. Quocirca cùm & pietas à nobis clarè prædicetur, & ecclesia in qua Christus est fundamentum, assiduè augeatur ac promoueatur, vt ea supra cedros libani extollatur: & nunc à sacris incipientes, statuimus fidem, à verbi ministris, quíque ipsum suis oculis viderunt, & à deo electi sunt, apostolis traditam, citra vllam innouationem immutabilitérque ac inuiolabiliter esse seruandam. Præterea autem & cccxviij. sanctorum patrum diuinitus inspiratorum, qui Nicææ conuenerunt, sub Constantino, qui fuit noster Imperator, aduersus impium Arium, & gentilem ab eo decretam* θεότητος *deitatis diuersitatem, vel deorum potius, vt aptius dicam, multitudinem, qui vnanimi fidei agnitione eandem omnino substantiam, quod consubstantialitatem appellant, in tribus diuinæ naturæ consistentibus personis, & reuelarunt & declararunt, hanc sub ignorantiæ modio absconsam esse non sinentes, sed patrem, & filium, & spiritum sanctum, vna adoratione, fideles adorare aperte docentes, & inæqualium diuinitatis graduum opinionem detrahentes ac diuellentes, & ab hæreticis ex arena constructa aduersus rectam opinionem* δόγμα *puerilia ludibria deiicientes & subuertentes. Similiter*

& eam, quæ ſub Theodoſio, qui fuit noſter Imperator, à cl. ſanctis patribus, qui in hac vrbe Imp. conuenerunt, prædicata eſt, fidem confirmamus, de ſpiritu ſancto voces quæ eum deum eſſe ſtatuunt amplectentes, & prophanum Macedonium vnà cum prioribus veritatis inimicis expellentes: vt qui eum qui dominatur ſeruum eſſe decernere auſus ſit, & inſectilem vnitatem ſecare prædonis more voluerit, vt non eſſet perfectum fidei noſtræ myſterium, vnà etiam cum iſto odioſo ac deteſtabili, quíque aduerſus veritatem fuit rabie percitus, etiam Apollinarem eiuſdem iniquitatis myſtam vnà condemnantes: qui dominum corpus mente ſeu intelligentia non præditum ſumpſiſſe impiè eructauit, hinc quoque imperfectam nobis fieri ſalutem ratiocinans. Iam verò & quæ in Epheſiorum ciuitate à ducentis diuinis patribus ſub Theodoſio Arcadij filio Imperatore noſtro expoſitæ ſunt, doctrinas, tanquam infractum pietatis robur obſignamus, vnum Chriſtum filium dei & incarnatum prædicantes, & quæ ipſum ſine ſemine peperit, impollutam ſemper virginem, proprie & verè deiparam decernentes, & ineptam Neſtorij diuiſionem, tanquam à diuina ſorte ſemotam, perſequentes hominem ſeparatim, & deum ſeparatim vnum Chriſtum decernentis, & impietatem Iudaicam renouantis. Quin etiam eam quæ in Calchedonenſium metropoli, ſub Marciano, qui fuit & ipſe Imperator noſter, à cccccxlix. deſcripta eſt patribus, fidem orthodoxè confirmamus: quæ vnum Chriſtum filium Dei, ex duabus naturis compoſitum, & in duabus eiſdem naturis creditum, magna ac ſublimi voce terrarum finibus tradidit, & ſtultè ac ineptè ſentientem Eutychen, qui magnum œconomiæ myſterium exiſtimatione ſolum perfectum eſſe putabat, tãquam auertendum aliquod portẽtũ tetrámque peſtem, ex ſacris eccleſiæ ambitibus exturbauit. Vnà autem cum eo etiam Neſtorium, & Dioſcorum, quorum ille quidem diuiſionis, hic verò confuſionis defenſor erat & propugnator. Qui quidem ex imἐξ ἴσου pietatis diametro ad vnum perditionis & impietatis barathrum deciderant. Sed & clxv. diuinorum patrum in hac ciuitate Imp. cõgregatorum ſub Iuſtiniano piæ memoriæ qui fuit Imperator noſter, pias voces, vt à ſpiritu editas, cognoſcimus, & poſteros noſtros docemus, qui Theodorũ Mopſueſtię, Neſtorij magiſtrũ, & Origenem, & Didymum, & Euagrium, qui

Græcas fabulas rursus fictas retulerunt, & corporum quorundam & animarum circuitiones & immutationes seu transmigrationes deintegro ruminauerunt, suis quibusdam mentis deliriis ac somniis, & in mortuorum resurrectionem impiè ac contumelioſè insultarunt. Et quæ à Theodorito scripta sunt aduersus rectam fidem & xij. beati Cyrilli capita, & eam quæ dicitur Ibæ, epistolam, synodicè anathematizarunt, & execrati sunt. Porrò sextæ quoque synodi, quæ in hac ciuitate Imp. sub diuinæ memoriæ Imperatore nostro Constantino pridem congregata fuerat, fidem quæ maiorem firmitatem ex eo accepit, quòd pius Imperator noster, eius decisiones suo signaculo muniit ad futuram in omnia secula securitatem, *non amplius mouendam nec agitandam, nos seruare profitemur, quæ duas naturales voluntates, duásque naturales operationes in incarnata domini nostri Iesu Christi veri dei œconomia nos pie opinari debere, aperte docuit, iis qui rectum veritatis decretum adulterauerant, & vnam voluntatem ac operationem vnam in vno domino nostro Iesu Christo populos docuerant, pia sententia cõdemnatis, Theodoro, inquimus, Pharam: Cyro Alexandriç, Honorio Romę, Sergio, Pyrrho, Petro, Paulo, qui in hac religiosa deíque obseruatrice ciuitate præsederunt: Macario, qui fuit Antiochensium episcopus, Stephano eius discipulo, & insipiente Polychronio, hac ratione intacto & illibato communi corpore domini nostri Iesu Christi ab eis seruato. Atque, vt semel dicam, omnium qui in dei ecclesia decora ornamentáque fuerunt, & luminaria in mundo vitæ rationem obtinentia, firmam fidem valere, & vsque ad seculi consummationem inconcussam ac illabefactatam permanere sancimus, eorumque scripta ac decreta diuinitus tradita: reiicientes omnes, & anathematizantes, quos reiecerunt & anathematizarunt vt veritatis inimicos, & qui aduersus deum inaniter fremuerunt, & iniustitiam in altum meditati sunt. Si quis autem ex omnibus prædicta pietatis decreta non tenet & amplectitur, sicque opinatur & prædicat, sed iis contrà aduersari conatur, sit anathema, & secundum prius declaratorum sanctorum & beatorum Patrum decretum, à Christiano quoque catalogo vt alienus extrudatur & excidat. Nos enim his prius definitis neque aliquid adiicere, neque quidquam adimere omnino statuimus, vel vllo modo potuimus.

*ἀπερισχέτως

Hoc

Hoc quoque huic ſanctæ ſynodo pulcherrimè & honeſtiſſi- can. ij.
mè placuit, vt ab hoc nunc tempore deinceps ad animarum
medelam & perturbationum curationem firmi ſtabiléſque
maneant, qui à ſanctis patribus qui nos præceſſerunt, ſuſ-
cepti ac confirmati ſunt, atque adeò nobis etiam traditi ſunt,
ſanctorum & glorioſorum Apoſtolorum nomine, lxxxv. ca-
nones. Quoniam autem in his nobis canonibus præceptum
eſt, vt eorundem ſanctorum Apoſtolorum per Clementem
ordinationes ſuſciperemus, quibus iam olim ab iis qui à fi- * ἐπιῤῥέοντα
de aliena ſentiunt, adulterina quædam & à pietate aliena in-
ducta ſunt, quæ diuinorum nobis decretorum elegantem
ac decoram ſpeciem obſcurarunt: has conſtitutiones, ad Chri
ſtianiſſimi gregis ædificationem ac ſecuritatem conducibili-
ter, reiecimus, hæreticæ falſitatis fœtus nequaquam immi-
ſcentes, & germanæ ac integræ Apoſtolorum doctrinæ in-
ferentes. Obſignamus etiam reliquos omnes canones, qui
à ſanctis & beatis noſtris patribus expoſiti ſunt, id eſt, à tre-
centis decem & octo ſanctis ac diuinis patribus qui Niceæ
conuenerunt: iiſque qui Ancyræ, & iis etiam qui Neocæ-
ſareæ: ſimiliter & qui Gangris: præterea & iis qui in An-
tiochia Syriæ: atque iis etiam qui in Laodicea Phrygiæ: præ-
terea autem & cl. patribus qui in hac dei cultrice & Imp.
ciuitate conuenerunt: & ducentis qui in Epheſiorum me-
tropoli prius coacti ſunt: & ſexcentis triginta ſanctis &
beatis patribus, qui Calchedone: ſimiliter & iis qui Sardicæ,
& qui Carthagine, & qui rurſus in hac dei cultrice & Imp.
vrbe conuenerunt ſub Nectario, qui Imp. huic ciuitati præ-
ſidebat, & Theophilo, qui fuit Alexandriæ archiepiſco-
pus. Quinetiam canones Dionyſij, qui fuit archiepiſcopus
magnæ Alexandrinorum ciuitatis: & Petri, qui fuit Alexan-
driæ archiepiſcopus & martyr: Gregorij Neocæſareæ epi-
ſcopi, qui θαυματουργὸς, id eſt mirabilium operum effector,
dictus eſt: Athanaſij Alexandrini archiepiſcopi, Baſilij ar-
chiepiſcopi Cæſareæ Cappadociæ, Gregorij epiſcopi Nyſſæ,
Grægorij Thelogi, Amphilochi, Iconij, Timothei archiepi-
ſcopi Alexandrini, Cyrilli eiuſdem Alexandriæ archiepiſco-
pi, & Gennadij, qui fuit patriarcha huius Dei cultricis & Imp.
ciuitatis. Præterea verò & à Cypriano, qui Aphrorum re-
gionis fuit archiepiſcopus & martyr, & ſynodo quæ ſub eo
fuit, emiſſum canonem, qui in prædictorum præſulum lo-
cis & ſolum, ſecundum traditam eis conſuetudinem, ſerua-

tus est. Et nulli licere prius declaratos canones adulterare, vel abolere, vel alios præter prius hìc propositos canones admittere, à quibusdam falsa adiecta inscriptione compositos, qui veritatem cauponari conati sunt. Si quis autem, quòd prædictorum canonum aliquem innouare vel subuertere conetur, conuictus fuerit, reus erit secundum eum canonem, vt ipse pronunciat canon, pœnam luēs, & per ipsum in eo in quo offendit, medelam suscipiens.

BALS. *Huius præsentis canonis perpetuò recordare. Per ipsum enim os eius occludes, qui dicunt à sanctis Apostolis non fuisse editos* lxxv. *canones, nec à sancta & vniuersali secunda syn quæ Constantinopolitanorum ecclesiam Romæ priuilegia habere decreuit, vllum penitus editum fuisse canonem. Nota autem per hunc quoque factam localium synodorum confirmationem, & decretorum à quibusdam sanctis Patribus factorum. Multi enim ea nequaquam obseruari debere existimant, vt quæ neque ab vniuersalibus synodis facta sint, nec ab Imperatoribus confirmata. In* lxxv. *canone sanctorum Apostolorum, & in præsenti canone expositum est, quinam libri veteris & noui Testamenti legi debeant. Quoniam autem vidi magnum hominem, afferentem Nomocanonum quod habebat sanctorum Apostolorum canones, per Clementem compositos, & diuersas Imp. Iustiniani Nouellas in legum repurgationem non receptas, moneo omnes qui Nomocanonum lecturi sunt, ne antiquioribus Nomocanonorum libris mentem adhibeant, sed id quod à patriarcha Photio est elaboratum, & in* xiiij. *titulos diuisum legant. Nomocanonum autem, quòd in l. tit. leges, & canones redegit, & reliqua quæ Iustiniani nouellas, quæ exoleuerunt, vt quæ in Imp. non receptæ sint, & alias quasdam leges ex Digesto ac Codice continent, & quæ* *quòd plurimus verbu abundēt, locupletia copiosáque putantur (innumerabiles enim tales libros vidi) multos homines qui sunt in magna existimatione, nihili facere, sed ea perire permittere intelligant.*

*ὑπὸ πλουτισμοῦ

Can. iij.

Quoniam pius Christique amator Imperator noster hanc sanctam & vniuersalem synodum allocutus est, vt qui in clerum relati sunt, & aliis diuina transmittunt, vt puros & à culpa ac reprehensione alienos ministros efficiant, & quod intelligentia percipitur, magni Dei, qui est & sacrificium & Pōtifex, sacrificio dignos, & quæ ex nefariis nuptiis iis insita sunt probra ac dedecora repurgent, & præterea alij quidem sanctissimæ Romanorum ecclesiæ *exactissimum canonem

*ἀκρι βέστατον κανόνα

seruandum proponant: alij verò, sub hoc Dei obseruatricis & Imp. vrbis throno, quod fuit humanitatis & misericordiæ vtrisque paternè simul & religiosè mixtis, vt neque quod est mite ac mansuetum, dissolutum, neque quod est austerum, insolens relinquamus, & maximè cùm ex ignorantia lapsus in non exiguam hominum multitudinem peruadat, omnes simul decernimus, vt qui duobus quidem matrimoniis implicati fuere, & vsque ad xv. præteriti mensis ianuarij, præteritæ iiij. indictionis, anni 6199. peccato seruierunt, & non ab ea resipiscere voluerunt, depositioni canonicæ subiicere. eos autem, qui tali quidem bigamiæ probro ac dedecori implicati fuere, ante nostrum autem decretum id quod est vtile agnouerunt, & malum à se abscinderunt, & hanc adulterinam & alienam

lienam congreſſionem procul abegerunt: vel eos etiam, quorum vxores in ſecundis nuptiis iam mortuæ ſunt, vel ipſi etiam ad conuerſionem reſpexerunt & continentiam didicerunt, & priorum ſuarum iniquitatum obliti ſunt, ſiue ſint preſbyteri, ſiue diaconi, eos ab omni quidem ſacerdotali miniſterio ſiue exercitio iam ceſſare, præfinito aliquo tempore punitos, honorem autem in cathedra & ſtatione participare, prima ſede contentos, & cum fletu à domino poſtulantes, vt eis condonetur peccatum ignorantiæ. Neque enim conuenit, vt is alteri benedicat, qui debet propria curare vulnera. Eos vero, qui vni quidem vxori copulati ſunt, ſi vidua erat, quæ accepta eſt. Similiter & eos qui poſt ordinationem vni matrimonio ſe applicarunt hoc eſt, preſbyteros, diacanos, & hypodiaconos, breui aliquo tempore à ſacro miniſterio prohibitos, & punitos, rurſus propriis gradibus reſtitui, ad alium gradum nequaquam promouendos, eis nefario videlicet diſſoluto coniugio. Hæc autem in iis qui deprehenſi ſunt vſque ad xv. vt dictum eſt, menſis Ianuarij iiij indictionis, in prius declaratis delictis & ſolum ſacerdotalibus ſtatuimus, abhinc definientes, & renouantes canonem, qui dicit eum qui duobus matrimoniis poſt baptiſmum implicatus fuerit, vel concubinam habuerit, non poſſe eſſe epiſcopum, vel preſbyterum, vel diaconum, vel omnino ex ſacerdotali catalogo. Similiter & qui viduam accepit vel dimiſſam, non poſſe eſſe epiſcopum, vel preſbyterum, vel diaconum, vel omnino ex ſacerdotali catalogo.

Can. Apoſt. xvii. & xviii. Diſt. xxxiii. Si quis vidua.

BALS. *Præſens canon de quibuſdam quæ prius dicta ſunt conſtituit: & propterea in eius interpretationẽ nihil ſcriptum eſt. Quæ autem in poſterum firma & rata eſſe circa finem canonicè conſtitutum eſt, ſunt ſanctorum Apoſtolorum xvij. & xviij Qui cùm, vt eſt veriſimile non obſeruati eſſent, eos patres renouauerunt. Quære ergo illic eorum interpretationem, præcipuè autem ea quæ ſcripta ſunt in xij. can. Ancyr. ſynodi.*

Si quis epiſcopus, vel preſbyter, vel diaconus, vel ſubdiaconus, vel lector, vel cantor, vel hoſtiarius, cum muliere Deo dedicata coierit, deponatur, vt qui Chriſti ſponſæ vitium attulerit. Sinautem laicus, ſegregetur.

Can. iiij. Ex xxv. ca. Apo. xxvii. q. 1. Si quis.

BALS. *Ante omnia autem, nota ex hoc præſenti canone, quòd olim cantorum ordo, non ex eunuchis ſolum, vt hodie fit conſtituebatur, ſed & ex iis qui non erant eiuſmodi. Lectorũ autem ordo, non vt ipſi cantarẽt, conſtitutus eſt, ſed vt in ambone diuinas ſcripturas legerẽt* °*poſt finitũ matutinũ. Vnde etiam lectores appellantur. Dicit enim deponendos cantores, ſicut & reliquos clericos, qui cum mulieribus Deo conſecratis coeunt. Et non ſolum in eos animaduertit, ſed laicos etiam qui tale quid faciunt, ſegregat. Non eſt autem nouum, ſi clericus propter tale delictum deponatur. Ex xxv. enim canone Apoſtolico, etiam qui qualemcunque mulierem ſtuprauit clericus, deponitur, multo autem magis qui ſponſam Chriſti, & vas Deo dedicatum polluit, deponetur. Lege ſancti Baſilij canonem xj. xx. & xxx. Cùm autem diſcu, quomodo puniuntur, qui cum talibus mulieribus rẽ habent, ne ſubdiſtinguas, virginem, an viduam, ſed de omni muliere Deo conſecrata dic locutum eſſe canonem. Scias*

° μετ' ὑποδιακονικὸν τὸ ὠρολογιον

autem quòd laicus, qui cum tali muliere rem habet, à præsenti quidem canone segregatur: à V. autem cap. primi tit. iij. lib. Imp. seu cxxiij. Nouel. capite punitur. Lege & xxx. cap. ix. lib. præsentis operis.

Can. V. Nullus eorũ qui in sacerdotali catalogo recensentur, extra eas quæ in canone inseruntur, à suspicione alienas personas degens, mulierem possideat vel ancillam, se nulli reprehensioni affinem ex hoc seruans. Si quis autem quæ à nobis definita sunt, transilierit, deponatur. Hoc ipsum autem etiam eunuchi seruent, vt à vituperatione alieni sint prouidentes. Qui autem transgrediuntur, si sint quidem clerici, deponantur: si verò laici, segregentur.

Ἀμεμπτοι ἑαυτοῖς σφετεριῶνες.

BALS. *In iij. can. primæ syn. Nicenæ fusius scripsimus de iis quæ dicit præsens canon: quare quæ in illo adscripta sunt. Et nota ex omnibus, quòd etiam eunuchi segregantur, qui cum alienis mulieribus cohabitant.*

Can. VJ. Dist. xxxij. Si quis eorum. Quoniam in apostolicis canonibus dictum est, eorum qui non ducta vxore in clerum promouentur, solos lectores & cantores vxorem posse ducere: & nos hoc seruantes decernimus vt deinceps nulli penitùs hypodiacono, vel diacono, vel presbytero, post sui ordinationem, coniugium contrahere liceat. Si autem fuerit hoc ausus facere, deponatur. Si quis autẽ eorum qui in clerum accedunt, velit lege matrimonij mulieri cõiungi, antequam hypodiaconus, vel diaconus, vel presbyter ordinetur, hoc faciat.

BALS. *XXVI. canon apostolicus decernit, vt soli lectores & cantores legitima matrimonia contrahant. De aliis autem clericis nihil dicit. Et propterea eorum doctrinam sancti patres consequenter extendentes, hîc quidem lectores & cantores vxores ducere posse decernunt. Nullum autem alium præter hos, siue hypodiaconum, siue diaconum, siue presbyterum, post ordinationem legitimam, vxorem accipere, vel propter canonis transgressionem deponi. Quomodo autem hi degunt qui ordinationem recusant, & vxores accipiunt, disces ex IX. Imperatoris domini Leonis sapientis Nouella, hæc expressè dicentis: Non admittentes ergo hac in re veterem legislatorem, qui vult presbyterum, vel diaconum, vel subdiaconum, post sui ordinationem vxori coniunctum à tali omnino habitu recedere, & ad vitam laicam conuerti, decretum infirmamus: sancimus autẽ suffitientem eius esse panam, si solo ordine careat, in quo ante matrimonium dignoscebatur: non autem à clericali habitu & alto in ecclesiu ministerio, quod tangere non est illicitum, omnino alienus esse condemnetur. Est autem lex quæ ab hac nouella sublata est cap. xxx. tit. i. iij. lib. Imp. quod est XXVij. cap. Nouellæ Iustiniani.*

Can. VIJ. Dist. xciij. Præcipimus Quoniam in nonnullis ecclesiis diaconos officia ecclesiastica habere didicimus: & ex hoc nonnullos eorum arrogantia & licentia fretos ante presbyteros sedere: statuimus, vt diaconus, etiam si in dignitate, id est in quouis sit officio ecclesiastico, ante presbyterum ne sedeat, præterquam si proprij patriarchæ vel metropolitani vicem gerens, adsit in alia ciuitate super aliquo capite. Tunc enim vt locum illius implens, honorabitur. Si quis autem tyrãnica adductus audacia, tale quid efficere ausus fuerit, is ex proprio gradu deiectus, sit omnium vltimus eius ordinis, in cuius est catalogo in sua ecclesia, Domino nostro præcipiẽte, ne primis sedibus delectemur, secundum

dum eam quæ in ſancto euangeliſta Luca, vt ex domino noſtro & deo profecta poſita eſt, doctrinam. Iis enim qui vocati erant, dicebat hanc parabolam: Quando ab aliquo ad nuptias inuitatus fueris, ne in primo loco accubueris, ne forte quiſpiam te honoratior ab eo inuitatus fuerit, iſque quite & ipſum inuitauit, veniat, & dicat, Da ei locum: & tunc incipies cum pudore vltimum locum tenere. ſed quando inuitatus fueris, in vltimo loco accumbe, vt quando venerit qui te inuitauit, dicat tibi. Amice aſcende altius, tunc erit tibi gloria coram iis qui tecum accumbunt. Nam quiſquis ſe extollit, humiliabitur. Hoc ipſum autem etiam ſeruabitur in reliquis ſacris ordinibus, quandoquidem ſecularibus ſeu mundanis dignitatibus ſpiritales præſtantiores eſſe ſcimus.

BALS. *Xix. canon ſyn. Nicenæ iubet deponi diaconos qui ſedent in medio preſbyterorum. præſens autem canon, eos qui ſic faciunt, ex proprio gradu deiici iubet. Si enim aliis forte diaconis in gradu prior erat qui ſe impudenter geſſit, & ante preſbyteros ſedit, in vltimum locum demittetur, & erit in gradu omnium infimo, nec id quod habet officium eccleſiaſticum, ſeu dignitas, ei proderit. Si autem à ſuo patriarcha vel metropolitano in aliquem locum miſſus fuerit, vt locum illius obtenturus ac repleturus, tunc perinde ac qui ipſum miſit, reputabitur & honorabitur. Quomodo ergo xviij quidem canon Nic Syn. eum qui in medio preſbyterorum ſedet diaconum deponendum dicit: hic autẽ lenius in eum animaduertit, nempe demiſſionẽ? SOL. Ille quidem canon, de iis qui in ſacro tribunali tempore ſacrificij ſe impudenter geſſerunt, & ante ſacerdotes ſederunt, loquitur. De huiuſmodi enim rebus differit, ſcilicet de iis diaconis qui ſacerdotibus communionem porrigunt, & quædam alia eiuſmodi indigna faciunt. Præſens autem canon loquitur de diaconis, qui extra ſacrum tribunal in quauis cathedra ante preſbyteros ſederũt, & ideo eis lenius ſupplicium infligit. Officia autem eccleſiaſtica dicuntur, quæ Græcè λῃτουργικά. Canon autem idipſum vult etiam ſeruari in aliis eccleſiaſticis ordinibus: ne quis dignitate vel officio fretus, aduerſus alios extollatur, & aduerſus eos qui altiori gradu ſunt, efferatur hypodiaconus forte aduerſus diaconum, vel lector aduerſus hypodiaconum. Miror autem, quomodo cùm canon ſtatuat, eum qui miſſus eſt, obtinere locum eius qui miſit, quod ad honorem attinet, Gortynenſis epiſcopus Baſilius, qui in hac ſynodo totius Romanæ eccleſiæ iure, præſens aderat, poſt quatuor patriarchas & quoſdam metropolitanos ſubſcripſiſſe inuenitur. Sed vt eſt probabile, ipſe quoque erat papæ legatus, & ideo ſubſcripſit poſt patriarchas, ſicut & cæteri legati, ſcilicet Theſſalonicenſis epiſcopus, & Heracleanus, & alij. Cõſtantinopolitanus autem chartophylax, quomodo cùm ſit diaconus ante antiſtites ſeu pontifices ſedet in primæ ſynodi xviij. can. dictum eſt. Nota autem & canonem qui dicit ſpiritales dignitates eſſe præſtantiores ſecularibus ſeu mundanis dignitatibus. Sed ne hoc eò traxeris, vt nonnulli dicebant, vt eccleſiaſticæ dignitates præferantur imperatoriis: eas enim ſubiicientur. Interpretare autem hoc aduerſus ſubdiaconos, qui fortaſſe ſuperbè & inſolenter ſe gerunt aduerſus diaconos, vel diaconos qui aduerſus preſbyteros: & dic, quòd ſi in ſecularibus dignitatibus, non licet ei qui eſt minoris dignitatis, præſidere, vel præferri ei qui eſt maioris dignitate honoratus, multo magis non licet hoc facere iis qui ſunt eccleſiaſticis dignitatibus honorati, quas etiam ſpiritales appellauit, qui quidem & ſua profeſſione debent omnem bonum ordinem omnémque moderationem obſeruare. Nota ergo canonem, qui circa finem nominat eccleſiaſticos gradus, dignitates. Nonnulli enim ſæpe in iudicio dixere, nec eccleſiaſtica officia, nec metropolitanos inter dignitates collocari, & propterea nec potentem quidem eſſe eccleſiaſticũ Cubicularij vel epiſcopi ordinem, ſed vilem. Hoc autem mihi non ita eſſe videtur. Et lege primum capitulum tit. præſentis operis, & illic poſitum, ſcriptiſque mandatum, ſanctis Conſtantini, qui eſt Apoſtolis æqualis, decretum, & commentarium lvi. cap. primi tit. præſentis operis.* °καθεστηκότων

In omnibus, ea quę à noſtris ſanctis patribus decreta ſunt, nos quoq; rata ac firma eſſe volẽtes, canonẽ quoq; renouamus, qui iubet vniuſcuiuſque prouinciæ epiſcoporum ſynodos fieri, vbi metropolitanus epiſcopus ſatius eſſe duxerit. Quoniam Can. viij.

autem propter aliquas Barbarorum incurſiones, & quaſdam alias incidentes cauſas, non poſſunt qui eccleſiis prę ſident, ſynodos bis in anno facere, viſum eſt vt omnino ſemel in anno, propter eccleſiaſticas quæſtiones, vt conſentaneum eſt, emergentes, fiat prædictorum epiſcoporum ſynodus, à ſancto Paſchæ feſto, & vſque ad Octobris menſis complementum, ſingulis annis, in loco quem, vt prædictum eſt, metropolitanus epiſcopus aptiorem iudicauerit: ij autem qui non cõueniunt, epiſcopi, cùm in ſuis metropolibus agant, & ſani ſint, & ab omni ineuitabili & neceſſario negocio liberi, fraternè corripiantur.

BALS. *Quomodo & quando debeant epiſcopi ad ſuos primos conuenire, vt ſynodi fiant, & eccleſiaſticæ quæſtiones ſoluantur, in diuerſis præcedentibus, canonibus dictum eſt. Lege & caput viij. ix. tit. præſentis operis, & quæ ibi ſcripta ſunt. Præſens autem canon nihil plus quàm alij dicit, præterquam vt ſemel fiant in anno ſynodi. Lege & iiij ſyn. can. xix. & primæ ſyn. can. v. & ſanctorum apoſtolorum canonem xxxvij. Dixerit autem quiſpiam, quòd cùm epiſcopi cogantur apud metropolitanos ſingulis annis conuenire, metropolitani apud patriarcham cõuenire non cogentur. Vel ij enim apud patriarcham cõueniunt: & prouincialium epiſcoporum ceſſare ſynodos vſuenit, vel non conueniunt, & patriarchales non fient ſynodi. Et hæc quidem dicet fortaſſe quiſpiam. Tu autem lege accuratius xx. cap. primi tit. iij. lib. quod ſic præciſe dicit: Iubemus omnino vnoquoque anno vnam ſynodum fieri in vnaquaque prouincia, vel iunio, vel menſe ſeptembri & apud beatiſſimos quidem patriarchas conuenire, illos qui ab ipſo quidem ordinantur, alios autem epiſcopos ordinandi ius non habent, apud ſanctiſſimos autem metropolitanos vniuſcuiuſque prouinciæ eos qui ab ipſis ordinantur. Nota ergo ex hac nouella, cauſam propter quam patriarchæ Cõſtantinopolitani prouinciales dicuntur, epiſcopus Derci, epiſcopus Meſſanæ, epiſcopus Parij, epiſcopus Apri, & alij quidam archiepiſcopi, & metropolitani, qui non habent epiſcopos. Hi enim, & ſoli apud patriacham coguntur ſemel in anno cõuenire. Cæteras autem quæ ab aliis dicuntur, cauſas ne admitte. Lege etiam finem dicti primi cap. aduerſus magiſtratus extrema ſupplicia decernentem, qui non cogunt epiſcopo tales ſynodos facere.*

Can. ix. Can. Apoſt. liiij. & xliiij. Diſt. c. Nulli.

Nulli licere clerico cauponatoriam habere tabernam. Si ei enim in cauponam ingredi non eſt permiſſum, multò magis & aliis in ea miniſtrare, & in iis, quæ ne adgredi quidem licet. Si quid autem tale fecerit, vel ceſſet, vel deponatur.

BALS. *Lviij. Apoſtolorum canon clericos ſegregari iubet, qui in caupona comedunt. Decernit autem præſens canon, ne clericus habeat cauponatoriam officinam, ſcilicet ne cauponatoriam mercaturam exerceat. Si enim cauponatoriam officinam in dominio habet, & eam alio elocat, nouum non eſt. Hoc enim etiam apud monaſteria & diuerſas ſit eccleſias. Quamobrem, habere hic, pro eo quod eſt exercere accipe. Quoniam autem aliud eſt in alienam cauponam ingredi & comedere, & aliud artem cauponatoriam exercere: in canone quidem apoſtolico, clericum, qui in caupona comedit, & poſt denunciationem omnino non corrigitur, eò quòd peccatum ſit lenius, ſegregandum dicit. Clericum autem qui cauponatoriam tabernam exercet, nec poſt denunciationem corrigitur, præſens canon, quoniam grauius eſt peccatum, dicit eſſe deponendum. Lege quæ adſcripta ſunt in dicto præſenti canone, & ſynodi Laodic. can. xxiiij. ſyn. Carth. can. xl. & iij. librum Imp. tit. primum cap. vltimum, quod ſitum eſt extra xxxv. cap. ix. tit. præſentis operis.*

Can. x. Nic. cõc. c. xviij. Apo. xliij.

Epiſcopus, preſbyter, vel diaconus, qui vſuras, vel quæ dicuntur centeſimas accipit, vel ceſſet, vel deponatur.

BALS. *In xvij. canone pri. ſyno. ſatis ſcripſimus de omnibus ſacerdotibus ſeu ſacris initiatis, qui vſuras accipiunt, vel aliquod aliud turpe lucrum ſibi excogitant. Et lege quæ in illo ſcripta ſunt, & inuenies ſolutionem repugnantiæ quæ eſſe videtur illius canonis & præſentis. Præſens enim canon, & apoſtolicus xliij. vel ceſſare, vel deponi iubent eum qui tale quid facit. Xvij. autem canon primæ ſynodi eum deponi iubet. Lege xxvij. cap. ix. tit. præſentis operis.*

Nemo

Nemo eorum qui in ſacerdotali ordine enumerantur, vel laicus Iudæorum azyma comedat, vel vllam cum eis familiaritatem ineat, vel in morbis accerſat, vel ab eis medicinas accipiat, vel vnà cum eis in balneis lauetur. Si quis autem hoc facere aggreſſus fuerit, ſi ſit quidem clericus, deponatur: ſi autem laicus, ſegregetur. Can xj. xxviij. q.i. Nullus.

BALS. *Sancti patres nos cum Iudæis nullam communionem habere volentes, ſtatuunt nos non debere cum eis feſta celebrare, nec accipere, nec comedere, quæ nunc ab illis fiunt azyma, nec ab eis medicinam accipere, nec cum eis lauari. Eos autem qui præter hæc faciunt, ſi ſint quidem clerici, deponi iubent: ſi verò laici, ſegregari. Quære Laod. ſyn. can. li. lxj. lviij. & ſanctorum apoſtolorum canonem lxx & eorum interpretationem. Nec dicat quiſpiam, quòd illa azyma veteris ſunt comedere quæ dantur ab hæreticis, nõ autem ſacrificium facere per azyma, vel abſolute comedere azyma. quoniam nos quoque diuerſo modo azyma comedimus quæ dicuntur ἀντιδώρα audiet enim quòd non azyma comedere ſit prohibitum, ſed per azyma more Iudaico feſta celebrare. Quod eſt autem maius feſtum incruento ſacrificio, quod dominus noſter Ieſus Chriſtus tradidit tempore mortis ſuæ & feſti Paſchalis? Quia autem ſanctis patribus ne in mentem quidem venit nos per azyma celebraturos, quemadmodum hoc quoque fit a Iudæis, quibus ſtatutum eſt cum agno & azymis & lactucis agreſtibus Paſchæ feſtum celebrare, ex eo clarum quòd omne feſtum Iudaicum aboleuerint.*

Porrò hoc quoque ad noſtrã cognitionem peruenit, quòd in Aphrica, & Libya, & aliis locis, quidam ex iis, qui illic ſunt religioſiſſimi præſules, cum propriis vxoribus, etiã poſtquam ad eos proceſſit ordinatio, vnà habitare non recuſant, ex eo populis offendiculum & ſcandalum afferentes. Cùm itaque ſtudium noſtrum in eo magnopere laboret: vt omnia ad gregis in manus noſtras traditi nobiſque commiſſi vtilitate fiant, nobis viſum eſt, vt nihil eiuſmodi deinceps vllo modo fiat. Hoc autẽ dicimus, non ad ea abolenda & euertenda, quæ apoſtolice anteà conſtituta ſunt, ſed populorum ſalutis & ad meliora progreſſionis curam gerentes, & ne ſtatus eccleſiaſticus vllo probro afficiatur. Dicit enim diuinus apoſtolus, Omnia ad dei gloriam facite, ſine offendiculo eſtote, & Iudęis & Græcis, & dei eccleſiæ, quemadmodũ & ego omnibus in omnibus placeo, non quærens meam vtilitatem, ſed multorum, vt ſeruentur. Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti. Si quis autem tale quid agere deprehenſus fuerit, deponatur. Can.xij.

BALS. *Ad meliorem vitam eccleſiæ alumnos ſancti patres prouehentes, iubent omnino antiſtites, poſtquam ſunt ordinati, à propriis vxoribus ſecedere. Ne autem contra v. apoſtolicum canonem facere videantur, qui epiſcopu cum ſuis vxoribus poſt ordinationem habitare permittit, inferunt, quòd non diuinis apoſtolis aduerſantes hæc decernunt, ſed ſtatum eccleſiaſticum in pulchriorem ordinem prouehi volentes: prope modum hoc dicentes, quòd diuini quidem apoſtoli, cum fides tantum inciperet, ſe in eos qui ad fidem accedebant ita gerebãt, vt ad eorum imbecillitatem ſe magis demitterent. Cùm autem euãgelij prædicatio ſit nuper magis amplificata, oportet, inquit, & pontifices, ad perfectam continentiam vitam ſuam dirigere. Si autem epiſcopis cum propriis vxoribus habitare non permittitur, multò magis nec ipſis tanquam vxoribus vti permittetur, ſed nec eu cum alienis vxoribus habitare conceditur, vt omne offendiculum amputetur. Lege librum iij. imp. tit. i. cap. liij. Iv. Ivi quæ quidem cùm cxxiij Iuſtiniani Nouellæ ſint capita, epiſcopos deponendos decernunt, qui cum quacunque muliere cohabitant.* *συμβιαστὰς παρὰ θεσμὸν

Can.xiii. Dist.xxxi. Quoniam mul.

Quoniam Romanæ ecclesiæ pro canone traditum esse cognouimus, vt diaconi vel presbyteri, qui digni qui ordinentur existimandi sunt, profiteantur se non amplius suis vxoribus coniungendos, nos antiquum canonem apostolicæ perfectionis ordinisque seruantes, hominum qui sunt in sacris coniugia deinceps ex hoc temporis momento firma & stabilia esse volumus, nequaquã eorũ cum vxoribus coniunctionẽ dissoluentes, vel eos mutua tempore conuenienti consuetudine priuantes. Quamobrem si quis dignus inuentus fuerit qui hypodiaconus, vel diaconus, vel presbyter ordinetur, is ad talem gradum assumi nequaquam prohibeatur, si cum legitima vxore cohabitet. Sed neque ordinationis tempore ab eo postuletur, vt profiteatur se à legitima cum vxore consuetudine abstenturum: ne ex eo à deo constituta, & sua præsentia benedictas nuptias iniuria afficere cogamur, euangelica voce exclamante, Quæ deus coniunxit, homo ne separet, & apostolo docẽte, Honorabiles nuptias, & thorũ immaculatum. &, Alligatus es vxori, ne quære solutionem. Simus autem, sicut & qui Carthagine conuenerunt, & ministrorum grauitatis honestatisque curam gerentes dixerunt: vt subdiaconi, qui sacra mysteria contrectant, & diaconi, & presbyteri, propriis terminis à consortibus abstineant. Vt & quod per apostolos traditum est, & ab ipsa vsque antiquitate seruatũ, nos quoque similiter seruemus, tempus in omni re scientes, & maximè in ieiunio & oratione. Oportet enim eos qui diuino altari assident, in sanctorum tractandorum tempore esse omnino continentes, vt possint id quod à deo simpliciter petunt obtinere. Si quis ergo, præter apostolicos canones, incitatus sit aliquem eorum qui sunt in sacris, presbyterorum, inquimus, vel diaconorum, vel hypodiaconorum, coniunctione cũ legitima vxore & consuetudine priuare, deponatur Similiter & si quis presbyter vel diaconus suam vxorem pietatis prætextu eiecerit, segregetur: & si perseueret, deponatur.

BALS. *Cùm prohibuissent sancti patres episcopis cum propriis vxoribus habitare post ordinationem, de diaconu & sacerdotibus subdistinguunt, & veluti corrigentes quòd ea de causa fit in Romana ecclesia, scilicet quod & ij post ordinationem coguntur à prius sibi coniuncta vxoribus abstinere: reprimentes autem & eos qui fortasse dicturi erant prohiberi, & illos cum suis vxoribus coire, quemadmodum prohibentur & antistites, decernũt eos qui vt ordinentur digni sunt, à prioribus suis legitimis vxoribus non separari. Adiciunt autem eos non cum suis coniugibus coniunctionem indiscriminatim habituros, sed ab eu abstenturos* vicis suæ tempore, eo scilicet tempore quo sacrificant. Sicut hoc definiit & Carthag syn in iij & xxv. lxx. can & iij canon Dionysij archiepiscopi Alexandrini. Eos autem qui audeant post ordinationem diaconos, & sacerdotes cum prioribus suis legitimis vxoribus consuetudine priuare, deponendos dicit. Præterea autem & ipsos qui ordinantur, suas

* in æquales

suas vxores pietatis prætextu expellentes, segregandos statuunt. Si autem in malo persistant, seu eas non accipiant, etiã deponendos. Excipe mihi sacerdotes, qui sunt in ecclesiis barbaricis. Lege & xxx. canonem huius synodi de his quoque statuentẽ. Ne repugnare antẽ existimes iij. can. Carth. syn. dicentis prohiberi à coniunctione cum suis vxoribus, vicis suæ tempore, episcopos, presbyteros & diaconos. Eiusdem enim synodi canon iiij. & xxv. & præsens, etiam hypodiaconos adiecit. Si ergo sic à præsenti canone prohibentur sacerdotes, diaconi & hypodiaconi cum propriis vxoribus coniungi vicis suæ tempore, quid respondebunt sacerdotes, & reliqui, qui non prafinitis vicibus hebdomadibus, *sed perpetuo sacrificant? Ineſcio, & correctionem peto.*

*ἑβδομαδικοῖς

Sanctorum diuinorumque patrum nostrorum canon in his quoque valeat, vt presbyter ante xxx. annos non ordinetur, etiam si sit homo valde dignus, sed reseruetur. Dominus enim Iesus Christus xxx. anno baptizatus est, & cœpit docere. Similiter nec diaconus ante xxv. annos, nec diaconissa ante quadraginta annos ordinetur. *Can. xiiij. Dist. lxxvij. ca. Subdiaconum.*

Subdiaconus ne minor xx. annis ordinetur. Si quis autem eorum qui sunt in statu sacerdotali, præter præfinita tempora ordinatus fuerit, deponatur. *Can. xv.*

BALS *Præsentes duos canones, xiiij. & xv. eorum tempora describunt, qui in tribunali seruiunt, scilicet sacerdotum, diaconorum, subdiaconorum, & diaconissarum: & statuunt sacerdotem ordinãdum qui fuerit xxx. annos natus, diaconum qui xxv. subdiaconum qui xx. & diaconissam, quæ xl. annos nata sit. eos autem qui hæc tempora non excesserint & ordinati fuerint, deponendos. Et hæc quidem de horum iij. graduum ordinatione. xxviij. autem caput primi tituli iij libri Imp. docẽs de lectoris in clerum cooptatione, decreuit eum non debere esse minorem xviij. annis. Et lege etiam xv. nouellam Imp. domini Leonis sapientis, quæ præsenti canoni consequenter statuit, demum fieri sub diaconum oportere qui vigesimum annum compleuerit.*

Quoniam Actuum liber septem diaconos ab apostolis cõstitutos esse tradit: Neocæsariensis autem synodus sic in à se editis canonibus apertè disseruit, Quòd septem debent esse diaconi ex canone, etiam si sit magna ciuitas, ex libro autem Actuum persuadeberis: nos cùm dicto apostolico patrum mentem adaptassemus, inuenimus eos esse locutos, non de viris qui ministrant mysteriis, sed de ministerio quod in vsu mensarum adhibebatur, cùm liber Actuum sic habeat: In diebus illis, cùm discipulorum multitudo crescceret, fuit Græcorum murmur aduersus Hebræos, quod despiciebantur eorum viduæ in ministerio quotidiano. Duodecim ergo, accersita discipulorum multitudine, dixerunt, Non placet vt verbo dei relicto mensis seruiatis. Prouidete ergo fratres viros ex vobis, de quibus bonum sit testimonium, septem, spiritu sancto & sapientia plenos, quos in hoc vsu constituemus: nos autem in oratione & verbi ministerio fortiter perseueremus. Et placuit sermo coram omni multitudine, & elegerunt Stephanum virum plenum fide, & spiritu sancto Philippum, & Prochorum, & Nicanorem, & Timo- *Can. xvi.*

nem,& Parmenam, & Nicolaum proſelytum Antiochenum, quos ſtatuerunt coram apoſtolis. Hæc interpretans eccleſiæ doctor Ioannes Chryſoſtomus ſic proſequitur:Eſt operæprecium admirari quomodo non eſt ſciſſa multitudo in virorum electione,quomodo non ſunt ab ipſis reiecti ac reprobati apoſtoli. Quamnam autem habebant hi auctoritatem, & quam acceperunt ordinationem, ſcire eſt neceſſarium. Nunquid diaconorum? Atqui hoc non eſt in eccleſiis. Sed eſt preſbyterorum diſpenſatio? Atqui nullus adhuc erat epiſcopus, ſed ſoli apoſtoli. Vnde nec diaconorum, nec preſbyterorum nomen exiſtimo apertum eſſe ac manifeſtum. Poſt hæc ergo nos quoque prædicamus, vt prędicti ſeptem diaconi,non de iis accipiantur, qui miniſteriis ſeruiunt, vt eſt prius expoſita doctrina:ſed eos eſſe,quibus fuit concredita ac tradita diſpenſatio eorum quæ tunc collecta fuerant. Qui nobis in hoc quoque forma fuere humanitatis & ſtudij in eos qui indigent.

BALS. *Præſens canon interpretatur vel potius corrigit xv.canonem Neocæſar.ſyn qui dicit, Diaconi ſeptem debent eſſe ſecundum canonem, etiam ſi ſit magna ciuitas. Perſuadeberu autem ex libro Actuum. Dicit enim, Liber Actuum non tractat de diaconu, qui in ſacro tribunali miniſtrant, ſed de miniſtru qui alimenta diſpenſant eorum qui Chriſti euangelium prædicant. Quoniam tunc nec erant epiſcopi, neque diaconi, neque presbyteri. Quare & verbu ad dicti ſui confirmationem appoſitu ex libro Actuum, & magni etiam Chryſoſtomi interpretatione vſi, ſtatuerunt dictum canonem non eſſe ſequendum. eſt autem conſentaneum, quòd & anteà ſic intelligebantur quæ in Neocæſarienſi ſynodo continentur. Cùm ea enim ſit ipſa quoque prima ſynodo antiquior, Iuſtinianus Imperator inuenitur in iij libro Imp. decernere, vt in magna ſint eccleſia diaconi centum, quod non iuſſiſſet, ſi aliter intellectus fuiſſet canon in Neocæſar. ſyn.*

Can.xvij. Quoniam diuerſarum eccleſiarum clerici,propriis,in quibus ſunt ordinati, relictis eccleſiis,ad alios epiſcopos ſe contulerunt, & ſine proprij epiſcopi ſententia in alienis eccleſiis conſtituti ſunt,& ex eo ipſos reddi inſolentes ac inobedientes euenit: ſtatuimus vt à menſe Ianuario præteritæ indictionis, nullus omnino clericus, in quocunque ſit gradu,poteſtatem habeat ſine proprij epiſcopi ſcripta dimiſſoria in alienæ eccleſię catalogum referri. Qui hoc enim à pręſenti nunc tempore non ſeruat, ſed quod in ſe eſt eum qui illi manus impoſuit,dèdecore afficit, deponatur & ipſe,& qui eum præter rationem ſuſcepit.

BALS. *Sæpiu diximus, quòd omni clerico, qui foris ordinatus eſt, duas ſcripturas afferre opus eſt eius qui eum ordinauit, commendatitiam ſcilicet & dimiſſoriam, vt illa quidem vtatur ad comprobationem illius gradus qui ei ineſſe dicitur: hac verò, vt citra vllum impedimentum ab alia eccleſia in clerum cooptetur. Nota ergo præſentẽ canonẽ, qui eſt maximè neceſſarius, & iubentem clericũ deponi qui præter epiſcopi ſententiam receptus eſt, & epiſcopum qui eum recepit ſine dimiſſoria eius qui eum ordinauit. Cùm hoc enim ſæpe ſynodicè dictum eſſet, dixerũt quidam vnã vel ſolam ſcripturã ſatis eſſe ei qui eſt foris ordinatus, ſcilicet cõmendatitiã. Excipe mihi Cõſtantinopolitanum*

&

& Carthaginenſem epiſcopum. Ii enim, vt ſæpedictum eſt, poſſunt alienos clericos ſuſcipere præter voluntatem eorum qui ipſos ordinarunt.

Eos qui barbaricæ incurſionis prætextu, vel aliquo alio modo propter aliquam circunſtantiam emigrarunt, clericos, poſtquam modus ille ac circunſtantia ceſſarit, vel barbaricæ incurſiones, propter quas ſeceſſerant, rurſus in ſuas iubemus eccleſias reuerti, nec eas diu *abſque vlla occaſione relinquere. Si quis autem, non vt præſens vult canon, abfuerit, ſegregetur, donec ad præſentem eccleſiã redeat. Hoc ipſum autem etiam in eo fiat epiſcopo, qui illum detinet. Can. xviij.

*ἀπροφασί-στως

BALS. *Magnis laudibus digni ſunt ſancti patres: eccleſiaſtici enim ordinis & vniuſcuiuſque epiſcopi curam gerentes, ſtatuerunt clericos, qui propter iuſtas aliquas ac probabiles cauſas, ſine eorum à quibus ordinati ſunt dimiſſoriis literis emigrarunt, ad ſuũ clerũ reuerti, cũ illa praterierit circunſtantia propter quam ſeceſſerunt, nec eis licere in aliarum eccleſiarum catalogum referri. eum autem, cui perſuaderi non poteſt vt redeat, ſed vt eum qui ipſum detinet, epiſcopum ſegregari. Dixerit autem quiſpiam, quòd ſi epiſcopus quidem tale quid fecerit, à metropolitano excommunicabitur, ſimiliter & ſi metropolitanus canonem contempſerit, à patriarcha punietur. Si autem archiepiſcopus, qui eſt primas & caput, vel patriarcha, præter Conſtantinopolitanum (is enim habet eam quam diximus facultatem) quòd canonem tranſgreſſus ſit, conuincitur, à quo excommunicabitur? Exiſtimo ergo, quòd à maiore pontifice.*

Quòd oportet eos qui præſunt eccleſiis, in omnibus quidem diebus, ſed præcipuè dominicis, omnem clerum & populum docere *pietatis & rectæ religionis eloquia, ex diuina ſcriptura colligentes intelligentias, & iudicia veritatis, & non tranſgredientes iam poſitos terminos, vel diuinorum patrum traditionem: ſed & ſi ad ſcripturam pertinens controuerſia aliqua excitata fuerit, ne eam aliter interpretentur, quam quomodo eccleſiæ luminaria & doctores ſuis ſcriptis expoſuerunt: & maiorem ex iis laudem aſſequantur, quàm ſi quæ à ſe dicuntur componant, ne dum quandoque ad id hæſitant, ab eo quod conuenit excidant. Per prædictorum enim patrum doctrinam, populi ad eorum quæ ſunt bona & expetenda, & inutilia ac reiicienda, cognitionem venientes, vitam in melius componunt, nec ignorantiæ vitij conuincuntur, ſed doctrinæ mentem adhibentes, ſeipſos, ad id ne mali quid eis accidat excitant, & imminentium ſuppliciorum metu ſibi ſalutem procurant. Can. xix.

*πᾶς τῆς θείας ἐυσεβείας λόγους

BALS. *Epiſcopi eccleſiarum doctores conſtituuntur, & propterea dicit canon eis omnino neceſſe eſſe eum cui præſunt populum ſemper docere, & multo magis in diebus dominicis: in quibus omnes ferè ſolent in eccleſias intereſſe, vt qui à ſuis artificijs operibuſque ceſſent. Eos autem docere oportere decernit, non quædam* quæ nimiam continent digreſſionem, & ſunt domo allata, ſed ea quæ à ſanctis patribus tradita ſunt. Et patres quidem hæc. Nonnulli autem huiuſmodi præceptum negligunt, eo quòd, vt eſt veriſimile, eis pœna non infligatur: vt mihi autem videtur, etiam à lviij. canone ſanctorum apoſtolorum hi valde puniuntur. Dicit enim, Epiſcopus vel preſbyter clerum vel populum negligens, & eos pietatem non docens, ſegregetur. Sin autem in ſocordia perſeueret,*

*παρεκβάσεις

deponatur. Nota ergo ex hoc canone, quòd populum docere solu episcopis datum est, & magnæ ecclesiæ doctores patriarchæ iure docent. Hoc autem etiam ostenditur ex nouella illustris Imp. domini Alexij Comneni, quæ describit & quomodo & quinam debent in ecclesiu eligi, & decernit omnibus doctoribus tam iis qui sunt extra ecclesiam, quam iis qui sunt intra, citra tres *legumium, & frumenti modios quinquaginta, & hæc apertè decidit. Sit autem & hic doctoribus honor tributus, vt statim post officiales proximi patriarchæ assideant, tanquam *eius personam repræsentantes. Audimus enim quòd qui pontificu locum tenet, maximum habet honorem, & nemo poterit ad hoc cõtradicere. Qui autem & verbo & opere digni sunt quorum ratio habeatur, ad doctrinæ ministerium introducantur, & per docendi munera ad officia promouentur. Propterea enim, mortuo qui erat eo tempore patriarcha, nec ipsi docere possunt.

*αρακίνου

*εκείνου τοῦ ἁγίου

Can. xx. Ne liceat episcopo in alia, quæ ad se non pertinet, ciuitate publicè docere. Si quis autem hoc facere deprehensus fuerit, ab episcopatu desistat, presbyteri autem munere fungatur.

BALS. Canon est apertus. Decernit enim, ne episcopus publicè doceat in ciuitate quæ ad se non pertinet. Est enim, inquit, hoc dedecus pontificu illius regionu, & eius ignorantiæ condemnatio. Hoc autem intellige, quando sit præter mentem illius regionu episcopi. Si quis enim eius voluntate tale quid fecerit, id ei præiudicium non afferet. Nam & in alia regione sine vllo præiudicio sacra celebrat quispiam, eius qui illam habet voluntate. Quinetiam magnus in theologia Gregorius, cùm Stasimorum esset episcopus, multa legit Nazianzi, cùm pater eius in ea ciuitate esset pontifex, & hoc ostenditur ex oratione quæ sic habet: Cur solutis ordinem laudabilem? Porrò & sapientissimus ille Ephesi metropolitanus dominus Ioannes, qui instar fluuij philosophiæ fluenta effundit, & περιῶν, id est sinuosus dictus est, in eam regionem veniens, quæ illum erat sortitus, cum auctoritate illius regionis antistitum publicè docuit. Lege & xliij. canonem sanctorum apostolorum. Canon autem rectè additur, illud publicè. Priuatim enim interrogantibus de ecclesiastica aliqua quæstione respondere licet cuilibet & vbique, sicut & xi. canon Sardicen sis synodi de ea re aperte loquitur. Si quis autem dubitet, quomodo xxix canon iiij synodi dicit, quòd ex episcopo ad presbyteri dignitatem deducere, est sacrilegium: præsens autem canon dicit, si quis hoc facere deprehensus fuerit, ab episcopatu cesset, presbyteri autem munere fungatur, & audiet, quòd illic quidem dicit depositione iusta vel iniusta: vel enim propter iustam causam episcopatu deiectus est: & ne presbyter quidem erit, vel sine causa, & ne sic quidem ad presbyteri gradum deprimetur, sed erit rursus episcopus. Hic autem, episcopus quidem peccatum non admisit, quod eum à sacerdotio arceat, sed gloriæ tantum cupiditate & laudis amore peccauit. Vt ergo *quod suo peccato respondeat supplicium habeat, & humilis euadit ab episcopatu quidẽ gerendo desistit, in presbyteri autem honore collocatur. Vt ut enim deponatur, & sacerdos fiat, patribus visum non est. Lege & xviij. can. Anc. syn. Sacerdotis autem munus, accipe etiam de docendi munere, & non de sola sacrificij celebratione. Sacerdotes enim antiquitus necesse habebant etiam docere.

*ad ἀξίωμα

Can. xxi. Qui canonicorum quidem criminum rei facti, & propterea perfectæ ac perpetuæ depositioni subiecti in laicorum locum detrusi sunt, siquidem ad conuersionem sua sponte respicientes, peccatum debent, propter quod à gratia exciderunt, & ab eo se penitus alienos efficiunt, clerici habitu tondeantur. Sinautem non sua sponte hoc elegerint, comam sicut laici nutriant, vtpote qui mundanam seu secularem conuersationem vitæ cælesti præposuerint.

BALS. Nota ex hoc præsenti canone, quòd qui propter aliquod crimen deponuntur, vt laici reputantur, nec possunt post depositionem aliquid agere, quod ad clericum vlla ratione pertineat. Eos autem solos qui à peccato recesserint, propter quod depositi fuerant, à fornicatione forte, vel aliquo alio, decernit canon esse tondendos capite, vt clericos, id est, habere eam quæ Græcè dicitur κουρὰν id est tonsuram, & clerici habitu indui. In eos enim est mitior ac clementior propter pœnitentiam. Si autem qui in peccato perpetuo hærent, comam nutrire inbentur, vt laici, vt maiori pudore afficiantur, si in cleri participatione vllo esse modo eis permittatur,

sed

ſed ipſo etiam amictu priuentur. Et hæc quidem canon Lix. autem Imp. domini Leonis philoſophi nouella eos deponi debere ſtatuens qui ducunt vxores poſt ordinationem, vult neque eos à clericorum habitu alienari, nec a communione miniſterio in eccleſia. Et lx eiuſdem Imp. nouella, eos qui à clericis in laicos tranſmutati ſunt, eodem rurſus vel inuitos redire iubet. Videtur autem in his eſſe repugnantia. Exiſtimo autem canonem quidem de iis ſtatuere, qui propter delatum aliquod crimen condemnati, malo aſſidue inhærent, quemadmodum propter adulterium, propter rapinam, propter ſacrilegium: Nouellam autem de iis qui poſt ordinationem vxorem duxerunt, quod quidem etſi inducit depoſitionem, eu tamen propter matrimonium ignoſcitur. Et ideo cu à Nouella permiſſum eſt, vt ea exerceant quæ fiunt extra ſactum tribunal: reliqui autem tranſmutati, cogentur, vt puto, ex Nouellæ ſententia à ſancto habitu non deſilire.

Eos qui pecuniis ordinantur, ſiue epiſcopos, ſiue qualeſcunque clericos, & non ex examinatione, ac vitæ electione, deponi iubemus, ſe d & eos etiam qui ordinauerunt. *Can. xxij.*

BALS. *De iis qui propter pecunias ordinantur, vel propter magiſtratuum mandatum, in diuerſos canones ſcripſimus ea quæ ſunt conſentanea. Præſens autem canon cum deponi iubet, qui ordinatus eſt, & eum qui ordinauit.*

Vt nullus, ſiue epiſcopus, ſiue preſbyter, ſiue diaconus, immaculatam præbens communionem, ab eo qui communicat, eius participationis gratia, obolos, vel quamuis aliam ſpeciem exigat. Non eſt enim vænalis gratia, nec propecuniis ſpiritus ſanctificationem impertimur: ſed eaiis qui digni ſunt * abſque vlla eſt calliditate communicanda. Si quis autem eorum qui ſunt in cleri catalogo, ab eo cui immaculatam impertit communionem, vllam ſpeciem exigere viſus fuerit, deponatur, vt ſimoniaci erroris & maleficij æmulator. *Can. xxiij. i. q. i. Nullus epiſcopus.* *ἀπαιτηρά-τως

BALS. *Cùm ſatis longo abhinc tempore, in quodam loco, qui calotychas appellatur, & in Cherroneſi regione poſitus eſt, ſancta dominica Paſchæ Chriſti reſurrectionis diuerſarer, vidi quaſ lam illius loci mulierculas, & quoſdam homunculos, poſt matutinam diuinam Pſalmodiam, ad catholicæ eccleſiæ templum confluentes, cum ouis Gallinæ panis fermento mixtu, & cum ſalſis carnibus, & cum aliis quibuſdam eſculentis, vel etiam ad aliquid aliud aptis: & interrogaui quamnam ob cauſam hoc fierct, & audiui, quòd vnuſquiſque iis quibus poteſt donu ſacerdotem, qui populo diuina ſacramenta porrigit, proſequitur. Neque enim aliter cuiquam licet ſacerdotem adire, & diuina ab eo ſacramenta percipere. & tunc quidem reprehendi quod fiebat. Cùm autem nuper in hunc præſentem canonem incidiſſem, ei gratias egi, vt qui ab iis qui communicant ſacramentis, obolos, vel vllam aliam ſpeciem exigi prohibet. Quoniam, inquit, non venditur, nec pecunia ſanctificatio impertitur ſed iis qui donu digni ſunt, ſancta dona diſtribuuntur. Propterea enim, vt eſt probabile, etiam ſancta donatio à vulgo ſacramenta dicuntur. Eum autem qui præter hæc facit, deponendum decreuit canon, * vt qui ſit ſimoniacæ improbitatis & erroris æmulator.* *ἵνα τὸν τοιοῦτον

Ne cui liceat eorum qui in ſacerdotali ordine enumerantur, vel monachorum, in equorum curriculis ſubſiſtere, vel ſcænicos ludos ſuſtinere. Sed & ſi quis clericus ad nuptias vocetur, quando ad deceptionem comparata ludicra ingreſſa fuerint, ſurgat & diſcedat, patrum noſtrorum ſic iubente doctrina. Si quis autem eius rei conuictus fuerit, vel ceſſet, vel deponatur. *Can. xxiiij.*

BALS. Consequenter viii. canoni synodi Laodicenæ, prohibet etiam presbyteros eorum in equorum curriculum ascendere sacerdotes vel monachos, vel scenicos etiam ludos audire, aut iocari vt clerici ad nuptias vocati (de monachis enim dicere patrilus oratione alienum visum est, quòd ne seruis quidem indecorum) vt recedant cùm primum ludicra ingressa fuerint. Sed Laodicena quidem synodi canon, in eius contemptores non animaduertit: hic autem, aut certè quidem, vt qui tale quic facient, cessent: si autem non desistant, desponendos decernit. Cùm his duobus canonibus hæc dicant, & præterea omnibus ab ecclesiæ parte prohibeant sint monachi & sacerdotes omnes ad equorum cursus videndos accedere, dixerunt nonnulli, quòd clericum quidem vel monachum ad equorum curriculum non accedere, nec spectaculum quod existimat aspicere, nec verba aures præstringentia audire, est laudabile & maximè commendandum, quemadmodum & esse virginem, & reliqua quæ hominem sanctificat. Si quis autem cum virgo esse nequeat, vxorem duxerit, non punietur. & qui non potest ab omni voluptate abstinere, si in equorum curriculum fuerit ingressus, ei venia dabitur, & magna forsitan, non autem si immodicè vtens se ei dicauerit. Hic enim canon, inquiunt, cursus qui olim fiebant vetat, non autem qui nunc fiunt, permittente ac præsente principe. Tunc enim cum populus in illis equorum curriculis nimia libertate vel potius licentia vteretur, equorumque cursu celebraret quemcunque & quando volebat, idque propriis expensis, vt qui haberet & domos, & equos, & fabulæ quæ nunc etiam hucusque seruantur, & redditus, pro illis celebrandis curriculis, & imperator imitaretur, nullam autem ad eam rem potestatem haberet, illius cursus tempore, multa turbulenta & absurda fierent contingebat, cum alij quidem populo venetorum, alij verò prasinorum parti adhærerent aliquando verò etiam bella intestina excitata sunt inter aduersas partes, & in imperatorum conspectu vel aetiam impudentia populares eructarunt: quemadmodum ex diuersis Chronicis ostenditur: sicut factum est regnante Anastasio, & tempore Anastasij, & Phocæ tyranni & aliorum imperatorum. Sed & depositis pignoribus ludere partes prohibita, per talos & fortunam Valerianam prouocabant, quod quidem diuinis canonibus est omnino prohibitum. Permittebantur autem & belluarum certamina, & multa alia indecora ac turpia. Præterea enim, inquiunt, & si canon prasinis prohibet mimos, & theatra, & venationum spectacula, & saltationes in scena & statuit, vt qui ipsam contemnerent, si sint quidem clerici deponantur, laici verò segregentur, & Ioannes Carthaginensis aperte dicit, vt quòd filijs sacerdotum spectacula secularia vel certant non sufficient. Hæc autem etiam omnibus Christianis semper est prædicatum, vt vbi sunt mimi alicuius actionis, ne accedant. Hodie autem cum equorum cursus imminent, nec fit eorum odor fugiendum & auersandum quidquam, nulla est pœnitus suspicio illic mali quicquam fieri. Quamobrem dicebant, quòd est quidem laudabile nullam pœnitus cuiquam voluptatem gustare ex equorum curriculo, vel ex aliquo alio: non est autem intemperantiæ ad eiusmodi equorum cursus clericos accedere. Si enim omnis equorum cursus, & qui olim fiebat, & qui hodie fit, est prohibitus, vt multi inquiunt, quem admodum & spectacula omnia, & venationes, cogetur quis, dicere neque omnino tale quid vt quia debere fieri ab imperatore vel vllo alio. Cessasse autem ac exoleuisse leporum cum canibus venationes, ne laici, & equorum cursibus, & spectaculo, & venationibus vacantes segregatione iudicentur, quod est absurdum. Quocirca cedant & equorum curricula & spectacula & venationes, in duo diuidi, vt cetum est in ea quæ sunt omnino auersanda & fugienda, & ad quæ non solum clerici, sed neque laici accedere permittitur, metu excommunicationis: & in ea quæ permissa sunt, quæ sunt hodie in vsu, ad quæ non solum laici, sed & clerici, citra vllum præiudicium accedent. Quòd autem, inquiunt, non omnia spectacula, equorumque curricula canones prohibuerunt, sed ea dumtaxat quæ sunt periculosa ac turpia, ex Ixx. Carthaginensi canone aperte ostenditur, qui dicit, forsitan & illud petere vt theatricorum ludorum spectacula, in domo mea sis. & in reliquum Christianorum fides festis diebus fieri prohibentur: maximè quoniam in ebdomada sancti Paschæ populus ad equorum curricula potius quam ad ecclesias conuenit, & vt debeant prostituti eorum dies transferri, quando occurrerint, nec debet vllus Christianus cogi ad hæc spectacula. Si enim equorum cursus esset a canonibus omnino prohibitus, non petissent patres, ne equorum cursus, & spectacula fierent diebus dominicis, & in reliquis festis seu Paschalibus diebus, sed ea omnino celebrari egre tulissent. Iam verò etiam magnus ecclesiæ doctor Ioannes Chrysostomus, & lingua verè aurea, solos equorum cursus, qui fiunt diebus dominicis dissuadet. Adiiciebant autem & ea quæ à se dicuntur, nullam aliam ob causam esse hodie lectores populares, quàm quòd equorum cursus hodie fieri videatur permissione ecclesiastica, & prior popularium laicorum indigestas, & omnia quæ turpia & indecora erant cessauerint. Curenim, inquiebant, lectoribus popularibus solus se in equorum curricula ingerere, & ex populo incipere permissum est, reliquum autem lectoribus, & omnibus vt semel dicam, sacrum initiatis, hippodromi seu equorum curriculi fores occluserunt? Ad suam autem sententiam confirmandam etiam Val. lix. iii. capite xxx. libri Imp. Iustiniani quod sic dicit, Constitutio prohibet ludos, quinque exceptis, & quasdam certas statuit aduersus eos qui ludunt alea, permittens etiam præsidi ciuitatis & prouinciarum in vectoribus, & episcopo quærere & prohibere, & omnes qui in eis fiunt contractus rescindere. Ex permissis autem ludis datas actiones, eorumque quæ mutuo data fuerint, eo nomine exactionem permittit, x. libras auri aduersus

eos

*Τίνες βούλεσθε ἡμᾶς ἀναγνῶναι

*ἐπὶ δημοσίῳ πάθει

eos ſtatuens qui hanc conſtitutionem tranſiluri permiſerint, decernit: & dicebant pentathlon, hoc eſt quinque certamina, ſeu ludos quinque, eſſe permiſſos, luctam, pugillatum, curſum, ſaltum, & diſcum. Ligneum autem equeſtre certamen eſſe lege prohibitum, quòd hoc quoque alex° vel talorum reprehenſionis cauſam habeat. Quemadmodũ in xxix. cap. xliij. tit. præſentis operis declaratur. Et hæc quidem de equorum curriculis nonnulli dixere. De mimis autem & inani ſcenicis nullam penitus diuiſionem fecere, ſed ea canonis decreto ſubmiſere. Viues autem, & qui ſunt paulo religioſiores, quibus ipſe etiam aſſentior, hæc non ſibi ſufficere putauere, dicentes debere canones ad id quod eſt anima vtilius expoſ debere, non ad id quod eſt liberius, ac diſſolutius, & magis, vt ita dicam, indifferens.

° alibi ἀστράγαλον

Præterea renouamus etiam canonem, qui dicit, agreſtes, & quæ ſunt in regione parochias, incolas, & illabefactatas manere apud epiſcopos qui eas poſsident, & maximè ſi xxx. annorum ſpatio eas ſine vi poſſidentes adminiſtrauerint. Si autem intra xxx. annos fuit vel fuerit aliqua de iis controuerſia, licere iis qui ſe iniuria affectos dicunt, de eo actionem mouere apud ſynodum prouinciæ. Can. xxv.

BALS. *Hic renouatus canon, eſt liij. ſynodi canon xvij. & lege eius interpretationem.*

Preſbyterum, qui per ignorantiam illicitis nuptiis eſt implicatus, eſſe quidem cathedræ participem, ſecundum ea quę ſunt nobis à ſacro canone decreta: à reliquis autem operationibus abſtinere. Ei enim, qui eſt talis, ſatis eſt ſi venia detur. vt is autem benedicat qui debet propria curare vulnera, non eſt conſentaneum. Benedictio enim eſt ſanctificationis impertitio. Qui autem id non habet propter delictum ex ignorantia, quomodo alteri id impertiet? Nec ergo publicè, nec priuatim benedicat, nec Chriſti corpus aliis diſtribuat, nec aliquod aliud miniſterium obeat, ſed prima ſede contentus, domino defleat, vt illi ex ignorantia peccatum remittatur. Manifeſtum enim eſt, quòd nefarium cõiugium diſſoluetur, nec vir cum ea vllo modo conſuetudinem habebit, per quam ſacra operatione priuatus eſt. Can. xxvj. diſt. xxviij. Preſbyterũ.

BALS. *Canones Neocæſar. ſyn. ante præſentem ſynodum ſcripti ſunt. Propterea enim & præſens canon illorum compoſitionis meminit, dicens ix. illius ſynodi canoni conſequenter, non licere ei qui per ignorantiam ſuæ cognatæ legitimè cõiunctus eſt, & ſacerdos poſtea factus eſt, offerre, vel aliquid aliud ſacerdotale exercere, ſed ſola cathedra dignum cenſeri: quoniam non ex ſcientia, ſed per ignorantiam peccauit. Porrò & cathedra tunc dignus putabitur, quando ab illicito contugio ſeiunctus fuerit, & pœnitentiæ opera oſtenderit, quæ ſuadebunt vt mitius ac miſericordius cum eo agatur. Si enim ab illicito contugio non ſeparatur, ignoratio nihil ei proderit: ſed a magiſtratus poteſtate & matrimonium illicitum diſſoluetur, & nec cathedra vel honore dignus habebitur. Hæc autem ex eo apparent quod dicit canon, ſed prima ſede contentus, domino defleat: & ex eo quod dicit, Nuptiæ autẽ diſſoluũtur. Porrò & ix. canon Neocæſar. ſyn. eſt propter aliud eius in cum qui depoſitus & ſtudium, in reliquis quoque manere iubet. Quære & xxvij can. ſancti Baſilij. & xxi. præſentis ſynodi. Poſtquam autem matrimonium illicitum ex effectu apparuerit, ex effectu inquam propter cognationem, is qui poſtquam reſciuerit, in peccato permanet, non ſolum cathedra dignus non reputabitur, ſed etiam tanquam° inceſtus reus punietur, non ſecus ac laici. Dicit enim liber lxix. tit. xxxvij. cap. xli. decr. vt illicitæ nuptiæ non confirmantur, & propterea ſi ante accuſationem ſolutæ fuerint, pœna remittitur. Et decret. vij. in illicito matrimonio, quod per ignorantiam contractum eſt, dat veniam natura, & ætas, & peccatis correctio: & maximè ſi quis nondum ipſum accuſauerit.*

° ἀμφιμίκτους

Can. xxvij. Nullus eorum qui in cleri catalogum relati sunt, vestem sibi non conuenientem induat, neque in ciuitate degens, neque iter ingrediens: sed vtatur vestibus quæ iis qui in clerum relati sunt attributæ fuere. Si quis autem tale quid fecerit, vna septimana segregetur.

BALS. *Quidam clerici, vt est verisimile, extra patriam quæ eos tulit, versantes, cum vestibus sibi nequaquam conuenientibus incedebant: vel etiam in ciuitate degentes, similibus vestimẽtis vtebantur. Patres ergo hoc corrigentes, statuerũt ne tale quid fiat amplius: vel eos quidem certè, qui præter hæc faciunt, vna septimana segregandos. Porrò & Trul. syn. can. xvi. dicit, nõ oportere sacerdotem vti sumptuosis vestibus. Vestitus autem clerico nequaquam conueniens est, non vestes militum: si quis enim clericus iis indutus fuerit, vehementer punietur, sed sumptuosa & auro intexta vestimenta, quæ vulgo apud Græcos dicuntur μαρμάρινα χάμματα & αὐτόπατα, & vestes purpureæ. Virtutum enim & honestatis exemplum debent esse clerici, non autem stolidæ indecoræque ac inhoneste vitæ.*

Can. xxviij. Decõsecra. Dist. ij. Didicimus. Quoniam in diuersis ecclesiis intelleximus, vna ad altare allata, ex quadam quæ inualuit consuetudine, ministros, postquam hanc incruento oblationis sacrificio coniunxerint, vtraque simul populo distribuere: simul etiam esse decernendum perspeximus, vt nullus sacerdos hoc amplius faciat: sed ad viuificationem & peccatorum remissionem solam oblationem populo impertiat: tanquam primitias autem vuæ allationem existimantes, sacerdotes eam seorsum benedicentes, petentibus impertire, ad fructuum datoris gratiarum actionem: per quos corpora nostra diuina dispositione augentur & aluntur. Si quis autem clericus præter hæc decreta fecerit, deponatur.

BALS. *De iis quæ in præsenti canone declarantur, satis in ij. apostolico canone scripsimus. Lege ergo quæ in illo scripta sunt.*

Can. xxix. ἅγια Carthaginensis synodi canon dicit vt sancta altaris non nisi à sobriis hominibus peragantur, excepto vno die in anno, in quo cœna domini peragitur, tunc fortasse propter aliquas in iis locis occasiones ecclesiæ vtiles patribus hac dispensatione vsis. Cùm nihil ergo nos inducat, vt accuratam diligentiam relinquamus, statuimus apostolicas ac paternas traditiones sequentes, non oportere in quadragesimę postrema septimana quinta feria ieiunium soluere, & totã quadragesimam iniuria afficere.

BALS. *Sancti patres qui Carthagine conuenerant, scientes quòd dominus noster Iesus Christus, postquam legale Pascha fecisset, & etiam cum suis discipulis comedisset, mysticum quoque Pascha peregit, & incruentum sacrificium tradidit, tulerunt alio quidem toto tempore esse ieiunos qui sancta tractant, diaconos, & sacerdotes: in magna autem quinta feria (eam enim quintam postremæ septimæ quadragesimæ dicit) vbi comederint, sacrum celebrare. Hoc ergo non esse faciendum sanctæ synodi sextæ patres statuerunt, dicentes quòd tunc quidem fortasse, propter iustam aliquam causam, & ecclesiis vtilem, hoc ita fieri oportere œconomicè statutum est. Sed nunc cùm nihil necessarium vrgeat, non oportet catholicas & paternas traditiones transilire: sunt autem hæ xxxix. canon sanctorum apostolorum, l. Laodic. syn. & alij.*

Can. xxx. Ad ecclesiæ ædificationem omnia facere volentes, etiam sacerdotes, qui sunt in barbaricis ecclesis, dispensare constituimus.

turimus. Quare, ſi apoſtolicum canonem, de vxore non eiicienda, pietatis ac religionis prætextu, ſe tranſgredi debere exiſtimant, & vltra ea quę ſunt conſtituta facere: & ideo communi cum ſuis conſortibus conuentione & conſenſu inito, à mutua conſuetudine abſtinent, ſtatuimus eos non amplius cum illis vllo modo cohabitare debere, vt ex eo nobis perfectam ſui promiſſi demonſtrationem præbeant. Hoc autem illis non propter aliud quàm propter eorum puſillanimitatem, externóſque ac non ſatis firmos mores, conceſſimus. *ἀπιγῶι

BALS. Reſciuerunt ſancti patres, quòd barbaricarum regionum ſacerdotes, pietatis prætextu communi conſenſu à propriis vxoribus abſtinebant. Dixerunt ergo, quòd apoſtolicus ſeptimus canon preſbyteris & diaconis interdicit ſuas legitimas vxores dimittere, & eſt id quod à dicto ſit ſacerdotibus apoſtolico canoni contrarium: ſed quoniam ea quæ propter pietatem fiunt ab aliquibus, non diſſoluere, ſed potius ædificare oportet. hoc eis ex diſpenſationis ratione facere permittetur, propter barbaros eorum abiectique & puſilli animi mores, & à morum eccleſiaſticorum conſtitutione alienos, & etiam propter eorum imbecillitatem, & in fide infirmitatem. Deinde adiecerunt eos non ſolum à propriis vxoribus ſeiungẽdos, ſed nec eos cum ipſis vllo modo cohabitare debere. Sic enim certò probabunt, ſe non ficte, ſed verè, & propter puram ac ſinceram religionem, deo continentiam vouiſſe. Nota ergo hoc veluti priuatim editum eſſe, & de ſolis ſacerdotibus debere intelligi, qui ſunt in barbaris regionibus, non etiam de cæteris. Ego verò varios epiſcopos qui ex Ruſſia venerant, atque adeò ipſum Alaniæ metropolitanum, de ea re ſciſcitatus, accepi præſentem canonem in iis regionibus locum non habere, licet ſint barbaricæ, ſed quemadmodum noſtri, eorum quoque ſacerdotes proprias vxores habere etiam poſt ordinationem. Interrogabit quiſpiam, cum canon dicat communi conſenſu & voluntate fieri ſeparationem, ſi hoc fieri nolit mulier, an canon locum non habebit? SOL. Exiſtimo non eſſe iuſtum, vt cogatur mulier à proprio marito ſeparari, propter apoſtolicum canonem, qui ſuperius dictus eſt, & propter Iuſtiniani nouellam, quæ non ſinit conſenſu ſolui matrimonia.

Clericos qui in oratoriis, quæ ſunt intra domos, miniſtrát, vel baptizant, hoc illius loci epiſcopi ſententia facere debere, decernimus. Quare ſi quis clericus hoc non ſic ſeruauerit, deponatur. Can. xxxi. De conſec. Diſt. i. c. Clericos.

BALS. *A congregatione diſiunctionem exiſtimat eſſe canõ, ſi quis in oratorio, quod eſt intra domum, præter antiſtitis ſententiam ſacrificet quiſpiam, vel baptizet. Et hic quidem eos qui ſic factunt ſacerdotes deponendos patres ſtatuunt. In quinquageſimo autem nono canone, eos etiam qui habent oratoria laicos excommunicant. Tu autem lege iij Nouellam Imperatoris domini Leonis ſapientis, quæ ſic habet poſt proœmium: Statuimus ergo non ſolum vniuſcuiuſque catholicæ Sacerdotes, ſed etiam ſacerdotes vniuſcuiuſque domus, habere poteſtatem in omnibus celebrandi, & myſteria peragendi, prout ſuadere voluerit qui vnicuique domui præeſt. & xv. quæ ſic habet, Præciſe ſtatuimus ergo, ſicut & de ſacrificiis, ita etiam de ſacro baptiſmate, vt id liceat volentibus peragere in omni priorum oratorio, ſed quamnam hæc ſic habeãt, ſi quis à regionis antiſtite ſacrificare vel baptizare in oratorio prohibitus fuerit, si verò tale quid fecerit, deponetur, nec ei nouellæ prodcrunt. Is autem qui non eſt expreſsè prohibitus, videtur etiam tacitè ex epiſcopi ſententia hoc facere. Propterea enim, vt eſt veriſimile, excogitata ſunt *ſuperaltaria, & fiunt ab antiſtitibus, qui ſunt in regione quo tempore *faciunt eccleſiæ inthronizationem, vt ponatur ſupra ſanctas menſas oratoriorum, & ſufficiant non ſolum pro iis quæ ſanctum altare perficiunt, & ſanctæ menſæ, tabulæ exiſtimantur, ſcilicet inthronizatione apertionum & dedicationum, ſed vt oſtendatur ex epiſcopi permiſſione fieri ſacrificium. *ἀντιμιλώνια *πιοῦσιν ἐπιθρονιασμὸν ἐκκλησίας

Quoniam ad noſtram cognitionem peruenit, quod in Armeniorum regione vinum tantum in ſacra menſa offerunt, aquam illi non miſcentes, qui incruentum ſacrificium peragunt, adducentes eccleſiæ doctorem Ioannem Chryſoſtomum hæc dicentem in interpretatione euangelij ſecundum Can. xxxij.

Matthæum: Quamobrem non aquam bibit cùm surrexit, sed vinum: improbam aliam hæresin radicitus extirpans. Quoniam enim nónulli aqua in mysteriis vsi sunt, ostendens quòd & quando mysteria tradidit, & quando postquam resurrexisset absque mysteriis solam ac nudam mensam apposuit, Vsus est, inquit, vino ex genimine vitis: vitis autem, vinum non aquam generat, & ex eo aquæ in sacro sacrificio adiunctionem doctorem subuertere existimant, vt non ab hoc tempore in posterum ignorantia teneantur, patris sententiam orthodoxè aperimus. Cùm enim improba Hydroparastatarũ, hoc est, eorum qui aquæ defensionem suscipiebant, antiqua esset hæresis, qui pro vino sola aqua in proprio sacrificio vsi sunt, refellens hic vir diuinus iniquam eiusmodi hæresis successionem, & ostendens, quòd directè apostolicæ traditioni aduersatur, id quod iam dictum est confirmauit. Quoniam autem, & suæ ecclesię vbi est illi pastoralis administratio tradita, aquam vino miscendam tradidit, quando incruentum peragi sacrificium oportet, ex precioso ac honorando nostri redemptoris latere ex sanguine & aqua contemperationem ostẽdens, quæ in totius mundi viuificationem effusa est, & peccatorum redemptionem, & in omni etiam ecclesia, vbi spiritalia lumina refulserunt, hic ordo diuinitus traditus seruatur. Nam & Iacobus Christi domini nostri secundum carnem frater, cui Hierosolymitanæ ecclesiæ thronus primum est creditus: & Basilius Cæsarienſium ecclesiæ archiepiscopus, cuius gloria omnem terrarum orbem peruasit, mystico nobis in scriptis tradito sacrificio, ita peragendum in sacro ministerio ex aqua & vino sacrum calicem ediderunt. Et qui Carthagine conuenerunt sancti patres, adeò aperte & præcisè mentionem fecere, vt in sanctis nihil plus quàm corpus & sanguis domini offeratur, vt ipse dominus tradidit, hoc est panis & vinum aqua mixtum. Si quis ergo episcopus, vel presbyter non secundum traditum ab apostolis ordinem facit, & aquam vino miscens, sic immaculatum offert sacrificium, deponatur, vt imperfectè ac simpliciter mysterium enuncians, & quæ tradita sunt innouans.

De consec. Dist. 1. Iacobus.

BALS. *Armenij, cum alijs quæ eis aderant hæresibus, solo vino in sanctis mysterijs vsi sunt: & dicebant se facere consequenter iis quæ à magno ecclesiæ doctore linguáque aureo Ioanne Chrysostomo conscripta sunt in sua in euangelij interpretatione secundum Matthæum: quæ tractant non per aquam, sed vinum sacrum calicem exhiberi, cùm tamen nõ doceat sanctum per solum vinum oblationem fieri. Hoc ergo quod sic fit ab Armenijs subuertentes diuini patres, per vinum, & aquam sacrum calicem offerri oportere statuerunt, interpretantes dicta Chrysostomi non ita accipi vt ab Armenijs dicebatur, sed vt Hydroparastatarum, qui per aquã solam sanctũ calicis oblationem faciebant*

bant, hæresis euersio scriberetur. Confutatis ergo ac collisis iis quæ ab ipsis decreta sunt, & ex multis aliis, & ex tradito etiam sacrificio à prædicto sancto patre, & à magno Basilio, episcopos & presbyteros depositioni subiecerunt, qui sancti calicis sacrificium per vini & aquæ vnionem non faciunt. Hæc autem * diuina incitatione commoti præceperunt. In diuina enim passione dei & domini nostri Iesu Christi, non sanguinem tantum, sed etiam aquam emisit eius per lanceam punctum latus, vt duarum eius naturarum non confusam vnionem ostenderet. Nota ergo quòd à præsenti canone duæ hæreses subuertuntur. Vna quidem Hydroparastatarum, qui sola aqua in sancti calicis sacrificio vtuntur. Alia autem Armeniorum, qui id per vinum solum faciunt. Quoniam autem non solum Armenij, sed etiam Latini reprehendunt * aquæ feruentis in sacrum calicem immissionem, dicentes eam nõ esse traditam ab euangelico vel canonico præcepto, & ideo malè fieri, & aduersus hanc diuinam traditionem, quæ decernit per aquam & vinum faciendam sancti calicis oblationem, audiant, quòd feruens ad lita, quæ fit per aquam, & vinum sancti calicis vnionem non mutat: quoniam non est aliquid aliud præter quandam aquam Inicitur autem ad significandum quòd sunt viuifica, quæ ex sancto domini nostri Iesu Christi latere fluxerunt, sanguis scilicet & aqua, & non mortua, quoniam ex hoc quoque miraculi magnitudo ostenditur. Cùm enim ex corpore mortuo suapte natura non soleat feruens sanguis egredi, ex corpore dominico etiam post mortem sanguis & aqua feruentes effluxerunt, vt ex viuifico corpore viuifica. Si quis autem dixerit, Et cur antequam sit sanctificatus sanctus calix feruens aqua ad vnionem non inicitur, sed post sanctificationem? audiet quòd si inniceretur, feruens tempore vnionis ad sanctorum vsque participationem refrigeraretur, & res in priorem statum desineret. Propter hanc ergo causam feruens in sanctum calicem inicitur post eleuationem, & fideles ei tanquam viuifica cõmunicant. Ac Iberi quidem aquâ in sanctum calicem nõ iniciunt, licet sint alioqui in primis orthodoxi, & synodicè aliquãdo interrogati quomodo hoc faciunt, dixerunt nunquam vllum Iberum aqua calida vsum esse ad vini potionem ex longa regionis consuetudine, & propterea eos ne feruenti quidem aqua vti ad sacramenta. Mysterij autem falsitatem edocti, citra vllam recusationem persuasi sunt feruentem in sanctæ participationis tempore inicere. Nota quòd ex hoc solo præsente canone apparet, sacrum ac diuinũ mysterium, etiam à sancto Iacobo fratre domini, qui Hierosolymitanorum ecclesiæ primus fuit episcopus, fuisse traditũ: quæ quidem traditio nunc apud nos nõ inuenitur, neque cognoscitur. Vt quæ exoleuerit. Quomodo autẽ Palestinæ sacerdotes celebrant, cum mysterij, vt ipsi dicunt, ritu à fratre domini tradito, nescio: & Alexandrini quoque episcopi & sacerdotes sacrificia peragunt, cum orationibus, vt aiunt, à sancto Marco traditis, nec ea quæ ab iis qui vniuerso terrarum orbe sacrificant, fiunt, sequuntur, seu à sancto Basilio & sancto Ioanne Chrysostomo traditos nobis mysterij ritus non curant, nescio. Hoc autem etiam synodicè, vel potius etiam in ipso tribunali Imperatoris à me dictum est, quando patriarcha Alexandrinus in Vrbium regina ageret, & vna nobiscum celebraturus, cum tradito, vt dicebat, à sancto Marco mysterij ritu sacrificare vellet. Etiam si correctionẽ non habuerit, cùm omnes patriarchæ assertione eáque sola contenti essent, qui dixit se id non amplius facturum.

* προχειροτονίας

* διακόνους

* ζέσιν

Quoniam cognouimus in Armeniorum regione eos solum in cleri ordinem referri, qui sunt ex genere sacerdotali, iis qui hoc facere aggrediuntur, mores Iudaicos sequentibus: nonnullos autem eorum, etiam non tonsos, sacros cantores, & diuini templi lectores constitui, decernimus vt deinceps non liceat iis qui volunt aliquos ad clerum adducere, ad eius cui manus imponitur genus respicere. Sed examinantes an digni sint, expositis in sacris canonibus decretis, eos in cleri catalogum referre ecclesiasticè promouere, siue sint ex maioribus suis sacerdotibus, siue nõ: sed etiam vt nulli ex omnibus liceat eorum qui sunt in clericorum ordinẽ relati, populo in suggestu diuinas scripturas explicare, nisi is sacerdotali tonsura vsu fuerit, & benedictionẽ à suo pastore canonicè susceperit. Si quis autem presbyter hæc facere deprehensus fuerit, deponatur.

Can. xxxiij.

* ψαλτῳδίου

BALS. Hæc duo præsens canon corrigit, & quod in Armeniorum regione male fiebat, vt non alias fierent clerici, nisi ij qui ex genere sacerdotali descẽdissent: & quod in suggestu diuinæ scripturæ lege-

bantur a b iis qui episcopales tonsuras non habebant. Illud quidem vt iudaicum (lege enim apud Iudæos cautum est, vt ex tribu Leuitica eáque sola sacerdotes fierent) hoc verò, vt quod inconsideratè fieret. Dicunt itaque patres, illos in clero ordinari oportere, non qui sunt ex genere clericorum, sed eos qui digni sunt, & episcopali electione præponuntur, etiam si non sint ex tali genere: similiter & in suggestu eos solos legere debere, qui ad hoc in clericorum numerum relati sunt, eos scilicet qui habent episcopales tonsuras. Hæc cùm canon iubeat, & eos excommunicet qui præter hæc faciunt, sæpe dictum est à diuersis antistitibus, qui habent ex *aurea bulla clericos, Athenarũ scilicet, & Mesembriæ, & alia, quòd qui ex antiquo clericu descenderunt, cogunt ipsos eos qui non sunt clero digni ordinare, atque adeò etiam qui sæpe sunt laici: & quòd ecclesiæ officium per alios ab illis datos fiat. Iam & in hac regina vrbium, in æde sanctorum magnorum martyrum quadraginta, & in æde sanctissimæ deiparæ domini, & in aliis diuinis templis, habent laici, & complura etiam monasteria, clericorum officia. Sed audierunt antistites, quòd præsens canon eis omnibus os occludit, qui eis molestiam exhibent. Quod autem fit in dicto catholico ecclesiæ, quomodo permittitur nescio. Nota autẽ, quòd simul ac acceperunt aliqui tonsuræ characterem à manu antistitis, eos pro clericis habet canon. Audiui enim nonnullos dicentes non esse lectorem, nec dici clericum qui sit in clero ordinem relatus, sed eum demum esse clericum, qui solam habet tonsuram. Et ideo ei licere in laicalem habitum transmutari, quòd mihi quidem nõ videtur: sed & monachos, qui non habent episcopales coronas, sed monachicã tonsuram, dicunt nonnulli posse in suggestu legere apostolum, & reliqua, quemadmodum & clerici, tãquam monachalis tonsura vtique sufficiat pro tonsura clericali. Mihi autem videtur, monachum, qui à sacerdote qui præest, lector est constitutus secundum xiiij. canonem vij. synodi, in suggestu posse legere. eum autem, qui solam habet monachalem tonsuram, hoc facere non posse, & lege quæ scripta sunt in præsentem canonem vij. syn.

*χειροβούλλῳ

*ἀπὸ τῆς ἐπιτοπίου

Ca. xxxiiii. Porrò autem cùm & hoc canon sacerdotalis apertè edicat, quòd coniurationis vel sodalitatis crimen etiam ab externis legibus est vetitum: multo autem magis hoc fieri in ecclesia prohibere oportet: nos quoque obseruare studemus, vt si qui clerici, aut monachi inuenti sint vel coniurantes, vel sodalitates incuntes, vel aduersus episcopos vel conclericos aliquid struentes, à proprio gradu excidant.

BALS. De coniuratione & sodalitate scripsimus etiam in xviij. canone Chalced syno. lege autem eum, & quæ in eum scripta sunt. Est autem aliquando quæsitum, an ij etiam puniri debeant, qui boni alicuius gratia coniurationem fecere, fortè si conspirauerint, ac coniuraverint, sine imperatoris vel magistratus iussu, se pro expugnanda hostium vrbe morituros, vel aliquem suæ ciuitatis eiusdem de medio sublaturos, vel aliquid aliud boni facturos. Ac nonnulli quidem dixerunt, quòd quoniam rarò accidit vt pro aliqua re bona aliqui coniurent, & nec à canonibus vel legibus expressè permissum est, coniurare omnino prohibitum est, ne boni pretextu, multi, ijdémque lectores, in nulla mala incidant, se boni aliquid facere existimantes. Hinc autem excepta sit Imperatoria, & magistratuum potestas, quæ mala vlciscitur, & populum ad honesta excitat. Vt sunt antè & iij. cap. lvij. tit. lx. libri dicente circa medium, puniri eum qui bellum gerit præter iussum Imp & quæ in eo est, præscriptione dicente, Etiam si is vicerit, punitur. Alij autem præsenti canone vtentes, & legi illi quæ à nobis posita sunt in xxxvij. cap. ix. tit. præsentis operis, quæ omnino docent de coniuratione, quæ aduersus aliquos struitur dixerunt, eas demum, quæ ad malum fiunt, coniurationes prohiberi, & puniri: non autem eas, quæ alicuius boni gratia fiunt. Mihi autem videtur omnem coniurationem à lege puniri: tum propter ea quæ superius dicta sunt, & quòd incertus sit eius euentus, & cò magis quòd turbam quomodocunque cogi sine Imp. facultate, valde à lege punitur. Tu autem si inueneris constitutionem sitam in* cõducibilibus secretis Imperatoris domini Alexij Comneni filij beati Imp domini Emanuelis, Iulium mensem, quo perfecta est, indicante, xv. indictione quæ cõtinet multos nobiles & magnos homines, qui Imp. iussu se inuicem sacramentis obstrinxerant, non esse* corrigendos vt qui coniurationem fecissent. Nempe cùm Imperator pronunciarit, non esse coniurationem, quod ab illis factum est, sed licitum iusiurandum, quoniam pro ipsius imperio coniuratio facta sit: ne dixeris, eam quidem coniurationem, quæ fit ad malum, puniri: quæ verò ab bonum, non corrigi. Sed dic omnem coniurationem pœnæ esse obnoxiam, propter eas, quæ in superiori interpretatione adducta sunt causas: quæ autem in dicta Imp. constitutione declarata sunt, esse priuata ac specialia, non autem etiam legum & canonum interpretationes.

*ἀσεσθόρους

*κελεύσαντος ὑπογράψαι

Can. xxxv. Nulli omnium metropolitanorum liceat, mortuo episco-

po,

po, qui eius throno ſubeſt, res eius, vel ipſius eccleſiæ auferre, vel ſibi vendicare, ſed ſint ſub cuſtodia cleri eccleſiæ, cui defunctus præfuit, vſque ad alterius epiſcopi promotionem, præterquam ſi in eadem eccleſia non relicti ſint clerici. Tunc enim metropolitanus ea non diminuta ſeruabit, ordinando epiſcopo omnia reddens.

BALS. *In xxij. canone iiij. ſyno di ſcriptum eſt, deponendos clericos, qui rapiunt bona quæ ad mortuum epiſcopum pertinent. Præſens autem canon prohibet metropolitanum ea ſibi vendicare. Cùm autem audis ea debere eſſe ſub cuſtodia, vel apud clerum, vel apud metropolitanum, quando non fuerint clerici, vt dentur ordinando epiſcopo: ne dixeris hoc debere neceſſariò fieri. Si enim defunctus epiſcopus indicem ſeu inuentarium fecerit, vt vult xl. canon apoſtolicus, cum primum fuit ordinatus, hæredibus eius ab inteſtato illius bona dabuntur. Et lege quæ in dicto xxij. canone de eo ſcripta ſunt. Præterea autem tene memoria, conſtitutionem ſeptembri menſe, xiiij. indictione emiſſam, Impe. domini Emanuelis Comneni, de non rapiendis ab exactoribus bonis, quæ ad defunctos epiſcopos pertinent, quæ quidem hæc complectitur: Res quæ & in dei contemptum, & ad legum naturæ infirmationem, ab iis qui, vt aiunt, neque dei vocem, neque hominum vindictam formidant, vt eſt veriſimile, audetur, non ferenda omnino meo Imperio viſa eſt, cum ad eius aures peruenisſet. Quamobrem eam, vt omnino Chriſtiana profeßione indignam meum corrigit Imperium. Et enim relatum eſt, quòd in exceſſu è vita, eorum qui vbiuis pontificatum gerunt in ſanctiſſimis dei eccleſiis, partim quidem & antequam funus efferatur, partim verò & poſtquam elatum fuerit eccl*is cui in ea regione fiſci procurationem exercent, ipſorum mortu prætextu, eorum cellas inhumanè inuadunt, & immobilia quæ ſunt ſub eccleſiis quæ eis obtigerant, & omnes quidem facultates, quæ in illis inuentæ fuerint, auferunt: vniuerſam autem eiuſmodi immobilium exactionem faciunt, & ea alioqui omnino conterunt. Imperium ergo meum, ne vel auditu quidem ferendam eorum eſſe audaciam exiſtimans, ne cum damnum & calamitas ex antiſtitum morte ad eorum eccleſias peruaſerit, hi multo maiorem calamitatem inuehant, & ea ſint quam iam habent moleſtia longe moleſtiores: ſtatuit per hanc præſentem conſtitutionem, ne ab iis, qui* ducales magiſtratus gerunt, vel deſcriptiones, vel aliqua alia publica iura exercet, tale quid in ſanctiſſimas eccleſias, vel earum immobilia, vel antiſtitum cellas, in eorum morte deinceps amplius innouetur: ſed ſi teſtati quidem moriantur antiſtites, eorum voluntate & ordinatione omnia fiant, quod ad ea attinet quæ in eorum cellis inueniuntur. Quòd ſi forte etiam inteſtati deceſſerint, omnia quoque fiant, vt ſacris canonibus & legibus videtur. Atqui in viduarum eccleſiarum immobilia ne pedem quidem omnino immittet aliquis ex ducibus, vel aliquibus aliis, vt dictum eſt: ſed nec quilibet illinc pars quomodocunque apprehendetur, ſed omnia à patribus eiuſmodi eccleſiarum in ipſis adminiſtrabuntur, quemadmodum de ea legitimè & canonicè editum eſt, donec ſuffecerit, qui poſt mortuos antiſtites, in eccleſias renunciati ſunt, in regione fuerint, & eorum adminiſtrationem apprehenderint: debente ſcire eo, qui ad infirmationem alicuius eorum, quæ à præſenti imperij mei cõſtitutione decreta ſunt, proceſſerit, quòd etiam ſi deus in tali eius támque audaci incepto in præſentia ſiluerit, omnino in futurum dignum eius ſupplicium reſeruans: imperium tamen meũ eum acerbius in præſentia aggredietur, pœnis eum corporalibus ſubiiciens, & ſuorũ membrorum truncationibus, bonorúmque publicationi, & diuturno exilio. Non ſolum enim ex eo ſimplum reddet eccleſiæ, quod ei illo modo ab ipſo auferendum eſt, ſed etiam à fiſco talis quantitas in duplum abſque vlla commiſeratione exigetur, perfectiſſima de ea re cognitione data, ab antiſtite myſtico, qui erit eo tempore, qui debet etiam vtraque adminiſtrare: de ſuo autem peccato omnino excuſationem non habebit. Venit enim meum imperium, & eis per præſentem conſtitutionem euangelicè locutũ eſt, quæ in ſacro chartophylacio ſeu tabulario reponetur, ſanctiſſimis eccleſiis opem laturæ, ſi eius ſolum* exempla authentica ac competenti fide munita ab ipſis partibus oſtendãtur. ea enim* archetypi vim habebunt, & exhibentibus aderunt ad æternam ſecuritatem.*

*ὁι κατὰ χώραν ἀντεξουσιαι Agentes in rebus

*δουκικὰς

*ἰσότιμον

*ἀναντίρρητον

Renouantes, quæ à ſanctis centum & l. patribus in hac dei obſeruatrice & regia vrbe conuenerunt, & ſexcentorum triginta qui Chalcedone conuenere, conſtituta ſunt, de- ca.xxxvj. Diſt.xxij. Renouãtes.

cernimus, vt thronus Constantinopolitanus æqualia p̃iuilegia cum antiquæ Romæ throno obtineat, & in ecclesiasticis negotiis vt illa magnifiat, vt qui sit secundus post illum. Post quem, magnæ Alexandrinorum ciuitatis numeratur thronus: deinde Antiochiæ, & post eum Hierosolymitanæ ciuitatis.

BALS. *Dicit de secundo, & tertio canone secundæ synodi, & xxviij can. quartæ synodi & lege ea quæ in eos à nobis scripta sunt.*

ca. xxxvij. Quoniam diuersis temporibus Barbaricæ incursiones fuere, & ex eo plurimæ ciuitates ab iniquis & exlegibus subiugatæ fuere, vt ideo non possit eius ciuitatis præsul postquam ordinatus fuerit, suum thronum apprehendere, & in eo in sacerdotali constitutione collocari, & sic pro ea quæ inualuit consuetudine ordinationes & omnia quæ ad episcopum pertinent, agere & tractare: nos honorem ac venerationem sacerdotio seruantes, & gentilem iniuriam nequaquam ad ecclesiasticorum iurium perniciem posse quidquam agere volentes, eis qui sic ordinati sunt, & propter prædictam causam in suis thronis non sunt constituti, vt absque vllo ex ea re præiudicio conseruentur, decreuimus, vt & diuersorum clericorum ordinationes canonicè faciant, & pontificatus auctoritate in proprio termino vtantur, & sit firma ac legitima quæcunque sub eo procedit administratio. Non enim à tempore necessitatis exacta iuris obseruatione circumscripta, dispensationis terminus circumscribetur.

BALS. *Lvi. canon apostolicus, & xvij & xviij Antiochenæ synodi, episcopos quidem qui postquam ordinati fuerint, in eas quæ illu obtigerunt diœceses non proficiscuntur, segregationi subiiciunt: eos autem qui non sua culpa, sed propter probabilem aliquam causam non accesserint, puntendos non esse dicunt, & eos suum honorem habere decernunt, perinde ac si in regione versati, & in sede collocati essent. Versus autem canon decernit episcopos, qui non potuerint propter barbaricam incursionem in eos qui eu obtigerunt thronos proficisci, similiter honorari, & sine vllo præiudicio omnia põtificalia exercere, & omnino reputari, perinde ac si in regionẽ accessissent, & in throno suo collocati essent. Quamobrem & Iconij metropolitanus, & orientales alij metropolitani orientales nõ habẽtes ecclesias, vt quæ à barbaris teneãtur, episcopos recte ordinant & põtificalia omnia exercent, etiã si omnino in ecclesias quæ illos sortitæ sunt nõ venerint, nec in throno collocati fuerint. Vidi enim hoc sæpe dictũ, & in controuersiam deductum. Vide & quæ in mense Nouẽbri secunda indictione emissa est constitutiõe illustris Imperatoris domini Alexij Comneni, & decernentẽ, eos qui in orientales ecclesias electi sunt, habere & ipsos, quæ illis adsunt præeminẽtia & administrationu iura, & *Adelphata, & officia. Didicit Imperium meũ sanctissime domine & vniuersalis patriarcha, quòd cùm in dei ecclesia electiones procedant, quidam eorum qui electi sunt in monasterio gubernantes, & domus administrationis curã gerentes, vel alia etiã ministeria exercentes, & omnino monachi existentes, alij autem in magna dei ecclesia, & alia, ex officio, & aliis muneribus, ac ministeriis, ea quæ victui sufficiũt, possidentes, egreferunt pontificale iugum subire, & illu ecclesiæ præesse, in quas renunciati sunt: veritis, ne cum eiusmodi ecclesiæ in oriẽtis patribus sitæ sint, eis necessaria desint, vtpote cùm ecclesiæ in quibus electi sunt, nullo modo ab eis adiri possint: prouen-*

* ἀδελφατα

tur

ner autem & ipſi, eo quòd illarum regionem ſuſcipiant, præfecturis & œconomiis, quæ ſibi adſunt, & aliis muneribus, & iis quæ ſimpliciter dicuntur Adelphata, & officiis, & quibuſdam aliis miniſteriis. Meum itaque ſtatuit Imperium, ea quæ ad ipſos pertinent, diſpenſatiua quadam ratione diſponens, ne quis propterea pontificale iugum ſubire recuſet. Si enim omnes etiam rurſus fruentur iis quæ ſibi adſunt præfecturis, & œconomiis & aliis, & miniſteriis, ac muneribus, & officiis, & quæ illis adſunt quæ dicuntur Adelphata, & doctrinæ rationem ſubeuntes, perficiente à ſe ſuſcepto ordine, illorum quoque reditus libere percipient, donec remiſſionem acceperint, & ab ea quæ nunc eſt, cleri calamitoſa ſorte, ad meliorem cleri ſucceſſum eis attributarum eccleſiarum, quæ ab eis, vt dixi, aditi non poſſunt, vt quæ ab infeſtiſſimis teneantur hoſtibus, peruenerint: ſed hæc quæ à meo imperio conſtituta ſunt, locum non habebunt in officiis, vel gradibus ſacerdotum, & diaconorum, & cæterorum cleri magnæ dei eccleſiæ. Pone ergo præſentem conſtitutionem in codicibus Chartophylacij, ſeu tabularij, magnæ eccleſiæ.

ἀδελφατα

ἀδελφατῶν

Canonem, qui à patribus factus eſt, nos quoque obſeruamus, qui ſic edicit: Si qua ciuitas ab Imp. poteſtate innouata eſt, vel rurſus innouata fuerit, ciuiles ac publicos typos, eccleſiaſticarum quoque rerum ordo conſequatur. ca.xxxviij

BALS. In xij. canone Calchedonenſis ſynodi ſcripſimus quæcunque quidem ſcripſimus. Quoniã autem præſens quoque canon ſtatuit eas quæ imp. facto excitatæ ſunt, ciuitates, vel etiam excitandæ ſunt, ab eccleſiis quoque honorari, ſicut Imperiale iuſſum deſcripſerit: id eſt, vt ipſæ habeant vel epiſcopalem dignitatem, vel metropolitanã. Oportet enim eccleſiaſticũ ordinẽ, ciuiles & publicos typos ſeu imp. iuſſa ſequi: dicimus, quòd etiam à præſenti canone Imp. datum eſt, epiſcopatus nouos facere, & in iura metropolitanorũ erigere, & de eorum electione, aliáque adminiſtratione, prout ei viſum fuerit, ſtatuere. Interim autem debes ſcire, quòd in menſe maio, x. indictione, anno 6565. exiit edictũ ab inluſtri Imp. domino Alexio Comneno cõtinẽs, quòd cũ metropolis Baſilas, & metropolis Madytana viduæ eſſent, & antiſtitum electionem fieri oporteret, exurrexerunt Heracleanus & Ancyranus metropolitanus, & dixerunt non debere eas eccleſias, etiam ſi metropolium dignitate honoratæ ſint, à magnæ eccleſiæ partibus, earum antiſtitum electionem ſuſcipere, ſed ab ipſis: eo quòd Madytana quidem eccleſia ſit Heracleæ epiſcopatus, Baſilas autem eccleſia ſit Ancyrani metropolitani epiſcopatus, & cùm vti eſſent ij metropolitani xij canone Calchedonenſis ſynodi, decernit ſeruanda veræ metropoli iura, quæ illi adſunt in honorata eccleſia, decretum fuit Imperial. in præſentia ſynodi, quæ tunc erat, conſentientis vnáque decernentis, licere Imperatoribus pontificalem thronum eccleſiis largiri, & epiſcopatus vel archiepiſcopatus in metropoles erigere: ináque, quæ ad electionẽ pertinent, & reliquam diſpoſitionem, prout ipſe voluerit, deſcribere, nec à canone impediri, qui ſtatuit metropoli iura ſeruari, quæ illi adfuerunt ab initio in honorato epiſcopatu. Et lege hoc edictum quod interpretatur, quomodo debeant ſeruari iura antiquæ metropolis, & non diuidendã eſſe vnam prouinciam in duas. Nos enim, eo quòd ſit prolixius, hic integrum non poſuimus. Hoc ipſum autem edictum, poſt decretum quod continet, debere eccleſias quæ ſunt honoratæ iuſſu Imperial. à throno Conſtãtinopolitano præſulum electionem accipere, nec eos qui paulo antè erant, metropolitanos, vllam in eu partem habere, hæc quoque expreſsè continet. Quoniam autem rurſus quoque antiſtites, Calched. ſynodi canonẽ adducentes eos qui iuſſu Imp. altiore throno digni habiti ſunt, dicebant præter canones honorem perfectiorem conſequi, & rationis expertes eorum appetitiones coerceri volebant, & canonicam auctoritatem afferebant, imperium meum, & Imperialis poteſtas, quod ei à diuinis canonibus datum eſt priuilegium, neglectus haberi non ſinens, & antiſtitum ob honoris prouocationem ſupplicationes, vt non canonicas, neque legitimas, appellationis euentum accipere nolens, ſtatuit epiſcopatum non aliter in ſublimiorem thronum erigẽdum, archiepiſcopatus ſcilicet, vel metropolis, quam ſi Imperator illius tẽporis, proprio motu impulſus, nulla humana indecore gratia intercedente, voluerit illam quæ eſt ſuperior ac eminentior, dignitatem ei præbere, vel propter ciuitatis honorem, vel propter eius fidem in ſanctam eccleſiam, vel eius qui illi præeſt virtutem honorans, & ex eo ſua ſponte incitatus ad largiendum honorem. Ac ei quidem qui propter humanam affectionem, & mores non laudatos, ordinem ſublimem largitur, diuinorum canonum metum intentant. In quos ne ſæpe Imperator incidat, permittit & ſanctiſſimo eius tẽporis patriarchæ, ne aliter à quouis allatã de cuiuſcunque eccleſiæ primatu chartam confirmet, nec eius præſulem inter archiepiſcopos, vel metropolitanos recipiat, quàm poſtquam de ea re ad imperialem poteſtatem retulerit, & quid ſacris canonibus ſit conuenire, intellexerit, quòd imperator, proprio motu, iuſta de cauſa eccleſiæ huic honorẽ largitus eſt. Tũc enim & eam admittet, & in eorum qui ſub ſe ſunt antiſtitũ, numerum

illum cospiabit qui præstantiorẽ honorem ab Imp sortitus est. Nota ergo, quæ à præsenti Imp. edicto dicuntur, de ecclesiu honoratu erectisque ex episcopatibus & archiepiscopatibus in metropoles.

Can. xxxix Cùm frater & cõministernoster Ioannes insulę Cypri præsul, vnà cum suo populo in Hellespõtica prouincia, & propter barbaricas incursiones, & vt à gentilium seruitute liberarentur, & Christianissimæ potentiæ sceptris purè subiicerentur, à prædicta insula emigrauerit, clemẽtis dei prouidentia, & pij deíque amantis Imp. nostri labore, constituimus, vt citra vllã innouationẽ seruentur quæ à diuinis patribus, qui Ephesi conuenerunt prædicti viri throno priuilegia concessa sunt, vt noua Iustinianopolis Constantinopolis ius habeat, & qui in ea constituitur, in primis pius ac religiosissimus episcopus, præsit omnibus Hellespontiorum prouinciæ episcopis: & à suis episcopis eligatur, ex antiqua cõsuetudine. Mores enim, qui sunt in vnaquaque ecclesia, diuini etiam nostri patres seruandos censuerunt. Cyzicenorum ciuitatis episcopo, prædictæ Iustiniani ciuitatis subiecto existente ad imitationem reliquorum omnium episcoporum, qui subsunt prædicto dei amantissimo præsuli Ioanni, à quo, cùm vsus postulauerit, etiam ipsius Cyzicenorum ciuitatis episcopus ordinabitur.

BALS. *Ab viij canone iij. syno. ex supplicatione cuiusdam Cypriorũ episcopi, Rhegii fuit statutũ est ipsam Cypri ecclesiam esse principalem ac primam, & prohibitus est Antiochenus episcopus facere in ea ordinationes. Præsens autem canon editus ad postulationem alterius episcopi Cypri Ioannis, confirmat quidem, quæ Ephesi acta sunt, nominans etiam Cypriorum ecclesiam, nouam Iustiniani ciuitatem. Statuit autem illam quoque habere iura Constantinopoli, similiter & ecclesias prouinciarum Hellesponti, & ecclesiam Cyzici, & ipsorum episcoporum ordinationes à Cypri archiepiscopo fieri. Hodie autem nulla ex his ecclesiis Cypri episcopatui subiicitur, sed neque habet iura Constantinopoli. Quærendum ergo quomodo hoc fiat. Hellespontus quidem certè est, qui ab Abydo ad Thraciam vsque extenditur, montes orientales.*

Can. xl. Quoniam deo hærere, per secessum ex vitæ strepitu ac perturbatione, valde est salutare, oportet nos, non sine examinatione, eos qui vitam monasticam eligunt, non intempestiue admittere: sed nobis à patribus traditum decretum in eis quoque seruare, vt vitæ secundum deum professionem, vt iam firmam, & à scientia ac iudicio factam tunc admittamus, post rationis complementum. Qui ergo monachicum iugum est subiturus, ne sit minor quàm decem annos natus, eius quoque rei examinatione in præsulis arbitrio sita, an augeri tempus conducibilius existimet, ad introductionem & constitutionẽ in vita monastica. Etsi enim etiam magnus Basilius, in sacris suis canonibus, eam quę se sua spõte deo offert, & virginitatẽ complectitur, si octauum decimũ annũ compleuerit, in virginũ ordinem referendam esse statuit: sed tamẽ de viduis & diaconissis exẽplum secuti, in dictũ tẽpus, analogia

&

& proportione habita, eos qui vitam monasticam elegerunt, deduximus. In diuino enim apostolo scriptū est, lx. annorum viduam in ecclesia eligendam: sacri autem canones, quadraginta annorum diaconissam ordinandam esse statuerūt, cum dei ecclesiam, dei gratia, potentiorem ac robustiorem euasisse, & vlterius procedere vidissent, fideliumque, ad diuinorum mandatorū obseruationem firmitatem ac stabilitatem. Quod quidem cum nos quoque optimè intellexissemus, perfectè statuimus, dei gratiam, ei qui certamina secundū deum aggressurus est, veluti quoddam signaculum celeriter imprimentes, hinc eum ad non diu cunctandum & tergiuersandum inducentes, vel potius etiam ad boni electionem & constitutionem incitantes.

BALS *Magnus quidem Basilius, in xviij. suo canone, eas quæ post sedecim annos, se virginitatem suscipere profitentur, admittit, vt quæ bonum à malo possint secernere ac eligere. Præsens autem canon, cum qui x. annos natus est, si monachus esse elegerit, non reiecit, sed eum ad vitam monasticam non aliter recipiendum decernit, quam si ab episcopo probatus examinatusque fuerit: adiicit autem se hæc statuere, quoniam ecclesia dei gratia ad anteriora procedat & ad diuinorum mãdatorum obseruationem firmior ac validior euadat. Vsus est autem ad eorum confirmationem, etiam iis quæ de diaconissis in suis synodo dicta sunt, dicens, Quòd cùm sanctus Paulus decreuerit, quæ sexaginta sunt annorum, viduas, in diaconissarum ordinem posse referri, patres virginem xl. annos natam diaconissam ordinari censuerunt: vt ex eo colligatur, patres nihil absurdum decreuisse, qui imperfectos tondendi tempus ab xviij. anno ad decimum redegerint. Est autem magna in agenda gratia, quòd non quencunque x. annos natum, nulla diligentiori perscrutatione facta, tonderi permiserint: sed hoc episcopi prudentiæ ac iudicio reliquerint. Fortasse enim eius examinatio, hunc quidem, qui decimum annum excesserit, ad tonsuram admittet: illum verò repellet. Atque hæc quidem sunt, quæ in canone continentur. Tu autem lege vi. Nouellam Imperatoris domini Leonis philosophi, quæ continet illum quidem, qui xx. annum compleuit, vel xvii. absque vllo impedimẽto posse tõderi, vt vult magnus Basilius, atque etiam testari, cum autem, qui anno ætatis suæ decimo monachus esse voluerit, posse quidem liberè hoc facere, ex sententia huius canonis, de bonis autem quæ habet, testamentum facere non posse, sed expectare, donec xv. annum attigerit. Interea autem si mortuus fuerit, eius quidem serui manumittentur, reliquæ autem facultates bifariam diuidentur, & duas quidem partes accipiet monasterium, tertia verò pars cognatis dabitur. Quòd si defuncto non fuerint cognati, tertia quoque pars monasterio accrescet.*

Eos, qui vrbibus vel vicis, in *clausuris volunt secedere, & sibi ipsis seorsim, seu in solitudine, mentem adhibere, prius quidem in monasterium ingredi oportet, & anachoreticam, hoc est aliis separatam ac semotam viuendi rationem exercere, & spatio triennij, ei qui mansioni præest, in dei timore parere, & obedientiam in omnibus, vt æquum est, implere, & ita de eis vitæ eligendæ instituto profitentes, & quòd eam ex toto corde sua sponte amplectũtur, ab eius loci præsule examinari: deinde sic alio anno extra clausurã fortiter se gerere, vt scopus eorũ euadat manifestior. Tunc enim plenè ac perfectè significabũt, quòd nõ inanẽ gloriã captãtes, sed propter ipsum re vera pulchrũ ac honestũ, hoc silentium persequuntur. Post tanti autem tẽporis cõplementum, si in eodem eligendæ vitæ

*can xli.
*εἰσκλείστοις

instituto permaneant, includi ipsos, & eis non amplius licere, quando etiam voluerint, ex tali mansione egredi, præterquam si propter communem vtilitatem, vel aliam necessitatem ad mortem vrgentem, ad id trahantur, & ita cum benedictione eius loci episcopi: qui autem sine his iam dictis causis ex suis habitaculis exire aggrediuntur, primo quidem vel inuitos dicta clausura coerceri, deinde ieiuniis, & aliis afflictionibus ipsos curare, scientes quemadmodū scriptum est, quòd Nemo qui manum aratro immisit, & retro conuersus est, est aptus regno cælorum.

*κοινωνίαν
*ἀναχωρητῶν

BALS. *Magna quædam res est, & inceptum valde audax separatim & in solitudine quiescere ac silentium agere, seipsúmque in exigua domuncula, tanquam toto vitæ suæ tempore mortuum, includere. Et propterea a patribus constitutū est, ne quispiam vbilibet, & quomodocunque, absque diligenti inuestigatione includatur: sed vt is quidem, qui hoc facere voluerit, prius triennio ei qui monasterio præest, subiectum & morigerum se præbeat, & ex prioribus plenè & integrè declaret, quanam futura sit in posterum eius vitæ ratio, cum probatione ac examinatione regionis illius episcopi. Deinde extra clausurā vno adhuc annose fortiter gerat. Quòd si ne sic quidem visus fuerit, is qui includi petit propter mores improbos hoc facere, sed propter ipsum honestū, & animæ salutis desiderium, is ab episcopo includatur, vt ex clausura amplius non exeat, præterquam propter cōmunē vtilitatem, vel propter mortis periculum: ad hæc vt nec is aliter sit exiturus, quàm cum episcopali permissione. si autem aliter, & non propter dictas causas exierit, primum quidem vel inuitus includatur vbi prius erat: deinde & commissum ab eo delictum supplicio curetur. Neque enim is est à deo recipiendus, qui se bonum aliquod & salutare facturum professus, suorum postea promissorum pœnitentiam agit. Nota ergo, eius qui est includendus, quatuor annorum probationem. In externis enim regionibus, *ἐνεστιγίο includitur qui vult includi absque episcopali permissione & consuetu canticu. Nota similiter, quòd sine episcopali permissione, non licet ei qui inclusus est, ex claustro suo egredi, etiā si sit causa iustissima, quæ ei exeundum esse suadeat. Eos autem qui non sic egrediuntur, etiam inuitos includi. Et hæc quidem decernit canon. Primum autem caput cxxxiij. Nouellæ, quæ sita est in libro iiij. Imp. caput xiij. hæc dicit, Statuimus neminem omnino propriam habere habitationem, neq; eam quæ dicitur, cellulam: nisi quis velit solus, & vno vel duobus fortasse vtens administris, vitam in cō templatione & silentio transigere: sed plurium omnino virorum vnam esse eandémque congressionem: & orantium, & naturæ opera facientium, quæcunque à vituperatione ac reprehensione aliena sunt, & communiter quidem, vt dictum est, comesse, communiter autem dormire: & si sit tanta multitudo, quantam vna fortasse domus non comprehendat, quoniam duæ sunt fortasse vel tres domus quæ eos suscipiunt, nullus tamen quidquam omnino proprium habeat, sed in communi noctu & diu viuat, vt noctes eandem illis habeant obseruationem quam dies. Non enim omnes semper dormiunt, sed clarum est, quòd alij quidem dormiunt, alij verò vigilant: & erunt semper aliqui qui dormientes obseruent. Si sint autem aliqua domicilia, in quouis monasterio, eorum quæ sunt sub vniuersali patriarcha huius magnæ ciuitatis, vel eorūque quæ sunt subtus sanctitate, seu in eodem circūcirca incolatu, siue eorum quæ sunt à nobis ædificata, siue ab aliis, ea omnia omnino dirues, & eis aperies sui inuicem spectaculum: & videbunt quæ à se inuicem fiunt. Cur enim hoc facere cauebunt, cùm se deo semel dicarint, & omnem popularem viuendi rationem valere iusserint? Et hoc quidem seruari volo, & nunc, & in omne deinceps tempus: nullo, vt dictum est, habente propriam habitationem, sed congregatis omnibus, & ea quæ à se inuicem fiunt spectantibus. Clarum est enim, quòd ea studebunt esse eiusmodi, vt ab omni penitus reprehensione aliena maneant. Si quis autem vsque adeò impudens visus fuerit, vt transgrediatur aliquid eorum quæ lege cauta sunt, qui illi præest mansioni hoc examinet. Volumus enim nunc acriorem fieri obseruationem. Dicunt itaque nonnulli nouellam canoni aduersari. Mihi autem videtur quidem canon loqui de anachoretarum inclusionibus: Nouella autem esse edita propter eos qui in monasteriis cœnobiis, id est, vbi communiter viuitur, habent cellas. Et est magna vtrarumque legum differentia, & ideo hac ratione non repugnant quæ ita constituta sunt. Hodie autem in mulierum quidem Monasteriis locum habent quæ Nouella cauta sunt, in virorum autem minimè.*

Can. xlij. Eos qui dicuntur Eremitæ, qui quidem nigris vestibus induti, & capite comati vrbes obeunt, & cum viris ac mulieribus

bus versantur, & propriæ professioni faciunt iniuriam, statuimus, si elegerint quidem tonsis comis reliquorum monachorum amictum suscipere, eos in monasterio constitui, & inter fratres referri. Quòd si hoc non elegerint, eos omnino ex vrbibus expelli, & solitudines, quæ eremi dicuntur, habitare: ex quibus sibi etiam denominationes confinxere.

BALS. *Complures populi seductores, vrbes obeuntes induuntur nigris vestibus, & sunt intonsis capillis, tetrunium, sordésque ac squallorem præ se ferentes, & simpliciores decipientes, ac monachalem professionem iniuria afficientes. Ac nonnulli quidem eorum, vna cum viris laicis mulieribúsque versantes, & in primis dæmoniacis doctrinis circunstrepentes, pro populo vtique precantur, & pœnitentiam prædicant. Alij verò dicunt se deo tussu ex solitudine in ciuitates venisse, vt futura quædam prædicant & simplicioribus bona quædam pollicentur, lucri & mercimonij gratia. Hæc ergo synodus statuit, vt eu comæ tondeantur, & in monasteria introducantur, vt monastice in eis vitam agant. Si autem hoc nolint, vt ex vrbibus expellantur, quò in Eremo eam viuendi rationem persequantur, quam sibi, non ex veritate, sed ex fallacia, & morum improbitate, confinxere. Neque enim in Eremo propter animæ salutem habitauissent, si ad vrbes omnino accedere hac necessaria constitutione vetiti essent.*

Licet omni Christiano vitam exercitatricem eligere, & rerum ad vitam pertinentium deposita tempestate, monasterium ingredi, atque instar monachi tonderi, in quacunque prolapsione deprehensus fuerit. Seruator enim noster deus inquit, Eum qui ad me venit non eiiciam foras. Tanquã ergo monachali vitæ agendæ instituto in pœnitentia nobis vitam describẽte, ei qui ad illud germane ac sincere accedit, acquiescimus ac fauemus. Nec vlli ei mores impedimentum afferent, quominus proprium scopum adimpleat. Can. xliii. *ἀναγνώσ. βιν.*

BALS. *Vt est verisimile, prohibebantur quidam qui tonderi volebant, ad hoc inducti, vel propter suam vitæ turpitudinem sordésque ac contemptum, vel propter aliquod delictum. Dicit ergo canon, quòd nullum peccatum prohibet Christianum vitam exercitatricem eligere, & per pœnitẽtiam deum placare. Neque enim vllum est peccatum, quod dei clementiam superet. Porro etiam seruator noster dixit, Eum qui ad me venit, nõ eiiciã foras: & alij etiã canones dicũt esse Nouatianã hæresim, eorũ qui accedunt pœnitentiã non suscipere, sed finere eos qui offenderunt, si magnũ sit aliquod delictũ, profundo desperationis obrui. Patres autem id quod à se decretum est confirmantes, dicunt, quòd sicut columna id quod in ea describitur exprimit, ita & monachica professio monachi pœnitentiam describit. Hoc autem intellige, quando tonsuram non impedit ætas imperfecta, vel aliquid aliud probabile. Tunc enim episcopalis examinatio id quod erit agendum excutiet, vt vult xl. canon præsentis synodi. Si vis autem scire multas esse causas, quæ tonderi prohibeant, lege cap. tij. tiij. lib. Imperial. à patriarcha redactum circa medium tij. cap. primi tit. præsentis operis, & positum in commentario xxxij. cap. ix. tit. præsentis operis.*

Monachus fornicationis conuictus, vel qui ad matrimonij communionem vitęque societatem vxorem duxit, fornicatorum pœnis secundum canones subiicietur. Can. xliiii.

BALS. *Quòd fornicatorũ pœnis subiiciatur, qui fornicatus est monachus, est vt clementissimum amplectendum ac recipiendum. Fortè enim dixerit quispiam, non ex æquo debere puniri laicos & monachos fornicantes. Quòd autem fornicatorum solum pœnis puniatur, qui venit ad matrimonij societatem monachus, non est, vt existimo, sine distinctione. Vidi enim tempore patriarchæ domini Lucæ monachum quendam Leontium Muzacem nomine, cùm veste militari indutus synodicè adstitisset, & ab ea muliere, cum qua vixerat, separari nõ persuaderetur, ea de causa cum seueritate monachalibus fuisse vestimentis indutum, & carceri traditum, & alias valde punitum. Mihi ergo videtur, quòd præsens canõ illum monachum, qui in matrimonio versatus est, fornicatorum pœnis sub-*

iiciendum dicit, qui sua sponte ab illicitu nuptiis seiunctus est, & ad priorem monachalem statum reuersus est ac confessus. Qui enim non sua sponte ab illicito matrimonio recedit, propter apertam impudentiam grauiter punitur. Vt dicit vij. decr. ij. cap. primi tit. iiij. lib. quod est pars cxxiij. Nouellæ Iustiniani. Lege autem hoc positum in commentario xxxij cap. ix. tit præsentis operis. Quære & xv. can. iiij syn. & can xix. Anc. syn. & ca lx sancti Basilij, dicêtes, Grauius puniri monachos, qui virginitatem professi sunt, eámque non seruauerunt. Et dic canones inter se non pugnare, eo quòd præsens quidem canon de confitentibus statuat, illi verò de condemnatu, qui propterea grauius puniuntur.

Can. xlv. Quoniam intelleximus, in nonnullis mulierum monasteriis, mulieres quæ sacro illo amictu dignę habentur, prius sericis, & omnis generis vestibus, præterea autem & *mundis auro & gemmis variatis, ab iis qui illas dicunt exornari, & sic ad altare accedentes, exui tãto opum apparatu, & statum in illis fieri habitus benedictionem, illáque nigro amictu indui, statuimus ne hoc deinceps fiat. Neque enim fas est, vt quæ iam propria voluntate omnem vitę iucunditatem deposuit, & eam quæ est secundum deum, vitæ agendæ rationem amplexa est, firmísque ac stabilibus rationibus eam confirmauit, & ita ad monasterium accessit, per eum qui interit ac fluit mundum, ea quorum iam oblita erat, memoriã reuocet, & ex eo anceps reddatur, & eius anima perturbetur instar exundantium fluctuum, húcque & illuc versantium, vt nec reliquam nonnunquam lachrymam emittens, cordis per corpus compunctionem ostendat, sed & si exigua aliqua vt est consentaneum, lachryma exilierit, non magis propter affectionem quam habẽt propter exercitatorium certamen, quàm propterea quòd mundum & mundana seu secularia relinquant, ea à videntibus profluxisse putetur.

*κόσμιος. Mũdus pro muliebri ornamẽto frequens apud iurisconsultos.

*ὅλως

BALS. *Quod didicerunt diuini patres in mulierum fieri monasterijs, & piè ac sanctè prohibuerunt, hoc nunc vel maximè fit à cellularijs monasterijs. Eam enim quæ est tondenda, instar sponsæ sumptuosis & splendidis vestibus auro ac gemmis variatis, in ipso ferè tonsuræ tempore induunt, & eam sic exornatam in templum introducunt: cùm autem instat tonsuræ tempus, superuacaneam illam & sumptuosam vestem sponsæ exuunt, & illã nigra vestimentu induunt. Ne autem hoc fieret, sancta prohibuit synodus, vt quod & ad mundi cupiditatem excitet, & à videntibus damnetur. Vt est autem verisimile, non aliam ob causam contemnitur hoc præsens decretum, quàm quòd eius contemptoribus supplicium quoque non simul ab eo inducatur. Mihi autem videtur, quòd omnes qui canones transgrediuntur, pro regionis episcopi arbitratu punientur, etiam si in nonnullis non fuerit expressum genus supplicij.*

Can. xlvi. Quæ vitam exercitatoriam eligunt, & in monasteriis sunt constitutæ, ne omnino progrediantur. Si qua autem inexorabilis necessitas ad hoc trahit, cum benedictione & permissione eius quæ præest hoc agant. túncque non solæ per se, sed cum aliquibus vetulis, & quæ in monasterio primæ sint, cum mandato eius quæ præfecta est. Eis autẽ omnino extra *cubare non licet. Sed & viri qui vitam monasticam persequuntur, vrgente necessitate, & ipsi cum benedictione eius cui regimen creditum est, procedant. Quamobrem qui transgrediuntur

*κοιτῶ

id

id quod eſt nunc à nobis decretum, ſiue ſint viri, ſiue mulieres, conuenientibus pœnis ſubiiciantur.

BALS. Alij quoque canones ſtatuunt non debere monachos circumcurſare vbi velint. Hic ergo cõ ſequenter præſens canõ de monachis mulieribus decernit, eis non licere monaſterio egredi. Quòd ſi inexorabilis neceſſitas eos ad egrediendum vrgeat, ne ſic quidem egredi licere abſque benedictione & permiſſione eius quæ præeſt, & niſi vna cum illu egrediantur anus aliquæ piæ ac ſanctæ monachæ. Eis autem omnino extrà cubare, ſeu extra manſionem pernoctare, non permittit. Et hæc quidem de mulieribus monachis. Iubet autem monachos propter ſolam inexorabilem neceſſitatem è manſione egredi cum benedictione & permiſſione eius qui perfectus eſt qui autem hæc tranſgrediuntur, monachos, vel monachas, conuenientibus ſupplicijs ab eo qui præeſt ſubiici. Lege & 19. cap. xj. iuſſ. primi tit. lib. Imp. quod quidem eſt pars cxxiij Iuſtiniani Nouellæ, & prædicta circa finem 119. cap. xi. tit. præſentis operis. Nota autem quòd mulieribus quidem non eſt conceſſum extra monaſterium permanere, ſeu pernoctare. Viris autem ne pernoctent, non eſt prohibitum. Et quòd mulieribus quidem cum aliis religioſis mulieribus egredi permittitur extra monaſterium, vrgente quandoque neceſſitate, idque omnino propter muliebris animi lubricitatem, & inconſtantiam. Monachi verò, per ſe, & ſoli, cum rectoris benedictione, ad vrgentia miniſteria & manſiones abeunt. Hæc autem, vt mihi videtur, dicenda ſunt de iis qui propter iuuentutem ſuſpecti ſunt: non autem de iis qui propter ſenium & virtutem à ſuſpictione ſunt abeni.

Neque mulier in virorũ monaſterio, neque vir in mulierum dormiat. Extra offendiculum enim & ſcandalum fideles eſſe oportet, & ad id quod eſt decorum ac honeſtum deoque gratum, vitam ſuam componere: ſi quis autem hoc fecerit, ſiue ſit clericus, ſiue laicus, ſegregetur. Can. xlviij.

BALS. Ab omni ſcandalo eſſe remotos exigit canon, non ſolũ monachos, ſed & omnes fideles, & nec eis ſcandala per alios, nec alios per eos ſcandala, ſed multo magis monachos. In mulierum autem monaſterio dormire viros, vel cõtrà, & illu ipſis eſt offenſionis cauſa, & alius Carni enim innatus eſt animi perturbationum ignis, & vix, & ſi ipſum materia non accẽdat, lentior moderatiorque redditur. Quòd ſi nos ei fomites addiderimus, erit acrius & vehemens, & vt fœnum facilè nos incendet. Quod autem viris ad ignis cupiditatem poteſt eſſe acrius fomentum mulieres, vel mulieribus rurſus viris ad flammam excitandam? Et ſic inter ſe quidem monachi offenſionis anſam præbebunt, & alius ſcandalum afferent, cùm viderint mulieres in virorum habitaculis pernoctãtes, vel viros in mulierum aſceterijs. Sunt enim quam plurimi ſuſpicioſi, offenſionúmque & calumniæ occaſionem quærunt. Quamobrem & hoc quoque à patribus interdictum eſt. Eos autem qui præter hæc faciunt, ſegregatione puniunt. Et hæc quidem canon: ſecundum autem caput cxxxiij. Nouellæ, ſeu xv. caput primi tit. iiij. libri Imperial. dicit, Non ingredietur autem omnino nec mulier in virorum monaſterium, nec vir in mulierum, vel prætextu memoriæ ac monumenti alicuius mortui qui illic ſitus eſt. Et maximè, ſi quis fratrem forte, vel ſororem, vel aliquem ex ſuo genere in monaſterio ſe habere dixerit: non eſt enim cognatio monachis, qui eam quæ eſt in cælo vitam æmulati ſunt. Quid enim ſibi volunt qui ſic ingrediuntur, ſi non aliquid eorum quæ ſunt prohibita volunt agere? Cum ergo, quæ viris conueniunt, poſſint viri in virorum monaſterio facere, & ſimiliter quæ mulieribus attributa ſunt, in mulierum monaſterijs mulieres facere, nullus quoque miſceatur alteri, nec ſi quis forte dicatur frater, vel ſoror, vel alius cognatus. Neque enim alicui eo prætextu introire permittimus. Si enim ipſa principia abſciderimus, & eam quæ per viſum animis infunditur, fraudem, & quæ ex eo oritur, prolapſionem prohibuerimus, erit multo facilior & planior ſacris concertatoribus vitæ melioris correctio. Omnes ergo illi legi parent, & nec viri in mulierum monaſteriorum ſepulcris, nec mulieres in virorum monaſterijs inhumentur. Neque enim viris Gynæcea, nec rurſus mulierum catalogis virorum habitacula conueniunt. Nec ideo cum iis qui propter defunctos accedunt, indecoras has & inhoneſtas congreſſiones fieri volumus, ne ex eo naturæ ad ſeipſam detur aditus, vt quomodo non fas eſt ſe delicatè ac molliter gerat, & ludat, & res diuinas iniurijs afficiat, & pietatis vtique prætextu & ſub ſanctitatis ſpecie ea agat, quæ ne dicere quidem nec cogitare fas eſt eos qui honeſtam vitam monaſticam perſequũtur. Cùm hoc autem ſit apertum, neceſſe eſt eos qui ſepulturis deſeruiunt, & eos maximè qui lectum ferunt, & qui fodiũt, ad monaſterijs accedere. Et in virorum quidem monaſterijs res eſt facilis, ſed non ſic in mulierum, propter dictam prohibitionem. Statuimus itaque, ſi quando quid eiuſmodi futurũ eſt, & ſepelienda ſit mulier in tali mulierum monaſterio (virum enim non admittimus) vt religioſiſſimæ quidem mulieres in ſuo monaſterio maneant, ſola autẽ oſtiaria vel oſtiarta, & ipſa forte rectrix, ſi velit adſint iis quæ fiunt, & illi cũ primum *iuſta & exequias

* Ἐὰν δὲ τινὸς ἐκεῖ συμ-βαίνῃ τοιοῦτον

quàm celerrimè fecerint, & ſepulcrum foderint, corpúſque contexerint, ſtatim recedant, nec vllu à ſe viſis religioſiſsimu fœminis, nec eis vicißim ab vllis earum conſpectu, ſed nec viri alium excogitent pratextum, quo ad mulierum monaſteria accedant, vel mulieres ad monaſteria quæ viris dedicata ſunt, ab obtentu eorum quæ in exequiis & inſtu mortuo prabenda ſunt, vt qui eorum memoriam faciunt tertio & nono die conuenientes, vel quando xl. dies venerint, vel etiam annus, cùm liceat quidem mulieribus, ſi mulierum ſit monaſterium, omnia facere. ſin autem virorum, viris: & nõ talium obſeruationum pratextu ſanctu monaſterius aliquam infamiæ notam inuere. Nota ex præſenti nouella, quòd non ſolum mulierem in virorum monaſterio, vel contrà, prohibitum eſt, ſed virum etiam omnino in mulierum monaſterium ingredi, vel contrà: & quòd in fœminarum monaſterio vir non ſepelitur, nec in virorum, mulier.

can. xlviij. Vxor eius qui ad epiſcopalem dignitatem promotus eſt, communi ſui viri conſenſu prius ſeparata, poſtquã in epiſcopum ordinatus eſt ac conſecratus, monaſterium ingrediatur procul ab epiſcopi habitatione extructum, & epiſcopi prouidẽtia fruatur. Si autem digna viſa fuerit, etiam ad diaconatus dignitatem prouehetur.

BALS. Sancti quidem Apoſtoli in v. canone definientes, Epiſcopus, vel presbyter, vel diaconus, ſuam vxorem ne eiiciat pietatis pratextu, conceſſerunt epiſcopo poſt ordinationem habere proprias vxores. Præſentis autem ſynodi ſancti patres in xi. quidem canone definierunt quæcunque illic definita ſunt. Nunc autem iubent eum qui electus eſt epiſcopus, ab ea quam habet vxore communi conſenſu ſeparari, & poſt conſecrationem mulierem monaſterium ingredi, quod ſit longè ab epiſcopatu. Si enim inuicem frequenter intueri, priorem eorum vitæ rationem ac conſuetudinem eſt omnino in memoriam eis reuocaturum, & amorem accenſurum. Cùm hoc autem ſic fiat, mulierem quidem ab epiſcopo dignam exiſtimari prouidentia corporali, ſi ſit pauper: ſin autem ſit locuples, nihil ei ab epiſcopo dabitur, quoniam nec ſi ipſe quidem ſit locuples, ex epiſcopatus reditibus quidquam poteſt in ſeipſum expendere. Si autem eius vxoris vita ſit proba, grauis, & honeſta, & gradu diaconatus digna, ad eam quoque prouehetur. Hæc cùm à canone decernantur, interrogabit quiſpiam cùm Iuſtiniani cxvij. Nouella, quæ in præſenti libro ſæpe poſita eſt, prohibeat coniugum conſenſu diſſolui matrimonium, quomodo decernit præſens canon, vxorem ab electo marito conſenſu ſeparari? SOL. Conſenſu quidem non ſoluitur matrimoniũ, ſed iuſta de cauſa ſoluitur: & quemadmodum, ſi vnus ex coniugibus tondeatur, dicimus bonagratia ſeparationem fieri: ita & vtro electo poſt ordinationem ſoluetur coniugium. Nec videtur conſenſu ſolui matrimonium, qui legibus non admittitur. Ante ordinationem autem non ſoluitur, quoniam conſentaneum eſt eum forte non prouehendum propter aliquas probabiles cauſas exoriturus. Quòd ſi mulieri non placeat, ſeorſum à ſuo cõiuge qui electus eſt, vitam agere, impedietúrne ordinatio? SOL. Videtur mihi eſſe infirmanda electio, ſi vxor mariti coniugium renocet. Propterea enim dixit canon, eius quoque conſenſu ſeparationem fieri, vt quæ non poſſit fieri, ſi ipſa diuortium recuſet. Si quis autem dicat, Atqui monachalu tonſura, etiam nolente altero ex coniugibus, fit ſecurè: dic ei, quòd in tonſura quidem, u qui relictus eſt, poteſt ad alterum venire coniugium, nec tanta iniuria afficitur. In conſecratiõne autem non poteſt ad alterum venire matrimonium conſecrati epiſcopi vxor quæ tondetur, & vt quæ magna ea ex re iniuria afficiatur, audietur ſi nolit ſeparari. Præterea interrogabit aliquis, cur cùm can. õ dicat, nullum monaſticam vitam inuitum ſubire oportere, eius qui electus eſt vxor, quæ nihil mali fecit, in monaſterium includitur? SOL. Dicunt quidam quòd quoniam canon non ſtatuit expreſsè eam eſſe tondendam, includetur quidem in monaſterio, tonderi tamen non cogetur, quemadmodum & adulterata mulieres, vel quæ alias extremè deliquerunt: & maximè quoniam etiam ad diaconatus dignitatem vltra eam poſſe prouehi, quæ aliquando mulieribus laicu concedebatur. Mihi autem videtur oportere eã neceſſario tonderi. Licebat enim ei antè conſecrationem, vt dictum eſt, à proprio marito non ſeparari, & ita efficere, vt nec conſecratio, nec tonſus locũ haberet. Quoniam autem per conſecrationem diuortium elegit, per tonſuram cogetur ſeparationem perficere, & non ludere vbi non eſt ludendum. Cum laico enim habitu eas eſſe in monaſterio, ſupplicij, non beneficij opus eſt: quod ad non parum conſecrationis dedecus ſpectat. Quare nec vi ſuſcipi tonſura, ſed ſponte ac conſilio reputatur. Quòd autem laica ſolum mulieres dignæ diaconiſſæ dignitate habeantur, verum non eſt. Nam & monachæ ea digna habebantur. Alioqui ſi cõtigiſſet, vt cum laico habitu ingrediatur monaſterium, eius qui cõſecratus eſt, vxor, inſtè ac probabili de cauſa extrà quoque verſari coget: forte autem etiam cum alio viro coniungi, vel etiam cùm epiſcopus factus eſt, conſuetudinem habere: quod quidem eſt abſurdum, & contra diuinorum canonum voluntatem. Nota ergo hæc omnia, & maximè propter eos qui exiſtimant ſacerdotum vxores poſſe etiam ſecundo nubere. Exiſtimo enim quòd ab hoc canone ei ſecundo nubere

non

non permittetur: quoniam autem in multis nomocanonis inuenitur Iustiniani nouella, quæ statuit ad episcopalem dignitatem non esse prouehendum qui habet vxorem vel liberos, vt eum aliàqui qui præter hæc facit, deponendum. Hæc autem Nouella sita est in tertio libro Imperial. tit. primo cap. vij. Quod quidem positū est à nobis in cap. xxiij. primi tituli præsentis operis, & frequens de ea re mentio facta est, dicimus eam Nouellam exoleuisse, etiamsi imperialibus sita est. hunc autem canonem esse in vsu, & secundam Nouellam Imp Domini Leonis philosophi, quam lege, quæ hæc apertè decernit circa finem: Imp. mea potestas, quæ à deo est, diuina iussa sequi conuenientissimè cogitans, et quoque consentientem legem edit, sicut etiam illu videtur, vt ad pontificatum prouehatur qui honore dignus est, etiam si habeant legitimos liberos, sic decernens, vt à lege quæ contra loqui temere ausa fuerit, perpetuum silentium exigatur.

Hunc sacrum etiam canonem renouantes, decernimus, vt quæ episcopali voluntate semel consecrata fuerint monasteria, semper monasteria maneant, & res quæ ad ipsa pertinent monasterio seruentur, & ea non possint esse amplius seculania habitacula, nec ab vllo ex omnibus secularibus tradi hominibus: sed etiam si hoc hucusque factum est, hoc nequaquam seruandum decernimus: eos autem qui in præsentia & deinceps hoc facere aggrediuntur, canonū quoque pœnis subiici. *can. xlix.*

BALS. *xxiiij. canon iiij synodi contemptus, vt est verisimile, renouatur, & lege eam quæ illic est interpretationem.*

Nullum omnium, siue clericum, siue laicum, ab hoc deinceps tempore alea ludere. Si quis autem hoc deinceps facere ab hoc tempore aggressus fuerit, si sit quidem clericus, deponatur: si laicus segregetur. *can. l.*

BALS. *Eos qui ludunt alea, cessare, vel deponi, ac segregari. in xlij. canone, & in xliij sanctorum apostolorum scriptum est Præsens autem canon ab hoc tempore decernit sacerdotes qui ludunt deponi, & laicos segregari. Lege & xxvij. cap & xxxvix iij præsentis operis, & quæ in ea scripta sunt. Quæritur autem, cùm præsens canon non decernat consequenter apostolicis canonibus, eos qui alea ludunt post denunciationem puniri, quid nam sequi debeamus. Et mihi quidem videntur esse sequendi apostolici canones vtpote humaniores, & quòd præsens synodus in etate ix can. de clerico, qui caponatoriæ officinæ præest, statuens, non eum ex eo ipso punit, sed dicit, vel cesset, vel deponatur.*

Omnino prohibet hæc sancta & vniuersalis synodus, eos qui dicuntur mimos, & eorum spectacula, deinde venationum quoque spectationes, eásque quæ fiunt in scena, saltationes perfici. Si quis autem præsentem canonem contempserit, & se alicui eorum quæ sunt vetita, dederit, si sit quidem clericus, deponatur: si verò laicus, segregetur. *can. li.*

BALS. *In xxiiij. canone præsentis synodi plurima scripsimus de equorum curriculis, venationibus, & reliquis spectaculis. Quin etiã de mimis, & saltationibus in scena, & lege ea. Interrogauerit autem quispiam, cur ille quidem canon statuit, sacris initiatos, & monachos, qui in equorum curriculis, vel ludis thymelicis seu scenicis versantur, cessare, vel deponi: præsens autem canon dicit indistinctè eos qui huiusmodi rebus se dedunt, si sint quidē clerici, deponi: si laici verò, segregari. SOL. Aliter est tolerabilius ascendere quandoque aliquem ad equorum curricula, & in ludis scenicis deprehēdi. Alteri autē venia dari nō potest, si quis eiusmodi rebus se dedicerit, & hoc opus perpetuò exerceat. Vnde, qui semel qui tem prudentēique ac scientes peccant, vt cessent admonentur, si nolint deponi. Qui autem malo vtuntur, si sint quidem clerici, ex eo deponuntur: si autem laici, segregantur. Scias autem quòd etiam si in illo canone scripsimus quæ à nonnullis dicuntur, quòd non prohibentur qui hodie fiunt equorum cursus: sed tamen scenicas saltationes, & mimorum in thymele spectacula, indistincte prohiberi omnes asserunt ex vtriusque canonibus. Venationum autem spectationes prohiberi dicu, bestiarum pugnas scilicet. ea enim prohibentur, non tamen leporum venationes.*

Propter horum autem canonum pœnas videntur esse excogitati ludi Imp. Contopactes scilicet, Maro, Achilles, Ocloechus & cæteri, vt qui spectantibus non dissolutionem nimiámque lætitiam & indecorum risum mouerent.

Can. lij. In omnibus sanctæ quadragesimæ ieiunij diebus, præterquam sabbato, & dominica, & sancto annunciationis die, fiat sacrum præsanctificatorum ministerium.

BALS. *Statutum est, vt ieiuniorum dies, luctus & compunctionis dies sint, ad sua vniuscuiusque expianda peccata. Deo antè sacrificium offerre, est* °*festum celebrare. Festus autem dies nihil est aliud quàm gaudium. Quomodo ergo potest quis simul & mœrere & lætitia diffundi? Et ideo statuerunt patres non fieri sacrificium tota quadragesima, præterquam sabbato, & die dominico, & die annunciationis. In his enim festum agere, non deflere, vel ieiunare, vel genu flectere iussi sumus. Præsanctificatorum autem ministerium, incruentum sacrificium non dicimus, sed oblationem primi oblati & perfecti sacrificij, sacrique mysterij. Existimo autem, quòd quæ perfecta & accuratam rationem sequuntur, monasteria, propter præsentem canonem ante* °*septuagesimam canunt & legunt canones, & martyria festorum, & sacrarum memoriarum, quæ tota quadragesima proueniunt. Nota autem ex hoc canone, quòd propria vna est quadragesima. Si enim alia esset, cautum fuisset, ne in illa fieret sacrum mysterium per perfectum sacrificium, sed per præsanctificata, quemadmodum quoque cautum est, ne fiat in magni paschæ quadragesima.*

Can. liij. Quoniam spiritalis necessitudo, seu affinitas, corporum coniunctione maior est, in nonnullis autem locis cognouimus quosdam, qui ex sancto & salutari baptismate infantes suscipiunt, posteà quoque cum matribus illorum viduis matrimonium contrahere, statuimus vt in posterum nihil fiat eiusmodi. Si qui autem per præsentem canonem hoc facere deprehensi fuerint, ij quidem primò ab hoc illicito & iniusto matrimonio desistant: deinde & fornicatorum pœnis subiiciantur.

BALS. *Præsens canon fornicatorum pœnis subiicit eos qui suas* °*commatres viduas in matrimonij societatẽ accipiunt, decernẽs has quoque esse diuellendas contra leges contractas nuptias. Nota ergo, quòd ille quidem fornicatorum pœnis subiicietur, qui ab eo malo protinus recedit, & id confitetur. Qui enim in peccato perseuerant, etiam fortasse plusquam ij qui cum consanguinea rem habent, puniuntur. Lege postremum decretum x. cap. xxviij. lib. Imp. positum in secũdo commentario v. cap. xiij. tit præsentis operis. Cùm hæc ita se habeant, quæsiuerunt nonnulli, ad quem vsque gradum in eiusmodi spirituali cognatione matrimonium prohibeatur. Et nonnulli quidem dixerunt, quòd quoniã & ex canone, & ex lege, maior est spiritalis cognatio cognatione carnali, debemus ea sequi quæ constituta sunt de carnalibus nuptiis prohibitis. Compluribus autem non ita visum est, sed ad eas solas personas, quæ lege continentur, eiusmodi cognationem extenderunt, & prohibitionem intentarũt. Xxxiij. verò Imp. domini Leonis philosophi nouella, quæ vetat adoptatos matrimonio coniungi cum liberis eius qui adoptauit, hæc circa finem inducit: sed qui olim quidem non conuenienti ratione est adoptatus, etiam si turpe quid & indecorum habet matrimonium, nõ tamen quòd contra leges fecerit tenetur. Nunc autem cùm iusto & conuenienti ritu fiat adoptio, & per sacrũ mysterium hi quidem ad parentum, illi vero ad filiorum ordinem locúmque deducantur. Sancimus ergo nequaquam licere eos qui fratrum nomen sic subierunt, fraternitatis nomen, coniugij nomine commutare. Nota ergo ex præsenti nouella, quòd sicut prohibentur quædam personæ, quæ per sacrum baptismum cognationem inuicem acceperunt, matrimonio coniungi, ita etiam prohibentur quæ per adoptionem fraternitatis cognationem acceperunt. Nota præterea quòd per sacras preces fit adoptio. Tene ergo hoc memoria: neque enim alibi inuenitur, & ideo à multis ignoratur. Cùm autem lex dicat, Adoptio imitatur naturã, & ideo prohibeat eunuchos adoptare filiũ, & eum in sua potestate habere: xxvj. eiusdem Imp. philosophi Nouella, hoc fieri permisit. & lege eam. Similiter & xxvij. eiusdem Imp. nouella decernit, non eas solas mulieres, quæ filios peperierunt, posse adoptare, sed etiam virgines, vt etiam quæ*

ab

ab eis adoptati fuerint, non secus ac si in earum potestate essent, ius earum hæreditatu habeant, & ne Imp. quidem tuitione opus habeant, vel iudicali actione, vt possint eum qui est in alterius potestate, vel eum qui est sui iuris, adoptare. Multos enim sæpe audiui atque adeò in iure ciuili & ecclesiastico valde versatos, dicentes non habere nunc locum adoptionem, nec ex sola precatione ecclesiaque receptione legitimam adoptionem fieri. quod quidem dictæ regiæ nouellæ aperte non sinunt. Et si hic canon obscurius est explicatus, scias tamen quòd in sacri Chartophylacii secreto [a] *constitutio posita est tempore sanctissimi patriarchæ domini Nicolai, quæ sic habet hic verbu.* [b] *Vir longè clarissimus Gregorius Siccus, hodierno die descriptionem attulit, quæ sic habet. Maria habens germanum filium Constantinum, ex diuino & sancto baptismate fuit Irenes susceptrix. genuit Constantinus Theodorum, & Irene Theodoram, & rursus genuit Theodora Annam. Volens ergo Theodorus legitimo matrimonio Annæ coniungi, scisitatur vt sciat an hoc fieri liceat. lectus est ergo in synodo liij Canon sanctæ vniuersalu synodi in Trullo, & vi. decretum xi. cap. v. iii. xxxiij libri sic habens expresse. Qui ex sancto quidem baptismate aliquam susceperit, non potest eam postea vxorem ducere, vt quæ eius filiæ facta sit, neque eius matrem, vel filiam. Sed nec eius filius: quoniam nihil æquè paternam affectionem & iustam nuptiarum prohibitionem potest inducere, vt eiusmodi vinculum per quod deo intercedente animæ coniunguntur. & decretum est dictum contractum esse prohibitum, vt qui ad quintum gradum non perueniat, eò quòd præferatur, vt hæc lex comprehendat, spiritalu cognatio naturali vel carnali. Cauũ est autem, vt hoc quoque valeat in adoptione, eo quòd quæ ex ea proficiscatur cognatio, à deo & diuinarum precum mysterio constituatur, vt vult noua constitutio incliti Imp. domini Leonis sapientis.*

[a] σπουδαίως

[b] ὁ μακαρίτης

Gùm diuina scriptura nos apertè doceat, Non ingredieris ad omnem consanguineũ carnis tuę, ad reuelandam eius turpitudinem, diuinus Basilius nonnullas prohibitas nuptias in suis canonibus enumerauit, multis silentio prætermissis, & his vtrisque nobis vtilitatem attulit. Turpium enim nominum multitudine euitata, ne verbis orationem pollueret, generalibus nominibus impuritates complexus est: perquas legibus vetitas nuptias nobis in summa ostendit. Quoniam autem propter eiusmodi silentium, & quòd non discerni posset illicitarum nuptiarum prohibitio, seipsam natura confudit, nobis visum est ea paulò apertius exponere, ab hoc deinceps tempore decernentes, vt qui cũ fratris sui filia matrimonij societatem coierit, vel pater & filius, qui cum matre & sorore, vel cum duabus puellis sororibus pater & filius, vel cum duobus fratribus, mater & filia, in septennij canonem incidant, iis publice separatis à nefario contubernio. Can. liiij.

BALS. *Quidam lxxxv. magni Basilij canone vtentes, qui nuptias propter cognationem vetitas enumerat, dicebant omnes alias hu exceptis non esse prohibitas. Diuini ergo patres hoc subuertentes, primum quidem dixerunt omnem cum sua cognatione cõiunctionem prohiberi per Mosaicam legem, quæ sic habet: Non ingredieris ad omnem consanguineum carnis tuæ ad reuelandam eius turpitudinem: deinde veluti prædictum magnum patrem defendentes, subiunxerunt, quòd etiamsi non expresse hic diuinus pater in suis canonibus omnes propter cognationem interdictas nuptias comprehendere, sed quoniam has impuras nominauit, vt quæ sint propter cognationem prohibitæ, omnes communi ratione comprehendit, & paucis verbu non solum enumeratas prohibuit, sed & omnes quæ à cognatione deducuntur. nec oportet dici eas non esse prohibitas, quæ propter verecundiam non sunt expressæ. Et ideo definierunt illicitas & nefarias nuptias esse has, & has, & has. hoc adiecto, quòd, qui ab illu apertè desistunt, id est, cum confessione, & sine condemnatione, ex septennij canone puniuntur, vt manifestum sit eos vehementius puniri, qui non facile desistunt, sed condemnantur. Hoc enim apparet ex verbu canonis quæ dicunt, Hu apertè desistentibus a nefario contubernio. Quoniam autem de vetitis nuptiis latius scripsimus in ij. cap. xiij. iii. præsentis operis, ad legem, & quæ in ipsam scripta sunt longè vtilissima.*

Can. lv. Quoniam intelleximus in Romanorum ciuitate, in ſanctis quadrageſimæ ieiuniis, in eius ſabbatis ieiunare, præter eccleſiaſticam traditam conſequentiam, ſanctæ ſynodo viſum eſt, vt in Romanorum quoque eccleſia inconcuſſè vires habeat canon qui dicit, ſi quis clericus inuentus fuerit, in ſancto dominico vel ſabbato ieiunans, præter vnum & ſolum, deponatur: ſi autem laicus, ſegregetur.

BALS. Tum propter alia multa, tum etiam propter præſentem canonem, dicunt qui veterem Romam incolunt, non eſſe ſanctam hanc ſynodum œcumenicã, ſicut in eius proœmio ſcripſimus. Tanquam enim ferrum, cor eorum peruaſit, eóſque pungit ac configit, vt qui contra apoſtolicum canonem faciant, qui dicit: Si quis clericus inuẽtus fuerit ſancto dominico & ſabbato ieiunans, praterquá vno & ſolo, deponatur: ſi autem laicus, ſegregetur. Is ergo venia digni non ſunt, qui ſuæ rurſus ἰδιοφυΐᾳ priuatæ conſtitutioni inhærent, & non ſolum in ſanctæ quadrageſimæ ſabbatis ieiunãt, ſed & in reliquis omnibus. Ego autem vidi quoſdam Latinos, qui cum propterea reprehenderentur, inanem quoque excuſationem afferebant, ad ſanctam domini & ſeruatoris noſtri Ieſu Chriſti ſepulchrum adtionem. & ea gratia ex longa conſuetudine inualuiſſe ſeruatúmque eſſe ieiunium. Alios autem vidi, qui Hieroſolymã non venerant, & ſimiliter ieiunabant, & alios qui eiuſmodi ieiunium contemnebant, & indiſcriminatim in ſabbatis ieiunium frangebant, qui etiam ad domini ſepulchrum venerant. Non poſſum itaque dicere quomodo hæc ſic fiant. Videntur autem ij mores potius ſequi quàm canones.

Can. lvi. Similiter accepimus & in Armeniorum regione, & in aliis locis, in ſabbatis & dominicis ſanctæ quadrageſimæ quoſdam oua & caſeum comedere. Viſum eſt ergo & hoc, vt omnis dei eccleſia, quæ eſt in vniuerſo terrarum orbe, vnum ordinem ſequens, ieiunium perficiat, & abſtineat ſicut ab omni mactabili, ſic ab ouis & caſeo, quæ quidem ſunt fructus, & fœtus eorum à quibus abſtinemus: ſi autem hoc non ſeruauerint, ſi ſint quidem clerici, deponantur: ſinautem laici, ſegregentur.

BALS. In præſenti quidem canone, ſtatutum eſt in ſabbatis & dominicis ſanctæ quadrageſimæ non eſſe ieiunandũ. Armenij itaque, & quidam, vt eſt veriſimile, orthodoxi, ex hoc canone errantes, in dictis diebus comedebant caſeum & oua, vt quæ eſſent ſanguinis expertia, & autumni fructibus ſimilia. Hoc itaque corrigens definit ſynodus, omnes dei eccleſias debere vnum ordinem ſequi, & abſtinere omnes ab omni mactabili, quoniam & oua, & caſei, etiam ſi fructus reputẽtur, ſed quoniã ea ex quibus illa proceſſerunt non comedimus, neiis quidem ipſis veſci ac ieiunium ſoluere debemus. Ac eos quidem, qui quæ decreta ſunt non ſeruant, ſi ſint quidem clerici, deponi iubet canon, laicos verò ſegregari. Ac eidem quidem omnino pœnæ ſubiiciuntur & qui per caſeum & ouum ieiunium ſoluunt omni quarta, & ſexta feria, quæ paraſceue dicitur, quoniam ſtatutum eſt, vt fideles his diebus ieiunent, quemadmodum & in quadrageſima.

Can. lvij. Quod ad altare mel & lac offerre non oportet.

BALS. De eo ſuſe ſcripſimus in iij. canone ſanctorum Apoſtolorum, nec ea ſunt rurſus repetenda. Quære & xxviij. can. præſentis ſynodi.

Can. lviij. Nemo eorum qui ſunt in ordine laicorum, diuina ſibi myſteria impertiat, præſente epiſcopo, vel preſbytero, vel diacono. Qui autem tale quid auſus fuerit, vt præter ea quæ ſunt conſtituta faciens, vna ſeptimana ſegregetur, & ex eo doceatur, non amplius ſapere quàm ſapere oportet.

BALS. Alij quidem diuerſi canones, prohibuerunt, ne à laicis ſancta myſteria tractarentur, & ea alius vel ſibi impertiret, quoniam epiſcopu, & presbyteru, & diaconu talu data eſt dignitas. Præſens autem canon eadem cum illis præcipiẽs, & vnius quoque ſeptimanæ ſegregationi eum ſubiiciẽs,

qui

qui præter ea quæ sunt statuta facit: id etiam adiicit, quòd hæc tunc laicus non audebit facere, quando adest episcopus, presbyter, vel diaconus, qui sacra tractare potest. Dicunt autem quidam per sumptam ἀ contrario distinctionem, *quòd quando non adest eorum aliquis, propter oblatam sibi necessitatem, sibi quis recte sacramenta impertiet. Mihi autem non videtur: vt enim tale quid audeant, ex interpretatione, & è contrario sumpta distinctione, non concederetur. Latini autem azyma assiduè in sinu ferentes, etiam si sint laici, ea non solum sibi vt sacramenta impertiunt, sed etiam aliis.*

Ἀ contrario sumptæ. Id à iuris ciuilis doctoribus vocatur argumentum à contrario sensu.

In æde oratoria, quæ est intra domum, baptismus nequaquam peragatur: sed qui ab omnibus sordibus aliena illuminatione digni habendi sunt, ad catholicas ecclesias accedant. & hoc illi munere perfruantur: si quis autem quæ à nobis constituta sunt non seruare conuictus fuerit, si sit quidem clericus, deponatur: si autem laicus, segregetur. *Can. lix*

BALS. *Sacerdotes qui non baptizant, in ecclesia deponi iubet canon, & eos quidem, qui eiũ opem ferunt, si sint clerici, deponi: si laici verò, segregari. Xij. autem primæ & secundæ synodi canon, quæ in sanctorum apostolorum ædecongregata est, eos puniendos dicit, qui præter proprij episcopi sententiam tale quid faciunt. Quocirca voluntate episcopi hæc quoque fiebant anteà. Quare etiam, xxxi. can. præsentis synodi, & illic sitas nouellas Imp. domini Leonis sapientis, iiij. scilicet & v. & intelliges, quòd per eas permissum est in domestico oratorio seu sacello sacrificare, ac baptizare.*

Cum clamet apostolus quòd qui domino adhæret, vnus est spiritus, clarum est, quòd qui etiam cum contrario init familiaritatem ac consuetudinem, cum illo cõiunctione vnum fit. Eos ergo qui se* dæmone correptos esse simulant, & morum improbitate eorũ figurã & habitũ simulatè præ se ferũt, visum est omni modo eos puniri, & eiusmodi afflictionibus laboribúsq; subiici oportere, quibus ij qui verè à dæmone correpti sunt, vt à dæmonis operatione liberentur, iure subiiciuntur. *Can. lx.*

*Δαιμονᾶν

BALS. *Eos qui ad lucrum sibi parandum se dæmone correptos esse simulant, & cum mala satanica conscientia, quædam dæmoniaca instar vatum gentilium prædicant, canon puniendos esse decernit, iis denique afflictationibus laboribúsque subiici, quibus subiiciãtur & qui verè dæmoniaci fuerint, vt à dæmone liberentur. Dicit autem & eorum simulatione dæmones quoque illis familiares fieri, sicut magnus quoque Paulus inquit, cum dicit, Qui adhæret domino, vnus est spiritus, vt sit manifestum eum quoque qui adhæret satanæ, & eius opera imitatur, fieri vnũ quoque corpus cum illo. Et est quidem canon eiusmodi. Ego autem cũ videam eiusmodi complures ciuitates obeuntes, & non puniri, sed vt sanctificatos à quibusdam obuiis vlnis excipi, causam scire desidero, & correctionem postulo. Atqui Staurasium illum Oxybaphum qui re vera iustus erat, eam autem quæ est propter deum stultitiam agebat propter seductores, cum Hypocritis per ignorantiam ponebam, fortassis autem à me nonnulli quoque alij præiudicio affecti sunt. Oporteret ergo talia prohiberi, ne boni propter malos puniantur. Multi enim sunt modi salutis animæ, & potest quis per eos seruari absque vllo scãdalo. Hæc autem non domo allata dico, sed ex bonorũ virorũ narratione, qui hanc vtique deo gratã viuendi rationẽ effinxerunt, sed eam, vt pernicioſam, & ad partem satanæ deducentem, condemnarunt. Et eam ob causam, multi etiam sancti patriarchæ multos cum catenis assidentes in æde sancti magni martyris Niceta, & alios triuia obeuntes, & se dæmone correpti præ se ferentes, cum auctoritate detinuerunt, & in publici custodiis incluserunt.*

Qui vatibus seipsos tradiderunt, vel iis qui hecatontarchæ seu centuriones dicũtur, vel aliis eiusmodi, vt ab illis discant, si quid sibi reuelari velint, cõuenienter iis quæ de ipsis à patribus constituta sunt, sexennij canoni subiiciantur. Et ipsi autẽ eos quoque subiici oportet, qui vrsas, vel eiusmodi animalia, ad ludum, & simpliciorum noxam circunferũt, & fortunam, ac fatum, & genealogiam, & quorundã eiusmodi verborum *Can. lxj.*

multitudinẽ ex fallaciæ impoſturęq; nugis proferunt: eóſque, qui νεφελοδιώκτας, id eſt nubium perſecutores, & γοητας, hoc eſt imprecatores, & φυλακτήριων, id eſt remediorum amuletorumq; præbitores, & vates appellantur. Eos autẽ qui in iis perſiſtunt, & non ab eiuſmodi perniciosis gẽtilibuſque ſtudiis auertuntur, & aufugiunt, eccleſia omnino exturbandos decernimus, ſicut & ſacri canones dicunt. Quę eſt enim luci cum tenebris communicatio, vt ait apoſtolus, vel quæ templo dei cum idolis conſenſio, vel quæ fideli cum infideli pars eſt? Quæ autem Chriſto eſt cum Belial concordia ac conuentio?

BALS. In xxv. cap. ix. tit. præſentis operis, diuerſas leges poſuimus, de magis, incantatoribus, & aliis eiuſmodi, & lege eas. Præſens autem canon conſtituit, ne quis ad vates, vel præſtigiatores accedat, vel ad eos qui dicuntur hecatontarchæ, vel eos qui verſas trahunt, vel ad imprecatores, vel ad eos qui præbent remedia ſeu amuleta. Si quis autem hoc fecerit, ſexennio ſegregabitur: & ſi in malo perſeueret, ab eccleſia publicè eiicietur, & non amplius cum orthodoxis verſabitur. Quæ eſt enim, inquit, cõmunicatio luci cum tenebris? & cætera. Cùm canon hæc decernat, & eiuſmodi dæmoniacas operationes auertat, vt quæ à gentili infidelitate oriãtur, particulatim quærẽda ſunt quæ hoc canone cõprehenduntur. Vates ſeu diuinatores dicũtur palmæ inſpectores, *ſique qui in pelue diuinant, & ij qui perſacrificia patrẽ ſuum Satanã de aliquo interrogãt, & omnes, vt ſemel dicam, qui per quædam ſigna ex ſuggeſtione dæmoniaca futura profitentur, & ſe dæmoni addicũt. Hecatõtarchæ autem, ſeu centuriones, ſunt qui a nobis primicerij dicũtur: erant autẽ antiquitus homines ſenes, vtique prudentiores, & ſe reliquis cõſulere præ ſe ferẽtes: qui quidẽ cùm per execrabiles huiuſmodi operationes ſimpliciores ſeducerent, vt pſeudothet colebantur. Verſas trahere dicũtur ij qui arẽtotrophi, id eſt verſorũ altores appellãtur: qui quidẽ in capite & totius animalis corpore tinctũras appendentes, & pilos ex ipſo tondentes, eos vnà cum tinctura dant perinde ac remedia & amuleta, & tanquã in morbis, & faſcinantibus oculis, conferre poſſint. Alij verò ſerpentes in ſinu geſtantes, qui etiam *ἀσπίγγαι dicuntur, hunc quidẽ die malignonatũ eſſe, illũ verò felici ſidere natũ dicũt, & futuras felicitates & infelicitates annunciãt, & alia quædã nugãtur, quæ ne quæ ſcribãtur quidẽ digna ſunt. νεφοδιώκτας, hoc eſt, nubiũ perſecutores dicũtur, qui, quæ multis ignota ſunt, ex nubibus ſignificãt. Nõnulli enim nubes aſpicientes, & maximè quãdo ſole occidente ſunt maximè candentes, ſe ex iis ſcire veritatem nugantur, & ex hac quidẽ nube, quæ colũbæ, quæ Græcè ἀετὸς dicitur, eſt ſimilis, dicũt ἀετὸς εἰμι hoc eſt caſum vel circũſtantiã imminere: ex altera, quæ homini enſem intẽtanti ſimilis eſt, bellũ ſignificãt. ex alia, quæ eſt leoni ſimilis, imp negotiorũ ſtatũ exercitationẽque prædicũt, & alias quaſdã alienas nugas. *Apollineorũ inſtar vatũ debacchãtur. γοήτας autẽ, hoc eſt, imprecatores quot videas, qui diuina quædã cãtica dicũt, & nominũ martyrum meminerũt, vel etiã ſolius ſanctiſſimæ virginis? Quæ omnia diuini patres, & eccleſiæ doctores, eſſe fugiẽda ſtatuũt, & plus quã alij, ſanctus Chryſoſtomus, aduerſus eos qui hæc faciunt apertè, ſic dicẽs: Nõ ſolũ alligata amuleta, ſed & carmina ſeu incãtationes, et applicas, temulẽtas & ceſpitãtes aniculas in eius domũ introducẽs. Et nõ erubeſcis, nec pudore ſuffunderis, ſi poſt tãtã humanitatẽ ad hæc ſtupefactus attonitúſque reddaris, & quod eſt deceptione grauius, quando ne hoc faciat admonitus, ſe defendere exiſtimans, dicit, Chriſtiana eſt mulier, quæ hæc incãtat, & nihil aliud quã dei nomẽ loquitur. propterea ergo, inquit, eã magis odi, & auerſor, quòd dei nomine vſa eſt, quòd cũ dicat ſe eſſe Chriſtianã, ea quæ ſunt Græcorũ oſtẽtet. Nã & dæmones dei nomẽ loquebãtur, ſed erãt dæmones, & Chriſto ſic dicebãt, Nouimus te quis ſis, ſanctus dei: os tamẽ eis occludebat, & expellebat. Lege & eius interpretationẽ epiſtolæ ſancti Pauli ad Coloſſenſes, ſextã & eius orationẽ aduerſus Iudæos, docẽtẽ, quẽtiã ſi quis, nõ vt decet ſanctũ viuẽs mortuũ ſuſcitauerit, non eſt ei credendũ, ſed eſt cõtemnẽdus ac reiicẽdus. φυλακτήρια autẽ, hoc eſt remediorũ ſeu amuletorum præbitores dicuntur, qui fraude dæmonis eis qui à ſe decipiuntur, vincula quædam ex ſerico filo contexta, quæ & περίαπτα dicũtur, præbẽt, quæ aliquãdo quidẽ intus habẽt ſcripturas, aliquando verò falſa quædã alia quæcunque inciderint. Dicũt autẽ hæc iuuare, ſi ex collo eorũ qui illa accipiũt, perpetuò pendeant ad omne malũ vitãdũ. Si haberẽ tẽpus narrãdi ea quæ vidi ſynodicè puniri, de iis magnã narrationẽ conficerem: ſed pauca dicẽtur. Iã enim præfectus quidã Hoſij de re eiuſmodi accuſatus, manifeſtò deprehenſus eſt in ſinu ferens indumentũ infantis nuper nati, & dixit hoc ſibi datũ fuiſſe à quadã muliere, ad auertendum eiſque os occludendũ, qui aduerſus eum dicere conarentur. Vnde etiam ſubiectus fuit *execrationi. Alius ſacerdos accuſatus quòd magna quinta feria, ſanctum panem dabat diuerſis mulieribus & viris, vt conuinceretur qui rem aliquam ſurripuerat,

qui

qui ex eo quòd hoc non facile ebibit, bibit poculum depositionis. Et alius sacerdos, cum euangelio ligno alligato, quod in orbem circũagebatur, accusatus, quòd interrogationes faceret de quibusdam rebus per Psalmos Dauidicos, & multis propterea insontibus negocia ac molestias exhiberet, veniã impetrare non potuit. Multi etiam monachi, atque adeò priores & institutores, synodicè puniti sunt, quòd ad quasdam mulieres accessissent, quæ cum hordeo, ea quæ ab aliis ignorantur, enunciant. Hæ sunt quæ dicuntur ἐγγαστρίμυθοι quæ ecclesijs & sanctis imaginibus assidentes, & se ex iis discere futura prædicantes, non secus ac quæ Pythonis habent spiritum, futura prædicunt. Sciat ergo, quòd præsens quidem canon eos qui ad illos accedunt, vt dictum est, punit. Alij autem canones, & leges sitæ in ij. v. cap. ix. tit præsentis operis, non eos solum, sed & primos auctores ac effectores valde puniunt. Cùm autem audis eos qui ad aliquos accedunt, sexennio puniri, dic eos laicos. Qui enim sunt sacris initiati, deponentur. Nota autem ex præsenti canone, quòd et quidè qui peccat & conuertitur, datur venia, & leuiter punitur. Qui autem in malo perseuerat, & inutile ad id quod est melius traducitur, grauiter punitur. Nam & hic qui processit, & peccatum confessus est, per sexennij segregationem punitur: qui autem in malo perseuerat, ex ecclesia expellitur. Quoniam verò audiui quendam dicentem eu debere ignosci, qui pro corporali medela, vel aliqua alia re salutifera hæc faciunt, dico quòd hoc quoque est compendium diaboli. Nam quomodocũque ea re vti est, perniciosissimũ. Lege leges positas in commentario xxv. cap. ix. tit præsentis operis, & lxv. Nouellam imp. domini Leonis philosophi, hæc circa finem expressè definientem, si quis autem omnino hac præstigiatoria arte vtens deprehensus fuerit, siue corporis medelæ prætextu, siue auertendæ a fructibus noxæ extremum luat supplicium, apostatarum ac defectorum pœnam subiens. μαγγανεύ-μασι

Calendas quæ dicuntur, & vota brumalia quæ vocantur, & qui in primo Martij mensis die fit, conuentum ex fidelium ciuitate omnino tolli volumus: sed & publicas mulierũ saltationes multã noxã exitiumq; afferentes: quin etiam eas quæ nomine eorũ qui falso apud Græcos dij nominati sunt vel nomine virorũ ac mulierũ fiunt saltationes ac mysteria, more antiquo & à vita Christianorũ alieno amandamus & expellimus, statuentes vt nullus vir deinceps muliebri veste induatur, vel mulier veste viro conueniente: sed neq; comicas, vel satyricas, vel tragicas personas induat, neque execrandi Bacchi nomen, vuam in torcularibus exprimentes inuocent, neque vinum in doliis effundentes risum moueant, ignorantia, vel vanitate ea quæ à dæmonis impostura procedunt, exercentes. Eos ergo qui deinceps aliquid eorum quæ scripta sunt aggredientur, vbi ad horum cognitionem peruenerint, si sint quidem clerici, deponi iubemus: si verò laici segregari. Can lxij. καλήνδας

BALS. *Nota præsentẽ canonẽ: & quære correctionẽ, in iis quæ fiũt à clericis, in festo Natalis Christi, & festo Luminariũ, aduersus eum, & magus in sanctissima magna ecclesia. Cõprehẽditur enim ex chronico Scytizæ hoc malũ nõ fuisse ab antiquis traditũ, sed ex permissione Theophylacti patriarchæ Cõstãtinopolitani filij imp. domini Romani Lecapeni. Enumerat enim hoc chronicum reliquis capitibus & diuersis eiusdẽ patriarchæ actis, hoc malũ. Calẽdæ dicũtur decẽ primi dies mẽsis, nonæ secũdi, idus tertij. Sic autẽ appellatæ sunt à tribus prudentissimis Romanis, qui Romanos à malo famis eripuerũt. Mos ergo erat apud Romanos in eorũ memoriã festũ paulo gentilius magisque more Græco celebrare, & quædã indecora facere: quod etiã hucusque à quibusdam fit circulatoribus, primis Ianuarij mẽsis diebus, non more Romano calẽdarũ & reliquorũ recordates, sed eo quòd luna tũc tẽporis renouetur, & eius fundamẽtũ ab huius mẽsis principio statuatur, & quòd existiment se lætè ac iucũdè totũ annũ transacturos, si in eius principio festum celebrauerint. Eiusmodi festũ est alienũ, & ea quæ dicũtur μουσάια quæ post sanctum Pascha ex mala cõsuetudine fiunt in externis regionibus. Bruma & Brumalia, Græca festa sunt, illud quidem, quod fit pro falso nominato deo Pane, qui vt Græci augabantur, pecoribus, scilicet ouibus, & reliquis animalibus, prospicit, & eorum curam gerit. Hoc verò pro Dionyso seu Baccho, vino, vt illi impie dicebant, largitore. Est enim Bromius Bacchi Epitheton. Mense autem martio fiebat magna Græca concio, seu vniuersalis conuentus qui πανήγυρις dicitur, Brumalia forte sunt Saturnalia, quæ bruma scilicet mẽse decẽbri fiebant.*

propter temporum & aëris intemperiem, quo tempore etiam indecoræ saltationes à quibusdam mulierculis virilque fiebant. Quæ omnia & his similia, sancti patres auersantes, nulli viro permittebant muliebri stolæ vllo modo vti, vel contrà: sed neque personas induere comicas, vel tragicas, vel satyricas: sed neque Bacchi nomẽ in torcularibus nominare, nec vino dolius infuso videre & cachinnari. Eos autem qui tale quid facere ausi fuerint, postquam canonici decreti cognitionem ceperint, si sint quidem clerici, depone: si vero laici, segregari: quærendum ergo est quænam sint comicæ personæ, quæ tragicæ, & quæ satyricæ. Ac sunt quidem comica, quæ risum mouent, & sunt petulantia ac contumeliosa, vt quæ ab Aristophane scripta sunt. Tragica, quæ mouent affectus, & sunt lamẽtabilia, vt Euripidis Iambica: & satyrica, quæ in Bachi hymnum ac Laudem celebrãtur orgia à Satyris & Bacchis. Cùm patres hæc sanctè statuerint, & lxiij. cap. cxxij. Iustiniani nouella, sine xiij. cap primi tit. iij. lib. 1mp. hæc expressè dicat: Omnibus autem qui in secularibus versantur, & iis maximè, qui scenica tractant, viris, & mulieribus, atque iis etiam quæ præsunt, interdicimus, ne monachi amictu vel ascetriæ vtantur, vel eum quouis modo imitentur, scientibus omnibus, qui audent vel tali vti amictu, vel imitari, vel ecclesiasticum statum quomodocũque ludificari, quòd etiam corporalia supplicia subibunt, & exterminabuntur: ea tamen aspicientibus, nõ solum qui sunt in loco sanctissimus episcopus, & suus clericus, sed etiã ciuilibus & militaribus magistratibus, eisque subiectis ordinibus, & loci defensoribus, histriones quæ sunt personas induunt, monachósq; & clericos securè ludificantur: sed & quidam clerici in quibusdam festis varias personas suscipiunt & effingunt, & aliquãdo quidem ense cincti cum militaribus vestibus in ecclesiæ meditullium ingrediuntur, aliquando verò vt monachi progrediuntur, & vt quadrupedia animalia. Cùm itaque interrogassem, quomodo hæc fierẽt, nihil aliud audiui, quàm hæc longa consuetudine fieri. Eiusmodi sunt, vt mihi videtur, & quæ à quibusdam qui in clero sunt domestici, fiunt, qui aerem digitis vt aurigæ ferunt, & genus fucos apponunt, & muliebria quædam opera faciunt, & alia indecora, vt spectatoribus risum moueant. Ridere autem agrestes vino infuso dolio, & aliquid veluti necessario consequens iis* qui in lacum ingrediuntur visitoribus, nisi quis dixerit hanc satanicam operationem exoleuisse, eo quòd agrestes frequentius dicant in vnaquaque ferè mensura Kyrie eleison. Quæ autem aliquando fiebant à notariorum festo, cum scenicis personis forum obeuntibus, ante aliquot annos exoleuerunt, sanctissimi illius patriarchæ domini Lucæ decreto.

*λειβατῶν

Can. lxiij. Quæ à veritatis hostibus falsò confictæ sunt Martyrum historiæ, vt dei Martyres ignominia afficerent, & qui eas audituri essent ad infidelitatem deducerent, in ecclesia non publicari iubemus, sed eas igni tradi. Qui eas autem admittunt, vel tanquam viris iis mentem adhibent, anathematizamus.

*μωμήμενα

BALS. Non latuit sanctos patres, quòd multi infideles, & Christum exosi, sanctorum Martyrum & confessorum certamina non admittentes, vel etiam Christianos, qui hæc recipiunt *irridẽtes, quædam falsa, & aliena, suáque improbitate digna confinxerunt, tanquam ea à martyribus dicta vel facta essent: vt qui in ea incidẽrẽt, vel ad infidelitatem deducerentur, vel risum, sanctique ignominia ac probro afficerentur. Et ideo statuerunt hæc scripta non omnino in vulgus edenda: sed esse igni mandanda: eos autem qui hæc admittunt, esse anathematizandos. Propter hanc itaque causam, vt est consentaneum, lxxxv. canon apostolicus definit, quinã libri legi debeant ex antiquo testamento & quinam ex nouo, & reliqua vt adulterina obeliscо confodit. Magna itaque beato Metaphrastæ, agenda est gratia, qui martyricas pro veritate fossas non sine multis laboribus & sudoribus repurgauit & exornauit, ad dei laudem, & sanctorum martyrum perennem gloriam. Porrò sanctissimus ille patriarcha dominus Nicolaus Muzalon, cùm vitam sanctæ parascenes, quæ in quodam Callicratiæ vico colebatur, à quodam vicano inepiè ac indoctè: & sanctæ angelicæ viuendi ratione indignè compositam inuenisset, eam igni mandari iussit, & diacono illi Basilico mãdauit, deo gratam & acceptã eius vitam conscribere.

Metaphrastes.

Can. lxiiij. Quòd non oportet laicum publicè, disputare vel docere, docendi auctoritatem ex eo sibi vendicãtem, sed ordini à domino tradito cedere, & aurem iis qui docendi gratiam acceperunt aperire, & diuina ab eis doceri. In vna enim ecclesia diuersa membra fecit deus, vt est vox apostoli. Quam apertè interpretans Gregorius Theologus, eum qui in iis est ordinem

nem commendat, dicens: Hunc ordinem reuereamur fratres, hunc seruemus. Hic quidem sit auris: ille verò lingua, hic autem manus: hic verò aliquid aliud. Hic quidem doceat, ille verò discat. Et paulo post, Et discens in docilitate, & suppeditans in hilaritate, & opem ferens ac subministrans in alacritate. Ne simus omnes lingua, quod est promptius. Ne omnes apostoli, ne omnes prophetæ, ne omnes interpretemur. & post quædam, Cur te ouium pastorem facis? Cur caput efficeris, cùm sis pes? Cur Imperator esse conaris, cùm relatus sis in numerum militum? Et alibi iubet sapientia, ne sis velox in sermonibus ne cùm sis pauper, vnà cum diuite extendaris, nec quæras sapientibus esse sapientior. Si quis autem præsentem canonem labefactans deprehensus fuerit, xl. diebus segregetur.

BALS. *Populũ domini docere, & diuina decreta interpretari, solis antistitibus à diuina spiritus gratia concessum est, & iis quibus ab illis permissum est. vt est ergo verisimile, quidam laici, & forte etiam docti, de quibusdam ecclesiasticis argumentis disputabant, & quandam auctoritatem docendi præ se ferebant. Diuini ergo patres hoc prohibentes statuerunt, ne quid amplius eiusmodi fieret, & ne ecclesiæ ordo confunderetur. Sed quoniam, inquit, deus ex diuersis membris ecclesiam suam stabiliuit & erexit, & constitutum est, vt laici docerentur, non docerent, debent potius autem docentibus præbere, quàm linguam mouere, & multos offendere, & eis scandali causam præbere, & vnusquisque manere in quo vocatus est ordine, vt dicit sacra scriptura. Ad eius autem quod dixerunt, confirmationẽ, diuersis scripturæ dictis, apostolicis scilicet & theologicis, & propheticis vsi sunt. Eos autem qui præsentem canonem transgrediuntur, laicos quadraginta diebus segregari iusserunt. Interrogauerit autem quispiam, cùm canon prohibeat laicos de rebus ecclesiasticis publicè docere vel disserere, an clericus vel monachus prohibebitur similiter ac laici, an non? SOL. Quoniam docere solorum est antistitum, & eorum qui ad hoc sunt ordinati, si quis ex eis canonicum præceptum transgressus fuerit, is, vt mihi videtur, canone tenebitur. Propterea enim & in euangelica dicti examinatione, quod dicit, Pater meus maior me est, multi monachi & clerici, quoniam de eo authenticè & perinde ac si eius rei auctoritatem haberent, vel scripserant, vel locuti fuerant, puniti sunt. Rectè autem adiectum est illud, publicè. Si quis enim priuatim, de aliqua decreti materia, vel de alia ad animæ vtilitatem pertinente causa interrogetur, non prohibebitur id quod sibi videtur respondere. Iiij. enim caput primi tit. primi libri Imp. dicit, Nemo vel clericus vel monachus, vel miles, vel quicunque is sit alius, cogens multitudinem, publicè de fide disserat. Videtur enim iniuriã facere Calchedon. syn quæ omnia aptè definit, quæ etiam dat omnibus hæreticis nostra cognoscenda. Quocirca, si is quidem qui hæc facit, fuerit clericus, à clericorum conuentu excidet: si autem miles, à militia. Reliqui autem, pro cuiusque fuerit conditio, punientur.*

Qui in nouiluniis à quibusdam ante suas officinas & domos accenduntur, rogos, supra quos etiam antiqua quadam consuetudine salire ineptè ac delirè solent, iubemus deinceps cessare. Quisquis ergo tale quid fecerit, si sit quidem clericus, deponatur: si autem laicus, segregetur. In quarto enim libro Regum scriptum est, Et ædificauit manasses altare vniuersæ militiæ cæli, in duobus atriis domus suæ, & filios suos traduxit per ignem, sortibúsque & auguriis auspiciisque vsus est, & fecit ventriloquos seu Phytones, & diuinatores multiplicauit, & ambulauit in eo vt faceret malum coram domino, vt eum ad iram prouocaret. Can. lxv.

ἐκκλησιάζειν ἢ διατίζειν

BALS. *Nouilunia dicuntur dies primi mensium. Mos ergo erat apud Iudæos & Græcos festum tunc agere & genu flectere, vt mensis spactum feliciter transigerent. De quibus deus quoque dixit per prophetam: Nouilunia vestra & sabbata odit anima mea: sed & ante suas officinas & ædes vegos incĕdebant, & supra eos saliebant, per id existimantes ea quæ illu prius obtigissent mala comburi, forĕque vt in alia bona incideret. His ergo consequenter faciebāt etiam quidam orthodoxi, eo tempore quo hæc habita est synodus. Vnde etiam patres ea cessare iusserunt: & eum quidem qui tale quid fecisset, si esset clericus, deponi si verò laicus, segregari sanxerunt. Cùm autem vellĕt ostendere hæc esse mala maxima, & à deo alienationem: ex quarto quoque libro Regum verbis vsi sunt, de rege Manasse, qui deum ad iram prouocauit, quia in domus dei atriu sacrificauit militiæ cæli, astris scilicet, & quòd filios suos per ignem traduxit, sortibusque & augurijs auspicijsque vsus est, & ventriloquos ac diuinatores multiplicauit, ac de rogis quidem seu pyris prius diximus quomodo fierent. Sors autĕ seu græcè κλῆδών est diuinatio quæ fit per signa. οἰωνισμὸς autĕ, est ex volatu vel garritu auiũ, eorum quæ quis scire desiderat cognitio, vnde & οἰωνοσκόποι, id est auspices seu auium inspectores augurésque dicuntur. ἐγγαστρίμυθοι autem & γάστρες, id est ventriloqui aruspicesque dicuntur, omnes qui satanica incitatione afflati, dicunt ea quæ cognosci nõ possunt, vt Cribria, Mhingani, pseudoprophetæ, & alij. Hac statuente canone, Nouiluniũ quidem festũ, ante annos omnĕ memoriam superantes cessauit, eius loco, dei gratia, ad deum placandum preces, ad sanctificationes, in ecclesia à fideli populo fiunt, in vniuscuiusque mensis principio, & aqua benedictionis non contradictionis inungimur. Rogorum autem dæmoniacum mysterium sortésque fiebant, vsque ad tempus patriarchæ domini Michaelis, qui fuit philosophorum princeps, in hac vrbium regina, hoc modo xxiij. mensis Iunij vespere cogebantur in littoribus & quibusdam aditibus viri & mulieres, & primogenitam puellam instar sponsæ ornabant. Postquam ergo conuiuati essent, & bacchantum ritu saltassent, & choreas duxissent, infestísque consuetas exclamationes vsurpassent, in vas oris contractioris marinam aquam inficiebant, & res quasdam ad vnumquemque eorum pertinentes, & tanquam puella illa à Satana facultatem accepisset futura prædicĕdi, ipsi quidem de bono aliquo, vel etiam auersando ac fugiendo quopiam interrogando exclamabant. Puella autem ex rebus in vas iniectis eam quæ incidisset eductam ostendebat. Quam etiam accipiens stultus eius dominus, certior fiebat de prosperis vel aduersis ex eo euenturis. Postridie autem cum tympanis & choris vnà cum puella ad littora venientes, & aquam marinam nulla voce edita accipientes, ædes suas aspergebant: & à paulo insipientioribus hæc non solum fiebant, sed & per totam noctem vegos ex fœno accendentes, supra eos saliebant, & sortiebantur seu diuinabant de felicitate & infelicitate, & de quibusdam aliis, planè dæmoniace. Eorum autem hinc & illinc aditus, & domũculam, in qua sors illa fiebat vna cum in sub dio locu quæ propè erant, aureis vestibus & fericeis textibus exornabant. Quinetiã arborum folia coronabant, ad honorandum, vt verisimile est, & excipiendum satanam, qui illos sibi familiares effecerat. Quæ quidem omnia prædictus sanctissimus patriarcha cum omni diligentia prohiberi, & penitus aboleri curauit, quod & factum: & nunc vt deo placuit, hæc opera deo inuisa omnino exoleuerunt, ideo quòd qui propè habitabant & iudices & sacerdotes sæpe sunt reprehensi, & admoniti, vt omnino curarent ac viderent ne quid tale fieret. Ac vtinam cornuorum & cornicum & reliquarum ferarum auium inspectiones abolitæ essent. Similiter autem & Cribriarum nugæ & aliorum populi seductorum. Illud autem traduxit filios suos per ignem, magnus Cyrillus prophetam Esaiam explicans interpretatus est, pro eo quod est, in holocausto obtulit, seu sacrificauit dæmonibus. Sors autem, id est κλῆδών propriè est, ea quæ fit per verba, futurorum interrogatio, ex verbo κλῶ quod idem est ac καλῶ id est voco. οἰώνισμα verò, quod augurium & auspicium comprehendit, per volucrum garritum vel volatum cognitio. γάστραι autem id est aruspices, qui per animalium sectionem vaticinantur. Vnde etiam dicuntur ἐνταμνόμενοι, id est, iecorum inspectores. Communiter autem ij omnes, & reliqui pseudoprophetæ, ἐγγαστρίμυθοι dicuntur, eo quod fabulosas satanæ nugas concipiant.*

Can. lxvi. A sancta Christi dei nostri resurrectionis die vsque ad nouum dominicum, tota septimana in ecclesiis vacare fideles iugiter oportet psalmis, & hymnis & spiritalibus canticis, in Christo gaudentes festumque celebrantes, & diuinarum scripturarum lectioni mentem adhibentes, & sanctis mysteriis iucũdè & lautè fruentes. Sic enim cum Christo exaltabimur, & vnà resurgemus. Nequaquam ergo prædictis diebus equorum cursus vel aliquod publicum fiat spectaculum.

BALS. *Tanquam vnus dies dominicus, omnino reputatur ea quæ post sanctam domini & dei seruator*

ſeruatoris noſtri reſurrectionem currit ſeptimana, eo quòd genu nõ flectatur, & vniuerſa etiam pentecoſte, ſeu quinquaginta illi dies. Quoniam autem feſti celebrandi prætextu, apud quoſdam inoleuerant equorum curſus, & alia etiam publica ludicra ſpectacula, ſtatuerunt patres nos ſic feſtũ non oportere celebrare, in hac paſchali hebdomade, ſed religioſè & ſanctè pro viribus ſcilicet eccleſiæ vacare, diuiniſque canticis ſatiari, & tanquã ia·n digni ſimus, reſurrectionem domini celebrare, diuinum myſterium iucundè lautéque perfrui, & vnà conſurgere cum eo qui reſurrexit, & nos in cælum ſuſtulit, Chriſto deo noſtro. Nota ergo quòd omnes fideles debent eſſe parati ſancta myſteria participare vnoquoque die, ſi fieri poteſt, quemadmodum & in alijs canonibus antè ſcriptum eſt. Cùm canõ hac ſtatuat, interrogauerit quiſpiam quomodo artifices poſt diem tertium huius ſeptimanæ ſuas mechanicas artes & opera exercẽt. Exiſtimo ergo eos male hoc facere. Etſi enim à præſenti canone nõ puniuntur qui feſtum ſic ſoluunt, ab alio tamen canone, qui laicos, qui non ſunt agricolæ & in diebus dominicis operantur, ij quoque puniuntur. Quære etiam iij. Nouellam domini imp. Leonis ſapientis, continentem ne ipſos quidem agricolas in die dominico operari debere. Quare eos quoque prohibitum eſt tota paſchali ſeptimana operari, nempe cùm ipſa dies dominicus reputetur.

Diuina nobis ſcriptura mandauit, à ſanguine & ſuffocato & fornicatione abſtinere. Eos ergo, qui propter lautum & delicatum vẽtrem, cuiuſcunque animalis ſanguinẽ arte aliqua eſculentum condiunt ac inſtruunt, vt par eſt, incuſamus ac punimus: ſi quis ergo deinceps animalis ſanguinem quouis modo comedere aggrediatur, ſi ſit quidem clericus, deponatur: ſi autem laicus, ſegregetur. *Can. lxvij.* *νίκεα*

BALS. *Scriptum eſt in Actibus apoſtolorum, Ne nos quemuis ſanguinem comedamus, vel ſuffocatum animal, & etiam à fornicatione abſtineamus. Atque etiam lex iubet Moſaica, Sanguinem ne comedatis. Quoniam ergo nonnulli ſanguinẽ, non quidẽ comedebant, nonnulla autẽ eſculenta & ex alijs & ex ſanguine faciebãt, & ſe ſacram ſcripturam obſeruare dicebant, quòd nõ ſanguinẽ nulla re intercedente comederent, ſtatuerunt ſancti patres eiuſmodi ſacræ legis* *περιχαφὴν* *circumſcriptionem ceſſare oportere: eumque qui quauis arte vel ratione animalis ſanguinem comederit, ſi ſit quidem clericus, deponendum: ſi verò laicus, ſegregandum. Et hæc quidem canon Latini verò indiſcriminatim ſuffocata comedunt ſed etiam Adrianopolitani, vt audio, animalium ſanguine cum quibuſdam eſculentis vtuntur. Quære & imp. domini Leonis ſapientis nouellam lviij. quæ ſtatuit eos qui quãcunque ſanguinolentam ſpeciem comedunt, publicandos & corpore puniendos. & impreſſa cuti* *τὴς ὠχρᾶς* *tonſura notandos, & perpetuo exilio condemnandos: eos autem qui hæc non vindicant, magiſtratus, x. librarum auri multa corrigendos.*

Nulli ex omnibus licere veteris & noui teſtamenti librum, nec ſanctorum noſtrorũ præconum ac doctorum, corrumpere vel conſcindere, vel librorum cauponatoribus, vel iis qui dicuntur vnguẽtarij, vel alicui alij ex omnibus, ad eum delendum tradere: niſi vtique, vel à tineis, vel ab aqua, vel aliquo alio modo redditus fuerit inutilis. Qui autem tale quid facere deinceps deprehenſus fuerit, anno vno ſegregetur. Similiter & qui libros emit, ſi eos quidem ipſe non ad ſuam vtilitatem retineat, nec alteri, ad eius beneficium, & vt ij permaneant, vendat, ſed eos corrumpere aggreſſus fuerit, ſegregetur. *Can. lxviij.*

BALS. *Nonnulli turpis quæſtus gratia, diuinarum ſcripturarum libros ementes, delebant, vel etiam conſcindebant, dei quæ ex ea re proficiſcebatur condemnationem non reputantes. Hæc ergo diuini patres corrigentes, nulli licere ſtatuerunt corrumpere, vel conſcindere, vel vendere vnguentarijs, vel librorum cauponatoribus, ad delendum vel conſcindendum, quencunque libellum ex antiqua ſcriptura, & ex vetere teſtamento & nouo: niſi eiuſmodi liber, vel ab aqua, vel à vermibus, vel à quouis alio modo, fuerit omnino redditus inutilis: eum autem qui præter hæc facit, anno vno ſegregandum, eumque etiam qui eiuſmodi libros emit, & eos non poſſidet, vel ad ſuam, vel ad alienam*

vtilitatem. Cùm autẽ audu canonem dicẽtem non esse delendos, vel quomodocunque corrumpendos libros veteris vel noui testamenti, vel aliquem alium ex diuina scriptura, dic canonem de iis loqui quos permissum est legi. Eos enim, qui non sunt in vsu, si quis deleat & conscindat, non punietur. Nota autem hæc propter librorum cauponatores, qui diuinarum scripturarum membranas delent: & ne admiseris eos dicentes, quòd licet hunc diuinæ scripturæ librũ delere, & aliũ in iis quæ deleta sunt transcribere. Dato enim vno absurdo, multa quoque alia absurda consequentur: sed sunt quidem certè laudandi bibliopolæ.

Can. lxix. Nulli omnium liceat, qui quidem sit in laicorũ numero, intra sacrum altare ingredi, ab eo tamen nequaquam prohibita potestate & auctoritate Imp. quando quidẽ voluerit creatori dona offerre ex antiquissima traditione.

BALS. Prohibet præsens canon, ne laici ad altare ingrediantur, vt quod sit præfinitum iis solu qui sunt sacru initiati. Id autem, inquit, Imp. soli, licet sit laicus, concessum est, quando munera deo offerre voluerit, ex antiqua quadam consuetudine. Quomodo ergo in diuinum adytum meliti templi domini nostri Iesu Christi, *quod est in Chalce, quicunque vult citra vllum impedimentum ingreditur, nescio De Latinis autem audio, quòd non solum viri laici, sed & mulieres, in sanctum sæpe tribunal ingrediuntur, & sedent, præsentibus sæpe iis qui sacrificant. De Imperatoribus autem dixerunt quidam verbu canonu insistentes, quòd tunc non prohibebuntur intra templi adyta ingredi, quãdo sunt deo munera oblaturi, non autem si solius adorationu gratia ipsum ingredi voluerint: sed mihi non ita videtur. Orthodoxi enim Imperatores, qui per sanctæ Trinitatis inuocationẽ patriarchas prouehunt, & sunt Christi domini, sine vllo impedimento, quando voluerint, ad sacrum altare accedunt, & suffiunt, & cum cera characterem imprimunt, sicut & antistites: sed etiam populum *ad eum instituendum docent, quòd solu illius regionu antistitibus concessum est. Inuenta est autem & in xix libro antiquitatu Iudaicæ Flauij Iosephi Imperatoria subscriptio sic habens, Tiberius Claudius Cæsar, Augustus, Germanicus, pontifex maximus, tribunitiæ potestatis, secundum consul. Quoniam autem domini quoque Christus est, qui hoc tempore Imperator est, propter chrisma, id est, vnctionem regni, Christus autem & deus noster cum alius pontifex quoque prædicatur, iure & ipse quoque pontificalibus gratiis exornatur.

*κατηχουμένους

Can. lxx. Ne liceat mulieribus in diuini ministerij seu celebrationis tempore loqui, sed vt vox est apostoli Pauli, sileant. Non enim eis loqui permissum est, sed subiici sicut dicit lex: si quid autem volunt discere, domi proprios maritos interrogent.

BALS. Corinthius scribens magnus Paulus, præcipit mulieribus silere, & maritis suis subiectas esse, conuenienter legi Mosaicæ, quæ dicit, Ad virum tuum mulier conuersio tua, & ipse dominabitur tui. Hu ergo consequenter decernit canon, ne mulieres in diuini ministerij tempore loquantur, sed domi à viris suis ea discant quæ scire volunt. Hoc autem sic constituto, ne dixeris eas quidem prohiberi loqui tempore ministerij, in alijs autem ecclesiasticis conuentibus nihil vetare eas loqui. Debent enim tunc quoque tacere. Vt est autem verisimile, mulieres quasdam eo tempore diuinas scripturas legere præ se ferentes, concionari sæpe aggrediebantur, & ad interrogationes ac responsiones se comparare, quod quidem patribus nequaquam mulieribus conuenire visum est, & ideo prohibitum est. Priuatim autem prudentiores interrogare de aliquibus animæ conducibilibus, vanum & ineptum non est. Lege & vij. librum Imperial. tit. i cap. i. qui prohibet mulieres publicè causas agere, & sic dicit expresse, Ero se solis causas agunt mulier & cæcus. Mulier enim virilis officio nõ fungitur: & xxi. librum cap. xj. dicentem, Mulier: in testamẽto non fert testimonium: in alijs autem dicit testimonium in quibus viri nõ accersuntur: & xl viij. nouellã Imp. domini Leonis sapientis, quæ prohibet mulieres in conuentionibus & contractibus ferre testimonium. In partu autem, & in iis in quibus solus fœmineus aspectus admittitur, non etiam oculi hominũ, eas testimonium ferre permittunt. Quare & Iustiniani cx viij. nouellam, seu caput xliij. iij. tit. xxx vij. libri Imperial. qua prohibet mulieres fieri tutrices, & hæc præcisè dicit, Feminas enim nos quoque prohibemus, ne tutelæ munera subeãt, nisi sit mater, vel auia. Iis enim solis pro hæreditatu ordine tutelã quoque subire permittimus, si apud acta, & alias nuptias, & senatus consulti Velleiani auxilio renũciauerint. Si hæc enim seruauerint, omnibus qui in transuersa sunt linea cognatis in tutela præferentur, testamentarijs demum tutoribus eas ante eunibus. Defuncti enim voluntatem & electionem præferri volumus. Lege & tit. v. eiusdem libri cap. xx. resp. iij. dicentem, Mulier non est curatrix.

Can. lxxj. Eos qui docentur leges ciuiles, Græcis moribus vti non oportere,

portere, & neque in theatrum induci, neque eas, quæ dicuntur, Cyliſtras peragere, vel præter vſum communem ſibi veſtes induere, nec quo tempore diſciplinam aggrediuntur, vel ad finem eius perueniunt, vel, vt in ſumma dicam, in eius doctrinæ dimidio: ſi quis autem deinceps hoc facere auſus fuerit, ſegregetur.

BALS. Magnus Theologus Gregorius hæc ſcribit in funebri magni Baſilij oratione, quòd plurimi, ſique ſtultiſſimi, ex adoleſcentibus qui erant Athenis, ſophiſtico quodam furore percitis, & non ſecus ac ij qui equeſtris curſus certaminis furioſo deſiderio tenentur, contra aduerſarios ſuos pugnantes, vrbes vtáſque anticipant, & recenter aduenientes ſophiſtas excipiunt & complectuntur, magna ſplendidáque prompta deducentes, & hoſpitaliter comitantes, & alia quædam ludibria ſophiſtis familiaria facientes. Vt eſt ergo credibile, in hac vrbium regina hæc conſuetudo inuaſerat, quando legum quoque diſciplina vigebat, vt quidam his Græcis moribus vterentur, & eos qui legum erãt diſciplinam aggreſſuri, vel qui per mediam doctrinam proceſſerant, vel qui iam perfecti erant, cum magna quadam pompa & ſumptuoſis veſtibus in theatrum deducerent, & ideo ſtatuiſſe patres ea quæ ſunt in præſenti canone. *Cyliſtræ autem fiebant, vt mihi videtur, inter eos qui docebant. Cùm enim hic ſibi diſcipulum vendicaret, ille verò ex altera parte reſiſteret. Cyliſtræ excogitatæ fuere, idque fortuito, vt fit hodie in equorum curriculis de cancellis. Hæc ergo omnia prohibentes ſancti patres, & Græca opera nominantes, ſtatuunt nihil tale fieri omnino oportere, eo quòd multa offendicula & turbulenta eorum gratia fiant, & ſit id quod eo modo ſit infidelium & gentilium felicitatis vel infelicitatis *præmium. Eos autem qui canonem tranſgrediuntur, ſegregationi ſubduci tuſſerunt.

*κυλίστραι

*βραβεῖον

Non licere virum orthodoxum cum muliere hæretica coniungi, neque verò orthodoxam cum viro hæretico copulari: ſed & ſi quid eiuſmodi ab vllo ex omnibus factum apparuerit, irritas nuptias exiſtimare, & nefarium coniugium diſſolui. Neque enim ea quæ non ſunt miſcenda miſceri, nec ouem cum lupo, nec peccatorum ſortem cum Chriſti parte coniungi oportet: ſi quis autem ea quæ à nobis decreta ſunt tranſgreſſus fuerit, ſegregetur: ſi autem aliqui, qui adhuc ſunt infideles, & in orthodoxorum gregem nondum relati ſunt, ſunt inter ſe legitimo matrimonio coniuncti: deinde hic quidem, eo quod eſt honeſtum electo, ad lucem veritatis accurrerit, ille verò erroris vinculo detentus fuerit, nolens diuinos radios fixis oculis intueri, fideli placeat cum infideli cohabitare, ne à ſe inuicẽ ſeparentur. Ex diuini enim Pauli ſententia, Sanctificatus eſt vir fidelis in muliere, & ſanctificata eſt mulier infidelis in viro.

Can. lxxij.

BALS. Lex ciuilis definit matrimonium, ſocietatem & communicationem diuini & humani iuris. Huic ergo conſequenter, ſancti patres decernunt, iure matrimonij non eſſe contungendum virum fidelem mulieri infideli, vel infidelem mulierem viro fideli. ſed & ſi quid eiuſmodi factum fuerit diuellendum ac ſeparandum eſſe matrimonium, vt quod conſiſtere nõ poſſit. Quæ eſt enim, inquit, lupo cum agno ſocietas, quorum eſt penitus contraria voluntas, ſibique ſunt inuicem in omnibus aduerſi & infeſti, quòd ſit contraria eorum viuendi ratio? Et non ſolum ſeparandũ eſſe matrimonium, ſed & eum qui tale quid auſurus eſt, ſegregandum eſſe ſtatuunt, ſed ſi, inquiunt, alter ex coniugibus fidem orthodoxam elegerit, non propterea ſeparabitur matrimonium. Magnus enim apoſtolus in epiſtola ad Corinthios, ſtatuit eos non eſſe ſeparandos, quoniam ſanctificatus eſt vir infidelis per fidelem mulierem, & contra ſanctificatur infidelis mulier per virum qui credidit. Eſt autem ſpes fore, vt eiuſdem ſint ſententiæ coniuges, ſi alter ex ipſis fidem orthodoxam elegerit. Nota ergo præſentem ca-

nonem propter liberos, qui suas filias Agarenis indiscriminatim in matrimonio collocãt. Similiter nota & verbum canonis, quod dicit, Fideli autem placeat cum infideli cohabitare, vel cõtrà fideli cum infideli, ne separentur. Si quis enim horum separari maluerit, matrimonium ex eo diuelletur. Quod quidem factum est tempore sanctissimi patriarchæ domini Theodoti. separatus est enim à sua infideli vxore Basilius Buccinator, postquam baptizatus fuerat, cũ decreto patriarchali: vt pote quæ à viri suasione induci non posset vt baptizaretur.

Can. lxxiij. Cùm crux nobis viuifica salutare ostenderit, nos omnem diligentiam adhibere oportet, vt ei per quam ab antiquo lapsu saluati sumus, eum quem par est honorẽ habeamus. Quãobrem & mente, & sermone, & sensu adorationem ei tribuentes, crucis figuras, quæ à nonnullis in solo ac pauimento fiunt, omnino deleri iubemus, ne incedentium conculcatione, victoriæ nobis trophęum iniuria afficiatur. Eos itaque, qui deinceps crucis signum in solo construunt, segregari decernimus.

BALS. *Nonnulli, in ecclesiarum, vel aliorum etiam locorum pauimentis, crucis signa in lapide, vel aliqua alia specie, imprimebant. Hoc ergo prohibens canon dicit, quòd salus hominum per crucem viuificam facta est, & oportet nos conuenienter & proportione respondentem honorem adorationémque ei tribuere, mente, sermone, & sensu: mente scilicet, per tacitam gratiarum actionem: sermone, per boni quod in nos factum est apud omnes confessionem. & sensu, quando eam actu videntes salutamus. Vnde etiam omnes qui vbique inueniuntur, crucis typos in pauimento, deleri & tolli iubet, ne ab incedentibus conculcetur nostrum aduersus diabolum trophæum. eos autem qui aggressi fuerint crucis figuram in solo construere, iubet segregationi subiici. Dicit autem & v. cap. primi tituli primi libri, Nec monachus, nec vllus alius, in publico loco, vel in quo spectaculum peragitur, crucem imponat, vel sanctorum reliquias: & cap. vi. Nemo in solo, vel molari lapide, vel marmore pauimenti crucem insculpat vel pingat. Sed auferat, eo qui id transgreditur grauissimum subeunte supplicium. Et cap. lviij. primi tit. iij. lib. imperat præcisè dicens. Sed & preciosas cruces cum quibus in supplicationibus egrediuntur, non alibi quàm in sanctu locu reponi. Hæc cum & canon & leges statuant, crucem quidem in pauimento non audet quis ex aliqua materia cõstruere: sanctæ autem imagines & cruces in publicis viis à volente eriguntur. Et nos quidem, propter deum, & parum erga eius sanctos fidem, sancta eiusmodi vbicunque erecta adoramus & salutamus. Leges autem, vt est consentaneum, propter infidelium, eorúmque qui sine vlla honesta consideratione indiscriminatim viuunt, improbitates, hæc scripserunt. Existimo ergo quòd illi segregationi subiiciuntur, qui sunt simpliciores, & propter pietatem in solo preciosam crucem fabricantur. Qui enim mala animi affectione hoc agunt, vt salutaris crucis figura, eo quòd conculcetur, contumelia afficiatur, vt impij puniẽtur.*

Cã. lxxiiij. Quòd non oportet in dominicis locis vel ecclesiis, eas quæ dicũtur agapas, id est charitates, facere, & intus in ædc comedere, & accubitus sternere. Qui autem hoc ausi fuerint, vel cessent, vel segregentur.

BALS. *Magnus Paulus in sua epistola ad Corinthios eos reprehendit qui in ecclesia conuiuantur, dicens. An non habetis domos ad edendum vel bibendum? An dei ecclesiam contemnitis, & eos qui non habent pudore afficitis? Quoniam ergo omnis locus domino consecratus, dominicus dicitur, etiã si non est ecclesia, vel templi vestibulum seu porticus, statuit canon, ne aliqui in ecclesia conuiuentur, vel in eiusmodi locis. Hoc enim vocat ἀγάπας id est dilectionem, vel quòd sit dilectionis efficiens eámque cõstituens, vel quòd fiat propter dilectionem. sed neque intra domũ domini dei comedãt, & accubitus sternant. eos autem qui tale quid faciunt, & post denunciationem non absistunt, segregationi subiici. Et vocatur quidem ἀγάπη seu dilectio, fraternitas, & quæ propter eam ineuntur conuiuia. Quæ quidem sunt prohibita, vt quæ offendiculorum, & contumeliarum, ac insolentiarum, & nonnunquam etiam coniurationum & sodalitatum causæ essent. Accubitus autem dicitur omnis* ᵃ *imposita strati strues, quæ est in altitudinem erecta & mollis. Accumbo enim idem est quod procido. Nonnulli ergo lectulos in medium templi submittentes, huiusmodi toros seu strata, vel ad maiores delicias, vel alioqui ad suam quietem faciebant. quod est etiam prohibitum. Nonnulli autem ex creonati sunt idem esse locum dominicum & ecclesiam, & interpretati sunt illud* Vel, *vt conuiuium,*

ᵃ *cumulus quæ*

& nõ disiunctiuum. Mihi autem non ita visum est. Postquam enim dixisset non faciendas agapas in dominicu vel in ecclesiu, prohibet comedere & accubitus sternere in solis ædibus siue ecclesiu. Quamobrem est differentia inter ecclesias & θεσπάσιας, hoc est templi vestibula seu porticus, & alios locos dominicos.

Eos qui in ecclesiis ad psallendum accedunt, volumus nec inordinatis vociferationibus vti, & naturam ad clamorem vrgere, nec aliquid eorum quæ ecclesiæ non cõueniunt & apta non sunt ascisscere, sed cum magna attentione & compunctione psalmodias deo, qui est occultorum inspector, offerre. Pios enim & sanctos fore filios Israel sacrum docuit oraculum. *Can. lxxv.*

BALS. *Dei ecclesiæ dicuntur domus orationis. Vnde etiam qui deum orant, cùm lachrimis deum orare debent, & cum humilitate, non autem cum inordinato & impudente habitu. Statuerunt ergo patres non esse sacra canẽda cantica & psalmodias inordinatis & intentu vociferationibus & naturæ vim afferentibus. Nec etiam quibusdam flexu modulatisque vocibus, ecclesiasticæ constitutioni & consequentiæ nõ conuenientibus, cuiusmodi sunt modi scenici & superuacaneæ vocũ varietates: sed cum multa compunctione & moribus pijs & sancto deo preces offerre, qui nouit cordium nostrorum occulta. Hæc autem iusserunt consequenter dicto euangelico, quod statuit, Nõ oportere nos, sicut & ethnici, cum loquacitate & clamore precari, tanquam per multiloquium nostrum nos exaudiendos arbitremur, sed in occulto deo hymnum offerre: facere autem petitiones similiter, vt pater noster cæleste, qui videt in abscondito, nobis reddat in aperto. Quoniam autem, inquiunt, Lex quoque Mosaica dixit in Leuitico, pios & sanctos filios Israel futuros, nos quoque qui huius legis complementum accepimus, magis pijs sanctisque esse debemus, & prout constitutum est, nos gerere. Quoniam autem apud diuersos sanctissimos patriarchas dictum est, non solum in festis hæc fieri à cantoribus, sed etiam in vigiliis & mortuorum monumentis, fuerunt multa synodalia edicta segregationi subiicientia eos qui talia faciunt, & non per cantica, & alleluiarias supplicationes, vt ecclesiæ est fundamẽtum, nocturnam psalmodiam peragunt. Legi etiam panegyricam sancti patris nostri Ioannis Chrysostomi orationem scriptam in interpretationẽ dicti prophetici quod dicit, Vidi dominum sedentem in throno alto & in sublime elato. Prohibet enim psalmodias scenicas, & saltationes* γεστιculatorum, *& intensas exclamationes.*

*χρυσοστόμου

Quòd non oportet intra sanctos ambitus cauponatoriam officinam, vel quæ fiunt per aromata species proponere, vel alias venditiones facere, suam venerationem ecclesiis seruantes. Seruator enim noster & deus, per suam in carne vitæ agendæ rationem nos instituens, non facere domum patris sui domum negociationis iussit, qui etiam nummulariorum* mensas effudit, & eos qui sacrum commune faciunt eiecit: si quis ergo in prædicto delicto deprehensus fuerit, segregetur. *Can. lxxvj.*

*πίρμα

BALS. *Sanctarum ecclesiarum conuenientem honorem, eorúmque quæ ad illos pertinent, sancti patres conseruantes, nec sustinentes vt ab vllo omnino quæ sunt sacra fiant communia, decreuerunt non esse proponendas aromaticas species intra sanctos ambitus, nec in eis fieri cauponatoriam officinam, nec intra ipsos aliquid vẽdi, sed eos esse à mercatorum communione alienos. Quoniam, inquit, dominus quoque noster Iesus Christus per suam in carne vitæ agendæ rationem, nos actu docens valde esse puniendum eum qui quod est sacrum, commune facit, & domum dei, domum negociationis reddit, nummularios, hoc est mensarios seu argentarios, ex sacris ambitibus eiecit. Ii autẽ Græcè dicuntur κολλυβισταὶ, à dictione κόλλυβος, quæ exiguum nummũ significat. Et* mensas *ipsarum, Græcè est, τὰ κέρματα αὐτῶν, hoc est, nũmos effudit. Eos ergo qui hoc facere ausi fuerint, segregationi subiecerũt. Cũ autẽ per multi sanctissimi patriarchæ, & ab Augustali & à propinquioribus magnæ ecclesiæ vestibulo partib⁹ nũmularios, &* crustularũ fructuũq; vẽditores, *& reliquos mercatores expelli*

*τὰ διὰ τοῦ θυμιάματος

*χαίειν

*ψιμυθιοπώλους

*καὶ ὀπωροπώλους

iußissent, dicebant canonem ecclesiasticos ambitus nominare porticus ac vestibula vniuscuiusque templi, sed non, *& alias diuinarum ædium partes quæ eis vnitæ sunt: hoc autem pluribus non placuit. Dicebant enim quòd quoniã canõ ecclesiæ non meminit. Quòd enim in medio templi vel in eius vestibulo cauponatio faciat, vel mercatorum conuentus, nulli Christiano ne in mentem quidem venerit, vt quod sit à pietate alienissimum, de sacris templi ambitibus debemus omnem quæ de eare esse potest dubitationem inducere. Omnes autẽ illos esse sacros ambitus dixerunt, qui rationis expertium animantium conculcationi permissi non sunt, etiam si alio quodam modo sint communes, ex xij. cap. v. lib. quod dicit, Vsque ad terminos ecclesiæ in foro publico securitatẽ habeãt qui confugerunt, interioribus lauacru, vel hortu, vel domicilius, vel porticibus, vel atriis vtentes, & prohibeantur intra templum comedere, & dormire, & cætera. Hortos & porticus ecclesiæ coniunctos, sacros ambitus esse ne dixeru, vt illic etiam prohibeantur proponi venalia. Hæc enim ecclesiæ quidem partes reputabuntur: sacri autem ambitus non dicentur. Et vt communia quidem, sanctorum ambituum honore digna non habebuntur: sed propter ecclesiæ priuilegium, qui eum qui eo confugit ex ipsis abripuerit, punietur. Nota propter eos qui vnguentariam & tonstrinam exercent in iis sanctissimæ magnæ ecclesiæ locis, & in multo magis interioribus eius partibus. Similiter nota ipsum canonem etiam propter eos qui ad festa quæ fiunt, & ad publicos conuentus, vbicũque ij fuerint accedunt, sanctique qui tunc celebratur adorationem pro suorum negociorum gerẽdorũ occasione arripiunt. Et enim maximo supplicio digni sunt. Quinetiam magnus Basilius in suu Asceticu, id est exercitatoriu, hac valde prohibet, & lege locum in quo sic scribit de negociationibus in concilio sed quentam nõnulli antea corruperunt eam quæ in sanctis obseruata est consuetudinem, & orationu loco, & templu, & locum, forum & nundinationem ac mercaturam faciunt, & alia non panca.

*φιάλας

Ca. lxxvij. *ἱερωμένους

Quòd non oportet sacris initiatos, vel clericos vel ascetas, id est exercitatores, seu monachos, lauari cum mulieribus, nec omnem Christianum laicum. Hæc est enim prima condemnatio apud gentes: si quis autem hac in re deprehensus fuerit, si sit quidem clericus, deponatur: sin autem laicus, segregetur.

BALS. Vt est verisimile, ante hanc synodum, lauabantur sacerdotes quidam, & laici, & monachi cum mulieribus, apostolicum diuinum præceptum non curantes quod dicit, Sine offendiculo situ, & Iudæu, & Græcu: & ecclesiæ dei. Corrigentes hoc ergo sancti patres, vt maximè indecorum, & offensionem scandalúmque afferens, & ad dæmoniacas cupiditates excitans, & eos qui hoc turpi instituto vtuntur ad magnam cõdemnationem deducens, statuerunt vt qui deinceps adeò inconsideratè & indecorè cum multere lauabitur, si sit quidem clericus, deponatur: si vero laicus, segregetur. Nota autem quòd canon facit differentiam inter sacris initiatos, clericos, ascetas, & laicos. Sacris initiati sunt, qui sunt etiam ex sacro tribunali, & ordinantur, episcopi scilicet, sacerdotes, diaconi, & hypodiaconi. Clerici, omnes, qui extra sacrum tribunal in templis deseruiunt, vt lectores, hostiarij, & alij eiusmodi. Ascetæ autem, monachi, qui episcopalem characterem non accepere, sed solam tonsuram monachalem. Monachi enim qui episcopalem tonsuram accepere, dicuntur clerici. Ascetarum autem & monachorum nulla est differentia. Dic ergo in summam redigens, quòd qui sunt quidem ex sacro tribunali, in scriptu iurare debent. Qui autem sunt extra tribunal, vt laici iurabunt, etiam si sint monachi. Quidam autem laici, cùm in balneu vnà cum coniugibus lauantur, & propterea reprehenditur, dicunt se ab hoc canone non prohiberi. Sunt enim caro vna, & nihil turpe ac indecorum inter eos fieri videatur, cum à se inuicem non sint disiuncti corporibus: illos autem puniri, qui cum scortatione se turpiter & indecorè gerunt, naturaque pudendorum nullo penitus pudore afficiũtur. Hæc autem religiosioribus & sanctioribus non placuere, dicentibus hoc esse primam apud gentes condemnationem, vt dicit canon: & ideo id esse puniendum quomodocunque fiat: & quod etiam si videantur coniuges vnum esse corpus, eis tamen non permittitur suu membru malè vti. Si enim ita esset, nec ij qui sibi mortem conscisere conati sunt, punirentur.

Ca. lxxviij. Quòd oportet eos qui illuminantur, fidem discere, & quinta septimanæ feria episcopo & presbyteris renunciare.

BALS. Quomodo, qui recens sunt illuminati, debent fidem orthodoxam doceri, à diuersis canonibus didicimus. Præsens autẽ canon iis adiicit, nobis sufficere nõ debere *assertiones eorũ qui illuminãtur, affirmãtiũ, se rectã fidẽ fuisse edoctos: sed eos quidẽ oportere sacra oracula discere totu primis quatuor diebꝰ septimanæ: quinto autẽ die, ea episcopo, vel iis quibꝰ hoc ab illis permittetur renũciare, institutoribꝰ scilicet, qui catechistæ dicũtur. Sic enim facietibus perfectè demõstrabũt, & tota anima ad

*κατὰ νοῦς depositiones, vt dicunt.

fidem

fidem orthodoxam acceſſerunt, & in diuinis hu myſteriis initiati, ſatiúque confirmati ſunt. Hoc autem non ſemel faciẽt, ſed per totam ferè ſuam vitam. Præſens autem canon idem fere eſt omnino cum canone Laodicenæ ſyn.

Abſque vllis ſecundinis ex virgine partum eſſe confitentes, vt qui ſine ſemine conſtitutus ſit, idque toti gregi annunciantes eos qui propter ignorantiã aliquid faciunt quod non decet, correctioni ſubiicimus. Quare quoniam aliqui poſt ſanctæ Chriſti dei noſtri natiuitatis diem, ſimilam coquere oſtẽduntur, & eam ſibi inuicem impertiri, honoris ſcilicet prętextu ſecundinarũ impollutæ virginis matris, ſtatuimus vt deinceps nihil tale fiat à fidelibus. Neque enim hoc honor eſt virginis, quæ ſupra mentem & ſermonem, quod comprehendi non poteſt, verbum peperit carne, ex communibus & iis quæ in nobis fiunt, inenarrabilem eius partum definire, metiri ac deſcribere: ſi quis ergo deinceps hoc facere aggreſſus fuerit, ſi ſit quidẽ clericus, deponatur: ſi verò laicus, ſegregetur. Can. lxxx. *αἱρέχυτον

BALS. *Cùm intellexiſſent ſancti patres, quòd quidam propter honorem impollutæ dominæ noſtræ & deiparæ, poſt vnum diẽ Natalis domini & ſeruatoris noſtri Ieſu Chriſti, eius ſecundinas celebrant cum colla ſimila & quibuſdam aliis ſpeciebus, ſtatuerunt hoc à Chriſtianis non eſſe amplius faciendum. Dei matris enim partum talem non fuiſſe profitemur, quemadmodum à reliquis fit mulieribus, ſed abſque ſecundinis: quoniam conceptio, & ſupra naturam, & ex ſancto ſpiritu facta eſt. Si ergo, quæ ſecundinas non nouit, quomodo nos ea quæ ſunt mulierum ſecundinas habentium peregerimus? Quare non eſt hoc honor ſanctæ virgini, quæ ſupra mentem & ſermonẽ verbum peperit carne, abſque vllis maternis in partu doloribus. Quocirca, inquit, non oportet, ea quæ ſunt ſupra naturam, ita quæ ſunt ſecundum naturam, exequare, & ea veluti cõmunia reddere, ex noſtriſque terrenis deſcribere & meriti. Statuunt ergo, vt qui eſt hoc facturus, ſi ſit quidẽ clericus deponatur: ſin verò laicus, ſegregetur. Hãc ergo ob cauſam, Chriſti dei gratia, in hac verbium regina nemo tale quidpiam audet facere, ſed poſt ineffabilem Chriſti dei noſtri natiuitatem fidelium* cœtus ſanctæ deiparæ feſtum celebrat diuinis canticis hymniſque eccleſiaſticis. *κυρίαν

Si quis epiſcopus, vel preſbyter, vel diaconus, vel eorũ qui in clero enumerantur, vel laicus, nullam grauiorem habet neceſſitatem, vel negocium difficile, vt à ſua eccleſia abſit diutiſſimè: ſed in ciuitate agens, tribus diebus dominicis in tribus ſeptimanis vnà non conueniat, ſi ſit quidem clericus, deponatur: ſi verò laicus, ſegregetur. Can. lxxxi.

BALS. *Alij quidem diuerſi canones alio modo puniunt epiſcopos quàm clericos qui aliquando à ſua eccleſia peregre abſunt. Præſens autem canon non ſolum epiſcopos & clericos, ſed etiam laicos, à ſuis regionibus in alieno ſolo degentes non abſunt, cogit vna cum fidelibus cõmunicare & orare & ſtatuit, quòd ſi quis eorum, nulla neceſſitate propoſita, morbi ſcilicet, vel grauiſſimæ ſeruitutis, quæ ei non concedit vt in eccleſia verſetur, tribus diebus dominicis cũ fidelibus nõ cõuenerit, & vnà non orauerit, ſed in hanc ſalutiferam communionem negligenter affectus fuerit, ſi ſit quidem clericus, deponatur: ſi verò laicus, à communione moueatur, hoc eſt ſegregetur ac ſeparetur. Ex eo enim duorum alterum apparet, eum vel diuina præcepta diuináſque pſalmodias & orationes non curare, vel non eſſe fidelẽ. Cur enim xx. diebus cum Chriſtianis in eccleſia verſari noluerunt, vnáq; cũ dei fideli populo communicare?*

Quoniam in nonnullis locis didicimus in ſanctiſſimo hymno additamenti loco dici poſt illud, Sãctus immortalis, hoc, Qui crucifixus eſt pro nobis, miſerere noſtri: id autem ab antiquis ſanctis patribus, vt à pietate alienum, ex hoc hymno Ca. lxxxij.

iectum, cum ſcelerato hæretico, qui hanc vocem innouauit, nos quoque confirmantes ea quæ à ſanctis noſtr·s patribus prius piè conſtituta ſunt, anathematizamus eos, qui poſt præſens decretum eiuſmodi vocem admittunt, vel aliquo alio modo ſanctiſſimo hymno adiungunt. Etſi eſt quidem ſacerdotalis ordinis qui tranſgreſſus eſt, eum ſacerdotali dignitate priuari iubemus: ſinautem laicus vel monachus, ſegregari.

BALS. *Stolidus ille & maledicus Petrus Fullo in ſanctiſſimo hymno fecit additamentum, dicēs poſtquam dictum eſſet, Sanctus immortalis, debere dici, Qui crucifixus eſt pro nobis, miſerere noſtri. Quod quidem additamentum eccleſia non addidit, vt quod quartam perſonam inducat, & dei filiū, ſeruatoru ſcilicet conſiſtentem facultatem, ſeorſum ponat, & Chriſtum crucifi·um tanquam alium eſſe a forti, & affectionibus eſſe ſubiectam trinitatem opinetur, & patrem vnà cùm filio crucifigat & ſpiritum ſanctum. Et decreuit quidem ſanctiſſimum hymnum piè dici de ſancta trinitate, quòd per trinam ſanctitatem tres ſuperſubſtantialu deitatu conſiſtētes perſonas ſancta nobis ſeraphim oſtendant. Per vnam verò dominationem, vnam diuinæ trinitatis ſubſtantiā regnúmque ſignificant. In Eccleſiaſtica autem hiſtoria inuentum eſt, quòd cùm populus Conſtantinopoli ſupplicaret propter quaſdam diuinitus intentatas minas, quæ tempore Procli archiepiſcopi fuere, ex populo raptum fuiſſe puerum, & ſic ter ſanctum hymnum ab angelica aliqua doctrina fuiſſe inſtitutum. Sanctus deus, ſanctus fortis, ſanctus immortalis, miſerere noſtri. & conuerſo rurſus puero, cùm quòd inſtitutū erat renunciaſſet, vniuerſam multitudinem hymnum cecinisſe. & ſic minas ceſſaſſe. Porrò autem & in ſancta & vniuerſali Calchedon. ſynodo ſic ſanctiſſimum hymnum canendum eſſe traditum eſt: ſed cùm ne ſic quidem multorum eorumque blaſphemorum improbitas ad orthodoxum decretum traducta eſſet, vt eſt veriſimile, qui in hac ſynodo conuenerant ſancti patres, iisque à ſanctis patribus qui Calchedone conuenerant de hoc ſanctiſſimo hymno conſtituta erant, confirmatis, anathemati eos ſubiecerunt, qui poſt præſentem canonem Fullonis additamentum ter ſancto adiungant. Et ſi eſt quidem ſacerdotalis, inquit, ordinis, qui tranſgreditur, deponatur: ſinautem laicus vel monachus, ſegregetur. Cùm autem canon eos anathematizet qui malum hoc additamentum ſuſcipiunt, & ex anathematizatione non ſolum fiunt qui anathematizantur infames, ſed omnū etiam generis exitiū ſubeant, & ab omni in mundo conſuetudine ac conuerſatione alienentur, miror quomodo canon depoſitionis & anathematiſmi men init: ſed vt eſt cōſentaneum, hoc quoque epiſcopali diſcretioni ac prudentiæ relictum eſt. vt qui blaſphemum quidem hoc additamentum admiſit & facile conuertitur, deponatur vel ſegregetur: qui autem non cōuertitur, ſed blaſphemis magis adhæret, anathematizetur: & ſic nón ſolum ſacerdotio, vel eccleſiaſtica communione priuetur, ſed etiam exterminetur, vt non alios quoque hæreſim communicet.*

Ca. lxxxiij

Inter nōnullas venerabilium imaginum picturas, agnus qui digito præcurſoris monſtratur, depingitur, qui ad gratiæ figuram aſſumptus eſt, verum nobis per legem Chriſtum deum noſtrum præmonſtrans. Antiquas ergo figuras & vmbras, vt veritatis ſigna & characteres eccleſiæ traditos, amplectentes, gratiā & veritatem præponamus, eam vt legis implementum ſuſcipientes. Vt ergo, quod perfectum eſt, vel colorū expreſſionibus, omniū oculis ſubiiciatur, eius qui tollit peccata mūdi, Chriſti dei noſtri, inſtar hominis characterē, etiā in imaginibus deinceps pro veteri agno° ſtatui iubemus, vt per ipſum, verbi dei humiliationē mēte cōprehēdētes, ad memoriā quoq; eius in carne conuerſationis, eiuſq; paſſionis & ſalutaris mortis deducamur, eiuſq; quę ex eo facta eſt mūdo redemptionis.

° ἀναστηλῶ-σαι

BALS. *Quando aduerſus Ægyptiorum primogenita Moſes iuſſu dei elocutus eſt, iuſſit ab Hebræis agnum interfici, & eius ſanguine Iudæorum limina inungi: vt a primogenitorum exterminato-*

re

re ſeu deſtructore ad eos adiri non poſſet. Hic ergo agnus præfigurabat dominum, vnde etiã magnus in prophetis angeliſque æqualis præcurſor, cùm dominũ & deũ noſtrũ Chriſtũ vidiſſet, dixit, Ecce agnus dei, filius patris, qui tollit peccata mũdi. Quidã ergo in ſacris imaginibus ſanctũ præcurſorem deſcribentes, è regione eius agnũ imprimebãt, qui á præcurſore digito mõſtrabatur. Hoc ergo ſancta ſynodus prohibẽs, ſtatuit, vt quoniã agnus in typũ veritatis acceptus eſt, vmbræ autẽ, & ſigna, & typi præterierunt, vtpote cũ liberè loquatur eccleſia, typos quoque & vmbras, vt ſigna veritatis amplectimur, ſed veritatẽ præponimus. Et ideo typũ quidẽ ceſſare ſtatuerũt, pro agno autẽ in ſanctis imaginibus ipſum dominũ noſtrũ Ieſum Chriſtũ & deũ noſtrũ humana forma deſcribi: ſi hæc autẽ ita ſe habent, eos malè facere arbitror, qui in eccleſia columbas emittunt pro ſancti ſpiritus aduẽtu & qui pro illa ſtella, quæ nouo modo apparuerat, & erat admirabilis, cereos accendũt & qui arcanam & ſalutarẽ domini & dei & ſeruatoris noſtri Ieſu Chriſti generationem thoro ſtrato exprimũt, & quæ ſunt ſupra rationem & mentis cogitationem, humanis ſtudiis deſcribunt.

Nemo mortuorũ corporibus Euchariſtiam communicet. Scriptum eſt enim, Accipite, comedite. Mortuorũ autem corpora non poſſunt accipere, nec comedere. Ca. lxxxiiij

BALS. *Dominus & deus noſter Ieſus Chriſtus, cũ vnà cũ ſuis diſcipulis cœnãs eis panẽ impertiſſet, dixit, Accipite, comedite: hoc eſt corpus meũ, quod vobis frangitur in remiſſionem peccatorũ ſicut hoc ſcriptũ eſt in Euangelio. Ante hanc ergo ſynodũ, mos erat nonnullis, diuina ſacramenta (ea enim patres Euchariſtiam nominauere) corporibus mortuis impertire. Patres ergo hoc prohibentes, hoc nõ ſe amplius faciẽdũ decreuerũt. Quoniã, inquiũt, ſcriptũ eſt, Accipite, comedite. Mortuorũ autẽ corpora nõ poßũt accipere, nec comedere. Lege & xviij. ca. Carth. ſyn. Quòd auẽ ſanctus panis antiſtitibus poſt mortem tradatur, & ſic ſepeliantur, exiſtimo hoc fieri ad auertendos dæmonas, & vt per ipſum, tanquam* viaticum *deducatur ad cælum, qui magna & apoſtolica profeſſione dignus eſt habitus.*

* ἐφοδίῳ τινί

Canonicos patrum ritus ſequentes, de infantibus quoque decernimus, quoties nõ inueniũtur firmi teſtes, qui eos abſq; vlla dubitatione baptizatos eſſe dicant, nec ipſi propter ætatem de ſibi tradito myſterio aptè reſpondere poſſint, debere abſque vlla offenſione baptizari: ne forte eiuſmodi dubitatio eos eiuſmodi purificationis ſanctificatione priuet. Ca. lxxxv.

* διὰ τὴν ἡλικίαν

BALS. *Patres, qui Carthagine conuenerant, quorum præſens canon meminit, vnum baptiſmum confitentes ex ſancti ſymboli comprehenſione, ſtatuerunt vt qui in infantia dicuntur eſſe baptizati, ſiue non, ſi non ſint firmi teſtes, qui eos eſſe baptizatos plenè & integrè probent, baptizentur. Hu ergo conſequenter, patres in præſenti canone ea ipſa ſtatuerunt quæ & qui Carthagine conuenerunt inſſerant: vt ſcilicet baptizarentur de quibus dubitabatur an baptizati eſſent: ſinet illi ipſi probare poſſunt ſe fuiſſe baptizatos: eo quòd ineſciant quid ſibi in infantia factum ſit, quæ ætas hoc eſt ætas imperfecta Græce dicitur, nec teſtes adducũt, qui probent eos fuiſſe baptizatos. Eſt enim timẽdũ, ne propter dubitationẽ infantes, ſacro baptiſmate, & regno cælorum, quod per id datur, priuentur, prout ex vox domini dicentis, Niſi quis per aquã, & ſpiritũ renatus fuerit, non intrabit in regnũ cælorũ. Hæc autẽ conſtituta ſunt, quoniã non permittebãt aliqui, vt tales propter dubitationẽ baptizarẽtur, ne eos qui anteà baptizati fuerant rebaptizare viderentur. De ea re autẽ ſæpe ſynodicè controuerſia exorta eſt. Cùm enim infantes ex Chriſtianorũ regione à Scythis & Agarenis bello capti eſſent, & empti à Romanis dubitatum eſt, an oporteat venundatos rebaptizari. Dicebant enim nonnulli, quoniam ex Chriſtiana regione capti ſunt, præſumptio eſt eos fuiſſe baptizatos. Eo quòd hi neſciant an in infantia baptizati fuerint, nec vlli inueniantur qui baptiſmum affirment. De iis qui ex infidelium regione capiuntur, eos eſſe baptizãdos indiſtinctè ſtatutũ eſt: niſi teſtes profitẽtur eos poſt captiuitatem fuiſſe baptizatos. Tempore autem ſanctiſſimi patriarchæ domini Lucæ ſynodicè ad fuerunt Agareni, & cũ ab eis poſtularetur vt baptizarentur, dixerũt, quòd in ſuis regionibus antea baptizati fuerãt. Et interrogati, reſpõderũt, eſſe conſuetudinẽ vt omnes Agarenorũ infantes ab orthodoxis ſacerdotibus baptizarentur, non tamen admiſſi fuerunt. Audierant enim, quòd baptiſmus, quem infideles à Chriſti ſanctis petũt, nõ bona affectione, & orthodoxo animo petitur ſed propter corporalẽ medicinã. Perſuaſum eſt enim Agarenis, fore vt ſani liberi à dæmone vexẽtur, & tãquã canes malè oleãt, niſi baptiſmũ Chriſtianũ aſſequãtur. Quãobrẽ nõ vt omnium animæ ſordibus mũdatorẽ, diuinæq; lucis & ſanctificationis præbitorẽ baptiſmũ poſtulãt, ſed tãquã veneficiũ & incãtationẽ. Quidã autẽ eorũ dicebãt ſe matres habere orthodoxas, ſeq; earũ cura ac ſtudio fuiſſe baptizatos: ſed nec ij exanditi ſũt, quoniã teſtes nõ adducebãt, qui hoc ipſum per teſtimonio dicerẽt. imo potius condẽnati ſunt, & nõ bonã de ſe exiſtimationẽ dabãt, & rectè ad fidẽ accederent: & ideo omnes hos etiã ſanctificari permißum eſt.*

* φαρμακείαν

Ca. lxxxv. κατὰ τοὺς

In duobus vel tribus teſtibus confirmari omne verbum ex ſcriptura accepimus. Seruos ergo, qui à ſuis dominis manumittuntur, ſub tribus eo teſtibus frui honore decernimus, qui præſentes, libertati vires & firmitatem afferent, & vt iis quæ ipſis facta ſunt, fides habeatur, efficient.

BALS. Dominus dixit in euangelio, in duobus vel tribus teſtibus ſtabit omne verbum. Et ideo præſens quoque canon ſtatuit, vt qui ſe dicunt fuiſſe manumiſſos à ſuis dominis, non neceſſe habeant ad hoc oſtendēdū multos teſtes adducere, ſed per tres teſtes probare libertatem quæ illis adeſſe dicitur. Erant enim nonnulli, qui, vt eſt veriſimile, dicebant, oportere tum eſſe liberum oſtendi per plures teſtes, quinque fortaſſe vel ſex: quod quidem ſanctæ ſynodo non placuit. Et hæc quidem in hoc canone continentur. Sæpe autem tractatum eſt, an cùm lex dicat in libro xxi. tit. i & lib. xxiv. tit. i. in negotiis quæ vnam libram excedunt, debere tres teſtes adduci: in cauſis autē vnius libræ, & inferioribus, ſufficere duos teſtes cogantur, qui ad libertatem proclamant, ex præſenti canone tres teſtes adducere: & mihi quidem viſum eſt ad oſtendēdā libertatem duos ſolos teſtes ſufficere, eo quòd leges & canones libertati magis faueant, & maximè quandoquidem cuiuſlibet ſeruli pretium libram auri non excedit. In vna autem auri libra conſtitutū eſt duos teſtes ſufficere omnia, & ad oſtēdendā libertatem duo teſtes ſufficient, præſenti canoni conſequenter, qui eſt pro libertate editus, & dicit ab initio: In ore duorum vel trium ſtabit omne verbum: & quòd ex infirmitate probationum inæſtimabilis libertas non detur aduerſario, ſed ſeruitus quæ eſtimatur, vt ſuperius dictum eſt: qua etiam data, pecunias liberabitur qui ad libertatem proclamat. Lege etiam nouellam Imp. domini Alexij Comneni, quæ edita eſt de non admittendis teſtibus qui contrà opponuntur, quando teſtes adducūtur ab eo qui ad libertatem proclamat, & de eo, quòd liberi ſerui non fiant, qui ſacram benedictionem acceperint, quæ hæc huiuſmodi verbis perſequitur: Duo hæc ad aures meæ Imperij peruenerūt ſanctiſſime domine, quòd quidam eorum, qui ad ſanctum & magnum diuini verbi ſapientiæ templum accedunt, ad libertatem proclamantes, & genus ſuum ad libertatis oſtenſionem allegantes, dicūt enim ex ſe liberis parentibus eſſe natos, Bulgaru forte, vel aliquibus alijs, quos in ſeruitutem noſtra accepit reſpublica, ea quidem quæ dicunt demonſtrare permittuntur. Et poſtquam teſtes omni exceptione maiores, & in quos nulla cadit criminatio, adduxerint, ad alios eiuſmodi teſtes opponendos eorū domini procedunt. Et ſic cùm ij qui proclamant, ſemper ſint in iudicio debiliores, ſeruilis conditionis onere rurſus opprimuntur, & quando matrimoniales fiunt ſeruorum conſuetudines & coniunctiones in noſtra republica, eas tamen ſacra non conſequitur benedictio, cauentibus dominis, ne ſeruos inter ſe inuicem cum ſacra benedictione coniungant, ne ex eo ad libertatem conueniant. Eorum autem vtrunque conuenientis correctione opus habere cenſuit, & propterea hanc conſtitutionem magna cum cautione & obſeruatione edidit, per quam ſtatuitur de his qui ad libertatem proclamant ſeruis, ne ij qui contrà adducuntur teſtes, vim vllam locúmue habeant, in quocunque ſeu ciuili ſeu eccleſiaſtico iudicio: ſed ij ſoli qui proclamant, legitimas probationes afferant: & ſi ij quidem teſtibus abundent qui iure ſunt recipiendi, neque calumnia inducti, teſtium iureiurando iudicium ſoluatur. Dominis permittantur, ne magna, ſed non aliorum etiam teſtium aduerſus hæc productiones eorum dominis permittantur: ne magna aduerſariorum inæqualitas ſit inferioribus damni cauſa, ſed quemadmodum in iis qui idem tributum ſoluunt, lex beatiſſimi domini Baſilij potentibus aduerſus pauperes contrarias productiones non permiſit: ſic & hic dominis aduerſus ſeruos vis contrariæ productionis extincta erit: & ſola apud eos valebit aduerſus teſtes illata criminatio, contraria productione non omnino ius excluſa qui ad libertatem proclamant, quando ij qui trahunt in ſeruitutem, eos aduerſus libros qui iure ſunt liberi produxerint. Inferioribus enim & imbecillis præſens conſtitutio gratificatur, & quod eos iuuet ſubminiſtrat, non autem pro maioribus & potentioribus editur. Addidit autem & benedictiones, non ſolum apud liberos, ſed etiam ſeruos valere. Et nuptias non alioqui legitimas & Chriſtiana inſtitutione dignas eſſe & exiſtimari, niſi etiam benedictio eos qui coniungūtur colliget. Abſurdum enim eſſet, cùm vna in omnibus Chriſtiana fides valeat, & vnus ſit in confeſſo baptiſmus, per quem ad dominum deducti ſumus, & eadem ſalus à nobis omnibus ſperetur, nonnullū hanc obortam eſſe ſuſpicionem, quòd ſeruis ſint boni minus participes, & liberi quidem matrimonio inuicem coniungantur, prius oratione colligati: ſeruis autem à tali bono excidant, & deum non aſſumant in congreſſus benedictione, vel metuant: quòd ſi aſſumpſerint, eorum dominus in dominio iniuria afficiatur illorum dominio priuatus. Si hoc autem locum habuerit, ſanctum quoque baptiſmum timere oportet, ne ſeruis à dominis alienentur: ſed etiam immaculatorum myſteriorum aſſumptionem: ne per eam ab illis quoque alienentur, quo fiet vt in ſeruis intereat magnum & venerabile diuinæ fidei nomen: & non ſolum ſeruis hominum, ſed etiam diaboli fient homines. Eorum autem domini in periculum quoque venient, ne dum hominum miniſterio primas formidant,

à

à dei gloria seipsos abalienare sustineant. sed neque hoc est rationi consentaneum. & sacram benedictionem in seruis quoque valere, æquum, & Christiana institutione dignum est. Verum enim vero fortuna nouit in hominibus diuersa esse, dominium, & seruitutem. & quæ nostra accepit respublica, ea in ijs quoque valere oportet. Vnus autem dominus omnium, vna fides, vnum baptisma: & quod ad fidem quidem attinet, dominij & seruitutis differentiam non cognouimus. Omnes enim sumus ex æquo serui eius, qui nos suo diuino & viuifico sanguine redemit. Et quoniam hæc sic rectè & vtiliter constituta sunt, oportet magnam tuam sanctitatem hæc omnia in omnibus ecclesijs manifesta reddere: vt qui eis præsunt, ea quæ ad libertatem pertinent, sic examinantes, contrarias testium productiones aduersus seruos dominis non permittant, & omnibus in suis prouincijs manifestum efficiant, quòd qui non cum sacra benedictione seruos inuicem coniungunt, non deo gratum inter eos matrimonium constituunt, sed fornicatorium coitum stupriumque confirmant. Quos enim non coniungit deus per sacram benedictionem assumptus, hi omnes ad peccatum conueniunt. & si cubi hoc ab aliquo, quicunque is sit, factum renunciatum fuerit, sciant domini, quod non solum ijs diuinæ erunt obnoxij, sed à seruis quoque abalienabuntur, eis abductis in libertatem. Cùm eis enim liceat seruos suos inuicem coniungere, & integrum in eis habere dominium, nisi hoc fecerint, iure omnino ab eorum dominio excident. Præsens autem constitutio non solum debet in ecclesijs quæ vbique sunt promulgari, sed in omnibus etiam ciuilibus iudicijs deponi. tradi autem etiam iis qui in prouincijs magistratus gerunt. Quoniam autem in personis seruilem fortunam habentibus nuptiæ prius factæ sunt, & nuptiæ conuenienter inijci quæ hucusque inualuit consuetudini processerunt, oportet in ijs quoque sacram benedictionem fieri, vt per eam etiam si tarde fiat, id quod est colendum ac venerandum, habeant. superioribus quoque obseruationibus etiam in hac regula valere debentibus.

Eos qui ad animarum lapsus meretrices cogunt & alunt, si sint quidem clerici, deponi: si verò laici, segregari. *Ca. lxxxvj.*

BALS. *Quemadmodum lex ciuilis* lenones qui meretrices alunt punit, ita & canon decernit, eos qui meretrices cogunt, & multos ea ratione ad animæ exitium veluti protrudunt, & non solum eos qui cogunt, sed & qui alunt, siue eis necessaria suppeditant (alimenti enim nomine & indumenta, & reliqua, quæ simpliciores ad intemperantiam attrahunt, comprehenduntur.) si sint quidem clerici, deponendos si verò laici, segregandos. Non autem idcirco qui solum quidem cogunt, & eas non nutriunt, non punientur. sed in eos quoque similiter animaduertetur. Dixit autem Canon illud, Et alunt, quoniam vbi coegerint, necessario quoque sequitur vt coactarum cura deinceps ab ijs geratur. Neque enim solum cogere supplicium meretur. Meretrices enim sæpe cogit quispiam, vt eis illa quæ sunt salutaria suggerat, vel vt earum opera ad tractandum aliquod ministerium vtatur, vel vt det eas magistratui castigandas. Lege librum lx. imp. tit. xxxviij. cap. i. Si pater filiam, vel dominus seruam nutriat ad quæstum meretricium, perdant quam habent in eas potestatem. Adiecit autem constitutio, per episcopum & magistratum eis quoque ferri debere auxilium, & quòd si ad hoc resistat pater vel dominus, publicantur, & exterminantur. Ac secundum quidem caput viles lenones similiter punit: eos autem qui sunt militaris ordinis, publicandos dicit. Eiusdem autem tituli & libri caput iij. quod est Iustiniani nouella, valde punit eos, qui arte, & dolo, & necessitate, aliquas in hanc intemperantiam attrahunt, & ex iis quæstum faciunt mercaturámque exercent. Lege ergo hoc caput diligentius. dicunt enim nonnulli, quòd id illos punit qui seducunt, & cum aliquo compendio vel necessitate mulieres aliquas ad fornicationem attrahunt, non autem eos qui illas suscipiunt quæ spontanea voluntate fornicationem eligant, propter naturæ necessitatem, vel etiam paupertatem. Ad hoc autem probandum vtuntur nonnulli ipsius quoque nouellæ verbis, & præsenti canone punientur non eos solum qui meretrices cogunt, sed etiam qui eas nutriunt, per fraudem & adulationem eas in malum impellentes. Porro autem & quod hodie actu fit in lenonum officinis, videtur cum eorum dicto concurrere. Mihi autem videtur quod leges & canones quencunque lenonem indistinctè puniunt, & omnem meretricem ad temperantiam retrahunt. Lege & l. Nouellam Imp. domini Leonis philosophi, quæ non permittit vt veteri lege aliquis degat cum concubina.*

* προξενητας

Quæ maritum reliquit est adultera, si venerit ad alium, vt vult sacer & diuinus Basilius, qui ex Hieremia propheta hoc optimè collegit: quòd si alij viro vxor fuerit, ad maritum suum non conuertetur, sed polluta polluetur. & rursus. Qui autem detinet adulteram, est & insipiens & impius. Si ita præter rationem à marito secessisse visa sit, ille quidem venia dignus est, *Ca. lxxxvij.* *Lege ca. 105 conc. Carth.*

hæc verò pœna. Illi autem venia dabitur vt ecclesiæ communicet. Sed is qui legitimè sibi datam vxorem relinquit, & aliam ducit, & domini sententia est adulterij iudicio obnoxius. A patribus enim nostris statutum est, vt qui sunt eiusmodi annum defleant, biennio audiant, tertio anno *substernantur, & septimo cum fidelibus consistant, & sic oblatione digni habeantur, si cum lachrymis pœnitentiam egerint.

*ὑποπίπτειν

BALS. *Dominus & Deus noster* IESVS CHRISTVS *interrogatus, an liceat marito vxorem quam ex causa dimittere, hoc vetuit, dicens, quòd qui vxorem suam reliquit præterquam fornicationis causa, & alteram vxorem ducit, mœchatur. Et inclitus inter imperatores Iustinianus, leges quæ olim locum habebant, & coniugibus permittebant coniugia sine iusta causa soluere, & vnicuique alteri dicere, Res tuas gere, per cxvij novellam sustulit, quæ sita est in vij. titulo xxviij. lib. & causas enumerat, propter quas & solas solui debent matrimonia. Quamobrem lex quoque Hebraica vna sublata est, quæ libellum repudij mittere mulieribus & vitæ societatem soluere permittebat. Consequenter ergo præsens quoque canon dicit, quòd mulier, quæ relicto marito alteri coniuncta fuerit, est adulterij crimini obnoxia, quemadmodum hoc quoque magnus dixit Basilius, in viij. suo canone, & xxi. hoc colligens ex prophetia Hieremiæ dicentis, Si mulier, à marito communi vitæ societate egressa, altero polluta fuerit, non potest ad maritum suum reuerti vt quæ adulterata sit Sed etiam Solomon dixit in Prouerbijs, Qui coit cum adultera, id est cum ea quæ habet maritum, stultus est & impius. Quæ ergo sic est adulterata, canonicus pœnu multabitur. Maritus autem, vt qui non offenderit, venia dignus censebitur, id est si non punietur. Qui autem relinquit propriam coniugem, & alteram ducit vxorem, vt adulter punietur, vt est domini sententia. Adulterorum autem pœna est in lvij. canone eiusdem magni patris, anno vno extra templi vestibulum deflere, & reliqua, quæ in eo canone continentur. Et hæc quidem canon. Lex autem ciuilis adulteros alio modo punit. & lege librum lx. tit. xxxvij. cap. iiij. Liij. & v. cap. xiij. tit. præsentis operis. & cxxxiij novellam Imp. Iustiniani, reductam in prædicta capita. & xxxij. Imp. domini Leonis sapientis novellam, quæ narium truncatione punit adulterum & adulteram, & statuit adulteræ quidem maritum lucrari dotem, ipsam autem etiam inuitam in monasterio includi, non tamen tonderi. res autem, quas habet vltra dotem, administrari, quemadmodum ipsa novella statuit. Nota ergo quòd ex præsenti quidem canone, quæ virum dimisit, vt adultera non punitur, nisi cum alio polluta fuerit ex prædictis autem novellis solutur matrimonium, eo quòd solum manserit mulier extra domum mariti præter eius voluntatem, nisi forte apud suos parentes. Nunquid autem ea etiam soluta dicitur quæ à marito relicta est? sol. Nullo modo. prædicta enim cxvij. Novella hæc dicit præcisè. Si autem contigerit aliquem absque vna prædictarum causarum vxorem suam ex propriis ædibus extrudere, vt illa quidem, cùm parentes non habeant apud quos possit manere, necessariò foris noctem agat, iubemus nullo modo licere marito propter hanc causam mulieri mittere libellum repudij, quoniam ipsa huius rei causa est. Id autem quod scriptum est, non reuertetur ad virum suum adulterata, intellige mihi de viro qui non vult eam recipere. si vir enim crimen condonat, eam absque vllo impedimento rursus accipiet, vt vult novella. Quoniam autem dicit canon eam esse puniendam mulierem, tanquam adulteram, quæ à marito præter rationem secessit, dixerit quispiam, quòd quæ probabilem ob causam recessit, non punietur Non est autem hoc verum: neque enim cum iusta, nec cum iniusta causa potest mulier à marito discedere sine permissione iudicis, quemadmodum hoc dicit lviij canon sancti Basilij, & diuersæ Iustiniani novellæ sitæ in vij. tit xviij. lib. Vnde etiam debemus canonem* ex abundantia accipere, vel dicere iniustam mulieris discessionem, esse eius sine iudiciali permissione recessum. Roganerit autem quispiam, cùm canones sancti Basilij, viij. scilicet & xxi. dicant mulierem quidē, quæ cum altero polluitur, mœchari: virum autem qui cum alia scortatur, non condemnari. non enim habemus, inquit, canonem, quo cum adulterij crimini subiiciamus, Quomodo* præsens canon indistinctè dicit, eum qui aliam duxit, adulterij teneri? sol. Differentia est inter virum, qui cum muliere libera, viua sua vxore, rem habuerit, & eum qui in matrimonij societatem secùdam vxorem duxit. Ille enim non est adulter, sed punitur vt fornicator. Hic verò est adulter, & vt adulter punitur. Quæ re canones inter se nō repugnāt. Et quomodo canonice quidē puniūtur qui fornicātur, iā diū est. Octogesimū autē tertiū caput xxxvij. tit. xxx. lib hæc dicit in specie: Qui habet vxorē, & fornicatur, per duodecim* ictus alterno inflictos castigatur. Qui autē nō habet, & in id peccatū incidit, per sex* ictus alterno inflictos castigetur. Qui verò vxorē quidē habet, & cū sua ancilla rē habet, re cognita, hic quidē verberatus castigetur: eius autē locū magistratus receptā ancillā vēdat extra prouinciam, eius

*ἀναστῶν

*ἀναστῶν

precio

precio in publici ærarij partem illato. Qui autem in alienam ancillam fornicationem exercet, si sit quidem locuples, det ancillæ domino pro delicto libras xxx vi. Si sit autem humilis & abiecta conditionis, verberetur, & pro suis facultatibus, det ex proportione xxx vi. solidos. Quòd autē lex æquè ac canones eum punit vt adulterum, qui secundam vxorem duxit, dicit penultimum caput eiusdem tit. Qui duas vxores habere conatur est, non lege, sed suæ prædo voluntatis, adulterij crimini reclè subijcietur. Quæ autem ei postea nupsit si ipsum habere legitimam vxorem ignorabat, ei venia dabitur. Quare per distinctionem à contrario sumptam, quæ scribebat, adulteratur. Animaduerte autem quòd patres vbique puram pœnitentiam in animæ delicto exigūt & propterea concessit episcopo qui sunt in eo loco pœnas augere, vel diminuere, pro eius qui punitur compunctione.

Nemo intra ædem sacram quoduis iumentum introducat, nisi forte viator quispiam, maxima vrgente necessitate, domunculæ vel diuersorij indigens, in id templum diuerterit. Nisi enim iumentum introductum fuerit, ipsum quidem non nunquam peribit: hic verò, propter iumenti amissionem, & facultatis ad iter peragendum ex eo profectam inopiam, mortis periculo tradetur. Sabbatum enim propter hominem factum esse docemur. Quamobrem & per omnia præferendam esse existimare hominis salutem & incolumitatem. Quocirca si quis deprehensus fuerit sine necessitate iumentum in templum introducens, si sit quidem clericus, deponatur: si verò laicus, segregetur. Ca. lxxxix.

BALS. *Vt est verisimile, accidit quādoq; vt in maxima tēpestate diuerterent quidā in tēplo, quod prope vrā publicam situ erat, & vu quidem tēpestatu eos cogebat in tēplum ingredi cum ipsis equis, & letiferū frigorū incōmodū effugere. tēpli autē reuerētia nō permittebat eu hoc facere: sed ipsi quidē tēplum ingressi, frigoris periculū euitarunt: eorū autē iumenta, quæ extra templū steterant, à frigore cōsumpta fuere: quo factū est vt idem quoq; hominibus quod bestijs euenirent, vel propter afflictationē, vel quòd non possent ire pedites propter nimiā tēporis frigerationē. Hoc ergo corrigentes sancti patres, decreuerunt nemini l[illegible] quoduis iumentum in templum introducere, nisi maxima vrgeat necessitas. tunc enim, inquit, iumentum quoque in [illegible]plum introducetur, ne homo vnà cum iumento moriti tradatur. Ad eius autem quod dicūt probationem, domini quoque doctrinam inferunt, qui sabbatum dissoluit, & eu qui ipsum reprehendebant dixit, præferendam esse hominis salutem ob seruationi sabbati. sabbatum enim factum est propter hominem, non autem homo propter sabbatum. Ne hoc autem fiat iniquitatis occasio in qui inconsiderate & absque vllo discrimine viuunt, & absque vllo impedimento, & nulla proposita necessitate, sanctum domini templum commune prophanúmque efficiant, statuerunt, vt qui sine magna eiusmodi necessitate quoduis iumentum in templum introducit, si sit quidem clericus, deponatur. si autem laicus, segregetur. Quid verò alatas volucres, perdices scilicet, & columbas, & passeres. an quis citra vllam distinctionem in templum introduceret? sol. Nequaquam vt mihi videtur, ne sanctum per excrementa prophanetur.*

Dies salutiferæ passionis in ieiunio, & oratione, & cordis compunctione peragentes fideles, vsque ad mediam magni sabbati noctem ieiunare oportet, cùm diuini euangelistæ Matthæus & Lucas, ille quidem per Vespere sabbati, hic verò per id, summo mane, noctis nobis tarditatem describant. Can. xc.

BALS. *In apostolico etiam canone, & in synodalibus, statutum est, ne in sabbato, vel in dominico, præter vnum & solum sabbatum, magnum scilicet, ieiunetur. In eo enim tuti sumus ieiunare. His ergo consequenter, præsens quoque canon statuens omnibus diebus salutiferæ Christi & Dei nostri passionis ieiunare oportere & orare cum compunctione, id est non simulate: in quibus magnum quoque sabbatum connumeratur, adiecit, & eo ipso quoque sabbato post sex horas noctis ieiunare fideles, eo quod surrexerit Christus Deus noster, secundum diuinos euangelistas Matthæum & Lucam, circa noctis dimidium, nempe cùm ille quidem dicat, Vespere sabbati, venerunt Mariæ ad sepulcrum domini, & corpus eius non inuenerunt: hic verò medium noctu describat, eo quòd dicit, Erat summum mane quando venerunt mulieres ad monumentum. Et hæc quidem ita se habent. Dixerit autem*

quiſpiam, quòd quoniam ſtatuit canon, vt omnibus ſalutaris paſſionis diebus ieiunemus, & magno etiam ſabbato ieiunemus ad mediam noctem, alterum duorum neceſſariò dicendum proponitur, vel omnibus dominicæ paſſionis diebus, qui propriè poſt quartam feriam præfiniuntur, nos omnino ieiunare & ab omni cibo abſtinere oportere, ſolo autem ſabbato ieiunare vt dictum eſt, vel hoc ſolo ſabbato magis ieiunium ſoluere quàm aliis diebus ſalutaris Chriſti paſſionis. Cur enim ſtatutum eſſet, vt ad mediam noctem ieiunaremus, ſi omnibus his diebus æqualiter ieiunare deberemus? Mihi autem videtur eſſe eximium magni ſabbati ieiunium, aliíſque Chriſti paſſionis diebus præſtantius, quoniam tunc in ſepulcro iacebat quod viſum erat eius corpus. Oportet ergo in aliis quoque diebus ieiunare cum compunctione, propter paſſionem Chriſti & dei noſtri: multo autem magis magno ſabbato. Propterea enim & qui ſunt religioſiores, toto ſabbato & vſque ad horam ſextam noctis in eccleſiis aſſident, & hora ſexta diuinis ſacramentis communicantes, panem & aquam guſtant fortaſſe autem & modicum vini. Septima autem hora matutinas pſalmodias audientes, quando etiam Chriſtus reſurrexiſſe dicitur, domum ſuam reuertuntur, magni dominici ſacrorum celebrationem expectantes. Quoniam autem à ſeptima hora noctis, quæ eſt ante dominicum, incipit dies dominicus, manifeſtum eſt ex eo quòd ortus ſolis, ſiue dies illuminatio, eſt à ſeptima hora noctis, quæ cum præcedit clarum eſt & ex iis quæ noſter magnus pater Chryſoſtomus interpretatus eſt. Poſtquam enim os iis occluſit qui dicunt Chriſtum die tertio non reſurrexiſſe, & dixit, quòd etiam ſi dederit quiſpiam dominum tertio die non reſurrexiſſe, gratiæ magis eo nomine ei agendæ ſunt, quòd etiam ante præfinitum trium dierum terminum Chriſtus reſurrexerit, quàm eſt reprehendendus. Reprehenderit enim etiam eum quiſpiam, qui fœnori accepit, quòd ante præſtitutum terminum debitum ſoluerit, quod eſt abſurdum. hoc adiicit, Quod ſi id quod in quacunque hora diei fit & decernitur a vij hora præcedentis noctis & deſinentis vſque ad eandem horam ſequentis noctis, in eo ipſo die factum eſſe videtur, rectè dicimus, quòd die tertio fuit Chriſti reſurrectio, vt ipſe verè eſt pollicitus. In paraſceue enim mortuus eſt qui eſt dies primus: ſecundus ſabbatum, & quoniam vij quoque horam noctis, quæ eſt ante dominicum, attigit, etiá dominicus tertius putatur. Iam verò ſanctus Gregorius Nyſſenus de ſancto paſcha docens, hæc dicit expreſsè. Veſpera enim erat, quando manducatum eſt ſacrum illud & ſanctum corpus. nox autem veſper illud, quod fuit ante paraſceuen excepit. Deinde dies paraſceues, introducta nocte diſciſſus in vnã noctem & duos dies reducitur. Tribus enim horis fuerunt tenebræ ſuper vniuerſam terram. Hæc eſt enim in medio diei nox innouata, duas dierum ſectiones per ſe deſcribens, hanc quidem à mane vſq; ad veſperam ſextam horam: illam verò ab hora nona vſque ad veſperam: ita vt huc vſque duæ ſint noctes & duo dies. Deinde dies præcedentis ſabbati habet tres noctes & tres dies.

Can. xci. Dominicis genu non flectere à diuinis noſtris patribus Chriſti reſurrectionem honorantibus canonicè accepimus. Ne ergo huius obſeruationis euidentiam ignoremus, fidelibus manifeſtum facimus, quod poſt veſpertinum ſacerdotum ad altare ſabbato ingreſſum, ex conſuetudine quæ ſeruatur, nemo genu flectit vſque ad ſequentem veſperam in die dominico, in qua poſt ingreſſum * in veſpertino ſeu completorio, genua rurſus flectentes domino preces ſic offerimus. Seruatoris enim noſtri reſurrectionis veluti præcurſorem, noctem quę fuit ante ſabbatum accipientes, hymnos ab ea ſpiritaliter incipimus, feſtum ex tenebris in lucem finientes, vt in perfecto & integro die ac nocte nos reſurrectionem celebremus.

* ἐν τῷ λυχνικῷ.

BALS. *Viceſimus canon Nicenæ ſinodi xv. canon ſancti Petri Alexandrini: & xxvij reſp. epiſtolæ magni Baſilij ad Amphilochium, (horum enim ſancti patres meminerunt, & diuinos patres appellant) ſtatuerunt genu non eſſe flectendum in diebus dominicis, vel in diebus Pentecoſtes. Hu ergo conſequenter, decernit quoque præſens canon ſanctam Chriſti reſurrectionem honorandam. Quoniam* [redacted] *nonnulli dubitabant, vnde, & ex quanam hora dominicus incipit, & ad quam vſque completur, hoc quoque fidelibus declararunt. & dixerunt eum incipere poſt veſpertinam ſabbati hymnodiam, & deſinere ad complementum λυχνικοῦ, id eſt, veſpertini officij dominicæ. & tunc quidem, ſcilicet poſt veſpertinum ſabbati, vſque ad complementum veſpertinæ dominicæ, genua flectere non oportere, propter Chriſti reſurrectionem. Ad huius autem rei confirmationem adiicit canon, quòd Chriſti etiam reſurrectio, veſpere ſabbati, hoc eſt ante diem dominicum, extitit. Vt feſtum ex tenebris in lucem deſineret, & celebratio reſurrectionis per integrum diem integrámque noctem fieret. Cùm*

hæc

hæc itaque ſe habeant, dixerit quiſpiam ea quæ ſunt in præſenti canone, repugnare doctrinæ præcedentis canonis. Illic enim dictum eſt, diem dominicum numerari à ſeptima hora præcedentis noctis, & deſinere in horam ſextam. Nunc autem decretum eſt, dominicum numerari poſt veſpertinum eiuſdem dominicæ. non ſunt autem contraria. A naturali enim cæleſtium corporum motu, & ex iis quæ magnus Damaſcꝰ doctor inquit, Dies ita incipit & deſinit, ſicut in lxxxviij canone dictum eſt præſens autem canon ſimiliter iubens per totum diei & noctis ſpacium nos Chriſti reſurrectionem celebrare, non habens autem neceſſe tunc docere de diurno ſpacio, ſed quomodo & quando nos oportet ad feſti celebrationem & pœnitentiam componere, dicit, quòd poſt veſpertinum ſabbati, ea quæ ad reſurrectionis feſtum celebrandum pertinent, componenda ac paranda ſunt: ita & poſt veſpertinum dominicæ ea quæ ad pœnitentiam. Si enim hoc non fecerimus, ſed uſque ad horam ſeptimam veſperæ poſt dominicum, pœnitentiæ præparationem diſtulerimus, tanquam in ea completo dominico, populi poſt dominicum feſtum celebrantes manſerint, eo quòd multis atque adeò pluribus ſit incognitum quando veniat hora ſeptima, & quando terminetur. Obſerua ergo quomodo canones hic & illic loquantur, nec eos dixeris inter ſe repugnare ſpiritus enim ſanctus in omnibus locutus eſt.

Eas quæ dant abortionem cientia medicamenta, & quæ fœtus necantia venena accipiunt, homicidæ pœnis ſubiicimus. can.xcij.

BALS. *Eadem pœna qua homicidam punit canon, eas quæ dant venena, vt prouocetur abortio. Et hic quidem canon illas tali pœna afficit. Pœnarum autem genera inuentes in v canone ſanctꝰ Baſilij, & in xxi. can. ſynodi Ancyr. Primum autem caput xxxviij. tit. lx. lib. hæc dicit expreſſe: Lege de homicidio tenetur qui hominem occidit, & qui dolo ſuſcitat incendium. & qui vel furandi, vel cædis faciendæ gratia, cum armis obambulat. & qui cum magiſtratũ gereret, vel iudicio præeſſet, procurauerit vt quis fictè accuſaretur, & innocens condemnaretur. & qui ad tollendum de medio, venena præparauerit, vel dederit, vel qui etiam habet. Et caput iij. Lege de homicidio lata tenetur, qui ad hominem occidendum medicamentum facit, vel emit, vel habet. Sunt autem venena ſeu pharmaca, quæ ſanitatem afferunt, & quæ dicuntur φίλτρα id eſt amatoria. Quæ autem faciunt amatoria, publicatis bonis exterminentur. Quòd ſi quis etiam non malo animo mulieri dederit medicamentum ad concipiendum, eóque accepto mortua ſit, in exilium mittitur. Eiuſdemque capitis thema, dicens in principio: Lege de homicidio lata tenetur & quicunque medicus temere dat medicamentum, vel ſalamandram, vel aconitum, vel bupreſtim, vel cantharidem. Et thema iiij. aduerſus homicidas pœna eſt, in claris quidem exilium, & perfecta bonorum publicatio: in humilioribus autem enſi & beſtijs ſubtici. Et hæc quidem ex veteri lege & antiquis canonibus. Emiſſæ ſunt autem de homicidio tam voluntario quam inuoluntario diuerſæ nouellæ ab Imp. domino Conſtantino Porphyrogenneta, & præſtantiſſimo Imp. noſtro domino Emanuele Comneno. quarum vires in canonibus magni Baſilij de homicidio conſpiciuntur. Interrogauerit autem quiſpiam, an ex eo quòd dederit quiſpiam, mulieri medicamentum ad abortionem, homicidij tenebitur, an opus ſit vt ſequatur etiam euentus vel cædes. Sol. Quod ſuperius poſitũ eſt caput iij xxxviij. tit. lx lib. Imp conſtituit, non eum ſolum qui dat venenũ puniri vt homicidã, ſed eum etiã qui tale quid habet. & ij. thema primi. cap. eiuſdem tit. & lib. dicit: Qui eo ſint animo vt vellet interficere, etiam ſi non interfecerit. ſed ſanciuerit, eſt homicida: & qui noluit interficere, etiam ſi interfecerit, non eſt homicida. Affectio autem, ex inſtrumento eius qui percuſſit, apparet, & probatur. Sed ſanctꝰ Baſilij canon etiam cum qui non ſponte interfecit, quomodocunque fuerit, punit vt homicidam, contra ac comprehenditur hac lege, & contra ac decernit vj. thema iij. cap. xxxviij. tit. lx. lib. quod ſic dicit: Lex de Homicidio dolum requirit, & non* ° *magnam negligentiam Quare ſi quis ſeipſo ex alto deiecto, vel fronde arborũ deorſum miſſa quempiam occiderit, præſenti lege non tenetur. Iam verò xxxj. Imp. domini Leonis ſapientis nouella, dat viro poteſtatem diuertendi ab vxore, quæ illius ſemen abortione prudens & ſciens eiicit.*

° μεγάλην ἀμέλειαν, lata culpa dicitur, quæ & ſi dolo æquiparatur non tamen in homicidio, in quo ſpectatur animus & conſilium.

Eos qui nomine matrimonij mulieres rapiunt, vel qui opera opéque ſua raptores adiuuant, ſtatuit ſancta ſynodus ſi ſint quidem clerici, proprio gradu excidere: ſi verò laici, anathemate percuti. can.xciij.

BALS. *Præſens canon idem eſt omnino cum xxvij. canone Chalcedon. ſynodi. & quære quæ in eo ſcripta ſunt: & viij tit. præſentis operis. cap. xxx. & quæ in eum ſcripta ſunt. Similiter & lxvij. can. Apoſtolicum. Quid autem, ſi quis mulierem non rapuerit, nomine matrimonij, ſed fornicationis gratia, non punietur vnà cum iis qui illum opera & ope ſua adiuuant? Sol. Maxime. Hoc eſt enim ſine controuerſia: id autem quod dubitationem afferebat, erat prætextus matrimonij. Dicebant enim nonnulli, eum nihil mali feciſſe, qui rapuit mulierem, vt ei legitimè coniungeretur, quæ fortaſſe etiam*

indigna eſt eius genere, & ex eo forte eſſe inductus eſt, vt eam violenta manu abduceret. Quod quidem patribus non viſum eſt, vt quod & ad improbitatem incitet, & ciuitatum bonum ordinem euertat. Præterea interrogauerit quiſpiam, ſi poſt raptum velit rapta cum raptore legitimè habitare an audietur? Sol. Nequaquam. *Dicit enim cxxiij. Iuſtiniani nouella, ſiue iij. caput l. viij. tit. lx. lib. hæc expreſſe: Rapta, ei qui illam rapuit ne nubat. Sed & ſi eius parentes tali matrimonio conſenſerint, in exilium mittuntur. Quarum autem, v. & vj. eiuſdem tituli & libri caput, dicit raptam mulierem raptoru bona lucrari, quæ ei matrimonio legitimè coniungi noluerit. ſi hoc enim voluerit, publicantur eius facultates, & raptoris, & eorum qui ad malum opem tulerint, ſiue ſint eius parentes, ſiue alieni. Lege etiam totum l. viij. tit. & ſcies quòd quicunque mulierem vllam rapuit, ſiue ſit eius ſponſa, ſiue ancilla, ſiue libertina, ſi cum armis quidem, de ipſo ſupplicium gladio ſumitur: qui cũ autem ope operáque ſua adiuuerant, verberati, & tonſi, naribus truncantur. ſinautem ſine armis, raptori quidem manus amputatur: qui autem ei opem tulerunt, verberati & tonſi in exilium mittuntur. Hæc autem ita fiunt, etiam ſi ipſa mulier raptus conſenſerit. Lege & l. v. nouellam Imp. Domini Leonis ſapientis.*

Can. xcliij. *ⲙⲉⲛ ⲙⲏ ⲙⲓⲙⲉⲥⲑⲏⲛⲁⲓ*

Vxor viri qui ſeceſsit, & non apparet, *antequam de eius morte certior facta ſit, alteri cohabitans, adulteratur. ſimiliter & militum vxores, quæ non apparentibus mariti is, nupſerunt, in eãdem rationem incidunt, quemadmodum & quę propter mariti peregrinationem reditum non expectant. Sed res hic quidem aliquam veniam habeat, quòd ſit maior eius mortis ſuſpicio. Ea autem, quæ illi qui ad tempus erat ab vxore relictus, nupſit per ignorantiam, deinde dimiſſa eſt, quòd prior ad ipſum redierit, eſt quidem fornicata, ſed per ignorantiam. A matrimonio ergo non arcebitur. rectius autem ſi ſic manſerit. Sinautem miles aliquanto pòſt tempore redierit, cuius vxor propter longam illius abſentiam alteri viro coniuncta eſt, is ſi velit, propriam vxorem recipiat, ipſi venia propter ignorantiam data, eique qui illam in ſecũdis nuptiis domum duxit.*

BALS. *Quædam mulieres, cùm ſui mariti ab earum vita ſocietate ſe ſeiũxiſſent, vel propter militarem cauſam quampiam peregre profecti eſſent, nec vſquam apparerent, vt qui neque ipſas, neque vllos alios de ſe certiores feciſſent, cùm de ipſorum morte incerta eſſent, aliis matrimonio coniuncti ſunt. Dicit ergo canon, eas, vt adulteras puniri, poſtquam illi redierint, quòd non expectauerint vt ſcirent de eorum morte aliquid certius. Non iuſtum enim habent prætextum, longam ſuorum maritorum peregre abſentiam, & de morte eorum incertitudinem. Quæ autem per ignorantiam forte legitimè nupſit ei qui ad tempus à propria coniuge ſeiunctus eſt, deinde ab eo receſſit, quòd eius vxor velit rurſus cum proprio marito cohabitare, adulterium quidem non commiſit, ſed fornicata eſt. Habet tamẽ iuſtam excuſationem, ignorantiã. Quare nec alteri nubere prohibebitur. Quare & xxxx vi ca. ſancti Baſilij. ſuadent tamen patres mulieri, ne alij coniungatur, ſed ſe fortiter & continenter gerat, & peccatum pœnitentia expiet. Porrò & militi qui reuerſus eſt, permiſit, ſi velit vxorem ſuam alteri coniunctam reuocare, eámque venia dignam cenſeri, vt quæ viri ſui reditum diſperauerit, quem admodum & illi ignoſcetur qui ipſam duxit in matrimonium. Cùm hæc ita ſe habeant, rogauerit quiſpiam, cur canon quidem dicit ſuperius adulterari mulieres, tam eius qui diſceſſit, quàm militis, ſi alteri nupſerint, antequam plane de eius morte certiores facta fuerint. in fine autem decernit militis vxori ignoſci oportere, eique qui illi in ſecundis nuptiis copulatus eſt.* Sol. *Magna eſt differentia inter vxorem militis, & aliam. Illa enim, ſimul ac peregre profectus eſt miles, habet aliquam de eius morte ſuſpicionem, quemadmodum & præſens canon, poſtquam dixit de milite, hoc ex preſſe dicit, ſed res hic quidem aliquam habet veniam, hoc eſt, militis vxori ignoſcitur: quòd ſit maior de morte ſuſpicio. quod etiam xxxj & xxxvj. canon ſancti Baſilij ſtatuunt. Alia autem nihil poteſt eiuſmodi allegare. ſimul enim ac è domo ſua maritus exceſſit, incertam quoque eius eſſe abſentiam cognouit: & propterea ne veniam quidem meretur. Ad hæc dixerit quiſpiam, quòd cum matrimonium, cum eo qui a propria vxore relictus eſt, & libera ſeu ſoluta muliere, non poſſit conſiſtere, quænam relicta eſt ratio de ea alteri viro non coniungenda, maximè cum ignorauerit matrimonium viri qui relictus*

eſt

eſſt Sol. Cùm quidam dicerent, quòd etiam ſi non fuit adulterium à muliere commiſſum propter ignorantiam, admiſſa eſt tamen fornicatio, & cùm ſit fornicata, debet ex canonibus de fornicatione puniri, & ideo nec alij quidē viro coniungi, vt quæ ſit extra ambitus eccleſiaſticos: patres hoc ſoluētes, dixerunt, quòd fornicatio quidem commiſſa eſt ſed quoniam mulier, non more fornicatorio, ſed legitimè ei qui relictus erat coniuncta fuit, ſcortatorū pœna nō punietur: ſed digna eccleſiaſtica communione cenſebitur, nec alij coniungi prohibebitur. Ne autem viderentur patres adhortari mulieres ad id quod eſt minus pium, dixerunt eſſe melius, vt quieſcant. Etſi enim per ignorantiam peccarunt: ſed quod ad eas quidem attinet, primum matrimonium reputatur illud quod non poteſt conſiſtere. nec debent ſecundo nubere, niſi velint pœnu earum quæ ſecundo nubunt, ſubiici. Præterea interrogabit quiſpiam, Nunquid & qui militis vxorem per ignorantiam duxit, ei venia dabitur? Sol. Maxime. ſi enim prodeſt mulieri ignorantia, multo magis & virum, qui eam duxit, indemnem, nullique præiudicio affectum conſeruabit, vt qui ne ſcire quidem debeat. Quid verò, ſi miles ſuam vxorem recipere voluerit, an ea ſient quæ canone comprehenduntur? inanitem recuſet, nequaquam, ſed ipſa cum alio vitam tranſigeret? Sol. Poſt reditum militis, exinde ſecundū matrimonium diſſoluitur & ſi velit quidem miles eam ſuſcipere, et licet hoc facere: in minus, nec cum ſecundo quide viro cohabitabit multo magis autem ſi cum eo viuere perſeueranerit, ei venia non dabitur, ſed vt adultera punietur. Illi enim eſſe dandam veniam dicūt patres, quæ à ſecundo matrimonio promptè recedunt, & ignorantiæ peccatum agnoſcunt, non autem ei reſiſtunt & adulterium eligunt. Et hæc quidem canō. Lex autem ciuilis, iij ſcilicet caput. vij. tit xxviij. lib. quod quidem eſt nouella Iuſtiniani cxvij, dicit vxores eorum qui ſunt in acie, & in militares ordines relati ſunt, militum, & reliquorum, debere expectare maritorum reditum, quantumcunque tempus præterierit, & etiam ſi de eius morte literæ certiores facta fuerint, debere quoque alterum annum expectare, & ei poſtea veniam dandam eſſe ſi cum alio viro matrimonium contrahat, quod non debet ſeparari. Viceſima autem ſecunda Iuſtiniani nouella, ſiue v. Iuſſio vij. tit. xxviij. lib. ſtatuit quinquennio debere expectare mulierem, vel maritum, quando qui ex ipſis bello captus fuerit, & an viuat incertum eſt: poſt quinquennium autem, alterum matrimonium contrahere Lege ergo hanc nouellam, & xxxiij. Imp. domini Leonis ſapientis Nouellam, ſtatuentem non licere prætextu captiuitatis ſolui matrimonium, nec parti quæ libera conſeruata eſt licere ad alterum matrimonium reſpicere. ſed & ſi alij coniunctus fuerit, licet parti quæ ex captiuitate reuerſa eſt proprium membrum reuocare ſecundas autem nuptias diſtrahere. Cùm ergo canon hæc omnia decernat, quæ ſuperius dicta ſunt, & leges ea iubeant quæ proximè ſcripta ſunt, interrogauerit quiſpiā vtriſnam mentem adhibere debemus. Decimus quod & in quæ ſunt in canone & quæ ſunt in lege, vnicuique eorum opportune & eas quidem ex canone adulteras eſſe dixerimus, de quibus canon, quæ alij nupſerunt, priuſquam planè certiores facta fuerint de morte maritorum ſuorum qui non comparent. Hoc enim Nouellæ quoque iubent. Militis autem vxorē quæ non vt Nouella continetur nupſerit, venia non eſſe dignā exiſtimabimus. ſicut & eā quæ, vt ea vult fecit non reprehendemus. Quòd autē liceat omnibus adulteratarum mulierum maritis eas recipere etiam poſt reditū, dic communiter, & non in ſola militis vxore, vt dicta cxvij. Nouella continetur, qua redacta eſt in cap. iij. xiij. tit. præſentis operis. Quoniam autem canon quidē de captiuis nihil conſtituit, dicta autem Iuſtiniani Nouella ſtatuit quinquennio expectare debere relictam partem liberam, & ſic ſine vllo præiudicio alterum matrimonium contrahere. cui quidem definitioni aduerſatur xxxiij Nouella Imp. domini Leonis ſapientis, quæ dicit indiſtinctè ſemper reuocare proprium membrum captiuum qui reuerſus eſt: dic Iuſtiniani nouellam abrogatam eſſe à dicta nouella Imp. domini Leonis ſapientis. Præterea ne tibi contrarium videatur thema xi cap. xxxvij. iii lx. lib. dicens, Si diu abſentem virum falsò perijſſe mulier audierit, & fama perſuaſa alij ſe matrimonio iunxerit eius dolo, non punitur. Dic hoc eſſe iure Digeſtorum & à dicta nouella eſſe ſublatum.

Eos qui gentilium ſacramenta iurant, canon pœnis ſubiicit: & nos iis quoque ſegregationem decernimus. Can. xcv.

BALS. Magnus Baſilius in canone lxxxj pœnis ſubiicit non eos ſolum, qui ſua ſponte dæmoniaca ſacrificia attigerunt, & gentilium ſacramenta iurarunt, ſed eos etiā qui non ſponte ad ea detruſi ſunt. Ei ergo canoni conſequenter, præſens quoque canon eos ſegregat. Sunt autem ſacramēta gentilium quæ iurantur à gentilibus. Alij enim in deos falſo appellatos, credentes, in eorum nomina iurabant. Alij credebant in elementa. & alij in quædam alia. Roguerit autem quiſpiam, cum præſens canon canonis ſancti Baſilij meminit, qui eos punit, qui ſponte vel inuoluntariè ad dæmonas acceſſerunt, & gentilium ſacramenta iurarunt: is quis ad dæmonas quidem non acceſſerit, neque pollutus fuerit, ſed orthodoxā fidem colens, gentilium ſacramenta contemptim iurauerit, punietur, an non? Sol. Punietur, ſed non æquè ac ij qui ad dæmonas ac ceſſerunt, ſed paulò mitius, vt viſum fuerit loci illius epiſcopo. Nam & magnus Baſilius ponit differentiam inter eos qui ad dæmonas acceſſerunt & iurauerunt: & mitius punit eum qui propter magnam neceſſitatem illicita guſtauerunt, & gentilium ſacramenta iurarunt: ſegregationi tamen omnes indiſcriminatim ſubiicientur, vt diuinorum quoque præceptorum contem-

ptor, illic vbi non opus est ludere, non ludendum esse sciat. Quid verò, si quis sacramentum non gentilium iurauerit, sed familiare & consuetum, vt pote per suos liberos, vel aliquid aliud, quod fidem non offendit, puniet ne? Sol. Quartum caput & quintum v. III xxii. libri, eos qui per improbatam religionem iurant auersantur. Dicit enim quarta ista, Sicut deferri iusiurandum, ita etiam debet iurari si enim cum ego per deum detulerim, per caput tuum iurauerit, vel per tuos liberos, non est firmum ac ratum. Quare si detuli tibi per caput tuum, vel liberorum tuorum & sic iurauerit, iusiurandum valere debuit. Et v cap. Recte tibi defero vt per salutem tuam iures: omne enim licitum iusiurandum ex delatione iuratum seruatur, & quicunque per propriam religionem iurauerit. Et postremum thema eiusdem cap. Iusiurandum quod per improbatam religionem concipitur, non seruatur. Improbata autem est religio, quæ sit præter orthodoxam religionem. Orthodoxus ergo, non Christiano, sed eorum qui male sentiunt, mortuans, non solum ex eo iureiurando nihil inuabitur, sed etiam ex canonibus punietur.

Can. xcvj. Eos qui rectæ de fide sententiæ accedunt, & parti eorum qui ex hæreticis seruantur, subiecta consequentia & consuetudine recipientes, Arianos quidem, & Macedonianos, & Nouatianos, qui se καθαρους, id est puros, appellant, & tessaresdecatitas seu tetraditas, & Apollinaristas, recipimus dantes libellos, & omnẽ heresin anathematizãtes, quæ nõ sentit vt sentit sancta dei vniuersalis & Apostolica ecclesia, sancto primũ chrismate, & frontem, & oculos, & nares, & os, & aures imprimentes, dicimus, Signaculum doni spiritus sancti. De iis autem qui Pauliani sectam secuti sunt, deinde ad catholicam ecclesiam confugerunt, statutum est vt ij omnino rebaptizentur, Eunomianos quoque, qui in vnam demersionem baptizant, & Montanistas, qui hic dicuntur Phryges, & Sabellianos, qui filium idem esse cum patre existimant, & alia quędam grauia faciunt, & omnes alias hæreses, quoniam multi hic sunt, & maxime qui ex Galatarum regione profecti sunt, omnes ex iis qui ad rectam de fide sententiam volunt accedere, vt Græcos recipimus. & primo quidem die, eos Christianos facimus. secundo autem catechumenos: deinde tertio, adiuramus, simul etiam ter in faciem & aures inspirantes, & sic initiamus & diu in ecclesia versari & scripturas audire facimus, & tunc ipsos baptizamus. Quin etiam Manichæos, & Valentinos, & Marcionistas, & similes Hæreticos. Nestorianos autem oportet libellos facere, & hæresin suam anathematizare, & Nestorium, & Eutychen, & Dioscorum, & Seuerum, & reliquos talium hęreseõ principes, & qui eadem quæ illi sentiunt: & omnes prædictas hæreses, & sic esse sanctæ communionis participes.

BALS. *De hoc canone, qui est septimus vniuersalis secundæ synodi, satis illic scripsimus, & non oportet eadem repetere. Quoniam autem ab hac synodo adiectum est, debere etiam Manichæos, & Valentinos, & Marcionistas, quemadmodũ Eunomianos & Montanistas, baptizari: Nestorianos autem suæ fidei libellos tradere, & anathematizare Nestorium, & Eutychẽ, & Dioscorum & Seuerum eosque qui eadem cum illis sentiunt, & eorum hæreses, & sic esse communionis participes: age de iis quoque solis in præsentia dicamus. Manichæi ergo sunt, qui id quod Manes sentiunt, qui quidem Manes seipsum paracletum appellabat: Christúmque sola opinione apparuisse & passum esse dictitabat. Introduxerat autem duo principia, malum & bonum, scilicet Deum & solem: & aduersus veteris te*

stamentum

ſtamentum blaſphemabat: lunam & ſtellas vt deos adorare permittebat, animarum in corpora trãſmigrationem docebat carnis reſurrectionem negabat: herbas, & aquam, & arbores, animata eſſe aſſerebat. Valentiniani ſunt qui Valentij imperatoris tempore inuẽti ſunt. Bogomili ſeu Maſſaliani, & Euchitæ, & Enthuſiaſtæ. Marcioniſtæ autem, qui à Marciano deducuntur qui quidem Marcion tria dixit eſſe principia, primum quidem, deum qui ſuprà eſt, inuiſibilem: ſecundum, viſibilem, & creatorem, & opificem, & tertium, diabolum. Baptizabat autem non ſolum ſemel, ſed ter quoque, Mulieribus quoque baptizare permittens. Neſtoriani autem dicuntur, qui, ſicut & Neſtorius, Deum verbum ſeparant, & hominem qui ab eo aſſumptus eſt. de quo in proœmio tertiæ Synodi ſcriptum eſt. Similiter & de hæreſi Eutychis, Dioſcori & Seueri, quæ par erat, tractauimus in proœmio tertiæ Synodi.

Qui Chriſtũ per baptiſmum induerũt, eius in carne vitę agẽdę rationẽ imitari profeſſi ſunt. Eos ergo qui capillos ad vtentiũ detrimentũ ſcitè excogitatis nexibus adornãt & cõponunt, & infirmis animis eſcã ea ratione obiiciunt, conueniẽti ſupplicio paternè curamus, ipſos inſtituentes, & tẽperanter viuere docẽtes, vt relicta fraude & vanitate, quę ex materia oritur, ab exitio carentẽ beatámq; vitã, mẽtẽ aſſiduè traducãt, & in timore purã & ſanctã cõuerſationẽ habeãt, & deo, quod eius fieri poteſt, appropinquẽt, per vitæ puritatẽ, & internũ magis quã externũ hominẽ, virtutibus & bonis inculpatisq; moribꝰ exorẽt. vt nullas in ſe ferãt reliquias peruerſitatis vſq; adeò repugnãtis: ſi quis autẽ prẽter huc canonẽ verſatus ſit, excõmunicetur. *can. xcvij.*

BALS. *Ex magni Pauli epiſtola ad Galatas ducto principio, quæ quidem præciſe dicit, Quicunq; in Chriſtum baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis, ſtatuerunt ſancti patres eos pœna inflicta corrigere, qui ſcitè excogitatu compoſituq; nexibus capillos plentiores & elegantiores eſficiunt, vt per ipſos, veluti per eſcam quãpiam, infirmorum animas attrahant. Debent enim, inquit, omnes fideles ad ſupernam beatamq; vitam reſpicere, & cũ dei timore cõuerſari: vt, quo ad eius fieri poteſt, ad eũ appropinquẽt, & internum magis hominem, animum ſcilicet, omni virtute exornent, & non externũ. Si quis autem prẽter præſentem canonẽ deinceps vitã inſtituit, ſegregationi ſubiacebit. Dicit autẽ & magnus Paulus, Vir, ſi comam alit, eſt illi ignominia. Porrò & lex Moſaica dicit in Deuteronomio, Non facietis cincinnos in capite veſtro. Nota ergo hæc, propter eos qui capillos nectunt, & implicãt, vel tingũt, vel cũ aqua madefaciunt, vel aliquo alio modo capillos ſuos pleniores elegantioréſque faciũt, vel ſu alienos connectunt: ſimiliter & propter eos qui inſtar mulierum partes quæ ſunt circa ſuum caput, ornant ſuciſque depingunt.* *κατὰ λέξιν*

Eos qui vel cum vxore cohabitant, vel alioqui indiſcriminatim ſacra loca communia faciunt, & contemptim in ea afficiũtur, & ſic in eis permanent, etiam ex iis quæ ſunt in venerabilibus templis catechumenorum manſionibus extrudi iubemus: ſi quis autem hæc non ſeruauerit, ſi ſit quidem clericus, deponatur: ſi verò laicus, ſegregetur. *can. xcix.*

BALS. *Sacra loca dicuntur, quæ ſunt deo dedicata, ædes ſcilicet diuinæ, & diuinarum ædium portici ſeu veſtibula, & catechumenorũ mãſiones, & quæ circa ea ſunt. Neque enim ſacra loca dixeris omnia quæ ſunt eccleſiæ attributa, domos ſcilicet, & reliqua habitacula. Quidã ergo tẽpla tenẽtes, nulla penitus diſtinctione habita, cũ ſuis mulieribus habitabãt in catechumenorũ mãſionibus, & habitaculis, inter ſanctũ & prophanum nullũ penitus diſcrimen facientes, ſed indiſtinctè his omnibus vtentes. Quamobrem ſancti quoque patres ſtatuerunt, eos qui ſacra loca per contemptum communia faciunt, non ſolum ab eccleſiis expelli, & ſi uis in eu habeant, ſed ab ipſis etiam catechumenorum manſionibus & habitationibus. Propterea enim nec lege quidem cauerunt, vt ex templis eiicerẽtur, quòd id eſſet extra omnem controuerſiam. Quoniam autem, qui habent eccleſias, Catechumenorum quoque manſiones & habitacula detinent, dixerunt ſancti patres, quòd non ſolum ab eccleſiis, ſed etiam à Catechumenorum manſionibus & habitaculis expellentur. Pulchre autem admodum ſancti patres eccleſiarum mentionem non fecerunt, ſed ſacrorum locorum. Mulieres enim eccleſias habitare eſt maxime impiũ: & nec patribus quidem venit in mentẽ, fore vt ab vllo tam im-*

nonem propter liberos, qui suas filias Agarenis indiscriminatim in matrimonio collocãt. Similiter nota & verbum canonis, quod dicit, Fideli autem placeat cum infideli cohabitare, vel cõtrà fideli cum infideli, ne separentur. Si quis enim horum separari maluerit, matrimonium ex eo dirimitur. Quod quidem factum est tempore sanctissimi patriarchæ domini Theodoti: separatus est enim à sua infideli vxore Basilius Buccinator, postquam baptizatus fuerat, cũ decreto patriarchali: vt pote quæ à viri suasione induci non posset vt baptizaretur.

can. lxxiij. Cùm crux nobis viuifica salutare ostenderit, nos omnem diligentiam adhibere oportet, vt ei per quam ab antiquo lapsu saluati sumus, eum quem par est honorẽ habeamus. Quãobrem & mente, & sermone, & sensu adorationem ei tribuentes, crucis figuras, quæ à nonnullis in solo ac pauimento fiunt, omnino deleri iubemus, ne incedentium conculcatione, victoriæ nobis trophęum iniuria afficiatur. Eos itaque, qui deinceps crucis signum in solo construunt, segregari decernimus.

BALS. Nonnulli, in ecclesiarum, vel aliorum etiam locorum pauimentis, crucis signa in lapide, vel aliqua alia specie, imprimebant. Hoc ergo prohibens canon dicit, quòd salus hominum per crucem viuificam facta est, & oportet nos conuenientem & proportione respondentem honorem adorationémque ei tribuere, mente, sermone, & sensu: mente scilicet, per tacitam gratiarum actionem: sermone, per boni quod in nos factum est apud omnes confessionem. & sensu, quando eam actu videntes salutamus. Vnde etiam omnes qui vbiuis inueniuntur, crucu typos in pauimento, delere & tolli iubet, ne ab incedentibus conculcetur nostrum aduersus diabolum trophæum. eos autem qui aggressi fuerint crucu figuram in solo construere, iubet segregationi subiici. Dicit autem & v. cap. primi tituli primi libri, Nec monachus, nec vllus alius, in publico loco, vel in quo spectaculum peragitur, crucem imponat, vel sanctorum reliquias: & cap. vi. Nemo in solo, vel molari lapide, vel marmore pauimenti crucem insculpat vel pingat. Sed auferat, eo qui id transgreditur grauissimum subeunte supplicium. Et cap. lviij. primi tit. iij. lib imperat præcisè dicens. Sed & preciosas cruces cum quibus in supplicationibus egrediuntur, non alibi quàm in sancto loco reponi. Hæc cum & canon & leges statuant, crucem quidem in pauimento non audet quis ex aliqua materia cõstituere: sanctæ autem imagines & cruces in publicis viis à volente eriguntur. Et nos quidem, propter deum, & parem erga eius sanctos fidem, sancta eiusmodi vbicunque erecta adoramus & salutamus. Leges autem, vt est consentaneum, propter infidelium, eorúmque qui sine vlla honesta consideratione indiscriminatim viuunt, improbitates, hæc scripserunt. Existimo ergo quòd illi segregationi subiiciuntur, qui sunt simpliciores, & propter pietatem in solo preciosam crucem fabricantur. Qui enim mala animi affectione hoc agunt, vt salutaris crucis figura, eo quòd conculcetur, contumelia afficiatur, vt impij puniãtur.

cã. lxxiij. Quòd non oportet in dominicis locis vel ecclesiis, eas quæ dicũtur agapas, id est charitates, facere, & intus in æde comedere, & accubitus sternere. Qui autem hoc ausi fuerint, vel cessent, vel segregentur.

BALS. Magnus Paulus in sua epistola ad Corinthios eos reprehendit qui in ecclesia conuiuantur, dicens. An non habetis domos ad edendum vel bibendum? An des ecclesiam contemnitis, & eos qui non habent pudore afficitis? Quoniam ergo omnis locus domino consecratus, dominicus dicitur, etiá si non est ecclesia, vel templi vestibulum seu porticus, statuit canon, ne aliqui in ecclesia conuiuentur, vel in eiusmodi locis. Hoc enim vocat ἀγάπας id est dilectionem, vel quòd sit dilectionis efficiens eámque cõstituens, vel quòd fiat propter dilectionem. sed neque intra domũ domini dei comedãt, & accubitus sternant. eos autem qui tale quid faciunt, & post denunciationem non abstinent, segregationi subiici. Et vocatur quidem ἀγάπη seu dilectio fraternitas, & quæ propter eam ineuntur conuiuia. Quæ quidem sunt prohibita, vt quæ offendiculorum, & contumeliarum, ac insolentiarum, & nonnunquam etiam conturbationum & sodalitatum causæ essent. Accubitus autem dicitur omnis * imposita strati strues, quæ est in altitudinem erecta & mollis. Accumbo enim idem est quod procido. Nonnulli ergo lectulos in medium templi submittentes, huiusmodi toros seu strata, vel ad maiores deliciæ, vel alioquin ad suam quietem faciebant. quod est etiam prohibitum. Nonnulli autem ciuiter comati sunt idem esse locum dominicum & ecclesiam, & interpretati sunt illud Vel, vt coniunctiuum,

* nonnulli

& non

& nõ diſiunctiuum. Mihi autem non ita viſum eſt. Poſtquam enim dixiſſet non faciendas agapas in dominicu vel in eccleſiu, prohibet comedere & accubitus ſternere in ſolis adibus ſiue eccleſiu. Quamobrem eſt differentia inter eccleſias & θεοτόκους, hoc eſt templi veſtibula ſeu porticus, & alios locos dominicos.

Eos qui in eccleſiis ad pſallendum accedunt, volumus nec inordinatis vociferationibus vti, & naturam ad clamorem vrgere, nec aliquid eorum quæ eccleſiæ non cõueniunt & apta non ſunt aſciſcere, ſed cum magna attentione & compunctione pſalmodias deo, qui eſt occultorum inſpector, offerre. Pios enim & ſanctos fore filios Iſrael ſacrum docuit oraculum. *Can. lxxv.*

BALS. *Dei eccleſiæ dicuntur domus orationis. Vnde etiam qui deum orant, cùm lachrimis deum orare debent, & cum humilitate, non autem cum inordinato & impudente habitu. Statuerunt ergo patres non eſſe ſacra canẽda cantica & pſalmodias inordinatis & intentis vociferationibus & naturæ vim afferentibus. Nec etiam quibuſdam flexu modulatisque vocibus, eccleſiaſticæ conſtitutioni & conſequentiæ nõ conuenientibus, cuiuſmodi ſunt modi ſcenici & ſupernacaneæ vocũ varietates: ſed cum multa compunctione & moribus pijs & ſanctis deo preces offerre, qui nouit cordium noſtrorum occulta. Hæc autem tulerunt conſequenter dicto euangelico, quod ſtatuit, Nõ oportere nos, ſicut & ethnici, cum loquacitate & clamore precari, tanquam per multiloquium noſtrum nos exaudiendos arbitremur, ſed in occulto deo hymnum offerre: facere autem petitiones ſimiliter, vt pater noſter cæleſtis, qui videt in abſcondito, nobis reddat in aperto. Quoniam autem, inquiunt, Lex quoque Moſaica dixit in Leuitico, pios & ſanctos filios Iſrael futuros, nos quoque qui huius legis complementum accepimus, magis pij ſanctique eſſe debemus, & prout conſtitutum eſt, nos gerere. Quoniam autem apud diuerſos ſanctiſſimos patriarchas dictum eſt, non ſolum in feſtis hæc fieri à cantoribus, ſed etiam in vigiliis & mortuorum monumentis, fuerunt multa ſynodalia edicta ſegregationi ſubiicientia eos qui talia faciunt, & non per cantica, & alleluiarias ſupplicationes, vt eccleſiæ eſt fundamẽtum, nocturnam pſalmodiam peragunt. Lege etiam panegyricam ſancti patris noſtri Ioannis Chryſoſtomi orationem ſcriptam in interpretatione dicti prophetici quod dicit, Vidi dominum ſedentem in throno alto & in ſublime elato. Prohibet enim pſalmodias ſcenicas, & ſaltationes* γεστικουλατόρων *geſticulatorum, & intenſas exclamationes.*

Quòd non oportet intra ſanctos ambitus cauponateriam officinam, vel quæ fiunt per aromata ſpecies proponere, vel alias venditiones facere, ſuam venerationem eccleſiis ſeruantes. Seruator enim noſter & deus, per ſuam in carne vitæ agendæ rationem nos inſtituens, non facere domum patris ſui domum negociationis iuſſit, qui etiam nummulariorum *κέρμα* menſas effudit, & eos qui ſacrum commune faciunt eiecit: ſi quis ergo in prædicto delicto deprehenſus fuerit, ſegregetur. *Can. lxxvj.*

BALS. *Sanctarum eccleſiarum conuenientem honorem, eorúmque quæ ad illos pertinent, ſancti patres conſeruantes, nec ſuſtinentes vt ab vllo omnino quæ ſunt ſacra fiant communia, decreuerunt non eſſe proponendas aromaticas ſpecies intra ſanctos ambitus, nec in eis fieri cauponatoriam officinam, nec intra ipſos aliquid omnino vẽdi, ſed eos eſſe à mercatorum communione alienos. Quoniam, inquit, dominus quoque noſter Ieſus Chriſtus per ſuam in carne vitæ agendæ rationem, nos actu docens valde eſſe puniendum eum qui quod eſt ſacrum, commune facit, & domum dei, domum negociationis reddit, nummularios, hoc eſt menſarios ſeu argentarios, ex ſacris ambitibus eiecit. Is autẽ Græcè dicuntur κολλυβισταί, à dictione κόλλυβος, quæ exiguum nummũ ſignificat. Et* κερμάτων *menſas ipſarum, Græcè eſt, τὰ κέρματα αὐτῶν, hoc eſt, nũmos effudit. Eos ergo qui hoc facere auſi fuerint, ſegregationi ſub iecerũt. Cũ autẽ per multi ſanctiſſimi patriarchæ, & ab Auguſtali & à propinquioribus magnæ eccleſiæ veſtibulo partib⁹ nũmularios, & cruſtularũ fructuũq; vẽditores, & reliquos mercatores expelli*

*φιάλας

inſtiſſent, dicebant canonem eccleſiaſticos ambitus nominare porticus ac veſtibula vniuſcuiuſque templi, ſed non, & alias diuinarum ædium partes quæ eis vnitæ ſunt: hoc autem pluribus non placuit. Dicebant enim quòd quoniã canõ eccleſiæ non meminit. Quòd enim in medio templi vel in eius veſtibulo cauponatio faciat, vel mercatorum conuentus, nulli Chriſtiano ne in mentem quidem venerit, vt quod ſit à pietate alienißimum, de ſacris templi ambitibus debemus omnem quæ de eare eſſe poteſt dubitationem inducere. Omnes autẽ illos eſſe ſacros ambitus dixerunt, qui rationis expertium animantium conculcationi permißi non ſunt, etiam ſi alio quodam modo ſint communes, ex xij. cap. v. lib. quod dicit, Vſque ad terminos eccleſiæ in foro publico ſecuritatẽ habeãt qui confugerunt, interioribus lauacru, vel hortu, vel domiciliu, vel porticibus, vel atriu vtentes, & prohibeantur intra templum comedere, & dormire, & cætera. Hortos & porticus eccleſiæ coniunctos, ſacros ambitus eſſe ne dixeru, vt illic etiam prohibeantur proponi venalia. Hæc enim eccleſiæ quidem partes reputabuntur: ſacri autem ambitus non dicentur. Et vt communia quidem, ſanctorum ambituum honore digna non habebuntur: ſed propter eccleſiæ priuilegium, qui eum qui eo confugit ex ipſis abripuerit, punietur. Nota propter eos qui vnguentariam & tonſtrinam exercent in iu ſanctißimæ magnæ eccleſiæ locu, & in multo magis interioribus eius partibus. Similiter nota ipſum canonem etiam propter eos qui ad feſta quæ fiunt, & ad publicos conuentus, vbicũque ij fuerint accedunt, ſanctique qui tunc celebratur adorationem pro ſuorum negociorum gerẽdorũ occaſione arripiunt. Et enim maximo ſupplicio digni ſunt. Quinetiam magnus Baſilius in ſuu Aſceticu, id eſt exercitatoriu, hæc valde prohibet, & lege locum in quo ſic ſcribit de negociationibus in concilio: ſeã quoniam nõnulli antea corruperunt eam quæ in ſanctu obſeruata eſt conſuetudinem, & orationu loco, & tempus, & locum, forum & nundinationem ac mercaturam faciunt, & alia non pauca.

Ca. lxxvij. *ἱερομένους

Quòd non oportet ſacris initiatos, vel clericos vel aſcetas, id eſt exercitatores, ſeu monachos, lauari cum mulieribus, nec omnem Chriſtianum laicum. Hæc eſt enim prima condemnatio apud gentes: ſi quis autem hac in re deprehenſus fuerit, ſi ſit quidem clericus, deponatur: ſin autem laicus, ſegregetur.

BALS. Vt eſt veriſimile, ante hanc ſynodum, lauabantur ſacerdotes quidam, & laici, & monachi cum mulieribus, apoſtolicum diuinum præceptum non curantes quod dicit, Sine offendiculo ſitu, & Iudæu, & Græcu: & eccleſiæ dei. Corrigentes hoc ergo ſancti patres, vt maximè indecorum, & offenſionem ſcandalúmque afferens, & ad dæmoniacas cupiditates excitans, & eos qui hoc turpi inſtituto vtuntur ad magnam cõdemnationem deducens, ſtatuerunt vt qui deinceps adeò inconſideratè & indecorè cum muliere lauabitur, ſi ſit quidem clericus, deponatur: ſi vero laicus, ſegregetur. Nota autem quòd canon facit differentiam inter ſacris initiatos, clericos, aſcetas, & laicos. Sacris initiati ſunt, qui ſunt etiam ex ſacro tribunali, & ordinantur, epiſcopi ſcilicet, ſacerdotes, diaconi, & hypodiaconi. Clerici, omnes, qui extra ſacrum tribunal in templis deſeruiunt, vt lectores, hoſtiarij, & alij eiuſmodi. Aſcetæ autem, monachi, qui epiſcopalem characterem non accepere, ſed ſolam tonſuram monachalem. Monachi enim qui epiſcopalem tonſuram accepere, dicuntur clerici. Aſcetarum autem & monachorum nulla eſt differentia. Dic ergo in ſummam redigens, quòd qui ſunt quidem ex ſacro tribunali, in ſcriptu iurare debent. Qui autem ſunt extra tribunal, vt laici iurabunt, etiam ſi ſint monachi. Quidam autem laici, cùm in balneu vnà cum coniugibus lauantur, & propterea reprehenditur, dicunt ſe ab hoc canone non prohiberi. Sunt enim caro vna, & nihil turpe ac indecorum inter eos fieri videatur, cum à ſe inuicem non ſint diſiuncti corporibus: illos autem puniri, qui cum ſcortatione ſe turpiter & indecorè gerunt, naturaque pudendorum nullo penitus pudore afficiũtur. Hæc autem religioſioribus & ſanctioribus non placuere, dicentibus hoc eſſe primam apud gentes condemnationem, vt dicit canon: & ideo id eſſe puniendum quomodocunque fiat: & quod etiam ſi videantur coniuges vnum eſſe corpus, eu tamen non permittitur ſuu membru malè vti. Si enim ita eſſet, nec ij qui ſibi mortem conſciſcere conati ſunt, punirentur.

Ca. lxxviij. Quòd oportet eos qui illuminantur, fidem diſcere, & quinta ſeptimanæ feria epiſcopo & preſbyteris renunciare.

*κατηχήσεις depoſitiones, vt dicunt.

BALS. Quomodo, qui recens ſunt illuminati, debent fidem orthodoxam docere, à diuerſis canonibus didicimus. Præſens autẽ canon iis adiicit, nobis ſufficere nõ debere* aſſertiones eorũ qui illuminãtur, affirmãtiũ, ſe rectã fidẽ fuiſſe edoctos: ſed eos quidẽ oportere ſacra oracula diſcere totu primũ quatuor dieb⁹ ſeptimanæ: quinto autẽ die, ea epiſcopo, vel iu quib⁹ hoc ab illo permitteturu renũciare, inſtitutoribꝰ ſcilicet, qui catechiſtæ dicũtur. Sic enim faciẽtibus pfectè demõſtrabũt, q̃ tota anima ad

fidem

fidem orthodoxam acceſſerunt, & in diuinis hu myſterijs initiati, ſatiſque confirmati ſunt. Hoc autem non ſemel faciēt, ſed per totam ferè ſuam vitam. Præſens autem canon idem fere eſt omnino cum canone Laodicenæ ſyn.

Abſque vllis ſecundinis ex virgine partum eſſe confitentes, vt qui ſine ſemine conſtitutus ſit, idque toti gregi annunciantes eos qui propter ignorantiā aliquid faciunt quod non decet, correctioni ſubiicimus. Quare quoniam aliqui poſt ſanctæ Chriſti dei noſtri natiuitatis diem, ſimilam coquere oſtēduntur, & eam ſibi inuicem impertiri, honoris ſcilicet prętextu ſecundinarū impollutæ virginis matris, ſtatuimus vt deinceps nihil tale fiat à fidelibus. Neque enim hoc honor eſt virginis, quæ ſupra mentem & ſermonem, quod comprehendi non poteſt, verbum peperit carne, ex communibus & iis quæ in nobis fiunt, inenarrabilem eius partum definire, metiri ac deſcribere: ſi quis ergo deinceps hoc facere aggreſſus fuerit, ſi ſit quidē clericus, deponatur: ſi verò laicus, ſegregetur. *Can. lxxx.* *ἀλόχυτα*

BALS. *Cùm intellexiſſent ſancti patres, quòd quidam propter honorem impollutæ dominæ noſtræ & deiparæ, poſt vnum diē Natalis domini & ſeruatoris noſtri Ieſu Chriſti, eius ſecundinas celebrant cum cocta ſimila & quibuſdam aliis ſpeciebus, ſtatuerunt hoc à Chriſtianis non eſſe amplius faciendum. Dei matrem enim partum talem non fuiſſe profitemur, quemadmodum à reliquis fit mulieribus, ſed abſque ſecundinis: quoniam conceptio, & ſupra naturam, & ex ſancto ſpiritu facta eſt. Si ergo, quæ ſecundinas non nouit, quomodo nos ea quæ ſunt mulierum ſecundinas habentium peregerimus? Quare non eſt hoc honor ſanctæ virgini, quæ ſupra mentem & ſermonē verbum peperit carne, abſque vllis maternis in partu doloribus. Quocirca, inquit, non oportet, ea quæ ſunt ſupra naturam, iis quæ ſunt ſecundum naturam, exequare, & ea veluti cōmunia reddere, ex noſtriſque terrenis tribus deſcribere & meriti. Statuunt ergo, vt qui eſt hoc facturus, ſi ſit quidē clericus deponatur: ſin verò laicus, ſegregetur. Hāc ergo ob cauſam, Chriſti dei gratia, in hac vrbium regina nemo tale quidpiam audet facere, ſed poſt ineffabilem Chriſti dei noſtri natiuitatem fidelium* cœtus ſanctæ deiparæ feſtum celebrat diuinis canticis hymniſque eccleſiaſticis.* *χαρμοσυνα*

Si quis epiſcopus, vel preſbyter, vel diaconus, vel eorū qui in clero enumerantur, vel laicus, nullam grauiorem habet neceſſitatem, vel negocium difficile, vt à ſua eccleſia abſit diutiſſimè: ſed in ciuitate agens, tribus diebus dominicis in tribus ſeptimanis vnà non conueniat, ſi ſit quidem clericus, deponatur: ſi verò laicus, ſegregetur. *Can. lxxxi.*

BALS. *Alij quidem diuerſi canones alio modo puniunt epiſcopos quàm clericos qui aliquando à ſua eccleſia peregre abſunt. Præſens autem canon non ſolum epiſcopos & clericos, ſed etiam laicos, à ſuis regionibus in alieno ſolo degentes non abſunt, cogit vna cum fidelibus cōmunicare & orare: & ſtatuit, quòd ſi quis eorum, nulla neceſſitate propoſita, morbi ſcilicet, vel grauiſſimæ ſeruitutis, quæ ei non concedit vt in eccleſia verſetur, tribus diebus dominicis cū fidelibus nō cōuenerit, & vnà non orauerit, ſed in hanc ſalutiferam communionem negligenter affectus fuerit, ſi ſit quidem clericus, deponatur: ſi verò laicus, à communione moneatur, hoc eſt ſegregetur ac ſeparetur. Ex eo enim duorum alterum apparet, eum vel diuina præcepta diuinaſque pſalmodias & orationes non curare, vel non eſſe fidelē. Cur enim xx. diebus cum Chriſtianis in eccleſia verſari noluerunt, vnáq; cū dei fideli populo communicare?*

Quoniam in nonnullis locis didicimus in ſanctiſſimo hymno additamenti loco dici poſt illud, Sāctus immortalis, hoc, Qui crucifixus eſt pro nobis, miſerere noſtri: id autem ab antiquis ſanctis patribus, vt à pietate alienum, ex hoc hymno *Ca. lxxxij.*

iectum, cum ſcelerato hæretico, qui hanc vocem innouauit, nos quoque confirmantes ea quæ à ſanctis noſtr s patribus prius piè conſtituta ſunt, anathematizamus eos, qui poſt præſens decretum eiuſmodi vocem admittunt, vel aliquo alio modo ſanctiſſimo hymno adiungunt. Etſi eſt quidem ſacerdotalis ordinis qui tranſgreſſus eſt, eum ſacerdotali dignitate priuari iubemus: ſinautem laicus vel monachus, ſegregari.

BALS. *Stolidus ille & maledicus Petrus Fullo in ſanctiſſimo hymno fecit additamentum, dicēs poſtquam dictum eſſet, Sanctus immortalis, debere dici, Qui crucifixus eſt pro nobis, miſerere noſtri. Quod quidem additamentum eccleſia non addidit, vt quod quartam perſonam inducat, & dei filiū, ſeruatoru ſcilicet conſiſtentem facultatem, ſeorſum ponat, & Chriſtum crucifixum tanquam alium eſſe a forti, & affectionibus eſſe ſubiectam trinitatem opinetur, & patrem vnà cùm filio crucifigat & ſpiritum ſanctum. Et decreuit quidem ſanctiſſimum hymnum piè dici de ſancta trinitate, quòd per trinam ſanctitatem tres ſuperſubſtantialu deitatu conſiſtētes perſonas ſancta nobis ſeraphim oſtendant. Per vnam verò dominationem, vnam diuinæ trinitatis ſubſtantiā regnúmque ſignificant. In Eccleſiaſtica autem hiſtoria inuentum eſt, quòd cùm populus Conſtantinopoli ſupplicaret propter quaſdam diuinitus intentatas minas, quæ tempore Procli archiepiſcopi fuere, ex populo raptum fuiſſe puerum, & ſic ter ſanctum hymnum ab angelica aliqua doctrina fuiſſe inſtitutum, Sanctus deus, ſanctus fortis, ſanctus immortalis, miſerere noſtri. & conuerſo rurſus puero, cùm quòd inſtitutū erat renunciaſſet, vniuerſam multitudinem hymnum cecinisſe, & ſic minas ceſſaſſe. Porrò autem & in ſancta & vniuerſali Calchedon. ſynodo ſic ſanctiſſimum hymnum canendum eſſe traditum eſt: ſed cùm ne ſic quidem multorum eorumque blaſphemorum improbitas ad orthodoxum decretum traducta eſſet, vt eſt veriſimile, qui in hac ſynodo conuenerant ſancti patres, iis quæ à ſanctis patribus qui Calchedone conuenerant de hoc ſanctiſſimo hymno conſtituta erant, confirmatis, anathemati eos ſubiecerunt, qui poſt præſentem canonem Fullonis additamentum ter ſancto adiungant. Et ſi eſt quidem ſacerdotalis, inquit, ordinis, qui tranſgreditur, deponatur: ſinautem laicus vel monachus, ſegregetur. Cùm autem canon eos anathematizet qui malum hoc additamentum ſuſcipiunt, & ex anathematizatione non ſolum fiunt qui anathematizantur infames, ſed omnis etiam generis exitiū ſubeant, & ab omni in mundo conſuetudine ac conuerſatione alienentur, miror quomodo canon depoſitionis & anathematiſmi mentionē fecit: ſed vt eſt cōſentaneum, hoc quoque epiſcopali diſcretioni ac prudentiæ relictum eſt, vt qui blaſphemum quidem hoc additamentum admiſit & facile conuertitur, deponatur vel ſegregetur: qui autem non cōuertitur, ſed blaſphemis nugu adhæret, anathematizetur: & ſic non ſolum ſacerdotio, vel eccleſiaſtica communione priuetur, ſed etiam exterminetur, vt non alios quoque hæreſim communicet.*

ca. lxxxiij Inter nōnullas venerabilium imaginum picturas, agnus qui digito præcurſoris monſtratur, depingitur, qui ad gratiæ figuram adſumptus eſt, verum nobis per legem Chriſtum deum noſtrum præmonſtrans. Antiquas ergo figuras & vmbras, vt veritatis ſigna & characteres eccleſiæ traditos, amplectentes, gratiā & veritatem præponamus, eam vt legis implementum ſuſcipientes. Vt ergo, quod perfectum eſt, vel colorū expreſſionibus, omniū oculis ſubiiciatur, eius qui tollit peccata mūdi, Chriſti dei noſtri, inſtar hominis characterē, etiā in imaginibus deinceps pro veteri agno ſtatui iubemus, vt per ipſum, verbi dei humiliationē mēte cōprehēdētes, ad memoriā quoq; eius in carne conuerſationis, eiuſq; paſſionis & ſalutaris mortis deducamur, eiuſq; quę ex eo facta eſt mūdo redemptionis.

*ἀιαστολῆ-σαι

BALS. *Quando aduerſus Ægyptiorum primogenita Moſes iuſſu dei eloquutus eſt, iuſſit ab Hebræis agnum interfici, & eius ſanguine Iudæorum limina inungi: vt a primogenitorum exterminatore*

re seu destructore ad eos adiri non posset. Hic ergo agnus præfigurabat dominum, vnde etiã magnus in prophetis angelisque æqualis præcursor, cùm dominũ & deũ nostrũ Christũ vidisset, dixit, Ecce agnus dei, filius patris, qui tollit peccata mũdi. Quidã ergo in sacris imaginibus sanctũ præcursorem describentes, è regione eius agnũ imprimebãt, qui à præcursore digito mõstrabatur. Hoc ergo sancta synodus prohibẽs, statuit, vt quoniã agnus in typũ veritatis acceptus est, vmbræ autẽ, & signa, & typi præterierunt, vtpote cũ liberè loquatur ecclesia, typos quoque & vmbras, vt signa veritatis amplectimur, sed veritatẽ præponimus. Et ideo typũ quidẽ cessare statuerũt, pro agno autẽ in sanctis imaginibus ipsum dominũ nostrũ Iesum Christũ & deũ nostrũ humana forma describi; si hæc autẽ ita se habent, eos malè facere arbitror, qui in ecclesia columbas emittunt pro sancti spiritus aduẽtu & qui pro illa stella, quæ nouo modo apparuerat, & erat admirabilis, cereos accendut & qui arcanam & salutarẽ domini & dei & seruatoru nostri Iesu Christi generationem thoro strato exprimũt, & quæ sunt supra rationem & mentu cogitationem, humanu studiu describunt.

Nemo mortuorũ corporibus Eucharistiam communicet. Scriptum est enim, Accipite, comedite. Mortuorũ autem corpora nonpossunt accipere, nec comedere. Ca. lxxxiiij

BALS. *Dominus & deus noster Iesus Christus, cũ vnà cũ suis discipulis cœnãs eis panẽ impertiisset, dixit, Accipite, comedite: hoc est corpus meũ, quod vobis frangitur in remissionem peccatorũ sicut hoc scriptũ est in Euangelio. Ante hanc ergo synodũ, mos erat nonnullis, diuina sacramenta (ea enim patres Eucharistiam nominauere) corporibus mortuis impertire Patres ergo hoc prohibentes, hoc nõ se amplius facturũ decreuerũt. Quoniã, inquiũt, scriptũ est, Accipite, comedite. Mortuorũ autẽ corpora nõ possũt accipere, nec comedere. Lege & xviij. ca. Carth syn. Quòd auẽ sanctus panis antistitibus post mortem tradatur, & sic sepeliantur, existimo hoc fieri ad auertendos dæmonas, & vt peripsum, tanquam* viaticum *deducatur ad cælum, qui magna & apostolica professione dignus est habitus.*

* ἐφοδιάζηται

Canonicos patrum ritus sequentes, de infantibus quoque decernimus, quoties nõ inueniũtur firmi testes, qui eos absq; vlla dubitatione baptizatos esse dicant, nec ipsi propter ætatem de sibi tradito mysterio aptè respondere possint, debere absque vlla offensione baptizari: ne forte eiusmodi dubitatio eos eiusmodi purificationis sanctificatione priuet. Ca. lxxxv.

* διὰ τὴν ἡλικίαν

BALS. *Patres, qui Carthagine conuenerant, quorum præsens canon meminit, vnum baptismum confitentes ex sancti symboli comprehensione, statuerunt vt qui in infantia dicuntur esse baptizati, siue non, si non sint firmi testes, qui eos esse baptizatos plenè & integre probent, baptizentur. Hu ergo consequenter, patres in præsenti canone ea ipsa statuerunt quæ & qui Carthagine conuenerunt insserant: vt ii scilicet baptizarentur de quibus dubitabatur an baptizati essent: si nec illi ipsi probare possunt se fuisse baptizatos: eo quòd ineſciant quid sibi in infantia factum sit, quæ ætas imperfecta Græce dicitur, nec testes adducũt, qui probent eos fuisse baptizatos Est enim timẽdũ, ne propter dubitationẽ, infantes, sacro baptismate, & regno cælorum, quod per id datur, priuentur, prout est vox domini dicentis, Nisi quis per aquã, & spiritũ renatus fuerit, non intrabit in regnũ cælorũ Hæc autẽ constituta sunt, quoniã non permittebãt aliqui, vt tales propter dubitationẽ baptizarẽtur, ne eos qui anteà baptizati fuerant rebaptizare viderentur. De ea re autẽ sæpe synodicè controuersia exorta est. Cùm enim infantes ex Christianorũ regione à Scythis & Agarenis bello capti essẽt, & empti a Romanis dubitatum est, an oporteat venundatos rebaptizari. Dicebant enim nonnulli, quoniam ex Christiana regione capti sunt, præsumptio est eos fuisse baptizatos. Eo quòd hi nesciant an in infantia baptizati fuerint, nec vlli inueniantur qui baptismum affirment. De iis qui ex infidelium regione capiuntur, eos esse baptizãdos indistinctè statutũ est: nisi testes profiteãtur eos post captiuitatem fuisse baptizatos. Tempore autem sanctissimi patriarchæ domini Lucæ synodicè ad fuerunt Agareni, & cũ ab eo postularetur vt baptizarentur, dixerũt, quòd in suis regionibus antea baptizati fuerit. Et interrogati, respõderũt, esse consuetudinẽ vt omnes Agarenorũ infantes ab orthodoxis sacerdotibus baptizarentur, non tamen admissi fuerunt. Audierant enim, quòd baptismus, quem infideles à Christi mu petũt, nõ bona affectione, & orthodoxo ἀποστο petitur, sed propter corporalẽ medicinã. Persuasum est enim Agarenis, fore vt sui liberi à dæmone vexẽtur, & tãquã canes malè oleãt, nisi baptismũ Christianũ assequãtur. Quãobrẽ nõ vt omnium animæ sordiũ mũdatorẽ, diuinæq; lucis & sanctificationis præbitorẽ baptismũ postulãt, sed tãquã veneficiũ & incãtationẽ Quidã autẽ eorũ dicebãt se matres habere orthodoxas, seq; earũ cura ac studio fuisse baptizatos: sed nec id exanditis fũt, quoniã testes nõ adducebãt, qui hoc ipsum p testimonio dicerẽt: imo potius condẽnati sunt, q nõ bonã de se existimationẽ dabãt, q rectè ad fidẽ accederent: & ideo omnes hos etiã sanctificari permissum est.*

* φαρμακείαν

Ca. lxxxv. κατὰ τῶν

In duobus vel tribus teſtibus confirmari omne verbum ex ſcriptura accepimus. Seruos ergo, qui à ſuis dominis manumittuntur, ſub tribus eo teſtibus frui honore decernimus, qui præſentes, libertati vires & firmitatem afferent, & vt iis quæ ipſis facta ſunt, fides habeatur, efficient.

BALS. Dominus dixit in euangelio, In duobus vel tribus teſtibus ſtabit omne verbum. Et ideo præſens quoque canon ſtatuit, vt qui ſe dicunt fuiſſe manumiſſos à ſuis dominis, non neceſſe habeant ad hoc oſtendēdū multos teſtes adducere, ſed per tres teſtes probare libertatem quæ illis adeſſe dicitur. Erant enim nonnulli, qui, vt eſt veriſimile, dicebant, oportere eum eſſe liberum oſtendi per plures teſtes, quinque forſaſſe vel ſex: quod quidem ſancta ſynodo non placuit. Et hæc quidem in hoc canone continentur. Sæpe autem tractatum eſt, an cùm lex dicat in libro xxi. tit. i. & lib. xxiv. tit. i. in negotiis quæ vnam libram excedunt, debere tres teſtes adduci: in cauſis autē vnius libræ, & inferioribus, ſufficere duos teſtes cogantur, qui ad libertatem proclamant, ex præſenti canone tres teſtes adducere: & mihi quidem viſum eſt ad oſtendēdā libertatem duos ſolos teſtes ſufficere, eo quòd leges & canones libertati magis faueant, & maximè quandoquidem cuiuſlibet ſeruli pretium libræ auri non excedit. In vna autem auri libra conſtitutū eſt duos teſtes ſufficere omnin, & ad oſtēdendā libertatem duo teſtes ſufficient, præſentis canonis conſequenter, qui eſt pro libertate editus, & dicit ab initio: In ore duorum vel trium ſtabit omne verbum: & quòd ex infirmitate probationum inæſtimabilis libertas non datur aduerſario, ſed ſeruitus quæ eſtimatur, vt ſuperius dictum eſt: qua etiam data, pecunia liberabitur qui ad libertatem proclamat. Lege etiam nouellam imp. domini Alexij Comneni, quæ edita eſt de non admittendis teſtibus qui contrà opponuntur, quando teſtes adducūtur ab eo qui ad libertatem proclamat, & de eo, quòd liberi ſerui non fiant, qui ſacram benedictionem acceperint, quæ hac his verbis perſequitur: Duo hæc ad aures meas imperij peruenerūt ſanctiſſime domine, quòd quidam eorum, qui ad ſanctum & magnum diuini verbi ſapientiæ templum accedunt, ad libertatem proclamantes, & genus ſuum ad libertatis oſtenſionem allegantes, dicūt enim ex ſe liberis parentibus eſſe natos, Bulgaris forte, vel aliquibus alijs, quos in ſeruitutem noſtra accepit reſpublica, ea quidem quæ dicunt demonſtrare permittuntur. Et poſtquam teſtes omni exceptione maiores, & in quos nulla cadit criminatio, adduxerint, ad alios eu teſtes opponendos eorū domini procedunt. Et ſic cùm ij qui proclamant, ſemper ſint in iudicio debiliores, ſeruilis conditionis onere rurſus opprimuntur, & quando matrimoniales fiunt ſeruorum conſuetudines & connubia in noſtra republica, eas tamen ſacra non conſequitur benedictio, cauentibus dominis, ne ſeruos inter ſe inuicem cum ſacra benedictione coniungant, ne ex eo ad libertatem conueniant. Eorum autem vtrunque connubium correctione opus habere cenſui, & propterea hanc conſtitutionem magna cum cautione & obſeruatione edidi, per quam ſtatuitur de his qui ad libertatem proclamant ſeruis, ne ij qui contrà adducuntur teſtes, vim vllam locumue habeant, in quocunque ſeu ciuili ſeu eccleſiaſtico iudicio: ſed ij ſoli qui proclamant, legitimas probationes afferant: & ſi ij quidem teſtibus abundent qui iure ſunt recipiendi, neque calumnia inducti, teſtium iureiurando iudicium ſoluatur. Dominis permittantur, ne magna, ſed non aliorum etiam teſtium aduerſus hæc productiones eorum dominis permittantur: ne magna aduerſariorum inæqualitas ſit inferioribus damni cauſa, ſed quemadmodum in iis qui idem tributum ſoluunt, lex beatiſſimi domini Baſilij potentibus aduerſus pauperes contrarias productiones non permiſit: ſic & hìc dominis aduerſus ſeruos vis contrariæ productionis extincta erit: & ſola apud eos valebit aduerſus teſtes illata criminatio, contraria productione non omnino in excluſa qui ad libertatem proclamant, quando ij qui trahunt in ſeruitutem, eos aduerſus illos qui iure ſunt liberi produxerint. Inferioribus enim & imbecillis præſens conſtitutio gratificatur, & quod eos iuuet ſubminiſtrat, non autem pro maioribus & potentioribus editur. Adiecit autem & benedictiones, non ſolum apud liberos, ſed etiam ſeruos valere. Et nuptias non alioqui legitimas & Chriſtiana inſtitutione dignas eſſe & exiſtimari, niſi etiam benedictio eos qui coniungūtur colliget. Abſurdum enim eſſet, cùm vna in omnibus Chriſtiana fides valeat, & vnus ſit in confeſſo baptiſmus, per quem ad dominum deducti ſumus, & eadem ſalus à nobis omnibus ſperetur, nonnullis hanc obortam eſſe ſuſpicionem, quòd ſeruis ſint boni minus participes, & liberi quidem matrimonio inuicem coniungantur, prius oratione colligati: ſeruis autem à tali bono excidant, & deum non aſſumant in congreſſus benedictione, vel metuant: quòd ſi aſſumpſerint, eorum dominus in dominio iniuria afficiatur illorum dominio priuatus. Si hoc autem locum habuerit, ſanctum quoque baptiſmum timere oportet, ne ſeruis à dominis alienentur: ſed etiam immaculatorum myſteriorum aſſumptionem: ne per eam ab illis quoque alienentur, quo fiet vt in ſeruo intereat magnum & venerabile diuinæ fidei nomen: & non ſolum ſeruis hominum, ſed etiam diaboli fiant homines. Eorum autem dominis in periculum quoque venient, ne dum hominum miniſterio priuari formidant,

à

à dei gloria seipsos abalienare sustineant. sed neque hoc est rationi consentaneum. & sacram benedictionem in seruis quoque valere, æquum, & Christiana institutione dignum est. Verum enim vero fortuna nouit in hominibus diuersa esse, dominium, & seruitutem. & quæ nostra accepit respublica, ea in iis quoque valere oportet. Vnus autem dominus omnium, vna fides, vnum baptisma: & quod ad fidem quidem attinet, domini & seruitutis differentiam non cognouimus. Omnes enim sumus ex æquo serui eius, qui nos suo diuino & viuifico sanguine redemit. Et quoniam hæc sic rectè & vtiliter constituta sunt, oportet magnam tuam sanctitatem hæc omnia in omnibus ecclesiis manifesta reddere: vt qui eu præsunt, ea quæ ad libertatem pertinent, sic examinantes, contrarias testium productiones aduersus seruos domini non permittant, & omnibus in suu prouinciu manifestum efficiant, quòd qui non cum sacra benedictione seruos inuicem coniungunt, non deo gratum inter eos matrimonium constituunt, sed fornicatorium coitum stupriumque confirmant. Quos enim non coniungit deus per sacram benedictionem assumptus, hi omnes ad peccatum conueniunt: & si cubi hoc ab aliquo, quicunque is sit, factum renunciatum fuerit, sciant domini, quod non solum iræ diuinæ erunt obnoxij, sed à seruis quoque abalienabuntur, eu abductu in libertatem. Cùm eu enim liceat seruos suos inuicem coniungere, & integrum in eis habere dominium, nisi hoc fecerint, iure omnino ab eorum dominio excident. Præsens autem constitutio non solum debet in ecclesiis quæ vbique sunt promulgari, sed in omnibus etiam ciuilibus iudicijs deponi. tradi autem etiam iis qui in prouinciis magistratus gerunt. Quoniam autem in personis seruilem fortunam habentibus nuptiæ prius factæ sunt, & nuptiæ conuenienter inique quæ hucusque inualuit consuetudini processerunt, oportet in iis quoque sacram benedictionem fieri, vt per eam etiam si tarde fiat, id quod est colendum ac venerandum, habeant, superioribus quoque obseruationibus etiam in hac regula valere debentibus.

Eos qui ad animarum lapsus meretrices cogunt & alunt, si sint quidem clerici, deponi: si verò laici, segregari. *Ca. lxxxvj.*

BALS. *Quemadmodum lex ciuilis* lenones qui meretrices alunt punit, ita & canon decernit, eos qui meretrices cogunt, & multos ea ratione ad animæ exitium veluti protrudunt, & non solum eos qui cogunt, sed & qui alunt, siue eu necessaria suppeditant (alimenti enim nomine & indumenta, & reliqua, quæ simpliciores ad intemperantiam attrahunt, comprehenduntur.) si sint quidem clerici, deponendos si verò laici, segregandos. Non autem idcirco qui solum quidem cogunt, & eas non nutriunt, non punientur. sed in eos quoque similiter animaduertetur. Dixit autem Canon illud, Et alunt, quoniam vbi coegerint, necessario quoque sequitur vt coactarum cura deinceps ab iis geratur. Neque enim solum cogere supplicium meretur. Meretrices enim sæpe cogit quispiam, vt eu illa quæ sunt salutaria suggerat, vel vt earum opera ad tractandum aliquod ministerium vtatur, vel vt det eas magistratui castigandas. Lege librum lx. imp. tit. xxviij. cap. i. Si pater filiam, vel dominus seruam nutriat ad quæstum meretricium, perdant quam habent in eas potestatem. Adiecit autem constitutio, per episcopum & magistratum eis quoque ferri debere auxilium, & quòd si ad hoc resistat pater vel dominus, publicantur, & exterminantur. Ac secundum quidem caput viles lenones similiter punit: eos autem qui sunt militaris ordinis, publicandos dicit. Eiusdem autem tituli & libri caput iij. quod est Iustiniani nouella, valde punit eos, qui arte, & dolo, & necessitate, aliquas in hanc intemperantiam attrahunt, & ex iis qui est um faciunt mercaturámque exercent. Lege ergo hoc caput diligentius. dicunt enim nonnulli, quòd id illos punit qui seducunt, & cum aliquo compendio vel necessitate mulieres aliquas ad fornicationem attrahunt, non autem eos qui illas suscipiunt quæ spontanea voluntate fornicationem eligunt, propter naturæ necessitatem, vel etiam paupertatem. Ad hoc autem probandum vtuntur nonnulli ipsius quoque nouellæ verbis, & præsenti canone puniente non eos solum qui meretrices cogunt, sed etiam qui eas nutriunt, per frandem & adulationem eas in malum impellentes. Porro autem & quod hodie actu fit in lenonum officinis, videtur cum eorum dicto concurrere. Mihi autem videtur quod leges & canones quencunque lenonem indistinctè puniunt, & omnem meretricem ad temperantiam retrahunt. Lege & l. Nouellam Imp. domini Leonis philosophi, quæ non permittit vt veteri lege aliquis degat cum concubina.* *°πρεσβευτης*

Quæ maritum reliquit est adultera, si venerit ad alium, vt vult facer & diuinus Basilius, qui ex Hieremia propheta hoc optimè collegit: quòd si alij virovxor fuerit, ad maritum suum non conuertetur, sed polluta polluetur. & rursus. Qui autem detinet adulteram, est & insipiens & impius. Si ita præter rationem à marito secessisse visa sit, ille quidem venia dignus est, *Ca. lxxxvij* *Lege ca. 105 conc. Carth.*

hæc verò pœna. Illi autem venia dabitur vt ecclesiæ communicet. Sed is qui legitimè sibi datam vxorem relinquit, & aliam ducit, & domini sententia est adulterij iudicio obnoxius. A patribus enim nostris statutum est, vt qui sunt eiusmodi annum defleant, biennio audiant, tertio anno *substernantur, & septimo cum fidelibus consistant, & sic oblatione digni habeantur, si cum lachrymis pœnitentiam egerint.

*ἐπὶ τῷ ἔτει

BALS. *Dominus & Deus noster* IESVS CHRISTVS *interrogatus, an liceat marito vxorem quauis ex causa dimittere, hoc vetuit, dicens, quòd qui vxorem suam reliquit præterquam fornicationis causa, & alteram vxorem ducit, mœchatur. Et inclitus inter imperatores Iustinianus, leges quæ olim locum habebant, & coniugibus permittebant coniugia sine iusta causa soluere, & vnicuique alteri dicere, Res tuas gere, per* cxvij *nouellam sustulit, quæ sita est in* vij. *titulo* xxviij. *lib. & causas enumerat, propter quas & solas solui debent matrimonia. Quamobrem lex quoque Hebraica vna sublata est, quæ libellum repudij mittere mulieribus & vitæ societatem soluere permittebat. Consequenter ergo præsens quoque canon dicit, quòd mulier, quæ relicto marito alteri coniuncta fuerit, est adulterij crimini obnoxia, quemadmodum hoc quoque magnus dixit Basilius, in* viij. *suo canone, &* xxi. *hoc colligens ex prophetia Hieremiæ dicentis, Si mulier, à marito communi vitæ societate egressa, altero polluta fuerit, non potest ad maritum suum reuerti vt quæ adulterata fit. Sed etiam Solomon dixit in Prouerbiis, Qui coit cum adultera, id est cum ea quæ habet maritum, stultus est & impius. Quæ ergo sic est adulterata, canonicis pœnis multabitur. Maritus autem, vt qui non offenderit, venia dignus censebitur, id est non punietur. Qui autem relinquit propriam coniugem, & alteram ducit vxorem, vt adulter punietur, vt est domini sententia. Adulterorum autem pœna est in* lvij. *canone eiusdem magni patris, anno vno extra templi vestibulum deflere, & reliqua, quæ in eo canone continentur. Et hæc quidem canon. Lex autem ciuilis adulteros alio modo punit. & lege librum* lx. *tit.* xxxvij. *cap.* iij. Liij. *&* v. *cap.* xij *tit. præsentis operis. &* cxxxiij *nouellam Imp. Iustiniani, reductam in prædicta capita. &* xxxij. *Imp. domini Leonis sapientis nouellam, quæ narium truncatione punit adulterum & adulteram, & statuit adulteræ quidem maritum lucrari dotem, ipsam autem etiam inuitam in monasterio includi, non tamen tonderi. res autem, quas habet vltra dotem, administrari, quemadmodum ipsa nouella statuit. Nota ergo quòd ex præsenti quidem canone, quæ virum dimisit, vt adultera non punitur, nisi cum alio polluta fuerit ex prædictis autem nouellis soluitur matrimonium, eo quòd solum manserit mulier extra domum mariti præter eius voluntatem, nisi forte apud suos parentes. Nunquid autem ea etiam soluta dicitur quæ à marito relicta est? Sol. Nullo modo. prædicta enim* cxvij. *Nouella hæc dicit præcise. Si autem contigerit aliquem absque vna prædictarum causarum vxorem suam ex propriis ædibus extrudere, vt illa quidem, cùm parentes non habeant apud quos possit* [illegible]*ere, necessariò foris noctem agat, iubemus nullo modo licere marito propter hanc causam mulieri mittere libellum repudij, quoniam ipse huius rei causa est. Id autem quod scriptum est, non reuertetur ad virum suum adulterata, intellige mihi de viro qui non vult eam recipere. si vero enim crimen condonat, eam absque vllo impedimento rursus accipiet, vt vult nouella. Quoniam autem dicit canon eam esse puniendam mulierem, tanquam adulteram, quæ à marito præter rationem secesserit, dixerit quispiam, quòd quæ probabilem ei causam recessit, non punietur. Non est autem hoc verum: neque enim cum iusta, nec cum iniusta causa potest mulier à marito discedere sine permissione iudicis, quemadmodum hoc dicit* lviij. *canon sancti Basilij, & diuersæ Iustiniani nouellæ sitæ in* vij. *tit* xvij. *lib. Vnde etiam debemus canonem* *ex abundantia accipere, vel dicere iniustam mulieris discessionem, esse eius sine iudiciali permissione recessum. Rogauerit autem quispiam, cùm canones sancti Basilij,* viij. *scilicet &* xxi. *dicant mulierem quidem, quæ cum altero polluitur, mœchari: virum autem qui cum alia fœdatur, non condemnari. non enim habemus, inquit, canonem, quo cum adulterij crimini subiiciamus. Quomodo* *præsens canon indistinctè dicit, cum qui aliam duxit, adulterij teneri? Sol. Differentia est inter virum, qui cum muliere libera, viua sua vxore, rem habuerit, & cum qui in matrimonij societatem secundam vxorem duxit. Ille enim non est adulter, sed punitur vt fornicator. Hic verò est adulter, & vt adulter punitur. Quæ vt canones inter se nō repugnāt. Et quomodo canonice quidē puniūtur qui fornicātur, dictū est. Cōfessimū autē tertiū caput* xxxvij. *tit.* xxx. *lib. hæc dicit in specie. Qui habet vxorē, & fornicatur, per duodecim* *annos alternis inflictos castigatur. Qui autē nō habet, & in id peccatū incidit, per sex* *annos alternis inflictos castigetur. Qui verò vxorē quidē habet, & cū sua ancilla rē habet, re cognita, hic quidē verberatus castigetur: eius autē loci magistratus receptā ancillā vēdat extra prouinciam, eius*

ἀνὰ τῶν

ἀνὰ τῶν

precio

precio in publici erarij partem illato. Qui autem in alienam ancillam fornicationem exerceat, ſi ſit quilem locuples, det ancillæ domino pro delicto libras xxx vi. Si ſit autem humilis & abiecta conditionis, verberetur, & pro ſua facultatibus, det ex proportione xxx vi. ſolidos. Quòd autē lex æquè ac canones eum punit vt adulterum, qui ſecundam vxorem duxit, dicit penultimum caput eiuſdem tit. Qui duas vxores habere conatur eſt, non lege, ſed ſuæ facto voluntatis, adulterij crimini recte ſubiicietur. Quæ autem ei poſtea nupſit ſi ipſum habere legitimam vxorem ignorabat, ei venia dabitur. Quare per diſtinctionem à contrario ſumptam, quæ ſcribebat, adulteratur. Animaduerte autem quòd patres vbique puram pœnitentiam in animæ delicto exigūt & propterea conceſſit epiſcopus qui ſunt in eo loco pœnas augere, vel diminuere, pro eius qui punitur compunctione.

Nemo intra ædem ſacram quoduis iumentum introducat, niſi forte viator quiſpiam, maxima vrgente neceſsitate, domunculæ vel diuerſorij indigens, in id templum diuerterit. Niſi enim iumentum introductum fuerit, ipſum quidem non nunquam peribit: hic verò, propter iumenti amiſsionem, & facultatis ad iter peragendum ex eo profectam inopiam, mortis periculo tradetur. Sabbatum enim propter hominem factum eſſe docemur. Quamobrem & per omnia præferendam eſſe exiſtimare hominis ſalutem & incolumitatem. Quocirca ſi quis deprehenſus fuerit ſine neceſsitate iumentum in templum introducens, ſi ſit quidem clericus, deponatur: ſi verò laicus, ſegregetur. Ca. lxxxix.

BALS. *Vt eſt veriſimile, accidit quādoq; vt in maxima tēpeſtate diuerterent quidā in tēplo, quod prope vrbē publicam ſitū erat, & vu quidem tēpeſtatis eos cogebat in tēplum ingredi cum ipſis equis, & letiferū frigoris incōmodū effugere. tēplū autē reuerētia nō permittebat eu hoc facere: ſed ipſi quidē tēplum ingreſſi, frigoris periculū euitarunt. eorū autē iumenta, quæ extra templū ſteterant, a frigore cōſumpta fuere: quo factū eſt vt idem quoq; hominibus quod beſtiis euenirent, vel propter afflictationē, vel quòd non poſſent ire pedites propter nimiā tēporis & frigerationē. Hoc ergo corrigentes ſancti patres, decreuerunt nemini l[illegible] quoduis iumentum in templum introducere, niſi maxima vrgeat neceſsitas. tunc enim, inquit, iumentum quoque in [illegible]plum introducetur, ne homo vna cum eo mortis tradatur. Ad eius autem quod dicūt probationem, domini quoque doctrinam inferunt, qui ſabbatum diſſoluit, & eis qui ipſum reprehendebant dixit, præferendam eſſe hominis ſalutem ob ſeruationi ſabbati. ſabbatum enim factum eſt propter hominem, non autem homo propter ſabbatum. Ne hoc autem fiat iniquitatis occaſio iis qui inconſiderate & abſque vllo diſcrimine viuunt, & abſque vllo impedimento, & nulla propoſita neceſsitate, ſanctum dominicum templum commune prophanūmque efficiant, ſtatuerunt, vt qui ſine magna eiuſmodi neceſsitate quoduis iumentum in templum introducit, ſi ſit quidem clericus, deponatur. ſin autem laicus, ſegregetur. Quid verò alatas volucres, perdices ſcilicet, & columbas, & paſſeres. an quis citra vllam diſtinctionem in templum introducet? ſol. Nequaquam vt mihi videtur, ne ſanctum per excrementa prophanetur.*

Dies ſalutiferæ paſsionis in ieiunio, & oratione, & cordis compunctione peragentes fideles, vſque ad mediam magni ſabbati noctem ieiunare oportet, cùm diuini euangeliſtæ Matthæus & Lucas, ille quidem per Veſpere ſabbati, hic verò per id, ſummo mane, noctis nobis tarditatem deſcribant. Can. xc.

BALS. *In apoſtolico etiam canone, & in ſynodalibus, ſtatutum eſt, ne in ſabbato, vel in dominico, præter vnum & ſolum ſabbatum, magnum ſcilicet, ieiunetur. In eo enim iuſſi ſumus ieiunare. His ergo conſequenter, præſens quoque canon ſtatuens omnibus diebus ſalutiferæ Chriſti & Dei noſtri paſſionis ieiunare oportere & orare cum compunctione, id eſt non ſimulate: in quibus magnum quoque ſabbatum connumeratur, adiicit, & eo ipſo quoque ſabbato poſt ſex horas noctis ieiunare fideles, eo quod ſurrexerit Chriſtus Deus noſter, ſecundum diuinos euangeliſtas Matthæum & Lucam, circa noctis dimidium, nempe cùm ille quidem dicat, Veſpere ſabbati, venerunt Mariæ ad ſepulcrum domini, & corpus eius non inuenerunt hic verò medium noctis deſcribat, eo quòd dicit, Erat ſummum mane quando venerunt mulieres ad monumentum. Et hæc quidem ita ſe habent. Dixerit autem*

quiſpiam, quòd quoniam ſtatuit canon, vt omnibus ſalutaris paſſionis diebus ieiunemus, & magno etiam ſabbato ieiunemus ad mediam noctem, alterum duorum neceſſariò dicendum proponitur, vel omnibus dominicæ paſſionis diebus, qui propriè poſt quartam feriam præfiniuntur, nos omnino ieiunare & ab omni cibo abſtinere oportere, ſolo autem ſabbato ieiunare vt dictum eſt, vel hoc ſolo ſabbato magis ieiunium ſoluere quàm aliis diebus ſalutaris Chriſti paſſionis. Cur enim ſtatutum eſſet, vt ad mediam noctem ieiunaremus, ſi omnibus hu diebus æqualiter ieiunare deberemus? Mihi autem videtur eſſe eximium magni ſabbati ieiunium, aliiſque Chriſti paſſionis diebus præſtantius, quoniam tunc in ſepulcro iacebat quod viſum erat eius corpus. Oportet ergo in aliis quoque diebus ieiunare cum compunctione, propter paſſionem Chriſti & dei noſtri: multo autem magis magno ſabbato. Propterea enim & qui ſunt religioſiores, toto ſabbato & vſque ad horam ſextam noctis in eccl ſiis aſſident, & hora ſexta diuinis ſacramentis communicantes, panem & aquam guſtant, forteſſe autem & modicum vini. Septima autem hora matutinas Pſalmodias audientes, quando etiam Chriſtus reſurrexiſſe dicitur, domum ſuam reuertuntur, magni dominici ſacrorum celebrationem expectantes. Quoniam autem à ſeptima hora noctis, quæ eſt ante dominicum, incipit dies dominicus, manifeſtum eſt ex eo quòd ortus ſolis, ſiue diei illuminatio, eſt à ſeptima hora noctis, quæ cum præceſſit clarum eſt & ex iis quæ noſter magnus pater Chryſoſtomus interpretatus eſt. Poſtquam enim os iis occluſit qui dicunt Chriſtum die tertio non reſurrexiſſe, & dixit, quòd etiam ſi dederit quiſpiam dominum tertio die non reſurrexiſſe, gratiæ magis eo nomine ei agendæ ſunt, quòd etiam ante præfinitum trium dierum terminum Chriſtus reſurrexerit, quàm eſt reprehendendus. Reprehenderit enim etiam eum quiſpiam, qui fœnori accepit, quòd ante præſtitutum terminum debitum ſoluerit, quod eſt abſurdum. hoc adiicit, Quod ſi id quod in quacunque hora diei fit & decernitur à vij hora præcedentis noctis & deſinentis vſque ad eandem horam ſequentis noctis, in eo ipſo die factum eſſe videtur, rectè dicimus, quòd die tertio fuit Chriſti reſurrectio, vt ipſe verè eſt pollicitus. In paraſceue enim mortuus eſt qui eſt dies primus: ſecundus ſabbatum. & quoniam vij quoque horam noctis, quæ eſt ante dominicum, attigit, etiã dominicus tertius putatur. Iam verò ſanctus Gregorius Nyſſenus de ſancto paſcha docens, hæc dicit ex preſbe. Veſpera enim erat, quando manducatum eſt ſacrum illud & ſanctum corpus. nox autem veſperillud, quod fuit ante paraſceuen excepit. Deinde dies paraſceues, introducta nocte diſceſſus in vnã noctem & duos dies reducitur. Tribus enim horis fuerunt tenebræ ſuper vniuerſam terram. Hæc eſt enim in medio diei nox innouata, duas dierum ſectiones per ſe deſcribens, hanc quidem à mane vſq; ad veſperam ſextam horam: illam verò ab hora nona vſque ad veſperam: ita vt huc vſque duæ ſint noctes & duo dies. Deinde dies præcedentis ſabbati habet tres noctes & tres dies.

Can. xci. Dominicis genu non flectere à diuinis noſtris patribus Chriſti reſurrectionem honorantibus canonicè accepimus. Ne ergo huius obſeruationis euidentiam ignoremus, fidelibus manifeſtum facimus, quod poſt veſpertinum ſacerdotum ad altare ſabbato ingreſſum, ex conſuetudine quæ ſeruatur, nemo genu flectit vſque ad ſequentem veſperam in die dominico, in qua poſt ingreſſum* in veſpertino ſeu completorio, genua rurſus flectentes domino preces ſic offerimus. Seruatoris enim noſtri reſurrectionis veluti præcurſorem, noctem quę fuit ante ſabbatum accipientes, hymnos abea ſpiritaliter incipimus, feſtum ex tenebris in lucem finientes, vt in perfecto & integro die ac nocte nos reſurrectionem celebremus.

* ἐν τῷ λυχνικῷ.

BALS. Viceſimus canon Nicenæ ſynodi: xv. canon ſancti Petri Alexandrini: & xxvij reſp. epiſtolæ magni Baſilij ad Amphilochium, (horum enim ſancti patres meminerunt, & diuinos patres appellant) ſtatuerunt genu non eſſe flectendum in diebus dominicis, vel in diebus Pentecoſtes. Hu ergo conſequenter, decernit quoque præſens canon ſanctam Chriſti reſurrectionem honorandam. Quoniam autem nonnulli dubitabant, vnde, & ex quanam hora dominicus incipit, & ad quam vſque completur, hoc quoque fidelibus declararunt. & dixerunt eum incipere poſt veſpertinam ſabbati hymnodiam, & deſinere ad complementum λυχνικοῦ, id eſt, veſpertini officij dominicæ. & tunc quidem, ſcilicet poſt veſpertinum ſabbati, vſque ad complementum veſpertini dominicæ, genua flectere non oportere, propter Chriſti reſurrectionem. Ad huius autem rei confirmationem adiicit canon, quòd Chriſti etiam reſurrectio, veſpere ſabbati, hoc eſt ante diem dominicum, extitit. vt feſtum ex tenebris in lucem deſineret, & celebratio reſurrectionis per integrum diem integrámque noctem fieret. Cùm

hæc

hæc itaque ſe habeant, dixerit quiſpiam ea quæ ſunt in præſenti canone, repugnare doctrinæ præcedentis canonis. Illic enim dictum eſt, diem dominicum numerari à ſeptima hora præcedentis noctis, & deſinere in horam ſextam. Nunc autem decretum eſt, dominicum numerari poſt veſpertinum eiuſdem dominicæ. non ſunt autem contraria. A naturali enim cæleſtium corporum motu, & ex iis quæ magnus Damaſcꝰ doctor inquit, Dies ita incipit & deſinit, ſicut in lxxx viij canone dictum eſt præſens autem canon ſimiliter iubens per totum diei & noctis ſpacium nos Chriſti reſurrectionem celebrare, non habens autem neceſſe tunc docere de diurno ſpacio, ſed quomodo & quando nos oportet ad feſti celebrationem & pœnitentiam componere, dicit, quòd poſt veſpertinum ſabbati, ea quæ ad reſurrectionis feſtum celebrãdum pertinent, componenda ac paranda ſunt: ita & poſt veſpertinum dominicæ ea quæ ad pœnitentiam. Si enim hoc non fecerimus, ſed vſque ad horam ſeptimam veſperæ poſt dominicum, pœnitentiæ præparationem diſtulerimus, tanquam in ea completo dominico, populi poſt dominicum feſtum celebrantes manſerint, eo quòd multis atque adeò pluribus ſit incognitum quando veniat hora ſeptima, & quando terminetur. Obſerua ergo quomodo canones hic & illic loquantur, nec eos dixeris inter ſe repugnare ſpiritus enim ſanctus in omnibus locutus eſt.

Eas quæ dant abortionem cientia medicamenta, & quæ fœtus necantia venena accipiunt, homicidæ pœnis ſubiicimus. can.xcij.

BALS. *Eadem pœna qua homicidam punit canon, eas quæ dant venena, vt prouocetur abortio. Et hic quidem canon illas tali pœna afficit. Pœnarum autem genera inuenies in v canone ſancti Baſilij, & in xxi. can. ſynodi Ancyr. Primum autem caput xxxviij tit. lx. lib. hæc dicit expreſſe Lege de homicidio tenetur qui hominem occidit, & qui dolo ſuſcitat incendium. & qui vel furandi, vel cædis faciendæ gratia, cum armis obambulat. & qui cum magiſtratũ gereret, vel iudicio præſſet, procurauerit vt quis fictè accuſaretur, & innocens condemnaretur. & qui ad tollendum de medio, venena præparauerit, vel dederit, vel qui etiam habet. Et caput iij. Lege de homicidio lata tenetur, qui ad hominem occidendum medicamentum facit, vel emit, vel habet. Sunt autem venena ſeu pharmaca, quæ ſanitatem afferunt, & quæ dicuntur φίλτρα id eſt amatoria. Quæ autem faciunt amatoria, publicatu bona exterminentur. Quòd ſi quis etiam non malo animo mulieri dederit medicamentum ad concipiendum, eóque accepto mortua ſit, in exilium mittitur. Eiuſdemque capitis thema, dicens in principio: Lege de homicidio lata tenetur & quicunque medicus temere dat medicamentum, vel ſalamandram, vel aconitum, vel bupreſtim, vel cantharidem. Et thema iij. aduerſus homicidas pœna eſt, in claros quidem exilium, & perfectæ bonorum publicatio: in humilioribus autem enſi & beſtijs ſubtici. Et hæc quidem ex veteri lege & antiquis canonibus. Emiſſæ ſunt autem de homicidio tam voluntario quam inuoluntario diuerſæ nouellæ ab Imp. domino Conſtantino Porphyrogenneta, & præſtantiſſimo Imp. noſtro domino Emanuele Comneno. quarum vires in canonibus magni Baſilij de homicidio conſpiciuntur. Interrogauerit autem quiſpiam, an ex eo quòd dederit quiſpiam, mulieri medicamentum ad abortionem, homicidij tenebitur, an opus ſit vt ſequatur etiam euentus vel cædes. Sol. Quod ſuperius poſitũ eſt caput iij. xxxviiij. tit. lx lib. Imp conſtituit, non eum ſolum qui dat venenũ puniri vt homicidã, ſed eum etiã qui tale quid habet. & ij. thema primi. cap. eiuſdem tit. & lib. dicit: Qui eo fuit animo vt vellet interficere, etiam ſi non interfecerit, ſed ſauciauerit, eſt homicida: & qui noluit interficere, etiam ſi interfecerit, non eſt homicida. Affectio autem, ex inſtrumento eius qui percuſſit, apparet, & probatur. Sed ſancti Baſilij canon etiam eum qui non ſponte interfecit, quomodocunque fuerit, punit vt homicidam, contra ac comprehenditur hac lege, & contra ac decernit vi. thema iij. cap. xxxviij. tit. lx. lib. quod ſic dicit: Lex de Homicidio dolum requirit, & non *magnam negligentiam. Quare ſi quis ſeipſo ex alto dejecto, vel fronde arborũ deorſum miſſa quempiam occiderit, præſenti lege non tenetur. Iam verò xxxj. Imp. domini Leonis ſapientis nouella, dat viro poteſtatem diuertendi ab vxore, quæ illius ſemen abortione prudens & ſciens eiicit.*

*μεγάλην ἀμέλειαν. lata culpa dicitur, quæ & ſi dolo æqui paratur non tamen in homicidio, in quo ſpectatur animus & conſilium.

Eos qui nomine matrimonij mulieres rapiunt, vel qui opera opéque ſua raptores adiuuant, ſtatuit ſancta ſynodus ſi ſint quidem clerici, proprio gradu excidere: ſi verò laici, anathemate percuti. can.xciij.

BALS. *Præſens canon idem eſt omnino cum xxvij canone Chalcedon. ſynodi. & quære quæ in eo ſcripta ſunt: & viij tit. præſentis operis. cap. xxx. & quæ in eum ſcripta ſunt. Similiter & lxvij. can. Apoſtolicum. Quid autem, ſi quis mulierem non rapuerit, nomine matrimonij, ſed fornicationis gratia, non puniretur vnà cum iis qui illum opera & ope ſua adiuuant? Sol. Maxime. Hoc eſt enim ſine controuerſia: id autem quod dubitationem afferebat, erat prætextus matrimonij. Dicebant enim nonnulli, cum nihil mali feciſſe, qui rapuit mulierem, vt ei legitimè coniungeretur, quæ fortaſſe etiam*

Indigna eſt eius genere, & ex eo fortaſſe inductus eſt, vt eam violenta manu abduceret. Quod quidem patribus non viſum eſt, vt quod & ad improbitatem incitet, & ciuitatum bonum ordinem euertat. Praeterea interrogauerit quiſpiam, ſi poſt raptum velit rapta cum raptore legitimè habitare an audietur? Sol. Nequaquam. *Dicit enim cxxiij. Iuſtiniani nouella, ſiue iij. caput l viij. tit. lx. lib. haec expreſſe: Rapta, ei qui illam rapuit ne nubat. Sed & ſi eius parentes tali matrimonio conſenſerint, in exilium mittuntur. Quarum autem, v. & vj. eiuſdem tituli & libri caput, dicit raptam mulierem raptoru bona lucrari, quae ei matrimonio legitimè coniungi noluerit ſi hoc enim voluerit, publicantur eius facultates, & raptoris, & eorum qui ad malum opem tulerint, ſiue ſint eius parentes, ſiue alieni. Lege etiam totum l viij. tit & ſcies quòd quicunque mulierem vllam rapuit, ſiue ſit eius ſponſa, ſiue ancilla, ſiue libertina, ſi cum armis quidem, de ipſo ſupplicium gladio ſumitur: qui eũ autem ope operáque ſua adiuuerant, verberati, & tonſi, naribus truncantur. ſinautem ſine armis, raptori quidem manus amputatur: qui autem ei opem tulerunt, verberati & tonſi in exilium mittuntur. Haec autem ita fiunt, etiam ſi ipſa mulier raptui conſenſerit. Lege & lv. nouellam Imp. Domini Leonis ſapientis.*

Can. xciiij. *ὁ ἀνὴρ τῆς γυναικὸς*

Vxor viri qui ſeceſsit, & non apparet, *antequam de eius morte certior facta ſit, alteri cohabitans, adulteratur. ſimiliter & militum vxores, quae non apparentibus mariti is, nupſerunt, in eãdem rationem incidunt, quemadmodum & quę propter mariti peregrinationem reditum non expectant. Sed res hic quidem aliquam veniam habeat, quòd ſit maior eius mortis ſuſpicio. Ea autem, quae illi qui ad tempus erat ab vxore relictus, nupſit per ignorantiam, deinde dimiſſa eſt, quòd prior ad ipſum redierit, eſt quidem fornicata, ſed per ignorantiam. A matrimonio ergo non arcebitur. rectius autem ſi ſic manſerit. Sinautem miles aliquanto pòſt tempore redierit, cuius vxor propter longam illius abſentiam alteri viro coniuncta eſt, is ſi velit, propriam vxorem recipiat, ipſi venia propter ignorantiam data, eique qui illam in ſecũdis nuptiis domum duxit.*

BALS. *Quaedam mulieres, cùm ſui mariti ab earum vita ſocietate ſe ſeiũxiſſent, vel propter militarem cauſam quampiam peregre profecti eſſent, nec vſquam apparerent, vt qui neque ipſas, neque vllos alios de ſe certiores feciſſent, cum de ipſorum morte incertae eſſent, aliis matrimonio coniunctae ſunt. Dicit ergo canon, eas, vt adulteras puniri, poſtquam illi redierint, quòd non expectauerint vt ſcirent de eorum morte aliquid certius. Non iuſtum enim habent praetextum, longam ſuorum maritorum peregre abſentiam, & de morte eorum incertitudinem. Quae autem per ignorantiam forte legitimè nupſit ei qui ad tempus à propria coniuge ſeiunctus eſt, deinde ab eo ſeceſſit, quòd eius vxor velit rurſus cum proprio marito cohabitare, adulterium quidem non commiſit, ſed fornicata eſt. Habet tamẽ iuſtam excuſationem, ignorantiã. Quare nec alteri nubere prohibebitur. Quare* xxxvi *ca. ſancti Baſilij, ſuadent tamen patres mulieri, ne alij coniungatur, ſed ſi fortiter & continenter gerat, & peccatum paenitentia expiet. Porrò & militi qui reuerſus eſt, permiſit, ſi velit vxorem ſuam alteri coniunctam reuocare, eámque venia dignam cenſeri, vt quae viri ſui reditum diſperauerit, quem admodum & illi ignoſcetur qui ipſam duxit in matrimonium. Cùm haec ita ſe habeant, rogauerit quiſpiam, cur canon quidem dicit ſupertes adulteras mulieres, tam eius qui diſceſſit, quàm militis, ſi alteri nupſerint, antequam plane de eius morte certiores facta fuerint. in fine autem decernit militis vxori ignoſci oportere, eique qui illi in ſecundis nuptiis copulatus eſt.* Sol. *Magna eſt differentia inter vxorem militis, & aliam. Illa enim, ſimul ac peregre profectus eſt miles, habet aliquam de eius morte ſuſpicionem, quemadmodum & praeſens canon, poſtquam dixit de milite, hoc expreſſe dicit, ſed res hic quidem aliquam habet veniam, hoc eſt, militis vxori ignoſcitur: quòd ſit maior de morte ſuſpicio. quod etiam* xxxj *&* xxxvj. *canon ſancti Baſilij ſtatuunt. Alia autem nihil poteſt eiuſmodi allegare. ſimul enim ac è domo ſua maritus exceſſit, incertam quoque eius eſſe abſentiam cognouit: & propterea ne veniam quidem meretur. Ad haec dixerit quiſpiam, quòd cum matrimonium, cum eo qui a propria vxore relictus eſt, & libera ſeu ſoluta muliere, non poſſit conſiſtere, quanam relicta eſt ratio de ea alteri viro non coniungenda, maximè cum ignouerit matrimonium viri qui relictus*

eſt

est? Sol. Cùm quidam dicerent, quòd etiam si non fuit adulterium à muliere commissum propter ignorantiam, admissa est tamen fornicatio, & cùm sit fornicata, debet ex canonibus de fornicatione puniri, & ideo nec alij quidē viro coniungi, vt quæ sit extra ambitus ecclesiasticos: patres hoc soluēntes, dixerunt, quòd fornicatio quidem commissa est sed quoniam mulier, non more fornicatorio, sed legitimè ei qui relictus erat coniuncta fuit, scortatorū pœna nō punietur: sed digna ecclesiastica communione censebitur, nec alij coniungi prohibebitur. Ne autem viderentur patres adhortari mulieres ad id quod est minus pium, dixerunt esse melius, vt quiescant. Etsi enim per ignorantiam peccarunt: sed quod ad eas quidem attinet, primum matrimonium reputatur illud quod non potest consistere. nec debent secundo nubere, nisi velint pœnu earum quæ secundo nubunt, subiici. Præterea interrogabit quispiam, Nunquid & qui militu vxorem per ignorantiam duxit, ei venia dabitur? Sol. Maxime. si enim prodest mulieri ignorantia, multo magis & viruin, qui eam duxit, indemnem, nullique præiudicio affectum conseruabit, vt qui ne scire quidem debeat. Quid verò, si miles suam vxorem recipere voluerit, an ea sient quæ canone comprehenduntur? inuitem recuset, nequaquam, sed ipsa cum alio vitam transigat? Sol. Post reditum militu, exin le secundū matrimonium dissoluitur & si velit quidem miles eam suscipere, et licet hoc facere. sin minus, nec cum secundo quide viro cohabitabit multo magis autem si cum eo viuere perseuerauerit, et venia non dabitur, sed vt adultera punietur. Illic enim esse dandam veniam dicūt patres, quæ à secundo matrimonio promptè recedunt, & ignorantiæ peccatum agnoscunt, non autem et resistunt & adulterium eligunt. Et hæc quidem canō. Lex autem ciuilis, iij scilicet caput. vij. tit xxvij. lib. quod quidem est nouella Iustiniani cxvij, dicit vxores eorum qui sunt in acie, & in militares ordines relati sunt, militum, & reliquorum, debere expectare maritorum reditum, quantumcunque tempus præterierit, & etiam si de eius morte literæ certiores facta fuerint, debere quoque alterum annum expectare, & et postea veniam dandam esse, si cum alio viro matrimonium contrahat. quod non debet seperari. Vicesima autem secunda Iustiniani nouella, siue v. Iustio vij. tit. xxviij. lib. statuit quinquennio debere expectare mulierem, vel maritum, quando quis ex ipsis bello captus fuerit, & an viuat incertum est: post quinquennium autem, alterum matrimonium contrahere. Lege ergo hanc nouellam, & xxxiij. Imp. domini Leonis sapientis Nouellam, statuentem non licere præxtu captiuitatis solui matrimonium, nec parti quæ libera conseruata est licere ad alterum matrimonium respicere. sed & si alij coniunctus fuerit, licet parti quæ ex captiuitate reuersa est proprium membrum reuocare. secundas autem nuptias distrahere. Cùm ergo canon hæc omnia decernat, quæ superius dicta sunt, & leges ea iubeant quæ proximè scripta sunt, interrogauerit quispiā vtrisnam mentem adhibere debemus. Dicimus quod & iis quæ sunt in canone & quæ sunt in lege, vnicuique eorum opportune & eas quidem ex canone adulteras esse dixerimus, de quibus canon, quæ alijs nupserunt, priusquam planè certiores facta fuerint de morte maritorum suorum qui non comparent. Hoc enim Nouellæ quoque iubent Militis autem vxorē quæ non vt Nouella continetur nupserit, venia non esse digna existimabimus. sicut & eā quæ, vt ea vult fecit non reprehendemus. Quòd autē liceat omnibus adulteratarum mulierum maritis eas recipere etiam post reditū, dic communiter, & non in sola militu vxore, vt dicta cxvij. Nouella continetur, quæ redacta est in cap. iij. xiij tit. præsentis operis. Quoniam autem canon quidē de captiuis nihil constituit, dicta autem Iustiniani Nouella statuit quinquennio expectare debere relictam partem liberam, & sic sine vllo præiudicio alterum matrimonium contrahere. cui quidem definitioni aduersatur xxxiij Nouella Imp. domini Leonis sapientis, quæ dicit indistinctè semper reuocare proprium membrum captiuum qui reuersus est: dic Iustiniani nouellam abrogatam esse à dicta nouella Imp. domini Leonis sapientis. Præterea ne tibi contrarium videatur thema xi cap. xxxvij. tit lx. lib. decens, si diu absentem virum falsò perisse mulier audiuit, & fama persuasa alij se matrimonio iunxerit eius dolo, non punitur. Dic hoc esse iure Digestorum & à dicta nouella esse sublatum.

Eos qui gentilium sacramenta iurant, canon pœnis subiicit: & nos iis quoque segregationem decernimus. Can. xcv.

BALS. Magnus Basilius in canone lxxxj pœnis subiecit non eos solum, qui sua sponte dæmoniaca sacrificia attigerunt, & gentilium sacramenta iuraruut, sed eos etiā qui non sponte ad ea detrusi sunt. Et ergo canoni consequenter, præsens quoque canon eos segregat. Sunt autem sacramēta gentilium quæ iurantur à gentilibus. Alij enim in deos falso appellatos, credentes, in eorum nomina iurabant. Alij credebant in elementa. & alij in quædam alia. Rogauerit autem quispiam, cum præsens canon canonis sancti Basilij meminit, qui eos punit, qui sponte vel innoluntariè ad dæmonas accesserunt, & gentilium sacramenta iurarunt: si quis ad dæmonas quidem non accesserit, neque pollutus fuerit, sed orthodoxā fidem colens, gentilium sacramenta contemptim iurauerit, punietur, an non? Sol. Punietur, sed non æquè ac ij qui ad dæmonas accesserunt sed paulò mitius, vt visum fuerit loci illius episcopo Nam & magnus Basilius ponit differentiam inter eos qui ad dæmonas accesserunt & iurarunt: & mitius punit eum qui propter magnam necessitatem illicita gustauerunt, & gentilium sacramenta iurarunt: segregationi tamen omnes indiscriminatim subiicientur, vt dominorum quoque præceptorum contem

flamentum blasphemabat: lunam & stellas vt deos adorare permittebat, animarum in corpora trãsmigrationem docebat: carnis resurrectionem negabat: herbas, & aquam, & arbores, animata esse asserebat. Valentiniani sunt qui Valente imperatore tempore inuẽti sunt. Bogomili seu Massaliani, & Euchitæ, & Enthusiastæ. Marcionistæ autem, qui à Marciano deducuntur. qui quidem Marcion tria dixit esse principia, primum quidem, deum qui supra est, inuisibilem: secundum, visibilem, & creatorem, & opificem, & tertium, diabolum. Baptizabat autẽ non solum semel, sed ter quoque, Mulieribus quoque baptizare permittens. Nestoriani autem dicuntur, qui, sicut & Nestorius, Deum verbum separant, & hominem qui ab eo assumptus est. de quo in proœmio tertiæ Synodi scriptum est. Similiter & de hæresi Eutychis, Dioscori & Severi, quæ par erat, tractauimus in proœmio iij. Synodi.

Qui Christũ per baptismu induerũt, eius in carne vitę agẽdę rationẽ imitari professi sunt. Eos ergo qui capillos ad videntiũ detrimentũ scitè excogitatis nexibus adornãt & cõponunt, & infirmis animis escã ea ratione obiiciunt, conueniẽti supplicio paternè curamus, ipsos instituentes, & tẽperanter viuere docẽtes, vt relicta fraude & vanitate, quę ex materia oritur, ab exitio carentẽ beatámq; vitã, mẽtẽ assiduè traducãt, & in timore purã & sanctã cõuersationẽ habeãt, & deo, quod eius fieri potest, appropinquẽt, per vitæ puritatẽ, & internũ magis quã externũ hominẽ, virtutibus & bonis inculpatisq; moribꝰ exorẽt. vt nullas in se ferãt reliquias peruersitatis vsq; adeò repugnãtis: si quis autẽ prẽter huc canonẽ versatus sit, excõmunicetur. *can. xcvij.*

BALS. *Ex magni Pauli epistola ad Galatas ducto principio, quæ quidem præcise dicit, Quicunq; in Christum baptizati estis, Christum induistis, statuerunt sancti patres eos pœna inflicta corrigere, qui scitè excogitatu composituq; nexibus capillos plenziores & elegantiores efficiunt, vt per ipsos, veluti per escam quãpiam, infirmorum animas attrahant. Debent enim, inquit, omnes fideles ad supernam beatamq; vitam respicere, & cũ dei timore cõuersari: vt, quo ad eius fieri potest, ad eũ appropinquẽt, & internum magis hominem, animum scilicet, omni virtute exornent, & non externũ. Si quis autem præter præsentem canonẽ deinceps vitã instituit, segregationi subiicietur. Dicit autẽ & magnus Paulus, Vir, si comam alit, est illi ignominia. Porrò & lex Mosaica dicit in Deuteronomio, Non facietis cincinnos in capite vestro. Nota ergo hæc, propter eos qui capillos nectunt, & implicãt, vel tingũt, vel cũ aqua madefaciunt, vel aliquo alio modo capillos suos plenziores elegantioresque faciũt, vel in alienos connectunt: similiter & propter eos qui instar mulierum partes quæ sunt circa suum caput, ornant fuciſque depingunt.* *κομᾶν*

Eos qui vel cum vxore cohabitant, vel alioqui indiscriminatim sacra loca communia faciunt, & contemptim in ea afficiũtur, & sic in eis permanent, etiam ex iis quæ sunt inuenerabilibus templis catechumenorum mansionibus extrudi iubemus: si quis autem hæc non seruauerit, si sit quidem clericus, deponatur: si verò laicus, segregetur. *can. xcix.*

BALS. *Sacra loca dicuntur, quæ sunt deo dedicata, ædes scilicet diuinæ, & diuinarum ædium porticus seu vestibula, & catechumenorũ mãsiones, & quæ circa ea sunt. Neque enim sacra loca dixeris omnia quæ sunt ecclesiæ attributa, domos scilicet, & reliqua habitacula. Quidã ergo tẽpla tenẽtes, nulla penitus distinctione habita, cũ suis mulieribus habitabãt in catechumenorũ mãsionibus, & habitaculis, inter sanctũ & prophanum nullũ penitus discrimen facientes, sed indistinctè hu omnibus vtentes. Quamobrem sancti quoque patres statuerunt, eos qui sacra loca per contemptum communia faciunt, non solum ab ecclesiis expelli, & si ius in eis habeant, sed ab ipsis etiam catechumenorum mansionibus & habitationibus. Propterea enim nec lege quidem cauerunt, vt ex templo eiicerentur, quòd id esset extra omnem controuersiam. Quoniam autem, qui habent ecclesias, Catechumenorum quoque mansiones & habitacula detinent, dixerunt sancti patres, quòd non solum ab ecclesiis, sed etiam à Catechumenorum mansionibus & habitaculis expellentur. Pulchre autem admodum sancti patres ecclesiarum mentionem non fecerunt, sed sacrorum locorum. Mulieres enim ecclesiis habitare est maxime impiũ: & nec patribus quidem venit in mentẽ, fore vt ab vllo tam im-*

piũ scelus suscipiatur. Fiũt autẽ sacra loca cõmunia, quòd cũ mulierib⁹ in iis maneatur: per turpiũ et minimè decentiũ cantuũ cõmutationẽ: & per cellularũ vel coquinarũ & aliorũ cuiusmodi exiuctionẽ. Ac canonu quidẽ trãsgressores, si sint quidẽ clerici, deponẽdos decernũt: laicos verò excõmunicandos. Lege & xij. cap. primi tit. v. lib. quod situ est in interpretatione lxxxviij. canonu. Nec tibi cõtrariũ esse videatur id quod docet terminos ecclesia esse lauacra, & hortos, & porticus eius. & propterea nõ posse quempiã ex iis eos abstrahere qui illuc cõfugerũt. In eo enim solo videtur esse patres ecclesiæ. Ipsum enim caput in iis & dormire & comesse quoq; posse decernit. quæ quidẽ in templo fieri prohibẽtur. Ac vicesimũ quidẽ primũ eiusdẽ libri & tituli cap. & ab ecclesia, & ab eius finibus, extrahẽdos esse decernit homicidas, adulteros, & raptores. Eiusmodi enim hominibus nullus est asyli locus, quoniã, inquit, nõ iis qui iniuria afficiũtur, sed iis qui iniuria afficiunt, leges auxilium ferunt. Lege & lxxxij. Imp. Domini Leonu philosophi nouellam, quæ eos etiam similiter punit qui in catechumenorum mansionibus habitari permittunt.

ca. xcix. Qui alteri despõsam mulierẽ, eo adhuc viuo cui despõsa est, in nuptiarum ducit societatem, adulterij crimini subiiciatur.

BALS. Legislatores sponsalia definiũt, memoriã & promissionẽ futurarũ nuptiarũ. Dicebãt ergo nõnulli, quòd si quis alteri desponsam in matrimoniũ duxerit, nõ est adulter, sed neq; fornicator. Neq; enim fornicationẽ admisit, quod cũ ea legitimo matrimonio iunctus est. Neq; verò adulteriũ perpetrauit, quoniã nõ est adhuc sub marito. Hoc ergo nõ admisso, sancti patres decreuerũt vt tanquã adulter condẽnetur, qui ad nuptiarũ societatẽ eã accepit, quæ est alteri despõsa, vt pote quòd inter sponsos ecclũ processit, & arræ datæ sunt pro cõtrahẽdi partiũ securitate. Nec sponsus aliã vxorẽ potest aliter ducere, nisi legitimè prima sponsalia soluerit. Et hæc quidẽ ex præsenti canone. Multo antè magis vt adulter condẽnabitur, quado ex illustris. Imp. Domini Alexij Comneni venerãda nouella de sponsalibus, sponsalia ferè in omnibus perfectis nuptiis æquiualent: nec aliis modis soluuntur quam quibus iam perfectum matrimonium. Ne miretis autem patres nihil de muliere statuisse si iu enim punitur qui eam ducit, qui forte vti potest prætextu ignorãtiæ, multò magis punietur mulier quæ nihil tale potest dicere, dũ viuit eius sponsus. Ille quidẽ certe punietur vt adulter, qui cũ alteri despõsam esse sciret, eam vxorẽ duxerit. Mulier autem, quomodocunq; se res habeat, vt adultera punietur. Quid verò? Qui in matrimonij societatem alienã sponsam ducit, vt adulter punitur: qui verò cũ ea fornicatus est, non vt adulter punitur? Sol. Siue in matrimonio, siue fornicatorie quis cũ ea quæ alterius est: sponsa sciens rẽ habuerit, vt adulter punitur. Adiicitur autẽ canoni ad matrimonij societatem aliquẽ alterius sponsam vxorem ducere, propter causam prius declaratã in principio interpretationis. Et hæc quidem de muliere alteri despõsa dicta sunt. Si enim nõ processerũt sponsalia, ed cõuentio pactæ stipulatione munita est, cuiusmodi sunt quæ hodie fiũt in matrimonij vincula, nõ punietur quis idcirco ea quæ sunt pacta cõuenta trãsgrediens. & cũ alia persona matrimoniũ cõtrahens. Scias autem quòd a lege Mosaica sponsali pro nuptiis reputabãtur, & sponsa vxor nominabatur. & vir qui eam ducebat, vt adulter puniebatur. Dicit enim lex antiqua, Et humiliauit vxorem proximi, eius sciliceꝫ sponsam *denirginauit Por rò sancta quoq; virgo, & dei mater, itidẽ Ioseph vxor appellata est. dicit enim sacrũ dei euangeliũ, Ne timeas accipere Mariã vxorem tuã. Lege & xciij Nouellã Imp. domini Leonis sapientis, quæ solui sponsalia statuit, si post ea mulier prægnãs inuenta fuerit ex præcedente alieni seminis susceptione. Sancti quidem patres per præsentem canonem cum adulterij crimini subiiciũt, qui sponsam alterius ducit in matrimoniũ. Quidam autem vtiq; diuites, hãc oblationem agre ferentes, se breui quodam cõpendio liberant. Dicũt enim esse naturalem & ex fornicatrice genitum qui ex sponsa genitus est, si ea ante nuptias decesserit. Dicimus ergo quòd etiam ante inclyti imp. domini Alexij Comneni nouellã, qua sponsalia fere in omnibus nuptiis exæquauit, sponsis inter se inuicem matrimonialia iura data sunt. Nam & sponsa ante nuptias solutis sponsalibus mouebat actionem de dote pro rebus dotalibus sponso datis. vt vulty. responsum x. cap. viij. lib. quod sic dicit. Mulier quæ dat dotem, si non nupserit, habet dotis priuilegium. & lxxiij. cap. primi tit. xx viij. lib. hæc tractans: Sponsa quæ præbet dotem, & non nupsit, & est minor xij. annis, habet priuilegium ex actionu ad imitationẽ dotis. Priuilegium autem in personalibus actionibus locum habet. Iam verò sponsus, & ex hoc præsenti canone, & ex ij. cap. lviij tit. lx. lib. & ij. ethema xij cap xxxvij tit. lx. lib. iure mariti adulterij actionem intentabat aduersus sponsam quæ cum altero concrat ante nuptias, & aduersus eum qui illam adulterauerat. Si ergo ante nouellam hæc inter se inuicem habebant sponsi, multo magis post nouellam, quæ statuit sponsalia in omnibus nuptiis æquiualere: diuinisque & sacris precibus peractis, sponsus suæ vxoris coniux appellabitur. Quamobrem & qui ex ipsa natus fuerit, virisque erit filius legitimus, & hæres, & in potestate patris, eo quòd nulla ratione fuerit impedimentum matrimonium.

*Dempsi-bus, denirginauit quo vocabulo vtitur iurisconsl.

can. c Porrò hoc quoq; in Armeniorum regione fieri didicimus, quòd quidã intus in sacris altaribus carniũ membra coquẽtes frusta offerunt, sacerdotibus Iudaice distribuentes. Quocirca ecclesiam

cleſiam immaculatam ſeruantes, ſtatuimus nulli licere ſacerdoti ſeparata carniũ membra ab offerentibus accipere, ſed iis ſint contenti quæ offerenti viſa fuerint, eiuſmodi oblatione facta extra eccleſiam: ſi quis autem non hoc fecerit, ſegregetur.

BALS. *Seu quòd cùm Moſes iuſſiſſet Iſraëlitis ſuæ ex Aegypto egreſſionis tẽpore agnum interficere, & eo ſanguine domorũ liminaria & poſtes inungere, vt quod ex primogenitorũ exterminatore impẽdebat, periculũ effugerẽt. Hebræus enim viſum eſt, per agni & aliorũ quorũdã animaliũ ſacrificiũ, deũ quibuſdã diebus placare. Ipſum autẽ ſacrificiũ in alio quidẽ loco fiebat: in alio autẽ coquebãtur carnes & diuidebãtur. Aliquas ergo partes animalis quod ſacrificabatur, ſacerdotibus propter aliquas rationes afferebãt, de quibus nõ eſt dicendi tẽpus. Quoniã autẽ didicere ſancti patres, quòd in Armeniorũ regione per animalia quidẽ nõ fiunt ſacrificia, ſed carniũ partes intra aliare coquũtur, & ex iis fruſta quædã, ſcilicet mẽbra ſeparata, pedes forte, vel etiã capita, vel aliquid eiuſmodi, ſacerdotibus offerũt, ſtatuerũt, nec in altari carniũ mẽbra coquere, nec extra ipſum tales ſeparatas partes ſacerdotibus offerre ex antiqua conſuetudine oportere: ſed eã oblationẽ ceſſare, & ſacerdotes à laicis oblationẽ ſuſcipere debere in quibuſcunq; rebus & generibus voluerint. Vt eſt autẽ veriſimile, propter cõſuetudinẽ quæ in Armenis obtinuit, cõceſſerũt ſancti patres Armenis vt laici ſacerdotibus offerrẽt quæ vellẽt. Apud nos enim nemo cogitur hoc facere. Dixerit autẽ quiſpiã, quomodo cũ canõ tractet de duobus quæ in Armeniorũ regione fiebãt, de coquẽdis ſcilicet carniũ mẽbris in altari, & de fruſtis ſacerdotib⁹ in altari offerẽdis, ſolã carniũ in eccleſia oblationẽ patres prohibuerũt? Sol. In altaribus carniũ mẽbra coquere apud Chriſtianos eſt omnino prohibitũ, ex quo per animalia ceſſauit ſacrificiũ: & propterea de eo patribus dicere non placuit. Vnde & de ſolis fruſtis quæ ſacerdotibus offeruntur, lex conſtituit, nempe cùm de eo ſolum quæſtio ac dubitatio eſſet.*

Oculi tui recta aſpiciãt, et omni cuſtodia ſerua cor tuũ, iubet Sapiẽtia. corporis enĩ ſenſus ſua facile in animã effundũt. picturas ergo quę oculos pręſtringũt, & mentẽ corrũpunt, & ad turpiũ voluptatũ mouẽt incendia, nullo modo deinceps imprimi iubemus: ſi quis autem hoc facere aggreſſus fuerit, deponatur. *Can. ci. Cauſinus*

BALS. *Primus ſenſuũ eſt viſus, & per eum debemus ad omne quod bonũ eſt deduci: nõ autẽ per ipſum, quemadmodũ & noſter primus pater, dei præcepta prodere. Vidit enim, inquit & ille arborẽ, quòd pulchra eſſet, & deceptus eſt, & comedit, & ſub mortis poteſtatẽ redactus eſt. Quoniã ergo non nulli inſano amore capti, & vitã incõſideratè ac temere agẽtes, in tabulis, vel etiã in parietibus, vel in aliquibus aliis rebus, cupidines quoſdã, vel etiã alia quidẽ exercẽdas depingebãt, vt carnales ſuas cupiditates per eorũ aſpectũ peragerẽt, ſtatuerũt ſancti patres, ſcripturæ quoq; teſtimonio vtentes, ea omnino ceſſare oportere, vt pote quæ ſenſũ præſtringũt ſeu fallũt, & in animã infundũt ſeu immittũt omne malũ, turpiũq; & inhoneſtorũ inceptorũ cauſæ ſunt, & dei imaginẽ corrũpũt. eos autẽ qui tale quid quouis modo auſuri ſunt, eſſe ſegregationi obnoxios. Nota hæc: in ædibus enim quorundam diuitum non ſolum eiuſmodi picturæ, eaque aureæ, cum omni turpitudine effinguntur, ſed etiam per gypſeas ſtructuras, hominum repræſentatrices imagines deſcribuntur.*

Corpus Chriſti, & tẽplũ, hominẽ ad dei imaginẽ creatũ diuinus magna voce appellat apoſtolus. Omnẽ ergo ſenſilẽ creaturã ſuperãs, is qui ſalutari paſſione cæleſtẽ dignitatẽ eſt aſſecutus, Chriſtũ bibẽs vel comedẽs, ętern ę vitę adaptatur, animã & corpus diuinę gratię participatione ſanctificãs. quare ſi quis imaculati corporis in ſynaxis tẽpore eſſe particeps voluerit, etiã antequã eius fiat cõmunio, manus in crucis formã figurãs, ſic accedat, & gratię cõmunionẽ accipiat. Eos enĩ, qui ex auro, vel ex alia materia, quędã loco manus receptacula efficiũt ad diuini muneris ſuſceptionẽ, & per ipſa, immaculatã cõmunionẽ recipiũt, minimè admittimus, vt qui inanimatã ſubiectãq; materiam dei imagini præferant: ſi quis autem deprehenſus fuerit *Can. cij.*

immaculatam communionem iis impertiens qui eiuſmodi receptacula afferunt,& ipſe ſegregetur,& is qui affert.

BALS. *In temporibus diuites quidam, pauperes, vt eſt veriſimile, irridentes, ex auro, vel argento, vel aliqua alia ſpecie vaſa ſeu receptacula conſtruentes, prætextu religionis & metus dei, in veluti manibus vtebãtur, & ſacroſanctum domini & dei & ſeruatoris noſtri corpus in eis recipiebãt. Et ab initio quidem hoc fortaſſe à quibuſdam propter pietatem excogitatum eſt, fortaſſe exiſtimantibus manum non eſſe dignam dominicum corpus ſuſcipere, quæ turpia quædam & indigna tangit. Procedente autem tempore, ad animæ perniciem conuerſa eſt pietas, vtpote iis qui illa faciunt, pauperioribus præferri quærentibus, & ſe alioqui arroganter & inſolenter iactantibus. Quoniam ergo hoc ſanctis patribus multorum ſcandalorum & offendiculorum cauſa viſum eſt, & in noſtrum quoque corpus quod ad dei imaginem factum eſt contumelioſum, dixerunt quòd cùm magnus Apoſtolus Paulus corpus Chriſti & dei imaginẽ, & quanuis creatura precioſiorem, hominẽ vocet, vt qui diuinorũ ſacramentorũ participatione dignus habeatur, & ex eo & anima & corpore ſanctificetur, non debẽt vlli ei præferre eas quæ ex auro & quibuſdã materialibus fiunt, inanimatas & ſubiectas ſpecies. Vel alioqui ij quidem qui præter hæc faciunt, ſegregantur, & vt ſcilicet qui eiuſmodi in materialibus ad corporis Chriſti ſuſceptionem vtuntur, & qui eis hoc præbent. Ne mireris autem, nec cauſam roga ueris, propter quam in quibuſdam eccleſiis datur laicis ſanctum Chriſti corpus, nec eis in manu traditur, vt hoc canone continetur. recta enim fides, & dei timor, & ab omni ſuſpitione aliena pietas, hoc tradidit, non laicorum indignitas. Exiſtimo autem hoc canone eos coargui, qui auctoritatis ſeu dignitates, generiſque nobilitatem allegant ſanctæ communionis tempore, & præponi quærunt.*

Can. ciij. Oportet autem eos qui ſoluendi & ligandi poteſtatem à deo accepere, peccati qualitatem conſiderare,& eius qui peccauit ad eam conuerſationem promptum ſtudium,& ſic morbo cõuenientem afferre medicinam: ne ſi in vtroque immoderatione vtatur, ab eius qui laborat ſalute excidat. Nõ enim ſimplex eſt morbus peccati, ſed varius & multiformis, & multas incõmodi propagines germinans: ex quibus malũ multum diffunditur,& vlterius progreditur, donec viribus medentis reſiſtat. Quare, qui medicinæ ſcientiam in ſpiritu profitetur, oportet eum primum eius qui peccauit affectionem conſiderare,& ſiue vergit ad ſanitatem, ſiue contrà, propriis moribus prouocare, vt per ſe morbum aſpiciat,& quomodo eius quæ intercedit vitæ rationis conuerſioniſque curam gerat· & ſi artifici non reluctatur,& vlcus animæ auget per impoſitorũ medicamẽtorũ adiectionẽ, ſic quoq; miſericordiã, prout dignus eſt, impertiri. omnẽ enim rationem init deus, iſq; cui paſtoralis traditus eſt principatus, vt errantem ouẽ reducat,& ei quod eſt à ſerpente vulneratum medeatur,& neque per deſperationis præcipitia impellat, nec ad vitæ diſſolutionẽ & contẽptũ fræna relaxet: ſed vna quidem omnino ratione, ſiue per acriora & aſtringẽtia, ſiue per molliora & leniora medicamẽta affectioni reſiſtat, & ne vlcus cicatricem obducat obnitatur, fructus pœnitentiæ examinãs,& ſapienter diſpenſans & gubernans hominem qui ad ſuperiorẽ illuminationem vocatur. Nos enim vtraque ſcire oportet,& quæ ſunt ſummi iuris,& quæ ſunt conſuetudinis: in iis autem qui extrema nõ admittunt, ſequi locum traditum, quemadmodum ſanctus nos docet Baſilius.

BALS. *In aliis quoque canonibus ſtatutum eſt, vt qui eſt loci epiſcopus, qui à ſancto ſpiritu gratia accepit poteſtatem ligandi, & ſoluendi, non ea omnino obſeruet quæ de panis à canonibus ſtatuta ſunt: ſed eas modificetur, habita ratione perſonarum quibus inſtigantur, earúmque affectionum, & vitæ ſtudiorum, & etiam qualitatis peccati, & ſic vnicuique morbo afferat conuenientem medicinam. nunc verò præſens canon hoc ipſum quoque ſtatuit, vniuerſam per pœnas agroti curádi rationem medici prudentiæ ac iudicio relinquens, epiſcopi ſcilicet illius loci, & eius cui hoc committetur. Et eſt quidem hic ſcopus canonis manifeſtiſſimus & comprehenſu facillimus. Propterea enim nec plura à nobis in eius interpretationem ſcripta ſunt. In fine autem ſtatuit nos ea quæ ſunt ſummi iuris ſcire oportere, & quæ ſunt conſuetudinis. Græcè eſt, ἃ δ' ἐπὶ τῆς συνηθείας. Inuenitur autẽ etiã ſcripſũ δ' τῆς συμπαθείας, conſequenter ſcripto apoſtolici canonis quod ita habet: Si quis autẽ id quod à nobis dicitur, nõ audit, hoc per epiſtolã ei ſignificetur, & ne cũ illo cõſuetudinẽ habete, ne non cõuertatur: neque vt inimicum exiſtimate, ſed admonete vt fratrem. Ea autem ſunt miſericordiæ & commiſerationis, συμπαθείας ſcilicet, & morũ tempore comprobati & confirmati. Hũ ergo ſimul colligẽs, dicit quod oportet nos ſcire & quæ ſint pœnæ canonicæ ſummo iure, & quæ ſunt paulo mitiores conſuetudinis: & aliquando quidem morbos canonicè curare, quando qui laborant, pœnas ſatis prompte & non granatè acceperint: aliquando verò per conſuetas, & mitiores medicinas, quando ij quibus medicina adhibetur, ad pœnas ſuſcipiẽdas paulo duriores fuerint. Ad conſueta enim nemo reſtituerit. Hũ conſimiliter iubet magnus quoque Baſilius in tertio ſuo canone.*

SEPTIMÆ SYNODI
CANONES.

Sancta & œcumenica ſeptima ſynod' fuit anno 6696. indictione xi. ſub Imp. Conſtantino & Irene matre eius. Erat autem hic Conſtantinus filius Leonis filij Copronymi, cccl xvij ſanctis patribus Niceæ ſecũdo coactis, aduerſus eos qui imaginum hoſtes ſeu Chriſtianorum erant accuſatores. Quæ quidem imaginum expreſſiones adorare & amplecti relatiuè decreuit. Κτιστὸς

CANONES SANCTÆ ET vniuerſalis vij. ſynodi.

Iis qui ſacerdotalem dignitatem ſortiti ſunt, teſtimonia, & ad rectè ſe gerendum inſtituta, ſunt canonicarum conſtitutionum deſcriptiones. Quas cum diuiniloquo Dauid lubenter recipientes, ad dominum cantamus dicentes, In via mandatorum tuorum lætatus ſum tanquam in omnibus diuitiis: & mandaſti iuſtitiam, teſtimonia tua in ſeculum: erudi me & viuam. Et in ſeculum nos iubet vox prophetica teſtimonia dei ſeruare, & in eis viuere, & quæ ſcilicet nequaquam concutienda nullâque ratione labefactanda permaneant. Nam & venerandus Moſes ſic ait, Eis non licet addere, nec eis licet detrahere. Et diuinus apoſtolus Petrus in iis gloriãs, exclamat, Ad quæ angeli declinare deſiderant. Atque etiam dicit Paulus, Etiam ſi vel Angelus de cælo annũciet vobis aliud Euangelium quàm vobis annunciauimus, ſit anathema. Cùm hæc ergo ita ſe habeant, & ſint nobis teſtata, iis exultantes, vt ſi quis multa ſpolia inuenerit, diuinos canones lubenter amplectimur, eorúmque conſtitutionem integram & illabefa- Can.

ctabilem confirmamus, quæ edita fuerunt à ſanctis ſpiritus tubis, omni ex parte benedictis apoſtolis, & ſex ſanctis vniuerſalibus ſynodis, iisque quæ ad eiuſmodi decretorum traditionem localiter coactæ fuerunt, & noſtris ſanctis patribus. Ex vno enim omnes eodémque ſpiritu illuminati, quæ erant vtilia decreuerunt: & quos anathemati quidem tranſmittunt, nos quoque anathematizamus: quos verò depoſitioni, nos quoque deponimus: quos autem ſegregationi, nos itidem ſegregamus: quos autem pœnæ tradunt, nos quoque ſimiliter ſubiicimus. Ab auaritia enim alieni mores ſunt, præſentibus contenti, is qui tertium cælum cõſcendit, & arcana verba audiuit, Paulus diuinus apoſtolus apertè vociferatur.

ἀφιλάργυροι

BALS. *Teſtimonia dicuntur diuinarum ſcripturarum præcepta, vt quæ teſtificentur & deſcribant, quomodo fideles vitam inſtituere oporteat. Huius ergo ſanctæ ſynodi dicunt patres ſanctu apoſtolu prius editos canones, & à ſanctis vniuerſalibus localibúſque ſynodis amplectentes, eos anathematizamus qui ab eis anathematizati fuere, deponimus qui fuere depoſiti, eóſque pœnis multamus quibus fuerunt pœnæ ſtatutæ. Ab auaritia enim alieni mores, id eſt, nihil ita propter gloriæ cupiditatẽ adiicimus, vt qui ſimus inexplebiles & auari, ſed ita quæ ab illu conſtituta ſunt cõtenti ſumus. Atque hic eſt quidem ſcopus huius canonis. Quæ autem in eo continentur ad contextum pertinentia, ea, cùm ſint dilucida, non egent interpretatione. Scito autem, quòd hic quidem canon, apoſtolicorum tantum & ſynodalium canonũ meminit: ſecũdus autẽ canõ ſynodi in Trullo, aliorũ quoque ſanctorũ decreta & ſacros canones, obſeruari iubet. Ne miretu ergo quomodo nihil de ita quoque ſcriptum ſit. Contenti enim fuere patres iis quæ tunc admodum pulchrè de illu ſtatuta ſunt. Ne tibi aduerſari putetur cxxxi. Iuſtiniani Nouella, quæ in commentario ij. cap. primi tit. præſentis operis ſita eſt, & vniuerſalium tantum ſynodorum & localium meminit. Per quæ enim ſecundum canonem ſynodi in Trullo confirmauit, per eadem aliorum quoque ſanctorum patrum decreta quæ eo comprehenduntur ſtabilimit.*

Can. 3. Quoniam pſallentes deo coordinamur, In iuſtificationibus tuis meditabor, non obliuiſcar eloquiorum tuorum, omnes quidem Chriſtianos hoc ſalutare ſeruare oportet, eos autem præcipuè qui ſacerdotalem dignitatem obtinent. Quamobrem decernimus quemlibet quidem qui ad epiſcopalem gradum eſt prouehendus, Pſalterium omnino noſſe, vt ex eo omnem quoque ſuum clericum ita initiari moneat: à metropolitano autem bene examinari, an ad ſacros canones, diligenter ac cum perſcrutatione, non autem obiter curſimque legendos, prõpto paratóque ſit animo, & ſacrum etiam euangelium & libri diuini apoſtoli, omnemque diuinam ſcripturam, & in diuinis præceptis verſari, & populum docere. Noſtræ enim hierarchiæ ſubſtantiæ ſunt eloquia diuinitus tradita, diuinarum ſcilicet ſcripturarum vera ſcientia, ſicut & magnus ait Dionyſius: ſi quis autem dubius animi fuerit, & nõ lubenter hæc facere & docere voluerit, non ordinetur. Propheticè enim dicit deus, Tu repuliſti ſciẽtiam, & ego te repellam, ne ſis mihi ſacerdos.

BALS.

BALS. Cùm scirent patres, quòd propter imaginum aduersariorum hæresin complures fideles feri agrestésque euaserunt, vt qui fugerent, & ne in hominum quidem conspectum venire auderent, dixerunt quòd omnes quidem Christiani coguntur cum ponderatione & perseuerantione diuinam scripturam legere, multo autem magis antistites, qui ad sibi subiectum populum docendum ordinati sunt. Vnde etiam definierunt non alias ordinari quempiam, quam si norit Psalterium, & ab eo qui est ipsum ordinaturus examinatus, quodnam sit eius in sanctam scripturam desiderium, asserat se sacrorum & diuinorum canonum ac reliquorum lectionu magno studio teneri, scilicet cum diligenti inuestigatione, & non obiter: versari autem etiam in diuinis præceptis, & docere populum: & esse, vt semel dicam, promptum ad docendum & respondendum quæ sunt consentanea de eloquiis à deo traditis, quæ quidem sunt substantia seu constitutio sacerdotij. Dixerit autem quispiam, quomodo sancti patres non dixerunt eos debere ordinari qui sacrum canonem norunt, sanctum euangelium, & reliqua, sed eos qui Psalterium tantum norunt, & profitentur se reliquorum quoque discendorum curam gerere? SOL. Scire quidem Psalterium, vt requisitum, à sanctis patribus postulatum est eos qui debent ordinari, citra vllam condemnationem: reliquarum autem doctrinarum comprehensio non est postulata, eo quòd nondum ab eu iure exigi potest, vt qui docendi auctoritatē munus non sunt assecuti, in eiusmodi lectionibus versentur, & maximè eo tempore quā hoc Christiani exilio pœna damnabantur. Qui igitur, qui ab alio quibus victus paratur artificio ad ordinationem accersitur, & cui propterea, & propter orthodoxorum angustias venia datur, non ordinetur, vt qui non habeat exactam diuinæ scripturæ comprehensionem? & ideo, inquiunt, si est ad eam paratus, & se ad ea diligenter legenda operam positurum profitetur, ordinabitur, quia postquam ab aliarum rerum molestia est liberatus, & docendi auctoritatem suscepit, professionem suam decore non afficiet, sed in eo solo versabitur, & diuinæ scripturæ scientiam facile assequetur.

Omnem electionem, quæ fit à magistratibus, episcopi, vel presbyteri, vel diaconi, irritam manere, ex canone dicente: Si quis episcopus secularibus magistratibus vius, per eos ecclesiam obtinuerit, deponatur & segregetur: & omnes qui cum eo communicant. Oportet enim eum qui est promouendus ad episcopatum, ab episcopis eligi, quemadmodum à sanctis patribus Niceæ decretum est in canone qui dicit: Episcopum oportet maximè quidem ad omnibus qui sunt in prouincia constituti: si autem hoc difficile fuerit, vel propter vrgentem necessitatem, vel propter viæ longitudinem, tres omnino eodem conuenientes, iis quoque qui absunt, simul suffragium ferentibus & assentientibus per literas, tunc facere electionem. Eorum autem quæ à se fiunt confirmationem dare vnicuique metropolitano. Can. iij.

BALS. Tempore præsentis synodi, eligebantur quidam, vt est consentaneum, à potestate quorundam magistratus gerentium, vel dominantium, cōtra ac canone apostolico traditum est. Hoc ergo patres non substinentes, statuerunt dictam electionem esse irritam consequenter dicto apostolico canoni, qui decernit, eos qui sic electi fuerint, deponēdos, & segregandos, cósque excommunicandos qui cum illis communicauerint, oportere autem electionem fieri, prout vult canon xiij. sanctorum patrum cōcilij Nicen. & xxx. canon sanctorum apostolorum & eorum interpretationes. Atqui cùm decernant canones non fieri electiones presbyterorum & diaconorum ordinationes, sed solorum episcoporum, quomodo dicit canon irritas esse electiones episcoporum, presbyterorum, & diaconorum quæ fiunt à magistratibus? SOL. Dicebant quidem tres electiones in vna persona accipi, & eam, quæ sic fit, electionem, ea de causa vt fiat aliquis diaconus, presbyter, & sic episcopus, nullius esse momenti. Alij dicebant quòd antiquitus electiones fiebant a populo, & eligebantur nō solum episcopi, sed etiam presbyteri, & diaconi. & propterea dixit canon, Quæ magistratus auctoritate fiunt, electiones episcoporum, vel presbyterorum, vel diaconorum, non valere. Alij autem dixerunt, quòd in episcopo quidem electio propriè dicta est: in presbytero autem & diacono abusiuè: pro ordinatione enim accepta est, quod mihi quoque placet. cum inueniam alios etiam canones, qui electionem pro ordinatione accipiant. Cùm autem non possint omnino Magistratus episcopum eligere, quomodo decernit canon, vt quæ ab eis fiunt electiones sint irritæ? SOL. Non decernit de electionibus, quæ fiunt à

iniuſtè aliquem ſancta communione priuare auſus eſt, omnibus modo à ſacerdote cui eſt ſubiectus, tanto tempore quantum u ſatis eſſe viderit, communione mouebitur, vt quod iniuſtè fecit iuſtè patiatur. Nota præſentem canonem, qui punit pœna talionis epiſcopos, qui turpis quæſtus gratia, vel propter priuatas affectiones, ex ſuis aliquos ſegregant, vel templa claudunt, ſeu deum in his laudari non ſinunt. Quare qui ſic ſegregauit, ſegregabitur. Qui autem templum clauſit, non ſolum ſegregabitur, ſed etiam magis punietur. Ne dixeris autem per argumentum a contrario ſumptum, non puniri epiſcopum, qui non propter turpe lucrum, vel priuatam affectionem, ſed iure ſegregat, vel templa claudit: ſed argumentum à contrario accipe ad ſolas ſegregationes. Qui enim claudit templum epiſcopus, ex quacunque ſiue iuſta ſiue iniuſta cauſa, punietur, vt mihi quidem videtur, ſicut ſuperius dictum eſt. Præſens quidem canon clericos liberat ab omni exactione, turpis lucri gratia, quæ fit ab antiſtite. Secũdum autem, tertium, quartum, & quintum caput iij tit. iij. lib. imperial, neque mutationum dationibus, neque perſonalibus muneribus, nec vllis omnino publicis oneribus clericos aſtrictos eſſe decernunt, ſed ſola publica ſacra peragere. Iam verò imp. dominus Emanuel, per bullam aureã menſe Februario in dictione vij. emiſſam, conceſſit omnibus ſacerdotibus, qui vbique Romanæ locorum aſſident, & publica ſacra peragunt, non ſolum ab omni onere publico excuſationem habere, ſed etiã immunitatem* ingationum. Poſt aliquod autem tempus eis quoque largitus eſt* etiam ſi non ſint ex ingatione quæ ab eis dantur tributa. Hanc autem à perſonalibus muneribus excuſationem dedit omnibus, qui in perſonalibus eccleſiaſticis, & monaſterialibus, aſſident ſacerdotibus: ſed publicorum quidem ſacerdotum quãtitatem deſcriptione facta in anguſtum redegit, propter ſuſceptionem eis conceſſorum vectigalium, vt ea deinceps non augeatur: reliquos autem perſonales ſacerdotes non eſſe deſcribendos ei viſum eſt, quoniam nulla eorum eſſe deberet penitus ſuſceptio. Cũ autem aliquanto poſt tempore, ſacerdotes quidam publici, qui quantitatem factarũ vt dictum eſt, deſcriptionum excedebant, ad nautica ſoluenda & reliqua onera publica traherentur, commonitus eſt Imperator ſanctus à ſanctiſſimo patriarcha domino Luca, & quæſitum eſt iuſſu imp. an hi quoque publici ſacerdotes à dicta aurea bulla inuentur, vt à publicis oneribus excuſentur, ſynodalis fuit definitio tales quoque debere ſacerdotes ab oneribus excuſari. Dixit enim ſancta ſynodus, quod & ex proœmio, & ex eo etiam quòd omnes excuſantur perſonales ſacerdotes, & non ij qui deſcribuntur, euidenter oſtenditur, imp. beneficiũ ad omnes extendi ſacerdotes. Iniuſtum autem eſſe dicunt, & ab imp. beneficentia alienum, vt qui publico quidem nihil conferũt, propter ſacerdotij honorem excuſentur: illos autem, qui publico deſeruiunt, opprimantur, & ex ſacerdotio non habeant ſolatium, ſed perinde ac ſi eſſent profani, in iudicio vexentur. Et lege eam quæ in Iulio menſe prima indictione facta eſt, de ea re declarationem.*

*μετάτων

*χλωγατείων

*ζώνης μὲν δεχῆς ἀπηλλαγμένοι.

*ἐξ ζωγραφείου

*διὰ τοῦτο

Can. V.

Eſt peccatum ad mortem, quando peccãtes aliqui manent incorrigibiles. Hoc autem eſt deterius, quando & erecta ceruice aduerſus pietatem & religionem inſurgunt, mammonam dei obedientiæ præferentes, & eius canonicas conſtitutiones non ferentes. In iis non eſt dominus deus, niſi forte humiliati à ſuo delicto reſipuerint. Oportet enim eos magis deo ſupplicare, & cum corde contrito, huius peccati remiſſionem & cõdonationem petere, & non de illicita donatione ſe iactare: deus enim propè eſt iis qui ſunt contriti corde. Eos ergo, qui per auri dationem ſe fuiſſe in eccleſia cõſtitutos gloriantur, & in ea improba conſuetudine ſpem habent, quæ à deo & ab omni ſacerdotio alienat, & ideo impudente vultu & ore aperto, probroſis & contumelioſis verbis eos qui propter actam ex virtute vitam à ſancto ſpiritu ſelecti electiq́ue ſunt, propter auri dationem vilipendunt ac negligũt, primum quidem eos qui hoc faciunt vltimum proprij ordinis gradum ſumere: ſi autem perſeuerarint, inflicta quoque pœna corrigere decernimus: ſi quis autem in ordinatione hoc quandoque feciſſe viſus fuerit, fiat, vt vult canon apoſtolicus qui dicit,

si quis episcopus per pecunias hanc sit dignitatem assecutus, vel presbyter, vel diaconus, deponatur & ipse qui ordinauit, & excindatur omnino à communione, vt Simō magus à me Petro· & ij. canon sanctorum patrum qui Calchedone conuenerunt, qui dicit. Si quis episcopus pecuniis ordinationem fecerit, & non venalem gratiam in emptionem deduxerit, & pecuniis episcopum, vel chorepiscopum, vel presbyterum, vel diaconum, vel aliquem eorum qui in clero enumerantur, vel pecuniis promouerit œconomum, vel defensorem, vel paramonarium, vel omnino aliquem ex canone turpis lucri gratia, qui hoc aggressus esse conuictus fuerit, de proprio gradu veniat in periculum, & qui ordinatur, ex ea ordinatione vel promotione, quæ precio dato instar mercaturæ facta est, nihil iuuetur: sed sit alienus à dignitate vel munere seu curatione quam pecuniis assecutus est: si quis autem rebus adeò turpibus & lucris illicitis intercessor seu sequester apparuerit, hic quoque, si sit quidem clericus à proprio gradu excidat: si autem laicus, vel monachus, segregetur.

BALS. Sancti patres clericos punituri, qui primū quidem sponte & pia mente pecunias in ecclesias adferunt, vel aliqua alia, postea autem propter donationem se iactant, & primas sedes priorésque honores quærunt, & in eos probra ingerentes, qui propter virtutem vel actionem in clerum secundū deum recepti sunt, suos scilicet confratres, dicto quodam in proœmio vt si sunt, ex prima catholica epistola sancti apostoli & euangelistæ Ioannu, dicentis, Est peccatum ad mortem, scilicet peccatū mortale quod est incorrigibile, & cuius nulla agitur pœnitentia: & eo adhuc est deterius, ea quæ est cum peccato impudentia. Quodnam enim malum nō superat, si quis mammonam, id est pecunias, dei mandato præferat & dicat debere se cæteris aliis honore præferri, qui forte esse virtutem habēt & actionē? Eos ergo qui ita sentiunt, & pecuniarū dationu omnino meminerūt, & sperant propter id se apud multos præponendos, ex quo maior condemnatio sequitur, & suis fratribus paupertatem, quæ ad alta eos prouexit, exprobrant, ad vltimum sui gradus locum demitti, vt humilientur: si nautem sic quoque in malo perseuerent, puniri vt episcopo visum fuerit. Et hæc quidem, quādo quispiam sua sponte in ecclesiam res aliquas tulerit, quas & qui accipiunt, citra vllam præiudicium accipiunt, & qui dant in pœnam non incidunt: si quis autem, inquit, ab initio nō ista liberali & sponte suscepta voluntate, sed vt ordinetur, vel in clerum recipiatur, vel aliquo alio modo in ecclesia eligatur ablationem fecerit, is qui talis est, puniatur, vt vult xxix canon apostolicus, & ij. canon Calched. syn. Id autem quod dicitur, In hu nō est dominus tuus, à patribus acceptū est tertio libro Imp. propter arrogantes, & eos qui mammonam præferunt. Cùm autē audis canonem nominantem eā quæ sic sponte fit auri dationem, illicitam, ne dixeris eam esse prohibitam, & ideo etiam illicitam, vt ea ipsaque processit ordinationu vel clericatus gratia. De ea enim deinceps docet, sed eam patres ideo illicitam nominauerūt, quòd is qui eam offerat, propter eam quoque oblationem se iactitet & glorietur. Nota ergo hæc propter eos qui tondentur in monasteriis cum pecuniarum largitione, & propter eos qui deo sua sponte oblationes faciunt. Eos autem qui pecunias in externu monasteriu[m] ius fraternitatis acquirunt, canonibus teneri existimo, quòd non sit vituperanda alimentorum acquisitio. Quid autem, qui sponte quidem res obtulit? sic punitur. Qui autem vt esset clericus vel vt tonderetur res vllas dedit, postquā punitus fuerit, eáne quæ dederit petet efficaciter? SOL. Nequaquā. aut. n. xj. cap. ij. tit. xxix. lib. Imp hoc modo: Quod turpi vtriusque causa datur, eríusque qui dat & eius qui accipit. Et exteriorē affert lex antiqua rationē, quontā in pari causa potior est qui possidet, ex xxij. lib hæc eligens.

*Καὶ ἐπειδὴ λιμένα

*Ita emporia

Can. vi. Quoniam canon est, qui dicit, bis in anno, in vnaquaq; prouincia, per congregationes episcoporum fieri oportere quæstiones canonicas propter vexationem, & *quod itineri perficiundo minus sufficerent qui cogebantur, statuerunt sancti

vj.

vj. ſynodi patres ea quouis modo, & quacunque ex cauſa, ſemel in anno fieri,& delicta corrigi. Hunc ergo canonem nos quoque renouamus. & ſi quis magiſtratus hoc prohibere inuentus fuerit, ſegregetur. Si quis autem metropolitanus hoc fieri non curauerit,præterquam vi, vel neceſsitate, & iuſta aliqua de cauſa, canonicis pœnis ſubijciatur. Cum autem de canonicis & euangelicis rebus fiat ſynodus, opus eſt vt congregati epiſcopi magnam curam & diligentiam gerant, vt diuina& viuifica mandata ſeruentur. In eis enim ſe uãdis eſt retributio multa. quoniã lucerna eſt mãdatũ,lex verò lux,& via vitę probatio &diſciplina.ne liceat autẽ metropolitano,ex iis quę ſecũ affert epiſcopus,vel iumentũ, vel aliquã rẽ aliã petere.Si enim hoc feciſſe deprehẽſus fuerit,reddet quadruplum.

BALS. *Cum diuerſi canones ſtatuant,quando fieri debeant ſynodi, & alij quidem ſemel in anno ſtatuant conuenire oportere prouinciales epiſcopos,alij verò bis in anno,præſens canon,propter epiſcoporum è vis vexationem, nonum canonem vt ſynodi ſecutus eſt,qui decreuit eos ſemel in anno congregari oportere: & ſic faciendum eſſe,niſi quædam vis, vel neceſsitas, vel cauſa probabilis, impedimento fuerit quominus conueniãt. Antiſtites autem qui non ita faciunt pœnis canonicis ſubijci. Sed etiam ciuiles magiſtratus, qui hoc fieri prohibent,ſegregari. Quando autem fuerit, inquit, facta ſynodus, debent epiſcopi curam gerere, vt euangelicæ & canonicæ traditiones ſeruentur & alia dei mandata. Et ſunt canonicæ quidem traditiones,iuſtæ & iniuſtæ excommunicationes,clericorum ordinationes, epiſcopatũ verũ administrationes,& ſimilia. Euangelicæ autem traditiones & mandata ſunt. Baptizari in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti: Non mœchaberis, non ſcortaberis, non falſum teſtimonium dices, & ſimilia. Quoniam autem intellexerunt patres, quòd in epiſcoporum conuentibus quidam metropolitani nimiũ ſua poteſtate & imperio in eos vtuntur, & equos ab eis, vel aliqua alia exigunt, id quo ipſe ceſſare ſtatuerunt, & metropolitanum qui tale quid fecerit, id quod datum eſt in quadruplum reſtituere. Vnde recte autẽ dixit canon, nõ licere metropolitano quidquã eorũ exigere quæ affert epiſcopus. Si enim ſua ſponte noluerit epiſcopus metropolitanũ aliquo eiuſmodi dono proſequi, nõ prohibebitur hoc facere. Quære viij.c. viij.iij.pra.ope & viij. can.ſy.in Trul.*

Ait Paulus diuinus apoſtolus, Quorundam hominum peccata ſunt manifeſta: nonnullis autem conſequuntur. Præcedentibus autem peccatis,alia quoque ea ſequuntur. Impiam ergo eorum ſectam qui Chriſtianos accuſant,alia quoque impia conſecuta ſunt. Quemadmodum enim venerabilium imaginum aſpectum ex eccleſia ſuſtulerunt, alios quoque mores reliquerunt,quos quidem oportet renouari,& tam ex iure ſcripto quàm non ſcripto ſic obſeruari. Quæcunque ergo templa conſecrata ſunt abſque reliquiis martyrum,in eis fieri ſtatuimus reliquiarum depoſitionem cum conſuetis precibus. Qui autem templum conſecrat ſine ſanctis reliquiis deponatur, vt qui eccleſiaſticas traditiones tranſgreſſus ſit. can.vij.

χριστιανοκατήγοροι, qui dicũtur etiã εἰκονομάχοι

BALS. *Mos erat eccleſiaſticus diuina templa per ſanctas martyrum reliquias conſecrare. Chriſtianorum autẽ accuſatores,ſeu ij qui imaginum hoſtes exultoreſque dicũtur, qui eos eſſe idololatras dictitant,qui venerabiles & ſanctas imagines adorant, vltra eorum hæreſin & aduerſus catholicos inſaniã, veneranda quoque templa ſine ſanctis reliquiis conſecrarunt. Dicunt ergo patres, quòd humana peccata,alia quoque peccata conſequuntur, vt dicit magnus apoſtolus Paulus. & quoniam imaginum hoſtiũ ſectam alia quoque mala conſecuta ſunt: præterminſſa enim fuerunt eccleſiaſtica cõſuetudines neceſſarias, decreuimus, vt templa quæ abſque reliquiis conſecrata fuere, rurſus per reli-*

quias consecrentur, & sic deinceps fiat: tẽpla autem quæ sine sanctis reliquiis consecrata fuere, diruantur. Dixerit autẽ quispiam, & quomodo oratoria hodie sine reliquiarum depositione consecrantur? & cur sacra in eis non celebrantur etiam ab episcopis, sed à solis sacerdotibus? & audiuit, quòd quæ fiunt ab antistibus, εἰσπμλώνια sine superaltaria, eo tempore quo fit templi consecratio, oratoriis tradita sufficiunt pro consecratione, siue dedicatione, ac inthronizatione, encæniis & apertionibus. Propterea enim & εἰσπμλώνια appellata sunt, quod multas eiusmodi mensas exprimant & referãt, quæ sanctam dominicã mensam perficiunt. Cæterum antistites sacra non faciunt in oratoriis, quæ nõ sunt dedicata, quoniã antistitis auctoritas dignitásque deprimitur, si non sit templum, in quo apostolicè collocatur, & alia quæ templi consecrationẽ decoremq; constituant. Cùm autẽ interrogassent aliqui, quando fit ecclesiarum consecratio? audiuerunt quid fundamenti quidem proiectio fit per solam orationem episcopi illius regionis, & crucis fixionem. Consecratio autẽ post templi perfectionem quando sunt encænia, & apertiones, & inthronizatio, & vniuersæ rei perfectio, sacro chrismate tunctis, & martyrum reliquias susceperint. Cùm iussisset autẽ quispiam, debere deponi antistitẽ, qui in non dedicata ecclesia sacrificauerat, quemadmodum deponitur & qui templum consecrat sine sanctis reliquiis, sanctissimus ille patriarcha Lucas pronunciauit alio quodam modo talem esse puniendum sacerdotem, prout scilicet synodo visum fuerit, sed non per depositionem. Delicta enim ea sunt ἀκαλώνια *longè latéque dissidentia.*

Can. viij. Quoniam Hebræorũ religionis quidam errantes, Christum deum nostrũ subsannare nisi sunt, seſe Christianos esse fingẽtes, ipsi autẽ clanculum & occultè eum negantes, sabbata obseruantes, & multa alia Iudaica facientes: statuimus, vt neq; ad communionẽ, neque ad orationẽ, neque ad ecclesiam admittantur, sed apertè sint secundum suam religionem Hebræi, & neque filios eorum baptizent, neque seruum emant vel possideant. Si autem ex pura & syncera fide quis eorum conuersus & ex toto corde confessus fuerit, eorum moribus & rebus insultans, & veluti triumphum agens, vt & alij refellantur & corrigantur, eum recipiant, & baptizent, & eius liberos, & caueant ipsi se ab Hebræorum studiis & institutis discituros. Si autem non ita se gerant, eos nullo admittant modo.

BALS. *Iudæi quidam, cùm quorumdam criminum rei agerentur, vellent autẽ damnationem effugere, ad fidem Christianam accedebant, & se Christiana quidem sentire præ se ferebãt, & Iudaica re vera sentiebant, sabbata clanculum obseruantes, & nostra lacerabant. Suos autẽ liberos baptizabant, & alia quædam pia faciebant, vt orthodoxi viderentur. Dicunt ergo patres, eos non in aliquã communionem admittendos, nec permittendum vt filij eorum baptizentur, nec vt Christianum seruũ vllomodo possideant, sed iuxta Hebræorum religionem se apertè gerant. Si quis autem à Iudaica impietate, cum bona affectione, & sine necessitate vel simulatione, conuersus fuerit, & Iudaicis moribus restiterit, & toto animo de eis triumphum egerit, & confessus fuerit ea quæ ab aliquibus aliquo pretextu facta sunt, & ad Christianorum fidei ludificationem respiciunt, vt & illi conuincantur & corrigantur, ipse & eius liberi ad communionem admittantur, & baptizentur. Si prius caueriut fore vt à Iudaicis traditionibus & studiis abstineant. Quadragesimum verò quartum caput primi tit. primi libri imp. inquit, Iudæum qui se Christianum esse velle præ se ferens, vt qui aduersus se accusationem, vel mutui actionem expectet, ad ecclesiam confugit, debito non soluto, vel à crimine non absolutus, ne admittatur. Quare & xlj. caput eiusdem libri & tit. Iudæus mancipiũ Christianum ne habeat, nec cathecumenum circuncidat, nec alius hæreticus Christianum seruum habeat. Et lviij. cap. Samaritanus autem nullus seruum Christianum habebit: sed cùm primùm eũ possederit, statim in libertatem vendicetur. Si quis autem eorum erit eiusdem peruersæ cum eis opinionis, licebit ei Christianam amplectenti opinionem, statim etiam Romanam libertatem assequi.*

Can. ix. Puerilia omnia ludibria, furiosáq; dicta ac scripta quę aduersũ sanctas imagines edita sunt, oportet dari episcopo Cõstãtinopolitano, vt cũ reliquis hęreticis libris reponãtur. Si quis autẽ hæc

hęc celare inuentus fuerit, si sit quidē episcopus, vel presbyter, vel diaconus, deponatur: si autem laicus, vel monachus, segregetur.

BALS. *Cùm Christianorum hostium, seu imaginum exustorum diu inualuisset hæresis, qui ei adhærebant, suas aduersus sacras imagines blasphemias literis mandabant. Dicunt ergo patres, eas debere tradi, vt in Constantinopolitano episcopatu reponantur, vbi reponūtur reliqui quoque libri hæreticorum: eos autem qui ea celant, si sint quidem in sacris, deponi: si verò laici vel monachi, segregari. Rectè autem nominarunt patres eiusmodi scripta, puerilia ludibria, & insana ac bacchica responsa, insanientium scilicet baccharum nugas, quia sunt soluta facilia & nullo negocio labefactabilia, vt puerorum ludibria, & ridicula, vt furiosorum & ebriorum opera. Bacchæ enim erant chori insanientium, ebrietatis præsidem sequentes Bacchum, qui falso deus cognominatur. Iam verò leges, hæreticorum libros exuri quoque decernunt. Quære autem tertium caput xij. tit. præsentis operis, & inuenies diuersa capita in eo posita, quæ hoc ipsum iubent. Dixerit autem quispiam, quānam ob causam canon quidem, Christianorum hostium seu imaginum combustorum libros in episcopatu reponi iubet, leges autem eos comburi permittunt? SOL. Idem est comburi; profana & impia hæreticorum scripta, & in Constantinopolitano episcopatu reponi. Neque enim si combusta fuerint legentur, nec si in eiusmodi tuto inaccesso loco reponātur, ab vllo aspicietur. Qui ergo ea cōbusserit, & in episcopatu non reposuerit, non tenebitur canone, vt qui non contrà fecerit. Constantinopolis autem episcopatus est patriarchatus. Quoniam autem patriarchalis throni magnificentia habet quidem sub se diuersa secreta: chartophylacij autem seu tabularij secreto seorsum deputata sunt iura episcopalia: & qui hoc tēpore est charthophylax, sanctissimi huius temporis patriar. hæc iure omnia quæ ad eum pertinent exercent, vt episcopus: etenim excommunicat, animæ delicta corrigit, diaconos & sacerdotes ordinari permittit: sacrorum ministeriorum tabulas, seu indices exponit: & quædam huiusmodi alia, chartophylactum rectè episcopatus dicetur.*

Quoniam nonnulli clerici canonicam constitutionem circunscribentes, sua relicta parochia, in alias parochias excurrunt, vt plurimum autem in hac à deo custodita & Imp. vrbe, etiam inter magistratus seu officia assident, & in eorum oratoriis diuina ministeria facientes, eos sine proprio episcopo & Constantinopolitano non licet in quauis æde vel ecclesia recipi: si quis autem hoc fecerit, si perseueret, deponatur. Quicunque autem cum prædictorum sacerdotum consensu hoc faciunt, non licet eis curas seculares & ad victum pertinentes suscipere, vt qui sint à canonibus prohibiti hoc facere: si quis autem, eorum qui dicuntur maiores, curationem obtinere deprehensus fuerit, vel cesset, vel deponatur, potius autem ad docendos filios & seruos accedat, legens eis diuinas scripturas. Ad hoc enim etiam sacerdotium sortitus est. Can x.

BALS. *Diuersi canones prohibent clericos, parochias, in quibus in clerum relati sunt, relinquere, & ad alias transire. Hinc ergo consequenter, præsens quoque canon decernit, ne vllus clericus absque proprio episcopo, vel sine eius commendatoria & dimissoria epistola, vel Constantinopolitani patriarchæ decreto vsquam suscipiatur, vel ministret in quauis ecclesia, vel in magistratuum seu officiorum oratorio: is autem qui præter hæc fecerit, & in proprium clerum non redierit, post denunciationem deponatur. Hoc enim significat illud, vel cesset, vel deponatur: si qui autem, quibus abbas qui eos in clerū retulerit, per eas quas diximus literas, vel à patriarcha Cōstantinopolitano, in alia ecclesia sacra celebrare permissū est, seculares curationes susceperint, contra ac canonibus cōtinetur, vel maiores facti fuerint, debent postquam prohibiti fuerunt, cessare, vel deponi. Atque alia quidem quæ in canone comprehenduntur, in diuersis canonibus exposita sunt, scilicet in xvij. & xviij. can. syn. in Trullo. xiij & xxiij. Calched. syn. & in alijs. Ex hoc præsentis autem canonis contextu nota, quòd soli patriarchæ Constantinopolitano permissum est clericos alienos suscipere, etiam sine dimissoriis literis eius qui ipsos ordinauit, si modo literas commendatitias attulerint, quibus se ordi-*

maiores, quos Franci Maires Germani Bourgmaistres appellant.

natos & clericos esse probent. Quamobrem ritè, vt mihi videtur, concedet sanctissimus huius temporis patriarcha, & eius chartophylax, alieno clerico, in hac vrbium regina sacrificare etiam sine dimissoriis literis eius qui illum ordinauit. Maiores verò dicuntur, qui agrestium suburbanorum curatores fiunt. Sicut hoc ab xj. can. primæ & secundæ syn. quæ coacta fuit in æde sanctorum apostolorum ostenditur. Hoc ergo a sacerdotibus & qui sacris sunt initiati patres remouentes, eu literas docere consulunt, & ex eo sibi victum parare, quoniam ad hoc quoque selecti & deputati sunt. Alienos autem clericos inter magistratus seu officia assidere, & in eorum oratoriis ministrare, est facti: nam etsi in inferioribus oratoriis, præter suorum episcoporum mentem, vel Constantinopolitani, celebrauerint, similiter puniantur.

Can. xi. Cùm omnes diuinos canones seruare teneamur, eum quoque qui iubet œconomos esse in ecclesiis, illæsum omnino seruare debemus. Et siquidem vnusquisque metropolitanus in sua ecclesia œconomum constituit, bene habet: sin minus, Constantinopolitano episcopo propria auctoritate licebit œconomum in sua ecclesia præficere. Similiter & metropolitanis, si qui eis subsunt episcopi, nolint in sua ecclesia œconomos constituere. Hoc ipsum autem seruari etiam in monasteriis oportet.

BALS. *Calched. syn. in can. xxvi. cauit, vt omnis ecclesia, per suos clericos, & episcopi voluntate & sententia administretur: eos autem, qui hæc transgrediuntur, quomodo puniri oporteat, non statuit. Præsentis ergo synodi sancti patres, cùm in exordio dixissent esse inexcusabiliter obseruandos canones, & magn ab antistitibus, qui ante ordinationem inter cætera cauent se seruaturos canones, & propterea sunt velut obligati, statuerunt vt præsens canon illæsus conseruetur, & adiecerunt quòd nisi metropolitani in suis ecclesiis hoc fecerint, patriarcha Constantinopolitanus, in eorũ ecclesiis, sua auctoritate in metropoli quidẽ omnino ex ipsius clericis œconomum cõstituet. Similiter etiam, metropolitanus œconomum in episcopatu cõstituat, si episcopus hoc neglexerit, idipsum autem etiam fieri in monasteriis cõstituit. Cùm autẽ esset quidã episcopus accusatus, quòd res episcopatus per laicũ administraret, dixerunt quidam, quòd quoniam præsens canõ punit antistites qui œconomos non præficiunt, nec dicit esse clericos qui debent fieri œconomi, laici quoque res ecclesiarum ritè administrabunt: sed mihi non ita videtur: quoniam Calched. synodi patres res ecclesiarum per clericos administrari debere definierunt: & quoniam præsens canon id ipsum quoque in monasteriis dicit seruari oportere, declarauit idipsum quod constituit Calched. syn. Bona enim monasteriorum esse à laicis administranda non dixerit quispiam, etiam si delirauit.*

Can. xij. *ἀσκυρχῶν Si quis episcopus, vel monasterij præfectus inuentus fuerit, ex episcopatus vel monasterii agris, in principis alicuius aut magistratus manus alienare, vel alteri personæ tradere, nullius sit momenti traditio, vt sanctorum apostolorum vult canon qui dicit: Omnium rerum ecclesiasticarum episcopus curam gerat, & ea administret tanquam deo intuente. Ne liceat autem quidquãex eis sibi vẽdicare, vel propriis cognatis quæ dei sunt elargiri: si sint autem pauperes, vt pauperibus suppeditet: sed non eorum prætextu res ecclesiæ venundet: sinautem detrimentum afferre causetur, nec quidquam ex agro emoluměti percipi, ne sic quidem, magistratibus aut principibus qui sunt in eo loco, det prædiũ, sed clericis vel agricolis: sinautẽ aliqua improba calliditate vtẽtur, & ab agricola vel clerico agrũ prẹses vel magistratus emerit, sic quoq; nullius sit momenti venditio, & episcopatui vel monasterio restituatur.*

Porrò

Porrò episcopus vel monasterij prę fectus qui hoc fecerit, exturbatur quidē episcopus ab episcopatu, monasterij verò præfectus à monasterio, vt qui malè dilipent quæ non congregauere.

BALS. Dixit deus per Mosen, ea non esse commutanda quæ deo oblata sunt, sed non alienabilia manere oportere, etiam si sint ea quæ dantur in permutatione longè deteriora: sed si permutans, inquit, ipsum permutauerit, erit & ea ipsa eius permutatio sancta. Dicit ergo canon non esse alienandum vel tradendum ab episcopo, vel eo qui præest monasterio, agrum episcopatus vel monasterij, vel esse irritam alienationem, vel traditionem, vt vult xxxviij. canon. Adiecit autem, Quòd si causatus quidem episcopus vel monasterij præfectus agrum nullius esse redditus, & damnum ecclesiæ afferre, sic fiat quidem eius alienatio, sed non alicui personæ principali, verum vicario, vel clerico: sed quoniam erat verisimile fore vt canon ab aliquibus circumscriberetur, & ei fraus fieret, statuerunt, vt si quando cum improbra calliditate res eccl:siastica ad potentem personam peruenerit, intercedente vili persona, vel clerico, qui fingebat se rem immobilem accipere, vt ei episcopus, & monasterij præfectus, ab episcopatu vel monasterio expellatur. Et hac quidem canon. Quoniam autem ἀκίνητα, quòd agros latinè diximus, sunt quæ ex rebus ipsis, & tanquam à domo fructus præbent, vt sunt *salina, vineta, prata, molendina in aquu sita, figulinæ, & eiusmodi alia, interrogauerit quispiam, an de eiusmodi prædio canō decernit, an potius de quouis immobili cuius est bonus redditus, & eò magis quòd meminit in fine de damnosis agris? SOL. De vtrisque decernit, & dicit ea quidem prædia quæ sunt boni redditus, nō alienari, nec elocari agrum verò, qui est reuera, & nō solis specie nullius redditus, alienari. Quare si sit quidem prædium omnino inutile forte enim pratum fluuij inundatione obrutum est, vel si etiam *à regione remotum prædium boni sit redditus effectum, vt quòd sit à parochijs recens habitatū & extructum, hoc quidē suburbanum prædium, quia est boni redditus, non alienabitur. Illud autē, etiam si ἀκίνητον, quasi per se agens ac producens prædium diceretur, eò quòd est inutile & nullius redditus, alienabitur. Non enim propter nomina sed propter redditus, debent alienari, vel non. Scias autē quòd à legibus propriè ἀναίνησις quidem, id est alienatio, dicitur dominij translatio, scilicet donatio, emphyteusis, permutatio, & similia. ἔκδοσις autē, id est elocatio, est ad personas & tempora præfinita transmissio. Abusiuè autē & ἀναίνησις ἔκδοσις, & ἔκδοσις ἀναίνησις dicitur. Quod autē quæ redditū afferunt, non alienantur: quæ autem redditum non afferunt, propter vrgentem ecclesiæ necessitatem alienātur, ex xxix canone Carth syn. ostenditur, qui hoc cum distinctione permittit, quem lege. Sed magnus etiam Cyrillus, in secundo capite suæ ad Domnum epistolæ, inalienabilia esse dicit* vasa pretiosa, sacra scilicet, & immobiles ecclesiarum possessiones. Cæterum hoc quoque interpretare ex sententia canonu Carthag. syn. Cùm quidam autem episcopus prædium ecclesiasticum principali cuidam personæ alienasset, & alienatio per hunc canonem infirmata esset, dicebant quidā debere episcopum ab episcopatu expelli, vt hoc canone continetur. Mihi autem non ita videtur. Neque enim iubet canon episcopum ex episcopatu deiici, quando fecerit prædij alienationem quæ rata ac firma non fuerit, sed quando rei immobilis alienationem cum dolo fecerit: & id quidem ad potentem personam peruenire velit, fraude autem ac malitiosa calliditate id clerico vel agricolæ tradiderit, id non esse magni redditus causans, vt ab illo ad potentem perueniat. Non enim propter alienationem, sed propter fraudulentum consilium, vt ex episcopatu deturbaretur constitutum est. Atque hoc quidem ex xxxviij. canone apostolico in præsenti canone sito declaratum est, qui non punit episcopum, qui sine dolo & malitia rebus ecclesiasticis vtitur similiter & ex cxx. Iust. nouella, seu xxiij. cap. ij. tit. v. lib. imp. quæ decernit eiusmodi contractus non valere: de episcopi autem vel monasterij rectoru pœna nihil penitus tractat, sed eum tantum qui scribit contractum mulctat exilio. Sed quoniam dicta nouella, siue totus potius secundus quinti libri titulus statuit nonnunquam non solum infructuosa & nihil redditus afferentia immobilia ecclesiarum, & monasteriorum & ipsius etiam magnæ ecclesiæ & aliarum sacrarum aduim, verum ea etiam ex quibus fructus & redditus percipitur, vendi & alienari, per distinctiones quæ in ea declarantur: præterea autem & quædam sacra suadente tempore alienari permittit. lege eam, quæ & magna est, & multiplex, plurimasque distinctiones recipit, & procura vt fiant, vel non fiant ab ecclesiis, & monasterijs, alienationes & venditiones sacrorum, & ipsorum immobilium, vt ea continetur, & ab omni reprehensione alienus seruaberis. Neque enim tibi esse contrarius videatur hic præsens canon, quoniam nouella quoque rerum immobilium monasteriorum alienationem, quæ sine iusta & vrgente causa fit, similiter ac præsens canon, dissoluit. Quid verò, cum alienatio, vt dictum est, infirmetur, & res ecclesiastica ad ecclesiam vel monasterium reuertatur, cogentur ne ipsi vicissim, quos ea de causa acceperunt nummos vel res dare? SOL. Nequaquam. Dicit

* ἀκίνητα

* ἔκδοσις

* κειμήλια les ioyaulx des esglises.

enim dicta Nouella hæc expreſsè: ſi autem præter ea quæ à nobis præſenti lege dicta ſunt, fiat aliquis contractus in diuerſis rebus mobilibus vel immobilibus, vni ſanctarum domorũ, reddatur quidem ipſi ſanctiſſimæ eccleſiæ vel venerandæ domui, res, ſuper qua tale quid conſecutum eſt, cum interme-
ἀνάδοσιν Quo vocabulo vtitur Iuriſconſ. in tit. de petit. hered.
dij temporis fructus reddatur, maneat autem apud ipſam precium, vel antidorum, & quod pro permutatione vel quacunque alia cauſa datum eſt: ſi autem emphyteuſis præterea quæ à nobis dicta ſunt facta fuerit, idem eccleſiæ vel ſacroſanctis domibus eandem rem reddi iubemus. Emphyteuſim autem id quod conuentum eſt pendere, vt emphyteuticarium contractum volumus exigi: ſi autem data fuerit res eccleſiaſtica, vel alicuius ſacroſanctæ domus, ea quoque ſanctæ eccleſiæ reddatur, vel aliis ſacroſanctis domibus, cum fructibus interim eduendis temporibus, & alterum tantum, quanti ipſa res eſt. ſi autem pignori data fuerit præter hæc quæ dicta ſunt, qui dedit mutuo, perdat id quod debitur, & eandem rem ſacroſanctis loco reddat, in qui contractus ſcribunt, audentibus præter hanc noſtram legem in eiuſmodi contractibus operam ſuam præbere, exilio damnatis. Hoc autem etiam interrogauerit quiſpiam, cùm canon dicat epiſcopum ex epiſcopatu expelli, & monachum ex monaſterio, vt fraudulentos & pernicioſos, detruſionẽ conſequi vtrũne depoſitio, annon? SOL. Nonnulli quidem dixerunt, quòd cum patres nihil tale decernant, ſola procedat ratio ſuo. Mihi autem videtur, quòd cum propter dolum fiat electio, neceſſariò etiam ſequatur depoſitio. Nemo enim qui ex cauſa irrogante infamiam deponitur, bonæ eſt exiſtimationis. Patentes ergo & ſanctis noſtris imperatori & regi gratia agenda ſunt, qui apoſtolico canoni conſequenter & præſenti conſtitutioni, eccleſiarum ciuitatiſque monaſteriorum intacta & integra immobilia conſeruauit à manu fiſci ſeu publici, per tres aureas bullas ſuæ Imperialis maieſtatis: quarum altera quidem Iulio menſe, ix. indictione, 6654. anno facta eſt & conſtituit nõ ledi monaſteria, eo quòd iura quæ illis forte adſunt clam dicent: & ſecunda, quæ menſe Octobri, vj. indictione, 6665. anno miſſa eſt, & iubet monaſteria indiuiſè & inſeparabiliter habere immobilia, etiam ſicuti allegationes a ſeruis deſcriptore datæ ſunt quæ pro iure fiſci faciunt. Hæc autem ſitæ non ſunt, quòd non perpetua cautio & vtilitas monaſterijs ex iis ſuppeditetur, ſed temporalis. Alia verò quæ menſe martio, vj. indictione, 6666. anno edita eſt. Et in omnibus ſecretis poſtea, quæ poſt precem ſũ hoc expreſsè edicit, Imperialis mea ſolicitudo aliquot abhinc annis auream bullam emittere diſpenſauit; prouenit, vſque, quæ in hac vrbis regina ſita ſunt, monaſterijs, & in quæ ſunt in occidentali parte freti, quantum eſt in Italiæ & longitudine ſimiliter & in quæ ſunt in ſinu Nicomediæ, & vſque ad ipſam Nicomediam, & in quæ ſunt in inſulis, Oxea, Prima, Calche Plate, ſancta Glyceria, Principio, Antigoni, Tragenſio, Terebintho, ſancto Andrea, ſancto Triphonio, ſancto Liberio, Cedena, Pelago, Coſtrinſula, dimidio, Mecina & ſancto Demetrio, & in quæ ſunt in peſſimis portuum. & vſque ad ſeptimum Aſpra &, vt ſemel dicam, in qui circumcirca regiam ciuitatẽ exercẽtur monachi, viros, & mulieribus, in multa iura largita eſt. & in immobilium detentione ac dominatione, quæ quibuſdam iuris ad eos pertinent, firmam & illabefactam poſſeſſionem conceſſit: quemadmodum aurea bulla hæc ſuperſequitur. Sed quoniam venatores quidſcire non poterunt, ſed fiſci ſeu publici procuratores, ea re iuſtam affinitionem intulerunt, Imperatus mea maieſtas ſimul deum placare & propitium efficere volens, ob ea quæ ipſum vt hominem offendit, ſin ullam etiam volens magni in p. Chriſti ſcilicet milites, qui vitam monaſticam propter ipſum elegerunt, & ſpiritus armaturam induerunt, ſocios habere, & ſeruos defenſores aduerſus hoſtes tam qui videntur quam qui non videntur, leges illi fundamentum ſtatuit quoque proportione conuenientes imponere voluit, & præſertim aurea bulla terrorem edidit, per quã ſtatuit & definit, omnia immobilia, quæ hodie ab enumeratis monaſterijs poſſidentur, vel etiam ſilentiarij & anachoretici cellulæ, vel lauræ, & omnibus, vt ſemel dicam, monaſticis habitaculis, quocunque nomine vocantur, parochias, prædia, conuentus, tributa, vectigalia, portus, flumina, iura maritima, & vt ſemel dicam, quodcunque ius in poſſeſſione in quo illi conſideratur, & in quocunque loco ſitum ſit, in quo ſcilicet hucuſque non data eſt ius denotatio ſeu deſignatio, ab iis qui ſunt in ea regione cenſus deſcriptoribus, quæ publicum in ius habere conſueuit, habere dicta manſiones perpetuo dominio, vt in perpetuum mercedem & liberalitatem, & eis deinceps ſint perpetuo poſſerum dominari, etiam ſi probabili vel non probabili de cauſa, aliqua eorum vel etiam fortaſſe omnia hucuſque detinuerunt, vel etiam ſine vllo titulo, vel ex titulo quidẽ qui male ſe habet, vel ſi forteſſe falſo confictus. Omnia enim, quæ ab ipſis in quocũq; ſitu poſſidentur in oriente & occidẽte, ſiue ex iis
*Ἀπαλλοτριώσεων *κτημάτων
quæ eo tempore adminiſtrabãt imperatorij mancipij, ſiue ſint ex fragmentis, ſiue ex cõmiſſi ratione, ſiue è loco motu, vel cadaueris, vel ex vitiligine quæ pendentur, diarum, vel ex vitiligine calamitate texatis, vel in quæ à potentibus vẽdita ſunt, vel contrà, vel ex correctione malefactarũ vendition ũ, & ſi in alium locum inſſa dari, in alios donata ſunt & tradita, vel tradita, nõ donata ſunt, vel quæ in alio modo malè ab ipſis detinẽtur, inconcuſſe, & nullo negocio cui exhibito, à dicto monaſterio nulli meũ in perpetuũ ea in æternũ poſſederit, vt meũ mercedem imperatorũ à mea liberalitate & munificentia profectũ cũ nemine ſola nũc apud ipſos immobilium inueniatur detẽtio, quæ omni titulo debet cuiuſcunque eſſe ſuperuacanũ ac vllo alio curioſe inueſtigare. In omnibus enim quæ hodie poſſidẽt prædictã in iis in quibus à publici cenſus in ea regione deſcriptoribus documẽta data ſunt, quæ ius fiſci ſeu publici, vt dictum

ctum est, probant, debet præsens aurea Imperij mei bulla sufficere, & pro donatione, & emptione, & quouis alio titulo satis esse, etiã si quodcunque aliud secretum in eis probetur. Nec cogẽtur monasteria, ob ea quæ nunc possident immobilia, antiqua alia quæ eis adsunt iura proferre. Sed hac præsenti aureæ bullæ scriptura pro omni iure vtentes, ea contenti esse debent, vt quæ eis, vt prius scriptum est, sufficere debeat, & pro donatione & pro traditione, & quouis alio iure. Si autem inuitante fortasse tempore voluerit vllam monasterium in etiam quæ habet iuribus & titulis vti, ea proferens, à nullo penitus prohibebitur. Hoc enim non faciet necessario. Si autem hoc propria voluntate elegerit, nemo impedituras admittetur. Non solum autem adterrent quod habent ius probandum monasterium sufficiet præsens bulla aurea, sed etiam in parochijs quæ nunc ab eis detinentur, & prædijs, vectigalibus, conuentibus, tractationis solutionibus, portubus, fluuijs, iuribus maritimis, & quocunque alio iure, quod ab eis possidetur, præterquam in iis in quibus documenta pro publico, vt sæpe superius dictum est, assumpta sunt. Si autem recensetur iussa sunt vel imputari quædam tributa, vel pacta, vel militia, vel publica, vel libellica, vel aliquid aliud, quod ad publicum pertinet, & non factum est quod recensendum erat, vel habet aliquod aliud ius quod apprehẽdi possit, monasteria ex eo nihil lædentur. Quid autem opus est multa dicere, & enumerare, & exempli gratia afferre verborum multitudinem Imperij mei maiestas prætercurrens, ne quo in eiusmodi rebus callidas & vafer, nonnullus quidem dictu, ex iis causis quæ immobilia concutiunt, alius verò silentio præteritis, verba arripiat, & more Iudaico, litera insistat, & conetur in iis quæ dicta non sunt, monasteria agitare & vexare, Vniuersali & generali oratione Imperium meum vult & decernit, vt quod in iis quæ hodie à monasterijs possidentur, vel in ipsis sunt monasteriorũ cathedris, esse publicum cogitatum fuerit, id ipsum ab aliquo, vel nunc, vel quandocunque, monasterio datum esse reputetur. Et simulac hoc cogitarit quispiam vel dixerit, id quoque fiscum apprehendet monasterium vt hodie a mea regia sublimitate donatum. Quod enim ad ea attinet quæ nunc possidentur immobilia, de quibus pro publico documenta non acceperunt monasteria, Imperium meum vult vnumquodque eorum publicum existimari, & perpetuam firmitatem obtinere, & a nullo de eare excipiari. Et quemadmodum publico nulla à se molestia negocium vel exhibetur, sic nec silentiaria, nec monachi, nec religiosa, ab vllo publici curatore litibus agitabuntur, siue quis probabilem, siue non probabilem causam afferat, siue eiusmodicunque sit quod loquetur. Quisquis enim hoc facere audebit fuerit, inualida & reuera infirma dicere volebitur: & citra vllam misericordiam, eius facultates fisco consecrabuntur, & ipse omnino infamis semper erit, vt pote qui Imperatorem aduersetur, qui pie ac religiosè omnem molestiam & vexationem à monasterijs in ea quæ ipsis data sunt, per præsentem bullam auream amouerat, & per ipsum exiguum aliquod donum offerat pro innumerabilibus beneficijs quæ a munificentia eius dextra accepit. Non licebit ergo nec publici census descriptori, nec ei qui cuiusquis secreto præest, vel exequatori, vel alicui alij personæ quæ publicum exercet, monasteriorum immobilia scrutare, vel de fumo contendere, & aerem inuestigare, vel pactorum qualitatem, vel quo terræ amplius possidetur, vel non iusto precio emptum est, vel iniuste detinetur, examinare. Sed quoniam Imperio mandato acta facienda sunt, eorum nomine quæ hodie à monasterijs detinentur immobilium, & parochorum, tũc demum iustè monasterium molestia afficietur, & quod iniuste detinet ab eo auferetur, quando publici census descriptor ostendit, quod vltra definitionem monasterium locum occupat, vel paratos, vel vlla alia. Deinceps autem sublata est hac bulla aurea omnem quæque iussionem quæ ei aduersatur, quæ scilicet facta est, vel fiet. & statuit vt monasteria sua quoque antiquos titulos vtantur. Quoniam autem per quorundam alienum malum letantium instigationem, mense Iunio, nona indictione, Imperatorem editum est, quod hanc in primis piam & maxime beneficam bullam auream propemodum subuertit & propterea monasteriorũ immobilia à publicis censuũ descriptoribus rapiebantur, Iulio mense, anno 6689, edita est venerabilis resolutio diuinorum nostrorum Imperatorum super monasteriorum commonitione; quæ omnem vsum oratorianum, & *Catepanicium excindit, & statuit vt prædictæ bullæ aureæ vim suam sortiantur, de non describendis monasteriorum immobilibus, quæ ad verbum sic habet: Imperium meum, ex vestris precibus exaltationem indigens, & bonæ memoriæ domini & patris eius vestigijs valens insistere, eius quoque in eos qui sunt deo dedicati beneficentiam imitari constituit. Id & per hanc vnam in vos beneficentiam, & deo qui solum Imp. fecit gratificatur, Imperatorique & patris nostri sanctæ animæ & nostræ potentiæ profectus in bonum basin ac fundamentum ponit: & vestræ petitioni se inclinans, vt vim suam habeant, stinique stabiles, firmæ ac immobiles, quæ de vestris monasteriorum beneficijs aureæ tres bullæ emissæ sunt a sancta illius maiestate, decernit, & vt in eodem robore immobiliter permaneant, in quo a principio expositæ sunt, & quæ ijs consequenter processerunt traditionis acta securitatem referant, etiamsi post biennium facta fuerint: licet fortasse quædam eorum in communitatibus secretis prius posita non fuerint: ijs quæ ad interpretationem vel subuersionem bullarum aurearum potentia particularem vel generalem edita sunt in frontibus, quæ in nostris monimentis declarantur, quomodocunque emissæ fuerint, per præsentem resolutionem inutilibus inualidisque redditis, & perinde ac si nec essent quidem omnino reputatis. Cessabit autem, & quæcunque vestris monasteriorum immobilibus in Thracia & Macedonia sitis, insultauit, precio-*

viana & Catepanica, χώρας, & ὕλης exactio, stuppæque & axungiæ emptio & exactio, tanquam per hanc præsentem resolutionem excisæ, & radicitus extirpatæ, & eo redactæ vt nec sint, nec nominentur, prætoribus, & exactoribus, & catepanis, & iis qui stuppæ & axungiæ emptionem vel exactionem exercent, iisque qui illis ministrant, sic eiusmodi immobilia prætercurrere debentibus, perinde ac si ne in suis quidem omnino regionibus sita essent, vtpote quæ non sint a publico omnino requirenda in omnibus quæ hoc modo decreta sunt, & c. Et paulo post, Monasteriis quoque omnibus vicissim curæ erit, tam iis quæ sunt intra vrbem, quàm quæ extra, sub terminis iis aureæ Bullæ comprehensis inclyti domini & patris Imperij mei ea peragere, quæ in nostris commentariis declarata sunt, nisi velint tali excusatione priuari, eo quòd semel tantum ea neglexerint. Sed & sanctissimæ Dei magnæ ecclesiæ aureæ Bullæ data est potentis & sancti domini nostri & imperatoris, quæ hæc ad verbum continet: Et illi quidem antiqua & celebri Solomonis sapientiæ templo pro viribus offerebant omnes. Et huic quoque sacro & maximo templo, quod est sub nomine dei sapientiæ, qui ex Solomone & Dauid secundum humanitatem derivatur, gloriose & regaliter extructo, cuius erat illud Solomonis præfiguratio, nouæ, inquam, Sion, arcæ sanctificationis, seruatoris nostri ecclesiæ, quam super Apostolicorum mandatorum petram adeò stabilem & immobilem spiritus sanctus ædificauit, multa diuersa munera obtulerunt, quæ in immobilibus possessionibus spectantur, ad orientem, & occidentem sita. Sed nonnulli in insulis (sunt autem eorum quæ dixi exceptione nulla, ne dicam plurima) publico ea applicare decreuerunt ex iis qui sunt vbique publici census descriptoribus, & in eiusmodi rebus exercitatis. Quoniam autem hoc ad mei Imperij aures frequenter delatum est a relatione eorum qui hoc magnum & diuinum templum diffitentur, statim nostra potentia nihil cunctata, hanc præsentem Bullam huic venerabili domicilio elargitæ sit per quam ei pure donat & concedit nostra pietas omnia quæ ad fiscum seu publicum quomodocunque pertinent, ex iis quæ sunt in oriente & occidente, & abeis in omnibus insulis possidentur, immobilium possessionibus, tanquam ei donum aliquod & sacram oblationem, sive sint parochi sive terra fortasse arabilis, vel prati sit, vel consita vitibus, vel hortensis, vel cuiusmodicunque prædia, sive in eorū domibus agant famuli negociatores vel artifices, & si castra in aliquibus eorum extructa sunt, vel aliquid aliud, quod ad publicum vtique pertinet, in iis inuentum fuerit. Corrigit autem meum Imperium per præsentem Bullam aureā quæcunque claudicare inueniuntur in iis quæ dictæ magnæ dei ecclesiæ adsunt viribus ac titulis in omnibus eiusmodi immobilibus quæcunque ea fuerint, & omnia quæ illis adsunt in oriente, & occidente, & in omnibus insulis, vt nunc à meo Imperio data, & ei concessa reputentur per præsentem Bullam aureā nostræ serenitatis. Omnis autem quæ facta est iusbio, ἢ τὴν ἀδείαν ἐκφυγεῖν, ἢ τὴν ἀδείαν κωλύσαι, ἢ τὴν ἀδείαν ἐμποδίζειν, ἢ τὴν ἀδείαν ἐξ ἀπαιτήσεως τῶν χαραγῶν, ἢ τὴν ἀδείαν ἐκποιεῖσθαι, καὶ μὴ εἰσπράττειν τούτων τέλη, ἢ τὴν ἀδείαν τῶν λοιπῶν μὴ τύχῃ δωρεᾶς. sive de quacunque re edita est iusbio, & illa in re repugnet præsenti Imperij mei Bullæ aureæ irrita erit & inualida. Vt autem sint manifesta, quæ adsunt sanctissimæ dei magnæ ecclesiæ immobilia omnia, in præsenti Bulla aurea apertè inscripta sunt quæ habent hoc modo: In Thracia & Macedonia illa & illa, & deinceps enumerat omnia immobilia. Præterea autem emissa est & alia Bulla aurea Imperatoris, quæ dicitur medicator, vt pote quæ fortasse medeatur titulis & viribus omnium ecclesiarum quæ claudicant, episcopatuum scilicet, & metropolium, & ipsius magnæ ecclesiæ, quæ etiam ad verbum sic tractat: Qui post Mosen fuit electi illius populi imperator Iesus, Hiericho festinans munimenta ac propugnacula diruere, sacerdotibus iussit in circuitu tuba canere, & sic murorum propugnacula mirabiliter detexit. Imperio autem meo, quod nouo à deo electo populo præest, post alium in Regibus populi seruatorem & ducem, inclytum dico Imperij mei dominum & genitorem, vel vti quadam Hierichuntina mœnia diruere properanti, communis Christianorum inimici propugnacula, occidentalis dico draconis, qui in Sicilia tyrannidem exercet, & illinc aduersus Romanum Imperium latenter prorepit, veluti spiritalibus quibusdam tubis, vestris antistitum deum nobis quotidie placantium precibus, & ad illum diruendum conferentibus opus est. Sed & ipse diuinus Moses, quando cum Amalech prælium cōmisit, sacerdotibus vtrinque innixus, sic eum fugauit, & vicit. Sicut ille ergo, meum quoque Imperium antistitum sustentaculo indigens ad aciem aduersus nouum hunc Amalech propositam, & veluti quandam lucu columnam nouum hunc Israel præcedentem, & eius gressus dirigentem, preces eorum habere volens, hanc præsentem Bullam auream, & omnium ecclesiarum matri, nouæ Sion, dei sapientiæ habitaculo, & iis qui sunt in omnibus insulis & in oriente & occidente antistitibus donauit, eorum pro Imperio meo preces magis confirmans. Recte enim scit meum Imperium, quod rex non seruatur per multam potentiam, & quòd Gigas non seruabitur in multitudine virtutis suæ, mendax autem equus ad salutem, vt dicam cum propheta, & psalmographo, & dei patre. Volens enim vt firmitas & stabilitas ecclesiæ quæ omnibus præest, seruetur, & omnibus dictis antistitibus sanctarum quæ vbicūque sunt ecclesiarum, & securitatem titulorum ac iurium quæ illis adsunt in ipsorum immobilium detentione firmius constituens, & præterea corrigens si quid in eorum viribus claudicet, & à summo exactóque iure distet, & non solum hoc, sed & si quod ius consequi debet ad eiusmodi immobilium dominationem, detentionem, & proprietatem, id

fortasse

fortaſſe prius factum non eſt, hanc Imperij mei Bullam auream eius quod deeſt medicatricem illis tradidit, quæ veluti perfectum & integrum & omnino illabefactabile & immobile ius eius oſtendit. Per quam confirmat quidem, & tutius facit quodcunque ius adeſt ſanctæ eccleſiis, eique quæ illis præſidet, in ſuis immobilibus, cuiuſmodicúque fuerit, & vbicunque ea ſita ſint. & quod bonũ eſt, melius facit, Imperij mei ſententia & calculo. Quicquid autem eſt in eis, in quibuſcunque quæ ſpectant, dixerit, ſiue in aureis Bullis diuerſorum imperatorum, ſiue in ſingulis, & ſine in ſuppliciibus ruſtionibus, ſiue in reſolutionibus, ſiue in actu claudicans, & aliqua in re ab eo quod eſt exactum & à debita conſequentia diſtans regalium ruſtionum & legum, corrigit & decernit dicta ſanctiſſimæ eccleſiæ. nullum ex ea re præiudicium in æternum afferri ſed, quod in eis eſt infirmum & imbecillum, eſſe firmiſſimum & nulla iuris allegatione oppugnandum ab eo qui velit aliquid profiſci ſeu publico decere, vt quod præſenti Imperij mei bulla aurea confirmetur & valde corroboretur. Si enim nullum ius penitus in nullo eorum quæ ipſe habent immobilium poſſident, à præſenti bulla aurea nihil omnino mutabuntur. Nulla autem in re, in his omnibus, & quæcunque vnquam in mentem venerint, ei qui pro publico decertat, ſanctas dei eccleſias laſerit, & dei ſapientiæ templum, & reliquas metropoles, archiepiſcopatus, & epiſcopatus in iis quæ ad eos pertinent immobilibus ex quibuſcunque titulo. Si quis ergo velit, propter auaritiam, vel propter aliquam cauſam, ea quæ à meo imperio in præſenti bulla aurea conſtituta ſunt, negligere, primum quidem ſanctæ trinitatis lucem, quando coram formidabili tribunali ſteterimus, non viderit, à Chriſtianorum autem parte, vt iudas a duodenario numero exciderit præterea autem & maledictionem attraxerit eorum qui à ſeculo dormiunt primogenitorum iuſtorum, ſanctorum & diuinorum Patrum.

Quoniam per eam quæ fuit propter peccata noſtra in eccleſiis calamitatem, ſacroſanctæ quædam ædes à quibuſdam viris arreptæ ſunt, & epiſcopatus, & monaſteria, & facta ſunt cõmunia diuerſoria: ſi, qui ea quidem tenent, volunt reddere, vt in priſtinum ſtatum reſtituantur, bene & pulchrè habet. Sin minus, ſi ſunt quidem ſacerdotalis catalogi, eos deponi iubemus: ſinautem monachi vel laici, ſegregari, vt qui ſint condemnati à patre, & filio, & ſpiritui ſancto, & ponantur vbi vermis non moritur, nec ignis extinguitur: quia voci domini aduerſantur quæ dicit, Ne facite domum patris mei domum negociationis. *Can. xiij.*

BALS. *Propter inimicorum imaginum inſaniam, multi orthodoxi ex ſuis epiſcopatibus & monaſteriis fugientes, montes occupauerunt. Occupatæ ergo ſunt ſacroſanctæ ædes à quibuſdam, & alia ſacra diuinorum meditandorum loca. Quam ob rem patres conſtituerunt, vt ea in antiquum ſtatum reſtituantur: qui autem non obediunt, ſed in malo perſiſtunt, ſi ſint quidem ſacris initiati aut ſacerdotes, deponantur. ſi verò laici, vel monachi, ſegregentur. Et hæc quidem dicta ſunt ad eam quæ fuit eo tempore rerum conſtitutionem. Trahe autem canonem etiam ad eas quæ hodie ſacras ædes tenent ex gentium incurſione prophanatas & communes effectas. Neque enim poſſunt dicere ſe hoc malum non eſſe auſos, & ideo ſe non debere hanc reſtitutionem facere. Similiter nec multorum annorum lapſum proferent, vt id confirmetur quod non poteſt conſiſtere, & ſanctum commune efficiatur. Ea enim in alio quidem locum habet, humanis ſcilicet negociis, non autem in ſanctis & ſacris. Nota hæc propter Metropolitanos orientales, qui proprios epiſcopatus & monaſteria à laicis qui ea detinent reuocant, & hæc audiunt. Nunquid autem ſanctus locus non communibus effectus, ſed conſeruatis ſicut prius, cogentur qui ea detinent ea reſtituere?* SOL. *Epiſcopatus quidem epiſcopu nullo tempore claudentur, quo minus qui electi ſunt ad ea reuertantur, quemadmodum & in Megarenſi epiſcopatu factum eſt, qui tot annis quot hominum memor. am excesserunt, deletus extinctuſque fuerat, & per iuſtionem Imperialem ſynodalémque actum metropoli Athenarum paulo antè rurſus ſeruatus eſt. monaſteria autem, vt mihi videtur, ſi xl annorum ſpacio poſſeſſa fuerint, non facile ad eos qui illa prius poſſidebant reuertantur, ſi videlicet ſeruerint a quibuſnam poſſideãtur, & propter ſocordiam ea tanto tempore non reuocauerint. Quia autem præſens quidem canon conſequenter xxiiij. Calched. ſyn. editus eſt: xl viij. autem canon ſyn. in Trullo eadem decernens, adiicit, non tradenda ſecularibus hominibus monaſteria, dictum eſt aliquando, quòd ei canoni & præſenti conſequenter, debent ſubuerti antiquiores Patriarchales monaſteriorum ſecularibus donationes: quinetiam & traditiones monaſteriorum alio monaſterio attributorum & magnæ eccleſiæ reſeruari. Lectus eſt & patriarchæ illius domus Si-*

*ἀφωρισμένα

synnij locus eadem decernens. & id fortasse etiam ad effectum peruenisset. Quia autem sanctissimi illius Patriarchæ domini Sergij allata est decisio, quæ mense maio facta est, indict. xiiij. anno 6514. Imp. subscriptione munita, quæ xlix syn. in Trullo canonem interpretatur, & statuit, non accipiri traditionem in donationibus quæ statum monasteriorum conseruant: sed in iis qui monasteria accipiunt, vt ea habeant secularia diuersoria, circa finem hæc quoq; expresse prosequens, synodicè ergo subuectimus per datam nobis à sancto spiritu potestatem, actionem illam quæ dorationes & traditiones tollit, vt quæ ex nullo episcopali consensu, sed ex libera sua sententia facta sit, & nec ab Imp. Christi amantissimo susceptæ sit, quemadmodum videtur & ipse donare monasteria præter eius vigorem, & quæ ex rebus ipsis appareat non esse ad monasteriorum vtilitatem, sed summam perniciem & exitium. Confirmantes autem & corroborantes antiquam & nouam vtilem consuetudinem beatorum & diuinorum patrum nostrorum, statuimus fieri donationes & traditiones citra vllam prohibitionem, ad constitutionem & melioratione sacrorum quæ dantur ac donantur locorum. Visum est itaque dictos canones debere exponi secundum præsentem decisionem, & quæ fiunt secularibus monasteriorum donationes, multo autem magis traditiones, °non posse labefactari. Quamobrem ea huiusque sine impedimento seruantur. Quæ à nobis scripta sunt in præsenti canone, sufficient ei qui velit, vt sciat mentem non adhibendam iis quæ ab illo Patriarcha Antiocheno domino Ioanne scripta sunt de non dando monasteria personis, & nominante hoc opus impietatem. Id enim omnino vincet, ea quæ à sanctissimo vniuersali patriarcha domino Sergio facta est decisio, cum synodali consensu, quæ quidem interpretatur quomodo debeant canones intelligi.

° ἐχλο ὸ ἀ σπ- ρ σ χ ρ σ σ

Can. xiiij.

Quòd ordo in sacerdotio versatur, est omnibus manifestum: & sacerdotij manuũ impositiones seruare deo gratũ est. Quoniam ergo videmus nonnullos à pueris cleri tonsuram accipientes, nondum accepta episcopi manuum impositione, & °in congregatione in suggestu legentes, & id non canonicè facientes, hoc à præsenti canone non fieri permittimus: hoc ipsum autem etiam in monacho seruari. lectoris autem manuũ impositionem licet in proprio monasterio etiam soli vnicuique monasterij præfecto facere, si ipsi præfecto scilicet ab episcopo manus est imposita, qui fuit & ipse presbyter. Similiter & ex antiqua consuetudine chorepiscopos episcopi permissu oportet per manuum impositionem lectores creare.

° ἐν τ ῃ σ ω α ξ ῃ

BALS. Ordo omnia continet cælestia & terrestria, multo magis autem, si bonus ordo in sacerdotibus versetur, id deum mitigat. Quoniam ergo, inquiunt patres, videmus non nullos à puero nigris vestibus indutos, tanquam deo consecratos, tonsuráque susceptæ non per sui episcopi manuum impositionem, audentes postquam ad ætatem peruenerint diuinas scripturas in suggestu legere non canonice, statuimus ne hoc fiat, vt quod sit inordinationis causa, nec quis diuinas scripturas aliter in suggestu legat, quàm si tõsuræ characterem acceperit per episcopalem manuum impositionem. Hoc ipsum [illegible] etiam seruandum censuimus in monachis. Quoniam autem, vt consentaneum est, hoc monachis difficile videbatur, qui eremos, vt plurimum habitant, & non possunt vrbes obire, & episcopos facile adire, concessum est eorum præfectis, qui ab episcopis characterem accepere, presbyteris quidem certe necessario existentibus, monachos lectores facere in proprio monasterio, vt ipsi citra vllum impedimentum diuinas in suggestu scripturas legant. Similiter etiam chorepiscopis concessum est, vt episcopali permissu lectores per manuum impositionem constituant. Atque hæc quidem canon. Ex eo autem soluta est magna instantia eorum qui dicunt non esse clericos eos qui solas habent tonsuras per antistitis manuum impositionem, & nondum sunt in cleri ordinem relati: & ideo posse illos laicorum habitum amictúmque accipere. Apertè enim ostenditur, quòd quãdo quis tonsuræ manuum impositionem susceperit ab antistite, ut est protinus clericus: vt cui etiam in suggestu legere sit permissum. mihi autem videtur, quòd qui etiam nigris simpliciter vestibus fuerit indutus ab episcopo vt clericus fieret, amictum amplius mutare non potest, vt qui deo cõsecrari proposuerit, & ideo nec suam deo pollicitationem rescindere, nec sanctum habitum ludificari, artificum scenicorum instar, possit. quod sæpe etiam de monachis dixi. eos autem, qui °cum ter sancto nigris vestibus induti fuerint, eos indistinctè dico habitum mutare non posse. Cùm autem canon dicat licere cuiusmonasterij præfecto, qui ab antistite characterem acceperit, qui scilicet est sacerdos, monachos lectores facere intra monasterium, & solum quæsierunt nonnulli, an sit ei permissum hoc facere, cùm primum characterem susceperit, etiam sine

° μ σ ν α σ τ η ρ ί ο υ

expressa

expreſſa antiſtitis permiſſione? Et dixerunt quidem nonnulli, præfecturæ mannum impoſitionem hoc quoque tacitè conſequi, vtpote cùm canon nihil vltra adiiciat, vtentes & xxiiij. canone ſyn. Laodicenæ ad eorum confirmationem. Alij autem contra opponebant, quòd quoniam lector quoque eſt clericus, debet neceſſario cum epiſcopi mannum impoſitione, vel eius permiſſione characterem ſuſcipere. Vnde & monaſterij præfectus tunc faciet lectoris ordinationem in monaſterio, quando hoc ab epiſcopo ei permiſſum fuerit. Niſi enim hoc dixerimus, eum quoque ſine epiſcopali permiſſione monachorum ſuorum, & aliorum confeſſiones audire æquum cenſebimus. quod fieri non poteſt. Solu enim antiſtitibus, vt quibus ab ipſis permiſſum fuerit, ſacerdotibus, ſuperne conceſſum eſt ligare & ſoluere. Cùm autem dixerint aduerſarij, quòd ſi monaſterij præfecto opus eſt ſpeciali quoque illius regionis epiſcopi permiſſione, ad nihil redit quod præfecto à canone conceſſum eſt, illi contra dixerunt, quòd ſic quoque magnum ius datur præfecto. Cùm enim nullus ſacerdos poſſit lectorem ordinare, etiam ſi ei ab antiſtite hoc permiſſum fuerit, ſupradicti præfecti, Antiſtitu decreto hoc facient. quod eſt quidem donum ſpeciale. Ego verò intelligo hoc monaſteriorum præfectis indiſtincte à canone conceſſum eſſe. Præterea cùm dubitaretur, an monachorum præfecti ſint, qui ſacru non ſunt initiati, dicebant quidam, quòd quoniam ex epiſcopi examinatione characterem ſuſcipiunt, illum omnino epiſcopus eliget, qui ad animarum ſalutem eſt probatior, etiam ſi non eſt ſacris initiatus, non autem eum qui eſt ordinatus, ſed non eſt ſatis ſpectatus. Quemadmodum nec is qui ægrotat corporaliter, medicinæ artis imperitum ad medendum elegerit, eo quòd archiatros ſeu medicorum princeps ſit ordinatus, ſcientem verò & peritum prætermiſerit, vt qui non ſit ordinatus. Neque enim ordinatio, ſed perfecta ſcientia dat medelam. Alij autem contra opponebant, quòd cùm canon decernat illos hoc ius habere monaſteriorum præfectos, qui ab epiſcopo characterem acceperint, ſacerdotes ſcilicet, apparet characterem præfecturæ non ſuſcipere præfectos, niſi ſint ſacerdotes. quod non mihi videtur. Non enim propter præfecturam, à ſanctis patribus additum eſt, vt ſint omnino ſacerdotes, qui monaſterijs præſunt, ſed propter lectoru ordinationem, nempe cùm lector ordinari non poſſit à monaſterij præfecto qui non ſit ſacerdos. Dico ergo ex præſenti canone & ex xxviij. recte ad præfecturam prouehi etiam eos qui non ſunt ſacris initiati, quoniam fœminæ quoque monaſterijs præficiuntur. & ſicut illæ nec peccatorum confeſſiones audiunt, nec lectores faciunt: ſic nec monachi præfecti qui non ſunt ſacerdotes, hoc facient, eo quòd nec apti quidem ſunt vt eiuſmodi res permiſſionem ab epiſcopo accipiant. Quid autem? Cùm iuſtiniani nouella dicat, vt ſæpe diximus, non fieri lectorem quempiam, niſi ſit octodecim annos natus, ſi quis infans vel puer lectoris ordinationem ab antiſtite ſuſceperit, eâ ne contentus erit, an poſt octauum decimum annum alio ab antiſtite charactere opus habebit? SOL. Si datum fuerit eum rurſus quoque characterem accipere, vtpote quòd primus character non poſſit conſiſtere, ei licebit ante ſecundum, in laicum transformari, quod eſt abſurdum. Et ideo, ei qui à puerilia characterem accepit, ſufficiet, vt mihi videtur, primus character ab antiſtite ſuſceptus, & reputatus perinde vt ſi poſt octauum decimum annum ab eo factus eſſet: & eo matu, quòd non inueniatur canon, qui dicat eum aliquo præiudicio affici, qui ante id tempus lectoris ordinem ſuſceperit. De epiſcopi autem priuilegio lege x. canonem Antioch. ſyn.

Clericus ab hoc deinceps tẽpore in duabus eccleſiis nõ collocetur. Hoc enim eſt negociationis & turpis lucri proprium, & ab eccleſiaſtica conſuetudine alienum. Ab ipſa enim domini voce audiuimus, non poſſe quempiam duobus dominis ſeruire. Vel enim vnum odio habebit, & alterum diliget, vel vnum amplectetur, & alterum negliget. Vnuſquiſque ergo, vt vox eſt apoſtolica, in eo in quo vocatus eſt, debet manere, & in vna eccleſia aſſidere. Quæ enim propter turpe lucrum fiunt in eccleſiaſticis negociis, ea à deo ſunt aliena. Ad huius autem vitæ vſum ſunt diuerſa ſtudia. ex iis ergo, ſi quis velit, ea quæ ſunt corpori ad vſum neceſſaria comparet. Dixit enim apoſtolus, Vſui meo, & iis qui mecum ſunt, ſubminiſtrauerunt manus meæ. Et hæc quidem in hac dei obſeruatrice ciuitate: in iis autem quæ extra ſunt locis, propter hominum inopiam permittatur.

Can. xv. καλαμ- τιδου

BALS. Canon est apertus. statuit enim ne quis clericus in duabus ecclesiis constituatur: quòd id sit turpe lucrum & negociatio perinde autem ac si dixisset quispiam: Et vnde clerici ea quæ ad victum sufficiùt citra vlla indigentiã habebũt? dixerũt patres multa esse & diuersa studia liberã & nõ dãna bilia, & per ea, quæ sibi sunt ad victũ necessaria acquirãt. Adduxerũt autẽ huius rei gratia etiam sententias ex Actibus apostolorum & ex euangelio. In regionibus autẽ quæ sunt extra reginã vrbiũ, vbi est inopia hominum qui sciunt literas, permissum est vt aliquis clericus in duabus ecclesiis constituatur. Est autem hodie contra. In externis enim regionibus, propter impetralem sacerdotium excusationem, plures sunt clerici in ecclesiis, & ideo nullus in duobus ecclesiis constituitur. In regina autem vrbium, non solum in duabus, sed etiam in pluribus ecclesiis constituuntur. Vt est autem verisimile, præsens canon neglectui est habitus, eo quòd non puniantur eius infractores, vel propter ecclesiarum multitudinem, vel propterea quòd qui digni sunt, vnà cum rebus ipsis in angustum contracti sunt. Qui autem dicunt canonem tractare de iis qui volunt ordinari in duarum vrbium clero, male dicunt. Alij enim canones eos vehementissimè puniunt.

Can. xvj. *βλακεία

Omnis iactantia, & ornatus corporeus, est à sacerdotali ordine & statu alienus. Episcopos ergo, vel clericos, qui se splendidis & insignibus vestibus exornant, se corrigere oportet: sin autem permaneant, supplicio tradi: similiter & eos qui sunt vnguentis delibuti. Quoniam autem radix acerbitatis sursum pullulans, fuit nostræ ecclesiæ inquinamentum, Christianos scilicet accusantium hæresis, & qui eam susceperunt, non solum imaginum picturas auersati sunt, sed omnem etiam pietatẽ ac religionẽ extruserunt, in eos qui piè & honestè viuunt *inuehentes, in eis impletum fuit quod scriptum est, Abominatio peccatorum religio & verus dei cultus. Si inuenti itaque fuerint nonnulli eos irridentes qui vilem & modestum amictum induti sunt, pœna corrigantur. A superioribus enim vsq; temporibus omnis vir sacerdotalis cum moderato & honesto indumento versabatur. Quicquid enim, non propter vsum, sed ostentatorium ornatum, assumitur, in *nequitiæ reprehensionem incurrit, vt ait magnus Basilius. Sed nec ex sericeis texturis variatum quis vestimentum habebat: neque in vestimentorum *fimbriis adiecta erant alieni coloris additamenta. Ex diuina enim lingua audierunt, quòd, Qui mollia ferunt, sunt in ædibus regum.

*ἐνοχλοῦντας

*ἀφορίας

*ἄκρων

BALS. Cùm hostes imaginum omnem ecclesiasticam constitutionem & pietatem in confusionem & impietatem mutassent, vtpote cùm clerici & episcopi, qui ad eos accedebant, impiè & temere vitam instituere sinerentur. Vt eorum voluntati acquiescerent, & idcirco sacerdotale quoque indumentum, ad id quod est nequius & magis seculare, mutatum esset, statuerunt diuini patres, eos puniri, qui se splendida veste exornant, & post denunciationem non corriguntur. Quoniam autem hi præterea hæreticis irridebant eos qui piè & honestè viuebant, & vilioribus vtebantur vestibus propter humilitatem, statuerunt sancti patres eos qui tale quid faciunt per pœnas corrigi. Sacerdotes enim, inquiunt, semper olim modestiè & honestè vitam instituebant. & splendidiorem vestem, quæ non propter vsum corporis sumitur, ἀφορίας seu leuitatis & ostentationem magnus vocauit Basilius, sed neque sericea vestis μαλακῶν scilicet (sericos enim vermes sunt) inducbantur viri sacerdotales. neque alia diuersi coloris additamenta vestium ipsarum *fimbriis adiiciebant, scilicet lembos. Et deinde aliud dictum euangelicum adiiciunt. Lege & xxvij can. vj syn. Cùm autem accusarentur quidam clerici splendidis vestibus induti, qui vestes quas *ἑξάμιτα dicuntur gestabant, & habebant non solũ diuersi coloris *lembos, sed etiam auro intexta. præterea autem & sumptuosas aureas literas, dicebant quidam editum esse canonem, propter eam quæ tunc erat in ecclesiis rerum confusionem, & multam clericorum à pietate alienationem: hodie autem non habere locum canonem, quandoquidem dei gratia

*μαλακία puto dictum esse à Græcis corrupta dictione quasi marginalia.

*ἑξάμιτα

*λαῖμια

tia

tia absoluta est cœlesti iustica constitutio & pietas: & idcirco bonorem clerici cum reliquis splendidioribus versantur: aud uerunt autem se non rectè dicere est enim canon vniuersalis: & quæ in eo scripta sunt, debent in secula seculorum obseruari, & vim suam obtinere, & qui præterea uitã instituunt, rectè puniendi sunt, nisi corrigantur.

Quidam monachi, suis monasteriis relictis, vt qui imperare desiderent, & parere recusent, oratoria ædificare adgrediuntur, cùm ea non habeant quæ ad perfectionem pertinent. si quis ergo hoc facere aggressus fuerit, prohibeatur ab eius loci episcopo. si quis autẽ ea habet quę ad perfectionem sufficiunt, quæ ab ipso deliberata sunt, ad finem deducantur. Idem autem seruetur in laicis & clericis. Can. xvij.

BALS. Rursus quoque sancti patres, cùm omnino non ferrent gloriæ cupiditatem inteneos versari qui secundum deum viuere constituunt, statuerunt, vt monachi, qui propter gloriæ cupiditatẽ sua monasteria relinquunt, vel etiam propter inobedientiam, & oratoria quidem ædificare aggrediuntur, non habent autem quæ ad eius perfectionem sufficiunt, prohibeantur ab illius regionis episcopo, vt qui ea constituere minus sufficiunt. hoc ipsum autem etiam fieri in laicis & clericis constituerẽt. Ol velu autem scire, quomodo & à quibus ædificantur monasteria, quære pr. cap. pr. tit. xij. lib. Imp. quæ quidem est pars cxxiij. Iustiniani nouellæ, & totam pr. cap. xi. tit. præsentis operis, & quæ sunt in ea similiter & pr. can sanctæ & magnæ pr. & ij syn. quæ in templo sanctorum apostolorum cõgregata est. & disces omnia quæ ad monasteriorum ædificationem pertinent. Quod autem à sanctis patribus in proœmio dictum est, non exauditur autem etiam in laicis & clericis, assume ad solos monachos. Prohiberi autem eos, qui monasteria ædificant, & sumptum sufficientem non habent, trahe ad omnes, scilicet laicos, clericos, episcopos, monachos, & reliquos. Roguerit autem quispiam, & quantus sumptus ab eo exigetur, qui velit monasterium extruere? Multã ne auri talenta, an stateres aliquot? SOL. Neutrum, non enim cogetur quispiam magnificam & magni pecũij deo offerre oblationem, nec minutula aliquot auri numismata, ad ea quæ proposuit, non sufficientia, afferens, exaudietur. Sed quia monasterium à tribus ad minimum monachis constituitur, cogetur qui vult ædificare, afferre, si non plura, ea quidem certè quæ sufficiunt ad templi perfectionem, suámque & trium monachorum habitationem & prouisionem. Dicit enim xiiij. imp. dominy Leonis philosophi nouella post proœmium: Dicimus quòd quoniam diuino ore dictum est, Vbi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, illic sum in medio eorum, oportet tribus ad minimum sufficere opus quod monasterij subit appellationem, & aliorum scilicet preciosorum vasorum, quæ ad ceremonias deique cultum & existentis felicitatis reputationem pertinent, non deesse facultatem. Eum ergo qui monasterium consecrare velit adgredi citra prohibitionem, eo vsque à minimum oportebit ad eius consecrationem, impendere. Quoniam autem plurimi, qui se tali rei adgrediendæ dedidere, nonnunquam postea consilio frustrantur, morte præuenente, & eorum inter homines conuersationem tollente, illud rursus decernitur, quòd si dispositio processerit, ea quæ in ea disposita sunt, erunt ecclesiæ: sinautem, cuiusmodi multa rerum affert incertitudo, ante de suis rebus dispositionem de medio sublatus fuerit, si sint quidem tres liberi, quartam bonorum partem sibi vendicabit monasterium: sinautem vltra tertium numerum proles processerit multitudo, monasterium vna cum liberis numerabitur: & vnusquisque eorũ æqualem partem accipiet vniuersarum facultatum, quas defuncti debita non attingunt. Si autem liberos non habeat qui vita excesserit, sed relictis parentibus decesserit, in quæ habet bifariam diuisis, altera quidẽ pars parentibus, altera verò monasterio tradetur. Si autem hæredibus ascendentibus destitutus fuerit, eos autem qui per transuersalem lineam eum attingunt, clerus admiserit, ipsi quidem quicunque fuerint, tertiam partem possidebunt, duæ autem partes ecclesiæ accedent. Et hæc quidem de iis qui monasteria ædificant. Si quis autem domum oratoriam, non monasterium, ædificare voluerit, vt tantam ne afferat impensam, ab eo postulabitur? SOL. Nequaquam. Hæc enim de solis monasteriis lata sunt. Qui est ergo ædificaturus, offerre cogetur quod satis est, ex episcopi examinatione. His ergo ita se habentibus, in vrbium quidem regia, ab huius temporis chartophylace crucifixio extra vrbem alicui non datur templum excitare volenti, nisi in xia primum canonem pr. & ij syn. in scriptis deposuerit, se omnia attulisse quæ ad eius perfectionem pertinent, vt superius dictum est, & paulatim confirmauerit in ecclesiastico codice. In externis autem regionibus, vt mihi quidem videtur, nihil eiusmodi subtilitate disquiritur, sed licet omni volenti absque vlla curiositate oratoria ædificare. Quin & hic etiam multi absque scientia episcopi, multa audent eiusmodi. Quia autem solius templi sumptus meminit canon, sumptus autem nomine, omnia quæ sunt monasterio vtilia, & in quæ in ipso exercentur, comprehenduntur, debes sumptum quoque sic accipere.

can.xvij. Sine offensione esse etiã iis qui extra sunt, inquit diuinus apostolus. mulieres autẽ in episcopatibus vel monasteriis versari, est omnis offensionis causa. si quis ergo ancillã vel liberam in

can.xxx. episcopatu possidere deprehensus fuerit, vel in monasterio ad ministeriũ aliquod obeũdũ, puniatur. Si nautẽ perseueret, depo natur: si verò etiã in suburbanis mulieres esse contigerit, & voluerit episcopus, vel monasterij prẽfectus, illic iter facere, præsente episcopo, vel monasterij prẽfecto, mulier eo tẽpore nullo modo ministeriũ obeat, sed alio in loco seorsum degat, donec recesserit episcop': vt omnis reprehẽsionis occasio vitetur.

BALS. Cùm intellexissent, vt est consentaneum, sancti patres, quòd in episcopatibus & monasteriis mulieres versantur, dixerunt, quòd quoniam magnus apostolus Paulus ad Corinthios scribens, statuit nos sine offensione esse debere, non solum iis qui intus, sed iis etiam qui extra sunt, scilicet non solum fidelibus, sed iis etiam infidelibus: episcopos autem, vel monasterij præfectos cum fœminis versari in monasterio vel in episcopatu, est omnis offensionis causa, & non vulgare probrum ecclesiasticæ constitutionis, debent, qui tale quid facturi sunt, puniri: si autem perseuerent, deponi: perinde autem ac si dixisset aliquis, à recto discernendi iudicio esse alienum, vt ii puniantur qui quomodocunque cum mulieribus versantur: contingit enim vt aliquis eorum in transitu diuertat in suburbano in quo sunt mulieres, & non potest conuersationẽ cum illis repudiare, statuerunt, si hoc contigerit, nullo modo vidente episcopo vel monasterij præfecto ministrare mulieres, sed eas in alium locum secedere, & in silentio degere, donec illi recesserint. Viros autem eis omnino ministrare. Sic enim omnis reprehensionis & scandali vitabitur occasio. Nunquid autem argumento à contrario sumpto, si in episcopatu vel in monasterio cum mulieribus non conuersentur, sed in aliis ædibus, eis venia dabitur? SOL. Canones quidẽ, vt sæpe diximus, & lvij. ca. primi tit. Imp. prohibet, ne quis eorũ qui sunt ex sacerdotali ordine cũ suspecta muliere versetur, præterquã cũ matre, sorore, filia, & reliquis. lvij autẽ cap. quod est pars cxxxvij. Iustiniani nouella, hæc dicit expressè: Episcoporum autem nullã penitus habere fœminã, vel cum ea habitare permittimus. si hoc autẽ demonstratũ fuerit, episcopatu eiiciatur. si ergo, qui solùmodo cum quacunq; muliere cohabitat, episcopus deponitur, multo magis, qui tale quid in episcopatu fecerit, ideo deponetur, vt mihi videtur, quia nouella indistinctè loquitur. Iã verò xv. cap. primi tit. iij. lib. prohibet nõ solum mulierẽ manere in virorũ monasterio, vel contra: sed etiã omnino in ipsum ingredi quacunque de causa nota ergo canonẽ qui dicit, quòd neq; ancilla neque libera, debẽt cum episcopo vel monasterij præfecto quauis ex causa vna degere. Quæ autem de mulieribus quæ sunt in suburbanis dicta sunt, citra vllam curiosiorem inuestigationem assumentur de suburbanis quæ ad episcopatum vel monasterium iure dominij pertinent. si enim in publicis hospitiis, vel etiam in alienis suburbanis diuerterint, difficile est, vt existimo, ea quæ in canone continentur obseruari.

can.xix. Tanta execrabilis auaritiæ labes ecclesiarum præfectos inuasit, vt nonnulli eorum virorum ac mulierum, qui pij ac religiosi dicuntur, domini mandati obliti, fallantur: & eos qui ad sacerdotalem ordinem & vitam monasticam accedunt, pecuniis admittant. & quorum reprobum est principium, vniuersum quoque reiiciendum est, vt ait magnus apostolus: nec deo licet, & mammonæ seruire. si quis ergo inuentus fuerit hoc facere, qui hoc facit, si sit quidem episcopus, vel monasterij præfectus, vel ex sacerdotali ordine, vel cesset, vel deponatur. vt vult ij. canon Calched. syn. Si autem monasterij præfecta à monasterio extrudatur, & alij monasterio tradatur ad subiectionem. Similiter & monasterij præfectus, qui presbyteri ordinationem non habet. De iis autem quæ dantur liberis à parentibus

rentibus instar dotis, vel rebus suis propriis, oblatis, profitentibus iis qui ea offerunt esse deo consecrata, statuimus, vt siue maneant, siue exeant, ea in monasterio maneant, vt fuit ipsorum professio, nisi is qui præest in culpa fuerit.

BALS. In vij canone præsentis synodi, diuersa quadam a sanctis patribus constituta sunt de pecuniarum datione & eorũ qui in aliquo clero constituuntur vel ordinantur. Et ergo conquenter, præsens quoque canon reprehendens episcopos & monasteriorum præfectos, qui propter auaritiam aliquos suscipiunt cum pecuniarum oblatione. (ij enim sunt populi duces & veluti in via ductores) decernit, ne connumeretur quispiam in monasterij fraternitate, vel in clero templi, per largitionem pecuniæ: eos autem, qui illos suscipiunt si sint quidem episcopi, & monasteriorum præfecti sacerdotes, vel post denunciationem cessare, vel deponi statuit. si sit autem monachus, vel monasterij præfectus sacris non initiatus, monasterio extrudi, & alij monasterio tradi, vt sint subiecti. Quæ autem a nonnullis deo sua sponte offeruntur, vel à parentibus, vt quæ ad ipsos pertinent, vel aliunde cunque ea à monaster.o non posse auferri, siue in monasterio manserit qui ea consecrauit, siue egressus fuerit. nisi forte is qui monasterio præest egressionis causa fuerit. Dixerunt autem quidam hac locum habere in monasterijs vbi communiter viuitur, quæ cœnobia dicuntur. sed non in cellularijs, eo quòd in fraternitatem recepti victum emant, non tamen iure tonsuræ vel clericatus. Audierunt autem id in omnibus monachis intelligi eo quòd monachorũ & monasteriorũ non sit differentia ex canone. Rogauerit autem quispiã, cum v. canon statuat eũ qui ordinauit eo ipso deponi, quomodo præsens canõ decernat, vel cessare, vel deponi eum, qui per pecuniariam dationem vllũ clericũ vel monachũ susceperit? Sol. Quotiescunque quidem vlla fit cum pecuniarũ datione ordinatio, vt vult v canon, eo quoque ipso deponitur qui ordinauit. Quando autem sola persona susceptio, siue in clero, siue in monasterio, per pecunias facta fuerit, qui id malũ fecit, nõ aliter deponetur, quàm si post denunciationem in malo perstiterit: quoniã canones quoque sunt diuersi. ille enim de illicita ordinatione docet: hic verò de susceptione quæ sit præter rationem. Et hæc quidem de iis qui ordinauerunt, vel aliquos susceperunt secus ac canonibus continentur, per pecuniæ dationem. Ordinati autem vel suscepti quomodo puniuntur? SOL. Is quidem qui est ordinatus, vt vult dictus canon, deponetur perdet autem & quæ ab ipso data fuerint. Qui autem malè susceptus fuerit, tantummodo ea perdet quæ ab ipso data fuerint, vt vult lex quæ dicit, qui dat ob turpem causam, non recuperat. Quoniam autem vt ex præsenti canone apparet, monasteriorum præfecti in duo diuidantur, in sacerdotes, & eos qui non sunt sacris initiati, & illi quidem deponuntur, hi verò monasterio extruduntur, dicimus recte aliquos ad monasteriorum præfecturas promoueri, etiam si sacros ordines non susceperint. præterea rogauerit quispiam, cùm canon decernat à monasterio non posse auferri, ea quæ sponte ab aliquo, deo consecrata sunt, siue is qui obtulit in monasterio manserit, siue non: quomodo in fine scriptum est, ea contra reuertetur, si culpa monasterij præfecti, is qui ea obtulit, à monasterio recesserit, cùm debeat potius præfectus, qui est in culpa, puniri? SOL. Hic quæ deo oblata sunt, nec directo oblata sunt, vt ea ex omni causa à monasterio auferri non possint, nec vt tonderetur aliquis, vt sic etiam omni causa essent monasterij, & secundum legem quæ dicit, Quæ in æquali causa ejus qui dat & qui accipit data sunt, non repetuntur: sed oblationi quæ secundum deum facta est, onus est impositum, nempe eius qui monasterio ea obtulit exercitatio. Si ergo qui ea dedit, à monasterio sua sponte abscesserit, nihil ei restituetur, propter eaque supra dicta sunt. si autem monasterij præfecti culpa recesserit, omnino ad eum reuertentur quæ data sunt vt ipse degat in monasterio. Quæ autem de oblationibus & alijs ecclesiasticis iuribus emissa est constitutio illius inclyti imp. domini Alexij Comneni, ad suggestionem quorundam diaconorum, quicuram patriarchalium monumentorum susceperunt à patriarchali magnificentia, quæ data, vt valeo dicere, habebat, decembrem mensem quintæ indictionis. debes scire eam hac ad verbum continere: Obseruationem & correctionem animæ lapsuum non dubium habere sanctissimum huius temporis patriarcham tam in liberis monasterijs quàm in traditis, & donatis, & in quæ ad administrationem, vel dispensationem data sunt. Iure enim habet subeundi & corrigendi delicta animæ, & secularia, & publica monasteria, & vt semel dicam, omnia quæ sunt sub eius regione, siue sint patriarchalia, siue imp. & quæ per se dominium obtinent, & propria, quæ superiores patriarchæ ad incrementum non locabant, absque impedimento quando volet siue ipse per se, siue eius suasione, quem ipse ex ecclesiasticis elegerit, & ea perscrutari, dignum esse statuerit. libera autem & sui iuris monasteria, quando ad sanctissimum dominum meum & patriarcham, delictum in monasterio factum peruenerit, siue aliunde ex fama aliquorum, vel etiam vnum audierit, tunc vt dictũ est ingredietur, & perscrutabitur delicta animæ, etiã sit qui dixit, nolit subire probãdi periculũ. Homo enim Christianus, quando aliquid factum audierit, debet hoc dicere communi patri & antistiti. Fortasse enim non vult hoc subire periculũ & propter eiusmodi causam, delicta animæ inobseruata & incorrecta relinquere, est hoc valdè absurdũ. nullo quocũque scripto imp. vel patriarchali hoc prohibẽte,

ſed monaſteria quidem debent non innouata conſeruari in perſcrutationibus eorum qui mittuntur, nulla ex eo data perſcrutatione. Tunc enim animæ delictorum correctio, facile, ſi deus volet, fiet. In monaſterijs autem non ſolum alia animæ delicta inquiret, ſed etiam an diſſoluta ſint vel diſſoluentur in parte, vel in vniuerſum, ab iis qui ea accepere. & ſi inueniet in iis aliquas fieri imminutiones, cogent eos qui ea detinent reſtituere, quemadmodum accepere, & ſecundum monaſterij facultatem. ſed in illis quidem qui propter inopiam non ſufficiunt ad ſtatum in quo ea accepere, quæ ſunt quidem effecta meliora & aucta, cum recte ſe habeant, non minuentur, ſed manebunt vt ſe habent. Qui autem ea detinent quæ ſunt illis tradita, vt regimen & adminiſtrationem ad tempus ſuſcipiant, & eu damnum afferunt, ſi nolint in eum quem acceperunt ſtatum ea reſtituere, eu auferantur, nec ab iis quæ habent ſcripta inuentur, eu dato conuenienti die præfinito. Interea autem dum pendet terminus, debent obſeruari an ipſis eorum de in integrum reſtitutione operibus vacent vt oſtenſum eſt. Tum enim etiam terminus ſeruabitur. Renunciationes autem, quoniam præter canones dantur & accipiantur, omnino ceſſabunt. & qui accipere vel dare inuentus fuerit, ſi eſt quidem monaſterij præfectus, ex præfectura

°Græca eſt χωρεπισκοπευ-σεως & eſt vt puto qui alterius beneficio poſſidet.

expellatur. ſi autem° beneficiarius, è monaſterio expelletur. Quæ autem ab iis qui adtonſuram venunt, fiunt offerentium ſponte ſua voluntate oblationes, ſuſcipientur & deſcribentur in Breuiario monaſterij, de iis quæ offerentur etiam ſanctiſſimo patriarchæ cognitione data, etiam ſi ij qui habent monaſteria documenta habeant de accipiendis renunciationibus & oblationibus & iis lucri faciendis. hoc enim ceſſare nunc debet, & fieri quemadmodum ſuperius dictum eſt. ſed etiam ſeruatæ oblationes non debent alienari prætextu documentorum. Porrò autem non ſolum cura animarum monachorum, ſed ipſorum etiam ſecularium, incumbit ſanctiſſimo patriarchæ, & quando viderit aliquem ſecularium ſitientem propriam ſalutem, quomodo contingeri prohiberi patriarcham, quominus in monaſterio eum collocet, ad ſalutem animæ eius qui accedit? cura vllam enim impedimentum, ſanctiſſimo patriarchæ licebit collocare, vel id ei etiam gratum erit. Præterquam ſi iubet ſanctiſſimus meus dominus fraternitatis vſum accipere ſecularem aliquem vel etiam monachum ex alio monaſterio ab eo differente ne det ſeculari vel externo monacho monachatum: & grauetur monaſterium° adelpha 30. Si enim grauetur, omnino deerit monachi qui ſunt intus & pro mercede ſit iudicium. Si autem accedit laicorum quiſpiam, qui eſt omnino, inops & pauper, ad ſanctiſſimum meum dominum, vel ex antiſtitibus, qui ſuos thronos perdiderunt, & ſunt inopes, & voluerit ſtatuere vt ei victum capiat è diuerſi aliquo monaſterio, hoc recte faciet, non ſupra facultates numeri eorum qui ſunt ordinati monachi enim, qui ſunt intus, debent præferri cæteris omnibus, ad ea quæ ſunt ſibi neceſſaria capienda.

°ἀδελφάτῳ

Can. xx.

A præſenti ſtatuimus non fieri duplex monaſterium, quoniã hoc ſit multis ſcandalum & offenſio. Si qui autem volunt cum

°ἀπόταξις

cognatis mundo renunciare, & vitam ſequi monaſticã, viros quidem oportet in virorũ monaſteria diſcedere, fœminas autem ingredi in mulierum monaſteria. hoc enim eſt deo acceptum. Quæ autem hucuſque duplicia fuerunt, ſeruentur ſecũdum canonem ſancti patris noſtri Baſilij, & ſecundũ eius conſtitutionem quæ ſic definit: In vno autem monaſterio ne verſentur monachi & monachæ. Adulterium enim habet interce dentem conuerſationem. nec monachus libere cum monacha loquatur, vel monacha cum monacho ſeorſum confabuletur nec cubet monachus in fœminarum monaſterio nec monacha ſeorſum comedat. & quando quæ ſunt vitæ neceſſaria à parte virorum ad regulares fœminas deferuntur, extra portam hæc accipiat monaſterij muliebris præfecta cum aliqua anu monacha. Si autem eueniat vt aliquam velit cognatam monachus aſpicere, præſente præfecta cum ea colloquatur exiguo & breui ſermone, & mox ab ea recedat.

: BALS. *In primo cap. xij. tit. præſentis operis diuerſæ leges de monaſterijs traditæ ſunt. Præſens autem canon conſtituit non eſſe faciendа duplicia monaſteria, ne multi ex eo offendantur. Tanquam autem diuerſi quiſpiam hoc eſſe honeſtum, & iure admittendum, quando quædam ſuſpicio incideris*

propter

propter personas non satis firmas & stabiles si enim à suspicione alieni, cognati fortasse, vel fratres, vel alij eiusmodi, velint esse monachi, cur non eu licebit in duplici monasterio habitare? dicunt patres quòd ne tunc quidem cognatos simul habitare oporteat, ne aliqui ex eo offendantur. sed vir quidem in virorum proprium monasterium abeat: mulier autem in mulierum. Sic enim viuentes separati deo iucunde seruient. Quæ prius autem fuerant duplicia monasteria, iussérunt administrari ex decreto & constitutione magni Basilij, scilicet non conuersentur, hoc est non cohabitẽt viri & mulieres in vno monasterio: quoniam adulterij suspicio oritur ex cohabitatione. sed neque monachus potestatem habeat cum monacha seorsum confabulandi, vel comedendi, vel in muliebri monasterio pernoctandi: quemadmodum nec contra. Quæ autem sunt monachis ad victum necessaria, ea à viris recipiantur, non intra monasterium, sed extra portam eius, per manum monasterij præfectæ & anus monachæ. Si quis autem monachus velit monacham cognatam suam aspicere, ne liceat ei seorsum cum ea sermones vlro citroque conferre, sed in præsentia præfectæ monasterij, idque paucis, si concedatur. Quod Latinè autem est, In vno monasterio monachi & monachæ ne versentur, Græcè est διαιτᾶσθαι, à verbo διαιτᾶν. διαιτᾶν autem non vt apud Grammaticos pro conuiuio sed pro habitatione accipitur. διαιτᾶν enim apud iurisconsultos pro habitaculo accipitur. Duplicia autem monasteria dici, dixerunt nonnulli, non quæ simul habent viros & fœminas, sed quæ propè & continuè ædificata sunt, & tanquam vnum reputantur propter multam vnionem. sed ex hoc canone apparet non dici propterea duplicia monasteria, sed quòd in vno & eodem monasterio habitarint, vt est verisimile, viri & mulieres. constituit enim, vt cognati abeant, illi quidem in virorum, hæ verò in mulierum monasteria, tanquam esset prohibita in vno & eodem loco eorum habitatio. Similiter iubet ne conuersentur, hoc est, ne in vno monasterio cohabitent viri & mulieres. Lege & totum primum tit. huius lib. eiusmodi multa docentem, & statuentem vt neque monachus nec laicus muliebre monasterium ingrediatur quacunque ob causam, & definientem de iis qui debent ministrare in mulieribus monasteriis, & de ipsarum apocrisiariis, & reliquis ministris.

Non oportet monachum vel monacham proprium relinquere monasterium, & ad aliud se conferre. si hoc autem contigerit, ipsum vt hospitem accipi est necessarium: sed eum recipi sine mente monasterij præfecti non conuenit. Can. xxi.

BALS. *Postquam pollicti sunt aliqui & deo professi sunt manere in eo monasterio in quo tonsi fuerunt, quomodo eis permitteretur vt suam professionem infirment, & in aliud monasterium abeant? statuit ergo canon ne monachus nec monacha ex suo monasterio inordinate recedat, & in aliud monasterium se conferat, vt in eo collocetur. Si hoc autem propter pusillum & abiectum animam sæpe fiat, vt ne ab eo qui præest ne recipiatur sine sententia ac notitia eius qui illius curam gerit monasterij præfecti. scilicet sine dimissoria eius epistola sed solum hospitio accipiatur. Ne forte eum ad secularia abire contingat & cum laicis vitam agere. Porrò magnus Basilius, in suis exercitatoriis canonibus statuit, vt monachus, qui animo offendatur, recedat ab eo in quo tonsus est monasterio, & hoc faciat, postquam monasterij præfecto id & semel & bis dixerit & etiam monacho, nec malum corrigitur. Hospitij autem nomine ne dicas monachum qui alibi tonsus est, diu debere versari in alieno monasterio: hac enim ratione fit fraus canoni. sed aliquot diebus. Ne mireris autem quomodo à canone non punitur is qui eum transgreditur. Lege & lxxx. can. syn. Carth. & scies quomodo puniantur, qui alibi* tonsi sunt, & qui eos suscipiunt.*

*ξενιτεύσαντες

Deo quidem vniuersum dedicare. & non propriis voluntatibus seruire, res magna est. Siue enim comeditis, siue bibitis, inquit diuinus apostolus, omnia in dei gloriam facite: Christus autẽ deus noster in suis euangeliis iussit peccatorum principia resecare. Non enim adulterium solum apud ipsum punitur, sed etiam cogitationis motus ad aggrediendum adulterium condemnatur, ipso dicente, Qui aspexit mulierem ad concupiscendum ipsam, eam iã in corde suo adulterauit. vnde nos quoque edocti, debemus cogitationes purgare. Etsi enim omnia licent, non tamẽ omnia expediũt, vt à voce apostolica docemur. Cuiuis ergo homini necesse est comedere vt viuat. Et quibus est vita, quidẽ matrimonij, & liberorũ, & laicæ cõstitu- Can. xxij.

tionis, permixtū comedere viros & mulieres, est ab omni reprehēsione alienū, si modo ei qui dat nutrimentū gratias agāt, nō cū scenicis quibusdā studiis, siue satanicis canticis, & citharœdicis ac meretriciis vocibus. quos prophetica execratio sic persequitur, sic dicens. Væ qui cū cithara & psalterio vinū bibunt, domini aut cōpera non respiciunt, & opera manuū eius non cōsiderant. & sicubi tales fuerint inter Christianos, corrigantur: sin minus, aduersus eos robur suū obtineāt quæ ab iis qui nos præcesserunt canonicè tradita sunt. Cui autem quieta est vita & solitaria, vt qui domino deo iugum monasticum tollere statuerit, in solitudine & silentio sedebit. Atqui nec iis etiam qui vitam sacerdotalem elegerint, licet omnino seorsum cum mulieribus comedere, nisi vtique cum diuinis & religiosis viris ac mulieribus: vt ipsum etiam conuiuium ad spiritalem correctionem adducat. Porrò id ipsum etiam in cognatis faciat. Si autem rursus contingat vt quæ sunt ad vsum necessaria non afferat monachus vel sacerdos, & propter necessitatem velit, siue in publico diuersorio, siue in alicuius domo diuertere, ei liceat hoc facere, vt pote vrgente necessitate.

BALS. *Præsens canon prohibet laicis, ne cum scenicis ludicris & saltationibus comedant, & suadet clericis qui tale quid faciunt vt se corrigant: sin minus, aduersus eos valere, quæ canonibus antea constituta fuere, decernit. Porrò & monachus & sacerdotibus præcipit, ne seorsum cum mulieribus comedant, etiam si reuera eorum cognatæ fuerint. sed palam, & cum aliquibus bonis ac religiosis, vt neque ipsi à cōtrariis cogitationibus mouentur, neque alijs offensionem scandalúmque præbeant. si quis autem in itinere vel in alio ministerio peregre versetur, & non habeat ea quæ sunt ad vitam necessaria, statuerunt eum absque vllo præiudicio in hospitio publico vel in alienis ædibus diuertere, propter vrgentem necessitatem corporis nutrimenti & quietis. Atque hic quidem est huius canonis scopus. Finis autem proœmium est epistolæ magni apostoli Pauli, quæ sic præcisè dicit, Siue comeditis, siue bibitis, omnia in dei honorē facite. & ex euangelio, illud, Deberemus cogitationes purgare, & ex 4. ad Corinth. epistola Omnia licent, sed non omnia expediunt & illud, Væ qui cum cithara & psalterio vinum bibunt & quæ deinceps sequuntur, ex Esaia propheta. Canonicas autem traditiones dicunt patres xxxxij. & xxxxiij. can. sanctorum apostolorum, & lx. Carthag. syn. & lxij syn. in Trullo.*

CANON

CANONES EDITI A SANCTA ET MAGNA CONSTANTINOPOLITANA PRIMA ET secunda synodo, quæ congregata est in venerabili templo sanctorum & benedictorum Apostolorum.

QVIDAM *dubitant legentes hanc inscriptionem, quomodo hæc synodus, quæ vna est, Prima & secunda dicitur.* SOL. *Tempore sanctissimi illius patriarchæ domini Photij, qui hoc nomocanonon composuit, coacta est aduersus ignatium beatissimum patriarcham vniuersalis synodus. Cùm autem dictæ essent dogmaticæ causæ alienæque ecclesiasticæ, fuit diuisio & seditio synodi, vtpote cùm qui aliter sentiebant, nolebant, quòd victi essent, orthodoxis assentiri. Propterea & sanctis patribus opus fuit, vt rursus fieret secunda congressio, & scriberentur quæ prius dicta erant & confirmata. Ex eo ergo nominata est hæc synodus Prima & secunda, & subiecti canones editi fuere.*

Res adeò veneranda & honorabilis, & à beatis & sanctis patribus nostris iam olim pulchrè excogitata, monasteriorum ædificatio, hodie malè geritur. Nonnulli enim suis copijs & facultatibus nomen monasterij imponentes, & eas deo sanctificare profitentes, se eorum quæ sunt consecrata dominos esse inscribunt, & sola appellatione deo dedicare machinari decreuerunt. Eandem enim potestatem etiam post consecrationem sibi vsurpare non erubescunt, quam prius habere non vetabantur: & tanta rei cauponatio adhibita est, vt multa eorum quæ sunt consecrata; ab ijs ipsis qui consecrarunt vendita cernantur, & admirationem & odium ijs qui ea vident afferentia: & tantum abest vt vllam agant pœnitentiã ob id quod eorum quæ deo dedicata sunt, sibi potestatem attribuant, vt etiã eam ad alios sine metu transmittant. Propterea ergo sancta definiit synodus, vt nemini liceat monasterium ædificare absque episcopi sententia & consilio. Illo autẽ sciente, & permittente, & eam quam debet orationem peragente, vt ab antiquis piè ac religiosè cautum est, monasterium quidem ædificetur: omnia autem quæ ad ipsam pertinent, cum illo ipso in breui inscribantur, & in episcopalibus archiuis reponantur, nullo modo potestatem habente eo qui consecrat, se ipsum præfectum, vel pro se alium constituere. Si enim eorum quæ quis homini largitur dominus amplius esse non potest, quomodo eorum quæ quis deo sanctificat & dedicat, sibi dominiũ arripere sinetur? Can. j.

BALS. *In septimo canone vñ. syn. permulta scripsimus, quomodo fieri debeant monasteria: & lege ea. Præsens autem canon dicit, quòd quoniam nonnulli solo nomine monasteriũ deum complectũtur, rebus autem & veritate volunt in ea quæ sunt dedicata potestatem obtinere, ea vt volunt alienantes, monasterium ædificari non debet sine illius regionis episcopi consensu. Is enim postquam orationem in fundamento seu crucis fixione, ad deum fuderit, permittet quidem ædificationem, & in eius etiam describet, quæ ad monasterij dispensationem & monachorum sufficientiam ab extru-*

ctore danda sunt, & ipsum etiam monasterium: vt breue in episcopatu reponatur, & qui offert, ab eorum quæ sunt deo consecrata dominio alienetur. Adiecit autem, quòd tantum debet abesse is qui obstulit à dominio eorum quæ ad deum pertinent, vt ne præfecturam quidem gerat in monasterio præter sententiam episcopi, sed nec etiam alium præfectum constituat. Si enim, inquit, ea quæ sunt deo dedicata eripiet, & in suam rursus potestatem rediget, rogauerit ergo quispiam, quomodo contra ac canone continetur, monasterij extractores & statuta edunt, & non solum monasteriorum præfectos sed & °Ephoros in ipsis constituunt, & nonnunquam inter alia quæ contra canones faciunt, vt illius regionis episcopus ad ipsum aditum non habeat. & dixerunt quidem nonnulli, omnia statuta quomodocunque se habeant & quicquid contineant, esse inualida, & quod deo semel est dedicatum, absque vlla curiosiori inuestigatione esse iuris episcopalis, vt canone continetur. Nonnulli autem dicebant ea debere seruari, quando legibus & canonibus consequenter scripta sunt. Alij autem volebant ea tum demum vim suam obtinere, quando præterid quòd legitimè & canonicè edita fuere, à manu quoque imp. confirmata fuere. Mihi autem videtur, quod quoniam vij. cap. j. tit. vij. lib. imp. dicit, Qui donatiuum constituerit, vt oratorium, vel xenodochium vel nosocomium extruat, exigatur & ipse & eius hæredes ab episcopo & eorum hæredibus ea quæ est pollicitus, quæ pro eius tamē arbitratu administrētur, est in potestate eorum qui domos ædificant ea iura edere. Sed ex eo quod dicit lex, domos sanctas & religiosas administrari pro ædificatorū arbitratu, non est ei permissum aliqua contra leges & canones facere. Dicit enim xxxix. caput. primi tit. vij. lib. imperia. eos qui à domorum extractoribus in locum clericorum electi sunt, si indigni inuentiā tur, ejici, & alios ab episcopo ordinari debere & vij. cap. iij. titu. quis ei lib. in fine hæc expresse decernit: Episcopi qui sunt in loco, obseruent, an recte administratio procedat, & si inuenerint non esse frugi administratores, potestatē habeant alios pro iis aptos & idoneos constituendi. Quare quomodocunque confirmata & corroborata fuerint, quæ statutis aduersus canones & leges continentur, non valebunt. Præterea si interrogauerit quispiam, an ex eo quod decreuerat canon vt episcopus ea iura habeat in monasterio ab aliquo ædificato, in sua diœcesi, eo quòd in archiepiscopatu hoc breue situm sit, & permittatur ipsum transmittere ad quem velit & vt semel dicam, iure dominij in eo obtinere. Existimo ergo quòd ex hoc canone non est episcopo cōcessum, potestatem in id monasterium obtinere, tanquam ad eius ecclesiam iure domini pertineat. Sed habet in eo tantum iura episcopalia. ea autem sunt delictorum animæ examinatio, obseruatio eorum qui illa administrant, eius nominis, ordinatio, & præfecti ordinatio. Conseruabitur ergo monasterium hi erum & perfi degens, nō alienabile, nec donabile. Illius autem regionis in qua situm est, antistes habebit solum ineo quæ dicuntur iura episcopalia, & à præsenti quidem canone, & ab aliis diuersis legibus & canonibus concessum est, vt qui vellet in monasteria nouæ extruere, ritu & forma hic præscripta id seruata. Imp. autem domini Nicephori hoca nouella decernit non esse de reuo cōstruenda monasteria, vel xenodochia, vel nosocomia, vel alia sancta & religiosa loca, sed eorum quæ sunt curam gerit operiere & hæc expresse in fine adiecit Quare ab hoc deinceps tempore, quod est vij. indictionis initium, nemini liceat, nec loca, nec agros ad monasteria, vel gerocomia transmittere: sed neque ad Metropolin vel ad episcopatū. neque enim illi est hoc conducibile. Si quæ autem prædicta sancta & religiosa domus, vel episcopatus, & monasteria, adeò malam administrationem & prouidentiam sortita sunt, vt locus prouata destituta que sint, iu sententia & examinatione imp. eorum quæ sufficiant acquisitio non prohibebitur. Cellas autem, & quæ appellantur villas in deserto ædificare, quæ non ad possessiones & agros alienos extenduntur, sed soli monasterio ambitui seorsum præstituūtur, tantum abest vt volentibus prohibeamus, vt etiam in magna laude ponamus. quam quidem nouellam Porphyrogenneta dominus Basilius nouus sua nouella sustulit mense Aprili edita indictione j. anno 6455, quæ & hæc expresse cōtinet: Imperium nostrum, quod à deo profectum est, cùm & à monachis, quorū pietas & virtus est testata, & amplius aliis legem de dei ecclesiis & sanctis domibus, vel potius contra dei ecclesias & sanctas eorum domos à domino Nicephoro qui in pœnis excessit conditam, præsentium malorum causam fuisse & radicem, & vniuersalis huius subuersionis & confusionis, vt quæ ad iniuriam & contumeliam, non solum ecclesiarum & sanctarum domorum, sed etiam dei ipsius, facta sit, intellexisset, & maximè cum id re ipsa expertum esset. Ex quo enim hæc lex est obseruata, nihil boni penitus in hodiernum vsque diem vitæ nostræ occurrit. Sed contrà nullum penitus calamitatis genus defuit, per præsentem auream bullam statuit, vt lex prædicta ab hoc præsenti die cesset, & deinceps infirma & irrita permaneat, & locum habeant, & in vsu sint quæ de dei ecclesiis & sanctis, & religiosis domibus facta sunt leges. Præterea scias, quòd etiam beatissimus imperator dominus Emanuel Comnenus per iussionē, mense Septembri, indictione vij. edictum definijt, ne liceret vllis qui immobilium donationes, ab imp. accepissent vel acciperent, ad alios transmittere, quam ad personas senatorij ordinis vel numeri militaris. Si autem præter hæc factum fuerit, immobilia ad publicum redeant. Similiter & mense Februario ij. indictionis noua quoque eiusdem rei constitutio edita est, qua eadem fermè complectitur. Quæ quidem omnia sublata sunt per posteriorem bullam auream filij eius Porphyrogenneta, & imperatoris domi-

Ephori, quos Guardianos vocant.

ni

ni Alexij Comneni mense Februario editam, primæ indictionis, anni 6691.

Quoniam nonnulli se vitam monasticam subire præ se fe- Can. i.
runt, non vt deo purè seruiant, sed vt propter habitus honestatem, pietatis opinionem consequantur, & ea ratione propriis voluptatibus vberius fruantur (solorum enim pilorum iactura facta, propriis domibus assident, nullam monachorum vitæ administrationem vel constitutionem implentes) statuit sancta synodus, ne vllus ex omnibus monastico habitu dignus censeatur, sine præsentia eius qui illum debet ad obediẽtiam suscipere, & se principatum in illum obtenturum, & eius animæ salutis curã gesturum profiteri, qui scilicet est vir pius, & præest monasterio, & est idoneus ad seruandam animam quæ deo offertur. Si quis autem deprehensus fuerit aliquem tondens sine præsentia eius qui ipsum debet ad obedientiam suscipere, præfecti, ille quidem depositioni subiiciatur, vt qui canonibus non pareat, & monasticum ordinem bene compositum dissoluat. Qui verò inordinatè & præter rationem tonsus est, in subiectionem, & monasterium, in quo illius loci episcopus melius esse duxerit, tradatur. Citra iudicium enim factæ & temerariæ ac præcipites tonsuræ, monasticum quoque habitum ignominia affecerunt, & vt Christi nomen blasphemiis appeteretur effecerũt.

BALS. Ficta pietas & euangelicis & diuinis præceptis & scripturæ traditionibus valde condemnatur. Dicunt ergo patres, quòd quoniam nonnulli pietatem fingentes, vitam monasticam subeunt, non propter dei mandatum, sed vt suis voluptatibus fruantur, & vt se solo sancto habitu venditent (sedent enim etiam postquã tonsi fuerint in secularibus suis habitationibus) opus est neminem ab vllo tondere, nisi in præsentia præfecti qui debet eum suscipere, & in ipsius monasterij est eum fraternitatem recepturus. Quis autem præter hanc constitutionem tonsuram fecerit, deponatur: & qui tonsus est, in monasterij subiectionem tradatur, vt episcopus melius esse iudicabit, ne ex eo quòd infideles temeraria eiusmodi facta videant, Christi quidẽ nomen blasphemijs appetatur, sanctum quoque habitus ignominia afficiatur. & hæc quidem, quando quis per hypocrisin tonsus fuerit. Si autẽ propter morbum, vel propter mœrorem hoc fecerit, permittetur ne vt in secularibus habitet, vel etiã pristinum habitum recipiat? SOL. Nequaquam. Canon enim vniuersè loquitur, & propter omnes qui quomodocunque tondentur. Vidimus autem multos qui ad extremam fere respirationem tonsi sunt, & qui propter morbum nescirebant quidem quid in ipsis fieret, qui cùm primùm vellent habitũ recipere propter ignorantiam, & quod morbo male affecti essent, & in secularibus vitã agere vellent, id non fuit eis permissum, sed pœna etiam affecti fuere. alios autem qui cum temere ad pristinũ habitum reuersi essent, rursus ad priorem monasticum habitum vel inuiti reuersi sunt. Quid verò, qui præter rationem tonsus est, vel sine præsentia eius qui illum susceperus est, præfecti, & ex episcopi arbitratu & examinatione est nunc primum in monasterio collocandus, cogetur ne alia pacta cõuenta seu vota facere, & profiteri in ipso manere, vt etiam intus esse tonsus existimetur? an ei priora sufficiant? SOL. Is videtur pacta conuenta facere in eo in quo primum collocatus est monasterio, post tonsuram, nec alia pacta conuenta facere cogitur. Propterea enim, vt est consentaneum, interrogationes & conuenta in omni tonsura proferuntur.

Id quoque quod male fit, & non multo peius despicatui & Can. ii.
negligentiæ mandatur, correctionem oportere assequi iudicatum est. Si quis ergo qui præest monasterio, eos qui ei subiecti sunt monachos non cum multa diligentia requirat, vel inue-

niens non recipiat,& conueniente lapsuique congruēte medicinā id quod morbo affectum est non recuperat, & confirmare contendit,statuit sancta synodus eum segregationi subiici. Si enim cui animalium ratione carentium præfectura credita est,gregem negligit,id non impune auferet, is cuius fidei Christi pecoris imperium commissum est,& socordia ac negligentia eorum salutem vænundat,quidni audacis eius inceptipœnæ ab eo exigentur?

BALS. XXX. canon vij. syn. non permittit vt monachi vel monachæ monasteria in quibus tonsi sunt relinquant,& ad aliud monasterium accedant sine dimissoriis literis suorum præfectorum, sed nulla eos pœna afficit. transgressores autem canon præfectos segregationi subiicit, qui suos monachos non diligenter requirunt, nec vbicunque inuenti fuerint recipiunt, nec eorum animæ egritudines recreāt. Vsque adeò autem exigit, vt monachi in suo monasterio maneant, vt eorum inde recessum fugam nominauerit. quod quid. in de seruu. & in qui custodia ac vinculis tenentur, dici consueuit. Atque lxxx. quidem canon Carth syn punit episcopum, qui monachum aliquem ex altero monasterio alterius regionis subiecto, in alio clericum vel præfectum constituit. Punit autem etiam ipsum monachum, & lege ipsum. Quid autem si præfectus quærat suum monachum, & ipse aufugiat, quid fiet? Ol. Episcopalibus Mul tu cogetur ad monasterium reuerti in quo tonsus est, nisi forte dicas aliquid quod sit probabile Nota hæc propter *xenocursias monachos legem etiam sequentem canonem.

*ξενοκουρίας alibi tonsi monachi. Can. iiij.

Multis modis malignus monasticum venerabilem habitū probrosum efficere contendit,& magnum ad eam rem auxilium inuenit eius quæ præcessit hæresis tempus. Propria enim monasteria hæresis necessitate relinquentes monachi, hi quidem ad alia: illi verò etiam ad secularium virorum habitacula se transferebant. verum enim verò, quod tunc ab illis propter pietatem factum, eos laudandos beandosque efficiebat, in mores à ratione alienos conuersum, eos iure deridendos efficit.

BALS. Cùm enim pietas ac religio nunc sit simplex, & ab ecclesiæ scandalis & offensionibus aliena, quidam adhuc è suis monasteriis excedentes, & tanquam fluentum aliquod quod cohiberi non potest, nunc huc nunc illuc se confluentes & confluentes, monasteria quidem multa immo odeste replent, & multam sibi confusionem petulantiámque afferunt, obedientiæque honestatem conuellunt ac perdunt. sed eorum instabilem & non ferendam appetitionem resecans sancta synodus, constituit, vt si quis monachus à proprio aufugiens monasterio, vel se in aliud monasterium conferat, vel in secularem habitationem ingrediatur, ipse & qui eum susceperit, segregatus sit, donec qui aufugit, in id monasterium à quo improbè recesserat, reuertatur. Sed si episcopus quidem de nonullorum monachorum pietate & vitæ probitate testimonium ferens, in aliud monasterium ad eius constitutionem eos transferre voluerit, vel in domum secularem, ad eorum qui inhabitat salutē, traducere censuerit, vel in quem alio loco præponendos putarit, hoc neque in qui susceperunt, nec ipsis monachis fraudi erit. Quæ propter imaginum hostium improbitatem & insultum, mala monachis acciderant, monasticū venerandum habitum probrosum effecerunt, vt inquit canon. Monachi enim propria monasteria vel liquerunt propter minas Hæreticorum: & alij quidem se in alia monasteria contulerunt: alij verò in mundanū habitaculū vitam egerunt. Et nunc quidem, quod ab eis fiebat, erat ab omni culpa & reprehensione remotū: euasit autem postea multo ridiculum. Cùm enim cessauerint minæ quæ tunc christianos intentabantur propter persecutionem, eo quòd orthodoxa sententia sit simplex & aperta, quidam tamen monachi audent absque vllo pudore ea facere quæ propter necessitatem ab aliquibus securè fiebant. Quo fit vt & à proprio tonsura locis recedant, & in ciuitatibus cum laicis versari non erubescant, hoc prætexto vtentes, quòd à monachis qui eos præcesserunt, multa eiusmodi facta sint. Et quoniam hoc monachorum inobedientiam arguit, & monasteriorum constitutionem euertit, statuit synodus eos esse segregatos, tam eum qui in quo constitutus est monasterio ab eo aufugit, & in alterō monasterio susceptus est, quā ipsum etiam præfectū qui susceperit, donec monachus qui aufugit ad proprium monasterium reuertatur. Et hæc quidem quando absque episcopali scientia quid factum sit. Si autem eius regionis episcopus intellexerit, hoc, verbi gratia, monasterium, pios & religiosos

monachos

monacho. non habere,nec propriis actionibus aptos vt ad salutem alios traducant, & vtile esse iudicauerit, vt hic monachus à monasterio in quo tonsus est in aliud transferatur, vel etiam ad seculatis domus administrationem, propter eorum qui in ipsa habitant salutem, collocetur, vel aliquo alio in loco præficiatur, hoc fiet sine vllo impedimento, vtpotè cùm nec monachus, nec is qui illos suscipiunt, debeat vllum præiudicium afferri. Hæc cùm ita se habeant, dixerunt quidam hæc aduersari iis quæ à lxxx. canone Carth. synodi constituta sunt, quibus cauetur vt qui tale quid facit episcopus, & monachum ex alieno monasterio suscipit, & ipsum vel clericum, vel præfectum facit, à cæterorũ fratrũ cõmunione seperetur, & sit propry populi cõmunione contentus: monachus autem nec sit clericus nec præfectus. Sed nõ sunt, vt mihi videtur, cõtraria. Ille enim canon punit episcopum, qui quẽcũque monachũ ex aliena regione suscipit, & eũ vel clericũ facit, vel monasterio quod ad se pertinet præficit, sine prioris ipsius episcopi scientia. Similiter monachũ quoque punit. Hic autẽ præsens canõ. permittit episcopo, vt ex duobus tantũ ad se pertinẽtibus monasteriis faciat monachorũ trãslationes, prout ei visum fuerit. Scias autẽ quod tẽpore patriarchæ domini Lucæ synodale decretũ factum est, vt sine præiudicio cõstituantur præfecti in monasteriis patriarchæ regioni subiectis, quæ nõ habent monachos idoneos vt præsint, ex altero monasterio quod est eiusdẽ regionis: etiam si statuta eorũ caueãt, ne ξυνοικεῖτος, hoc est qui in externo monasterio tonsus est, fiat eorũ præfectus. Quod autem in seculari domo, vel in aliquo alio loco, monachus ei gratus, qui quidem ei subiectus est, ad eorum qui ibi sunt salutem ab episcopo collocetur, ne nouum tibi videatur. Sacrus enim & diuinus canon nihil solius animæ hominum salutu curæ est, & nullius alius. Qui ergo secundum deum conuersatur, à loco nõ ledetur: sed & eis qui vnà sunt admodum proderit. Quidni ergo fiet ex canone? Propter hanc enim causam ipse quoque sanctissimus patriarcha dominus Lucas permisit monacho & sacerdoti illi domino Macario Hierosolymitano perpetuò versari cum Macarite * & supputatore cursus domini Michael Agiotheodoriti, & vna cum eo in acie versari, & scribæ officio fungi. Nota ergo quod suasione & probatione episcopali, multo autem magis regia, & monachi & clerici sine præiudicio facient quæ eis permissa fuerint cuiusmodicunque ea sint.

Quæ temere & sine iudicio ac probatione fiunt, renũciationes, bono monastico ordini magnum afferre incommodum inuenimus. In monasticam enim vitam se facile iniicientes, & ad asperam & laboriosam exercitationẽ se segniter gerentes, ad carnalem & voluptariam vitam rursus miserè reuertuntur. Propterea ergo statuit sancta synodus, vt nemo monastico habitu dignus putetur, prius quam triennij tempus ad experientiam eis relictum, eos esse probatos & tali esse vita dignos ostenderit. Et hec omni modo obseruari præcepit, præterquam si grauis aliquis morbus incidens probationis, tempora contrahi coegerit, vel si nondum quis sit vir religiosus, & tamen vitam monasticam in habitu seculari peragat. Tali enim viro ad absolutam experientiam tempus semestre sufficerit: si quis autẽ prẽter hæc fecerit, prẽfectus quidẽ præfectũ excidẽs, perperam obseruati ordinis correctionẽ, in obedientia & subiectione cõuersationem inueniat. Qui est autem in alio monasterio monachus, alij monasterio tradatur, quod monasticam disciplinam accuratè perfectéque obseruet. Can. v.

BALS. Nonnulli sæpe, inquiunt patres, propter afflictionem, vel etiam incuriam, monasticam vitam facilè subeuntes, & exercitationu laborem sufferre non valentes, pœnitentiam agunt, & ad priorem secularem viuendi rationem reuertũtur. Statuerunt ergo ne angelico habitu dignus quis existimetur, ante probationem & examinationem eius qui ipsum petiit: sed triennio probetur, & monasticum sic habitum accipiat. Hoc enim sic facto, nec ipse propter negligentiam pœnitentia tãgetur, sed monasticum habitum toto animo suscipiet. aut si ei minus placet, citra vllum præiudicium à monasterio recedet, & ad secularem vitam reuertetur. Et præfectus, qui eius vitæ rationis periculum tanto tempore fecit, vnum scilicet ex duobus eliget, vel vt ipsum vt dignum tondeat, vel vt non idoneum

neum recedere permittat. Hoc autem voluerunt sancti patres in iis qui sani sunt valere. S. quis enim propter grauem morbum tonderi voluerit, hoc propter tempus facere non prohibebitur, seu statim monasticum habitum accipiet, nisi quis velit vir pius ac religiosus esse monachus, & ex eius in seculo vitæ agendæ ratione ad hoc dignus esse iudicatur: sed semestri tantum spacio cum examinare oportet. Præfectum autem qui præter hæc fecerit, præfectura excidere statuerunt, & ad obedientiam redigi. Sed & eum qui tonsus fuerit exactiori tradi monasterio. Hæc cùm decernat canon, diuersis temporibus exorta est disputatio, quomodo debent probari, qui vitam monasticam elegerunt. Cùm enim aliqui monasteria ingressi essent, & ἐκαθέζοντο & μὴ περιεῖχον in templo, & habitum mutauissent, & vt semel dicam instar monachorum, & intra & extra versarentur, antequam autem monastica tonsura perficerentur, ad pristinum habitum reuersi, & nonnunquam etiam legitimo matrimonio cõiuncti essent, dixerunt quidam eos nihil absurdum fecisse, sed in eorum esse potestate intra canonicum triennium, ante tonsuram scilicet, monasterio egredi sine vllo præiudicio, & vestes quidem monachales exuere, seculares verò induere: quoniam canon de iis decernit qui ante triennium tondentur, non autem de iis qui probantur, & adhuc sunt. ἀκροώμενοι. Alij autem dicebant, quòd canon quidem monachalem habitum, tonsuram vocat. Non decernit autem debere fieri probationem cùm monachalibus, eáque abscisere, & secularia induere, & secedere. Vnde etiam apparet, debere eum qui examinatur, cum vestibus laicis examinari. Qui enim amictum semel monasticum induit, et non permittitur, vt here quidem instar monachorum in foro versetur, hodie vero instar laicorum se theatrice vestiet, & instar scenicorum sanctum habitum quodam modo ludificetur. Totus ergo cogetur vel inuitus tondere. Qui autem hæc dicebant, dictum suum confirmabant ex iij. cap xj. tit. præsentis operis, sic dicentes. Xiij. constitutio primi tituli nouellarum, dicit, quòd qui vitam volunt monasticam profiteri, siue sint liberi, siue serui, triennio prius perseuerẽt, laicorum tonsu & vestitu vtentes, & scripturas discentes, & suam fortunam confitentes, & causam cur monachi esse velint, ne forte malo sit, & admoneantur. & si triennio perseuerauerint, & monasterio digni visi fuerint, tunc tondeantur, & ex hac nouella, quæ est Iustiniani, volebant, cum laicis vestibus fieri probationem. Adiicebãt autem, quòd quoniam xiij. cap. primi tituli iij. lib. Impe. quod quidem est lxiij. cap. cxxxiij. Iustiniani nouellæ, decernit, vt qui assumpti fuerint monachi vel Ascetriæ habitum imitari, & id instar scenicorum quomodo illudere, corpore paniantur, & exterminentur. Multo magis punietur qui vitam monasticam accepit, & est veste monachali indutus, si postea omni exuto pudore laicalem vestitum receperit. Alij autem dixerunt, quod οὐ μὴν ἐφίενται μὴ περιέχειν, ad laicalem habitum redire non sinentur. Qui verò absque eo habitum ceperunt, indistincte intra triennium, monasticas quidem vestes condemnabunt: laicis autem induentur. Nam & mulieres, quæ defunctos viros lugent, alijs vestibus ad tempus induuntur, & rursus sine periculo seculares induunt. Illustribus autem & religiosis viris non dicetur, in eorum esse potestate, qui monasterium ingressi sunt, & quomodocunque se res habeat, nigras vestibus induti fuere, & monastico more degunt, habitum laicum resumere ipsi enim, inquiunt, dicebat cum vestibus laicis probari spacio triennij. Quoniam autem vestes monasticas induit, cogetur suum vitæ propositum perficere. sinautem hoc agere ferat, punietur, vt lex dicit in primo tit. iij. lib. Quoniam autem audiui nonnullos queri de præfectu, qui non cum probatione eos vestiunt qui ad ipsos accedunt, & ea in re præsentem canonem velut transgrediuntur, existimo quòd iij. cap. primi tit. iij. lib. quod est liij. cap. cxxiij Iustiniani nouellæ soluit hoc quoque dubium. Dicit enim: Si quis ad monasticam velit vitam accedere, iubemus vt si sit quidem notum, eum nulli esse fortunæ subiectum, monasterij præfectus, quando hoc cognouerit, habitum illi præbeat. Si autem nescitur an illi sit fortunæ subiectus, intra tres annos monasticum habitum ne accipiat: sed intra dictũ tempus, cuius vitæ conuersationem, is qui monasterio præest, periculum faciat, & cætera. Quamobrem præfectus rectè eum tondet qui accessit, quando eum nouerit, & sit solum examinatio de iis de quibus dubitatur, seruus scilicet & reliqua qui eodem capite continentur.

can. vj. Monachi nihil debent habere proprium: sed omnia eorum monasterio adscribi. Dicit enim beatus Lucas de iis qui credunt in Christum, & monachorum institutionem describũt, quòd nemo quidquam eorum quæ aderant, proprium esse dicebat, sed erant illis omnia communia. Et ideo iis qui monachi esse volunt, prius datur facultas de suis rebus testandi, ac disponendi, & quibuscunque velint personis, lege scilicet nó prohibitis, sua transmittendi. Postquàm enim monachi facti fuerint, omnium bonorũ dominium monasterium habebit, & nul-

nullam de rebus propriis curam gerere vel disponere eis permissum est. Si quis autem deprehensus fuerit, possessionem aliquam, quæ monasterio non adscripta fuerit, sibi priuatim attribuere, & acquirendarum possessionum cupiditati seruire, ea quidem ab episcopo seu præfecto recipiatur, & in multorũ præsentia vendita, pauperibus & mendicis distribuatur. Eum autem qui eam possessionem, vt olim Ananias, surripere meditatus est, conuenienti pœna castigandum esse sancta synodus statuit. Clarum est autem, quòd quæ de viris monachis sancta synodus canonicè constituit, ea in monachis quoque fœminis valere & obseruari æquum censuit.

BALS. *Alij quoque canones definiunt monachos nullas debere possessiones habere. Dicit ergo præsens quoque canon, quòd beatus apostolus Lucas, describens monachorum vitæ institutionẽ, scripsit in Actibus apostolorum, eos qui in Christum crediderant nihil proprium habuisse, sed erant eis omnia communia. Quamobrem monachi quoque sic debent facere, & quæ ipsi habent, monasterio offerre vt sint communia. Ne hoc autem sit impedimento iis qui volunt esse monachi: est enim verisimile esse aliquos locupletes & multa possidentes, & qui hoc sint animo, vt sua velint ad suos peruenire: statuerunt patres esse in eorum potestate, qui monachi esse volunt, ante tonsuram legitimè testari, & de suis disponere: eò quòd ad mortificantem vitæ rationem se conferant: & sua ad quas velit partes transmittere, cognatas scilicet vel alienas, quæ tamen possint ex testamento legata vel hæreditatem capere. Sunt enim aliqui qui non possunt ex testamento capere, hæretici scilicet & quidam alij. Si autem ante tonsuram hoc non fecerit, sed tonsus fuerit, disponendi quidem facultas illi ablata est. res autem eius ad monasterium pertinent. Si quis autem, contrà ac canone continetur, postquam monachus factus fuerit, aliquid ex iis rebus sibi priuatim tribuere conatus fuerit, hoc quidem præfectus vel episcopus recipiat & vendat in multorum hominũ præsentia, vt sit ab omni calumnia & reprehensione remotus, & precium medicis diuidat. Monachus autem, qui quæ ad deum pertinent, surripuerit, more illius Ananiæ, pœna castigabitur. Hæc cùm decernat canon, dixerunt quidam hu repugnare vj. cap. primi tituli iiij. lib. Imperial. quod est lviij. cap. cxxiij. Iustiniani nouella, & sic dicit: Si autem vir, vel mulier, vitam monasticam elegerit, & monasterium non existentibus liberis ingressus sit, ad monasterium quod ingressus est, res eius pertinere iubemus. Si autem ea persona liberos habeat, & priusquam monasterium ingressa sit, de rebus suis non disposuerit, nec suis liberis partem legitimam separauerit, sic quoque ei liceat etiam postquam ad monasterium ingressa fuerit, suas facultates in suos liberos diuidere: sic tamen, vt nulli suorum liberorum partem legitimam diminuat. Pars autem quæ suis liberis non data fuerit, ad monasterium pertineat. Si autem omnes facultates inter liberos diuidere voluerit, propria eius persona liberis connumerata, vna pars ab ipso omnibus modis detineatur, quæ debet ad ius monasterij pertinere. Si autem in monasterio degens mortuus fuerit, priusquam inter suos liberos res proprias diuiserit, filij partem legitimam accipiant: reliqua autem bona ad monasterium pertineant. Mihi autem non videntur hæc iis esse contraria quæ in canone definita fuerunt. Canon enim eorum tantum meminit qui non sunt necessario scripti hæredes, scilicet cognatorũ qui ex transuerso attinẽt, & externorũ. Nouella autẽ, quæ ea dixit quæ à canone accepit, quòd scilicet sit in potestate eius qui vult fieri monachus ante tonsurã disponere, & sua ad quos velit transmittere. post tonsurã autem, non licere ei tale quid facere, eo quòd sit mortuo similis: mortuum autem nec res habere, nec de iis posse aliquid dicere, sed fieri res eius domini monasterij, adiecit hæc seruari debere, quando, qui factus est monachus, liberos non habeat. Si autem habeat & testamentum fecerit, vt nouella distinguit: & rursus si non fecerit, erũt hæredes eius liberi, & reliqua fient, quæ hæc nouella complectitur. Si ergo soluta repugnantia, interrogauerit quispiam, quid debet fieri de rebus eius qui tonsus est, si non habeat liberos, sed parẽtes?*

SOL. *Cxxviij. tit. Iustiniani nouella, quæ sita est in fine iij. tit. xlv. lib. statuit liberos primum necessario scribi debere hæredes. Si autem non sunt liberi, parentes, nullum autem alium hæredem scribere cogimur. Si quis autem intestatus moriatur habens parentes & fratres, ij erunt hæredes ex æquis partibus. Et lege hanc nouellam, quæ est necessaria. Et hæc quidem fient in rebus quas ij habẽt ante tonsurã qui sunt futuri monachi. De iis autẽ, quæ post tonsurã, vel ex testamẽto, vel ab intestato mortuis eorum cognatis, vel aliqua alia ratione ad eos peruenerint, quid fiet?* SOL. *Lege nouellam imper. domini Leonis sapientis, quæ compendio tractat ea quæ superius dicta sunt, & in*

ſine cauet ne à iure teſtamenti arceantur monachi, qui forte poſtquam monachi facti ſunt, ad inopiam redacti ſunt. Sed ſi aliquid quidem monaſterio prius dediſſe viſi ſunt, eo tempore, quo ad ipſum acceſſerunt, eſſe eos eorum quæ poſtea acquiſita fuerint dominos, vt ea adminiſtrent vt volunt. Si autem monaſterio nihil dederunt, ipſos quidem de duobus poſſe partibus diſpenere & ordinare ſecundum leges. Monaſterium autem aliam partem ſcilicet tertiam recipere. Quid autem ſi noluerit monachus, de iis quæ poſt tonſuram acquiſita ſunt diſponere, vendicabit ne & apprehendet omnia monaſterium, an is potius qui ab inteſtato vocantur, reseas recipient, & maximè ſi defunctus aliquid ad monaſterium attulit? SOL. *Philoſophi quidem nouella nihil de iis conſtituit. mihi autem videtur, quòd tunc illa fient, quæ ſuperius ſita nouella fieri conſtituit, in rebus quas habet monachus ante tonſuram, quando is inteſtatus deceſſerit. Exorta eſt autem aliquando controuerſia in iudicio circa monachi iura incorporalia, quæ ab eo ante tonſuram non fuere diſpenſata. Cùm enim monachus quidam pro mutuo aliquem in ius traxiſſet, quæſitum eſt an poſſit monachus agere: & viſum eſt non eſſe admittendus. Cùm autem monaſterium ad iudicium veniſſet, & proponeret iura ipſa tanquam ex canone ad ſe pertinere, quod ante tonſuram de iis non diſpoſuerit, dicebant qui reos defendebant, quod neque monaſterium, neque monachi poſſint agere. Monachus enim qui tam vt mortuus ne res quidem habet, ad litem mouendam admitti non debet. Monaſterium verò, cui ius actionu incorporale ceſſum non eſt, actionem intendit, cuius non eſt particeps. Meminerunt autem & legis quæ dicit, Ius incorporale ſi non fuerit ceſſum, non tranſit ad alterum. Et volebant eam in ius non eſſe trahendum, quòd eo modo extincta ſit actio. Hæc tamen dicentes non placuerunt. ſtatutum enim eſt, quòd quoniam non ex proposito monachi qui habet ius incorporale, bona eius ad monaſterium tranſeunt, ſed à legis auctoritate, vtè etiam ſine ceſſione ipſum ſibi actionem attribuet. Præterea dicebant nonnulli, quòd hæc quidem locum habent in Cœnobiis, non autem in cellulariis monaſteriis. Audiuerunt autem eos non rectè dicere, quoniam nulla eſt differentia monaſteriorum & monachorum ex legibus & canonibus.*

Can. vij. Multos epiſcopatus ruere & perpetuo exitio tradi videmus, quòd qui eis præſunt, omnem de eis curam & ſolicitudinem in recentes monaſteriorum extructiones cõferunt, & eos diuellentes ac diſtrahentes, & vt ad ſe pertineant reditus molientes, vt ipſa augeantur laborant. Hoc ergo ſtatuit ſancta ſynodus, nulli licere epiſcopo priuatum monaſterium ad proprij epiſcopatus perniciem recens excogitare. Si quis autem hoc audere deprehenſus fuerit, ipſum quidem conuenienti pœnæ ſubiici: quod ab ipſo autem recens extructũ eſt, vt quod nec eſt ab initio ius monaſterij ſortitus, vt priuatum epiſcopatui adſcribi. Nihil enim eorum quę præter leges & inordinatè conſiſtunt, iis quę canonicè conſtituta ſunt, pręiudicium afferre poſſunt.

BALS. *Cum quidam, vt eſt veriſimile, epiſcopi monaſteria de nouo extruerent, & epiſcopatuum reditus conſumerent, quos debebant, poſt neceſſarias impenſas, quæ fiunt ad ea comparanda quæ ad epiſcopatum pertinent, diſpenſare, vt vult canon Apoſtolicus. & cum eccleſiæ ea de cauſa ruerent, & ad nihilum ferè redigerentur ſtatuerunt patres, ne epiſcopus priuatum monaſterium de nouo extrueret, quòd hoc ad epiſcopatus perniciem innouaretur. Si quis autem epiſcopus præter hæc fecerit, ipſe quidem pœna ſubiicietur. De nouo autem factum monaſterium erit ſub dominio epiſcopatus. Et in his quidem conſiſtit canon. Rectè autem dixit, non licere epiſcopo monaſterium de nouo extruere, ad epiſcopatus exitium. Si quis enim quod antè erat monaſterium & prius corruerat, renouet, nec ſuo epiſcopatui detrimentum afferat, non prohibebitur facere quæ velit. quemadmodum nec prohibebitur, vt mihi quidem videtur, monaſterium de nouo excitare, ſi non afferat incommodum epiſcopatui, ſed eum è domo ſumptum facit. Sic enim indiſtinctè, & quando non læditur epiſcopatus, prohiberi epiſcopum, quominus ad dei honorem & animarum ſalutẽ de nouo monaſterium extruat, non eſt admittendum, nec patrum iudicio ac prudentia dignum. Nam & ipſe præſens ſynodi primus beatiſſimus Photius, Emanuelis monaſterium ab ipſis ferè fundamentis*

mentò ad eam quæ nunc videtur pulchritudinem & magnitudinem deduxit. Et sanctissimus ille patriarcha dominus Alexius monasterium quod domini Alexij dictum est, postea excitauit. & sanctissimus patriarcha dominus Theophylactus Kasinianorum celebre monasterium, & alij tam patriarchæ & Metropolitani episcopi diuersa monasteria de novo condidere, tam intra quam extra hanc reginam vrbium: & nullum eorum, quemadmodum canone continetur, ad sua episcopalia redut, idque omnino, eò quòd non facta esset ab antistitibus monasteriorum excitatio ad episcopatuum suorum perniciem. Perinde autem ac si dixisset quispiam, cur monasterium ab episcopo excitatum, sub eius iure non seruatur? vel etiam liberum relinquitur, sed sub episcopale dominium redigitur? dixerunt patres, quod quoniam ab initio & ab ipsis fundamentis sanctum hoc monasterium contra canones constitutum est, existimandum est perinde ac si nec ab episcopo ædificatum fuisset: & quoniam, quæ deo ab aliquo offeruntur, non sunt eius qui construit dominij, sed dei, & ex episcopatus redditibus extructum est, debet & hoc vt proprium episcopatus tribui. Rogauerit autem quispiam ad quem eam episcopum debet redire monasterium, an ad antistitem qui extructori successit, an ad eius regionis episcopum? SOL. Quæ ad monasterij excitationem ipsum pertinent, vt ex canone apparet, erant ex redditibus episcopatus, & ideo hoc debet ad hunc episcopatum reuerti, idque meritò, quoniam ex eius redditibus extructum est. Atque si ipsius quidem diœcesi extructū est, nulla est dubitatio, sin autē in alia diœcesi, sic quoque monasterium ad episcopū redibit. Qui autē est regionis episcopus, habebit in eo iura episcopalia. Et canonis quidē in his consistit interpretatio. Tenc autem memoria, quod sanctus Chrysostomus in sua secundū Matthæum euangelij interpretatione dicit, Quod si quis interrogauerit, vtrum sit melius offerre donū ecclesiæ, an mendicis largiri, dicit præferendos mendicos, quoniam inquit, quæ sunt ecclesiarum, & tempus corrupit, & tyranni auferūt quæ autem data sunt mendicis, ne diabolus quidem auferre potest. Si quis autē ecclesiæ dare proposuerit, non debet [illegible] ab eo dimoueri, eo quod prælati sint mendici, quòd ecclesiarum & renouatio mendicis præferenda est, non itidem autem prima ædificatio.

Can. viij.

Diuinus & sacer sanctorum Apostolorum canon, eos qui seipsos castrant esse sui homicidas iudicat. Et si sint quidem sacerdotes, deponit: si non sint autem, ne ad sacerdotium promoueantur prohibet, ex eo apertè statuens, quod si is qui seipsum execat, sui est homicida: qui alium execat, est omnino homicida. Meritò autem statuerit quispiam eum quoque in opificium contumeliosum videri. Quamobrem decreuit sancta synodus, vt si quis episcopus, vel presbyter, vel diaconus, castrare aliquem conuictus fuerit, vel manu propria, vel suo iussu, is depositioni subijciatur. Si sit autem laicus, segregetur, præterquam si morbus, qui alicui accidit, ad eum execandum qui castratus est coegerit. Quemadmodum enim Nicenæ primæ synodi canon, eos qui in morbo excisi sunt, non punit, propter morbum: sic & nos, nec sacerdotes, qui ægrotos castrari mandant, condemnamus, nec laicos, qui propriis manibus ad castrationem vtuntur, reprehendimus. Hoc enim morbi esse medelam, non autem creaturæ insidias fieri, vel opificium iniuriæ affici existimamus.

BALS. Apostolicus canon, inquiunt patres, xxj. xxij. xxiij. scilicet definiunt, quomodo puniri debeant, qui sibi testiculos amputant. Præsens autem canon decernit, quomodo puniri debeant, qui alios suis manibus castrant, & qui hoc fieri mandant. Dicunt ergo, quòd quoniam qui seipsum execat sui est homicida, omnino is qui alterum castrat, vel castrari mandat, est homicida. Vocat autē ipsos etiam in deum contumeliosos. Quos enim deus per liberorū procreationem immortales quodāmodo effecit, & in masculinū & fœmininū fabricatus est, dicēs eis, Crescite & multiplicamini & replete terrā, ipsi aduersus dei præceptū, eos aliquid aliud esse fecerūt, per testiculorū ablationē: vt pote cū castrati, nec sint viri, quòd non generent: nec mulieres, quòd nō pariāt. Statuerūt ergo patres,

quòd qui aliquẽ castrare ausi fuerint, vel sua manu, vel sua permissione aut iussu, si sint quidẽ sacerdotes, deponãtur: si verò laici, segregẽtur. nisi forte in eos qui ægrotãt tale quid fecerint eos enim nulli esse culpæ affines iusserunt, qui dei opificij medela est, non autẽ contumelia, id quod sic fit propter morbum. lege quæ in dictis Apostolicis canonibus scripta sunt, & primum canonem primæ synodi, & quæ in eo sunt, & cxlij. nouellam imper. domini Iustiniani sitam extra xiiij. cap primi istius præsentis operis. Nota & nouum quidpiam, quod ex eo apparet quod in canone comprehenditur. Superius enim sacerdotes, qui vel suis manibus, vel suo iussu castrant, deponendos patres statuunt: inferius autem de iis qui propter morbum mutilantur loquentes, laicos quidem, qui suis manibus castrant, vel mutilationem seu castrationem mandant, non condemnant, sed non itidem & eos qui suis manibus castrationem fecerint. Nota autem hoc, quod tibi ad multa debet conferre, ne impune abeant sacerdotes, qui se absque ecclesiæ permissu castrandos tradunt. Si enim punitur sacerdos, qui sua manu alterum propter morbum execat, multo magis punietur sacerdos, qui se propter morbum mutilat.

Can. ix.

Cùm Apostolicus canon sacerdotes qui verberare aggrediuntur vel fideles qui peccarunt, vel infideles qui iniuriam fecerunt, depositioni subijciat: ij qui suæ iræ mederi moliuntur, & Apostolicas constitutiones detorquent, eas intellexerunt, qui sua manu verberat, nec canone tale quid significante, nec recta ratione hoc intelligere permittente. Est enim reuera ineptum & valde lubricum, vt qui sua quidem manu ter vel quater percusserint, deponantur, data autem facultate iussu verberandi, eum qui immaniter & vsque ad mortem supplicium inflicturus est, impune id ferre negligi. Quamobrem canone ipsum verberare absolute punien te, nos quoque simul cum eo ita decernimus. Oportet enim dei sacerdotem doctrinis & admonitionibus, nonnunquam autem & pœnis canonicis eum qui se immodestè & insolenter gerit, instituere, sed non flagellis & verberibus in hominum corpora insultare. Si qui autem sunt morem omnino non gerentes, & pœnarum correctioni non cedentes, eos per vocationẽ ad eius loci magistratus nemo castigari prohibet. Antiochenæ enim synodi canon v. eos qui tumultus excitant, & seditiones in ecclesia introducunt, per manum externam conuerti oportere statuit.

Simplex manus.

BALS. XXVII. canon Apostolicus iubet sacerdotes deponi, qui quencunque fidelem vel infidelem qui peccarit vel iniuriam fecerit verberant. Præsens autem canon dicit, quòd quidam sacerdotes, quæ ex hoc canone inducitur, depositionem verentes, sua quidem manu non percutiunt, sed suæ iræ medentes, per alios verberant, quòd scilicet canon Apostolicus hoc expressè non prohibuerit. Et ideo canonem Apostolicum circumscribunt. Est itaque hoc lubricum, vel potius absurdum, dicere de Apostolo, quod eum quidem puniunt qui semel vel bis fortasse percussit, eum autem cuius iussu complures plagæ mortales inferuntur, non puniri. Et ideo statuerunt patres, consequenter ijs quæ à sancto Apostolo statuta sunt, vt sacerdotes neque suis manibus neque alienis quenquã verberent: sed per admonitiones, vel etiam pœnas canonicas, eos qui peccant corrigant: ij autem qui per hæc non corriguntur, per vocationem ad magistratus puniantur. Perinde autem ac si dixisset quispiam, hoc quoque sacerdotibus non conuenire, dicit canon, quòd Antiochena synodus, in quinto canone, clericos qui ecclesiam conturbant, per externã manum seu ciuilẽ castigari oportere statuit. Dixerit autem quispiam, Et quomodo hæc decernente canone, liberalium studiorum magistri, grammatici scilicet, & eiusmodi alij, licet sint sacris initiati, sine præiudicio suos discipulos verberãt?

SOL. Propter vindictam & iram verberare punitur, non autem ea quæ doctrinæ & eruditionis gratia, & verbo & manu fit moderata magistrorum correctio. Propterea enim canon quoque

dicit

dicit puniri, si sacerdotes in hominum corpora insultent, per hoc verbum, insultare, significans ratione carentem appetionem eorum qui cum ira percutiunt. Si enim prohiberetur magistrorum eiusmodi percussio, nec ecclesiastici clerici ferula castigarent, primi defensoru suasu, eos qui peccant, liberos, & seruos, ad primum defensorem accedentes. Sed hoc tamen fit ab eu absque vllo praiudicio. Quamobrem si quu sacerdos primi defensoru ferula aliquem percusserit cum ira & furore, vt etiam aliquando contigit in patriarchæ domini Lucæ pontificatu, non effugiet supplicium: & rursus si cum ira discipulum præceptor percusserit, vsus baculo quo posset cædes fieri, id non feret impune.

Qui seipsos tradunt animi perturbationibus, non solũ quod à sacris canonibus intentatur supplicium, non horrent, sed eis etiam insultare ausi sunt. Ipsos enim torquent: & ad suã animi perturbationem eorum quoque voluntatem adulterant. vt propter animi sui motus contentionem. vt inquit Gregorius Thelogus, non solum sit eorum malum correctioni non obnoxium, sed diuinum quoque existimetur. Apostolicum enim canonem, qui dicit, Vas aureum, vel argenteum, sanctificatum, vel velum lineum, nemo in suum vsum accipiat: est enim præter leges. Si quis autem deprehensus fuerit, segregatione multetur. Eum ad suorum delictorum patrocinium adsumentes, dicunt eos non oportere iudicari depositione dignos, qui venerandum sanctæ mensæ indumentum in propriam tunicam, vel in aliquod aliud vestimentum transformant. Sed neque eos qui sanctum calicem, ô impietatem, vel venerabilem discum, vel ea quæ sunt iis similia, in proprium vsum insumunt, vel polluunt. Canon enim, inquiunt, eos qui in hoc incidunt, esse segregationi, non depositioni subiiciendos æquum censuit. Sed quis tantæ peruersitatis & impietatis magnitudinem ferat? Cum enim canon, eos qui quod aduersum solum est sanctificatũ, & id nõ ad perfectã rapinam sibi vendicant, segregationi subiiciat, ipsi eos qui sancta sanctorum rapiunt, & sacrilegis manibus auferunt, depositione liberant: & eos qui ad ciborum ministerium, suo quidem certè iudicio, venerabiles discos & sacros calices inquinant, non deponendos inducũt, quanuis sit apertũ piaculũ. & clarũ est, quod qui hęc faciunt, non solũ in depositione, sed in extremæ etiã impietatis crimen incidũt. Et ideo statuit sancta synodus, eos qui vnũ aliquod in altari sacrorũ & sanctorũ vasorum vel vestimentorũ ad proprium vsum rapiũt, vel ad profanũ vsum cõuertunt, absolutę depositioni subiici. Hoc enim est prophanare: illud verò surripere. Eos quidẽ certè, qui extra altare, vasa quędã segregata, vel vestes, sibi vel aliis prębent, eos canon quoq; segregat: & nos vnà quoq; segregamus. eos autẽ qui plane surripiunt, sacrilegorũ cõdemnationi subiicimus.

can. x.

BALS. *Quidam ſancta corripientes, & ea communia facientes, vt verbi gratia, ſanctæ menſæ indumentum ad ſuum amictum transferentes, & ideo depoſitioni ſubiecti, lxxiij. Apoſtolico canone vtebantur, qui dicit: Vas aureum vel argenteum ſanctificatum, vel velum lineum, nemo amplius in vſum ſuum conuertat: ſin minus ſegregetur. Dicit ergo præſens canon eos deponendos qui ad propriũ lucrum rapiunt, vel commune efficiunt, vel ad communem & profanum vſum vtantur ſancto aliquo vaſe ex ſancto altari. Atque eos quidem qui per vſum profanũ cõmunia faciunt, vel dant alio ſimilis vſus gratia, ſacra vaſa & alia ſupellectilem, ſegregatos eſſe decernit: qui verò ea rapiunt, vt ſacrilegos condemnari. Huiuſmodi ſe habentibus, interrogauerit quiſpiam, an hic canon aliquid cõſtituat præter canonem apoſtolicum. Apoſtolicus quidem canon, de iis ſolum qui communia faciunt, non etiã de iis qui vt propria ſibi vendicant decernit. Præſens autẽ canon, de iis qui ea ſibi vendicant, vel potiũs, vel ad propriũ vſum cõuertunt. Et propterea illic quidẽ per ſegregationẽ tantũ punit eũ qui peccauit: hic verò, per depoſitionem grauius illo ſupplicium afferens. Quoniam ergo ſunt peccata differentia, habent quoque diuerſam pœnam. Illic enim, inquit, canon ſolum ſanctum prophanauit, non autem & transformauit. Hic verò ipſum ſuffuratus eſt, & inutile reddidit, & ideo depoſitioni ſubijcietur. Præterea interrogauerit quiſpiam, quam ob cauſam circa finem verba faciens canon de ſacro extra altare, eos qui illa quidem communia faciunt ſegregat, eos verò qui rapiunt vt ſacrilegos condemnat, cum deberet dicere eos quoque deponi.* SOL. *Idem eſt depoſitus eum qui rapit, & condemnari vt ſacrilegum. Sacrilegus enim infamis efficitur. Infamiã autem cõſequitur etiam depoſitio. Lege & ij. cap. ij. tit. præſentis operis, quæ de ſacris vaſis, & iis quæ ſunt dedicata, docet fuſius: eáque, quæ in ipſum à nobis ſcripta ſunt. lege autem præcipuè xxj. cap. ij. tit. v. lib. Imperial. cuius quidem vis & effectus finis eſt à Patriarcha in primo cap. ij. tit. præſentis operis.*

Can. xj. Presbyteros, vel diaconos, ſeculares magiſtratus vel curas ſuſcipientes, vel eas quæ in magiſtratuum ædibus dicuntur, curationes, diuini & ſacri canones depoſitioni ſubijciũt. Hoc ergo nos quoque cõfirmantes, de reliquis quoque qui ſunt in clericorum catalogo decernimus. quòd ſi quis eorum ſecularia officia aſſumat, vel eas quę in magiſtratuum ędibus dicuntur, curationes ſuſcipiat, is ex clero expellatur. Nemo enim poteſt, vt eſt Chriſti veri Dei noſtri vox ab ipſo prolata, eáque longè veriſſima, duobus dominis ſeruire.

BALS. *Præſens canon prædictos canones confirmans, cauentes ne ſacerdotes magiſtratuum munera ſubeant, ait, vt non ſolum qui ſunt ſancti tribunalis, ſed etiam clerici qui extrà ſunt, ſi tale quid faciant, e clero expellantur. Quoniam autem in vj. canone Apoſtolico, & in lxxxj. & in aliis canonibus, quin etiam in ij. cap. viij. tit. præſentis operis ſatis de eo ſcripſimus, lege ea, & ſufficient ad interpretationem.*

Can. xij. Cum ſancta & vniuerſalis ſancta ſynodus, clericos qui in oratoriis quæ ſunt intra domũ, celebrant, vel baptizant, præter epiſcopi voluntatem, depoſitioni ſubijciat, nos quoque idem decernimus. Cum enim ſancta eccleſia* rectè diſpertiat, verámque rationẽ defendat, & venerabilem ac honeſtam bonæ inſtitutionis formam doceat & conſeruet, inconcinnum eſt & ineptum, vt qui in petulantia & inſolentia ac in inobedienna vitam agunt, domos ſubeuntes, bonum eius ordinem cõuellant, & multa perturbatione & offenſionibus impleant. Et ideo ſacra nunc & diuinitus coacta ſynodus, vniuerſali ſextæ ſynodo conſentiens, eos qui in oratoriis quæ ſunt intra domos, celebrant, clero amotos eſſe ſtatuit, à clero videlicet amotione eis ab eius loci epiſcopo edicta. Si qui autem præter eos, non conſentiente epiſcopo in domos irruentes, celebra-

* ἐρήμωσις.

brationis miniſterium attingere audeant, ij quidem deponantur: quiverò eorum communionis ſunt participes, ſegregationi ſubiiciantur.

BALS. Præſens quoque canõ, qui iubet deponi eos qui celebrant vel baptizant in oratoriis præter epiſcoporum voluntatem, expoſitus eſt in xxxj. can. ſyn. in Trullo, & in xxxj. canone apoſtolico, & lege ea quæ in illu ſcripta ſunt.

Hæreticarum zizaniarum ſemina in dei eccleſia malignus deiiciens, & eas videns gladio ſpiritus excindi radicitus, ad aliam venit inſidiarum viam, ſchiſmaticorum inſania Chriſti corpus diuidere aggrediens. ſed & has eius inſidias ſancta ſynodus reprimens, omnino definiit deinceps, vt ſi quis preſbyter, vel diaconus, vt qui vtique ob aliqua crimina proprium epiſcopum condemnarit, ante ſynodalem cognitionem, & examinationem, & perfectam eius condemnationem, ab illius communione diſcedere auſus fuerit, & eius nomen in ſacris celebrationum precibus, vt eccleſiæ traditum eſt, non referat, is depoſitioni ſubiiciatur, & omni ſacerdotali honore priuetur. Qui enim eſt in ſacerdotali ordine collocatus, & metropolitanorum iudicium præripit, & ante iudicium, ipſe quãtum in ſe eſt, proprium patrem & epiſcopum condemnat, is nec preſbyteri honore, nec nomine dignus eſt. Qui autem eos conſequuntur, ſi ſint quidem ex iis qui ſunt ſacris initiati, ipſi quoque à proprio honore excidant: ſinautem ſint laici vel monachi, ex eccleſia omnino ſegregentur, donec cum ſchiſmaticis coniunctionem reſpuentes, ad proprium epiſcopum reuerſi fuerint. can. xiij.

BALS. Cùm dei gratia ceſſaſſet hæreſeon diuiſio, videbant patres nonnullos ſacris initiatos, Satanicu quibuſdam inſidiis, ad ſchiſmaticorum inſaniam clanculum irrepere, vt qui à ſuorum epiſcoporum communione recederent, qui nec erant impy, nec iniuſti, vt habet xxxj. canon apoſtolicus, ſed quòd tantum de eis crimen aliquod dictum eſſet. Hoc ergo, vt corpus Chriſti, eccleſiam ſcilicet, diuidens, corrigentes, ſtatuerunt ſacerdotes vel diaconos eſſe deponendos, qui auſi fuerint tam temere & abſque ratione à ſui epiſcopi communione recedere, ante perfectam ſynodalem eius condemnationem & non in diuinis ſacrorum celebrationibus nomen eius ex eccleſiaſtica traditione referre. Quoniam, inquiunt, non eſt dignus presbyteri nomen vel honorem habere, qui metropolitani iudicium impudenter arripit: quod ſcilicet aduerſus epiſcopum forteſſe erat laturus, & quod ad propriam conſcientiam attinet, ſuum patrem epiſcopum condemnat, eò quòd cum eo non communicet, tanquam ſit iam reuera condemnatus. Et non ſolum eos, ſed & qui ipſos conſequuntur, ſi ſint quidem ſacrati, deponi: ſi verò laici, ſegregari, & tandiu multari donec ad ſui mali cognitionem venerint, & ad proprium epiſcopum reuerſi fuerint. Lege etiam pr. cap. xv. tit. præſentis operis. & pr. canonem ſancti Baſilij. Quæ ſuerit autem quiſpiam, cum canon ſchiſmaticos ſacerdotes & diaconos puniat, ſi alius clericus præter hos à ſui epiſcopi communione recedat, punietur, an non? SOL. Cùm canon deinceps deponat nõ ſolum primos auctores ſacerdotes, ſed eos etiam qui conſequuntur, neceſſario omnes ſchiſmatis primi auctores clerici, quicunque fuerint, propriis gradibus exturbabuntur. Rectè autem presbyterorum & diaconorum tantum meminit, quia ſchiſma propriè ab illis fit, vt qui quæ ſacri ſunt altaris peragant, & nomen epiſcopi vel referre vel non referre poſſunt. Nec dixerit quomodo canon ſubſequens meminit presbyteri, nõ itidem & diaconi: audies enim quòd ad ſacerdotes olim magis quàm ad diaconos relatio nominum pertinebat. & propterea de iis non amplius locutus eſt.

Can. xiiij. Si quis episcopus metropolitani crimen prætexens, ante synodalem cognitionem, seipsum ab eius communione subduxerit, & nomen eius, non prout diuini mysterij celebrationi est consuetum, referat, sancta synodus eum depositum esse statuit, si tantum conuictus fuerit à proprio metropolitano recessisse, & schisma fecisse. Oportet enim vnumquenque proprias partes cognoscere, & nec presbyterum proprium episcopum contemnere, nec episcopum proprium metropolitanum.

BALS. Præsens quoque canon præcedentibus est in omnibus similis, etiam si in personis differant.

Can. xv. Quæ de presbyteris & episcopis & metropolitanis constituta sunt, multò magis etiam in patriarchis conueniunt. Quamobrem si quis presbyter, vel episcopus, vel metropolitanus à sui patriarchæ communione recedere ausus fuerit, & nomen eius non, vt in diuini mysterij celebratione constitutum est & ordinatum, referat, sed ante synodale* decretum, & perfectam eius condemnationem, schisma fecerit, statuit sancta synodus eum esse ab omni sacerdotio alienum si in hoc solum deliquisse conuictus fuerit. Et hæc quidem constituta & obsignata sunt, de iis qui aliquorum criminum prætextu à propriis præsulibus recedunt, & schisma faciunt, & ecclesiæ vnionem conuellunt. Qui enim propter hæresin aliquam à sanctis patribus vel synodis condemnatam, se à præsulis communione separant, illo hæresin scilicet publicè prædicante, & nudo capite in ecclesia docente, ij non solum canonicæ pœnæ non subiicientur, ante synodalem cognitionem, seipsos à communione eius qui episcopus dicitur, seiungentes: sed & honore qui orthodoxis conuenit digni, habebuntur. Non enim episcopos, sed pseudepiscopos doctores condemnarunt: & non schismate ecclesiæ vnionem conciderunt, sed à schismatibus & diuisionibus ecclesiam liberare studuerunt.

* ἐμφανίσαι

BALS. Hic quoque præsens canon eadem cum xiij. & xiiij. canone aliqua ex parte præcipit. dicit enim ea quæ prius definita sunt, etiam in patriarcha multo magis conuenire, quando ab eius communione se quis temere subtraxerit. Perinde autem ac si dixisset quispiam, si ex causa probabili, videlicet propter hæresin fortasse, quis à proprij antistitis communione recesserit, cur punietur? inferunt patres, quòd hæc tunc fiunt, quando alicuius criminalis causæ prætextu, per se quis proprium pastorem condemnauerit, & ideo seipsum ab eo abscinderit, & hoc modo ecclesiæ vnionem perruperit. Si enim non propter criminalem accusationem, sed propter hæresin, seipsum à proprio episcopo seiunxerit, vel metropolitano, vel patriarcha, tanquam in ecclesia sine pudore docente doctrinas quasdam à recto dogmate alienas, & ante perfectam cognitionem, & multo magis etiam post cognitionem, se seipsum a sui præsulis communione seiunxerit vel separauerit, non punietur, sed etiam vt orthodoxus honorabitur. Non enim se ab episcopo abscidit, sed à pseudepiscopo & falso doctore, & quod ab eo factum est laude dignum est, vt quod ecclesiã non consecudat, sed eam magis coniungat, & à diuisione liberet. Dictum est autem à canone, schismaticum ab omni sacerdotio debere esse alienum, propter eos qui dicunt debere eos aliquo temporis spacio à sacerdotio cessare, & non deponi. Criminales autem causæ

cauſæ ſunt, fornicatio, ſacrilegium, & canonũ tranſgreſſio ac contemptus. Rectè autem dixit canon eos eſſe laudandos, qui ſeipſos, etiam ante condemnationem, ab iis qui hæreticas doctrinas publicè docent, & ſunt apertè hæretici, abſcinduntur. Si enim clanculum, & cum quadam hæſitatione, præſul, vt ambigens, hæretica loquatur, non debet quis ab eo propterea ante condemnationem abſcindi. Eſt enim verisimile, fore vt ad orthodoxam ſententiam, ante perfectam prolatámque in eum ſententiam, reducatur, & ab hæreſi deſiſtat. Nota hæc, quæ fortaſſe proderunt, aduerſus eos qui dicunt, nos non rectè à throno antiquæ Romæ ſeiunctos eſſe, antequam qui eum obtinebant cõdemnati eſſent. Ac præſens quidem canon, eos qui propter dogmatis cauſam recedunt & abſcinduntur, non punit. xxxj. autem canon apoſtolicus, eos etiam qui proprios epiſcopos condemnarunt, vt qui apertè iniuſtè agant, & ideo ſe ab eu ſeiunxerunt, ab omni pœna liberos conſeruat.

Propter contentiones & tumultus, qui in dei eccleſia con- cau. xvj.
tingunt, hoc quoque eſt definire neceſſarium, vt epiſcopus nullo modo conſtituatur in eccleſia, cui qui præeſt adhuc viuit, & eſt adhuc in proprio honore conſtitutus, niſi epiſcopatum ſua ſponte renunciauerit. Oportet enim cauſam eius, qui eſt epiſcopatu expellendus, canonicè examinatam ad finem prius deduci: deinde poſt eius depoſitionem, alterum in eius epiſcopatum prouehi. Si quis autem epiſcopus in proprio honore conſtitutus, nec vult renunciare, nec proprium populum paſcere, ſed à ſuo epiſcopatu recedens, pluſquam ſex menſibus in alio loco degat, nec regio iuſſu detentus, nec ſui patriarchæ miniſterio deſeruiens, neque à graui morbo, & qui vt omnino moueri non poſſit efficiat, retentus is nulla ex ſupra dictis cauſa prohibitus, & à ſuo epiſcopatu abſens, & vltra ſemeſtre tempus in alio loco degens, ab epiſcopi dignitate & honore omnino alienabitur. eum enim qui ſuæ fidei commiſſum gregem negligit, & in alio loco ſupra ſemeſtre tempus degit, ſtatuit ſancta ſynodus, vt à ſacerdotio, per quod paſcere ordinatus eſt, alienus omnino conſtituatur & in eius epiſcopatus locum, alius pro ipſo prouehatur.

BALS. *Sæpe quidam epiſcopi, propter* exactorum vexationes, *vel propter* vicinorum inuaſiones, *vel propter populi inobedientiam, puſillo & abiecto animo ſuos epiſcopatus renunciant. Metropolitani ergo renunciationes eiſmodi admittentes, alios epiſcopos ordinabant, & nõ nunquam etiã antequam examinarentur, cauſæ criminales, quæ aduerſus illos introducebantur, alios eligebant, dicunt ergo patres, Quoniam ad ſeditionum & eccleſiaſticarum perturbationum cauſa eſt, ſtatuimus, ne eligatur epiſcopus viuo eccleſiæ præſule. niſi vtique vel ex examinatione conſtiterit eſſe admittendam viuentu renunciationem, vel ſynodali ſententia condemnatus fuerit. Tunc enim eo viuente ordinabitur alius. Quaſi verò dixiſſet quiſpiam, quid verò fiet in populo epiſcopatus, ſi is qui illi præeſt non facit canonicam renunciationem, ſed extra ſuum epiſcopatum moratur, intulerunt, quòd ſi quis epiſcopus vltra ſex menſes à ſua eccleſia abfuerit, ſine imperial. vel patriarchali iuſſione, vel ſine graui morbo, qui non permittit vt poſſit locum loco mutare, is erit à ſacerdotio alienus, & alius pro eo ordinabitur. Quoniam autem ex his quidem apparet eſſe admittendas quæ quomodocunque fiunt ab epiſcopis renunciationes: alij verò canones, & ſancti Cyrilli ad Dominũ epiſtola, ſiue pr. & iij. eius reſponſum ſtatuunt, non eſſe inconſideratè admittendas epiſcoporum renũciationes, debes præſentes quoque canones ad illa reducere. Lege xj. quoque cap. ix tit. præſentu operis, & quæ in eo ſunt. Quia autem ij. cap. ix. tit præſentis operis, vel quæ in eo continetur xviij. & xix. cap. pr, tit. iij. lib. 1mp. quod eſt pars cxxxj. Iuſtiniani nouella, videtur præſenti canoni repugnare, quæſitum eſt à quibuſdam, quidnam ſequi debeamus. Videntur autem in his aduerſari. Canon epiſcopo ſex menſium ſpacium ad hoc vt poſſit peregrinari, & ab epiſcopatu abeſſe, largitus eſt. Nouella verò id ad vnius anni interuallum redegit. Præterea canon, eos qui vltra ſex menſes à ſuis eccleſiis abſunt, antiſtites,*

*ἐπίτροποι τῶν πενήτων

citra inquisitionem ab iis ipsis alienari statuit Novella, sumptus prius ab œconomis antistitibus non suppeditari iubet, post temporis moram, & sic à suis clericis accersi & sinem sic persuasi fuerint, alios ordinari. Canon permittit antistitibus etiam vltra annum abesse, si ab imperatoribus vel à patriarchis detineantur, vel propter grauem morbum prohibeantur. Novella nihil tractat eiusmodi. Magis ergo quod in parte vij. sustinuimus novellæ de solo in p. continetur, & à patriarcha in dicto ij. cap. ix. tit. præsentis operis, repugnatio non recepit, sed expulit, visum est canonem potius seruare oportere. ego verò adhuc etiam dubito, & quatenus quidem est quæstio ecclesiastica, sio ab illis qui dicunt canonem magis seruari oportere. Quatenus autem imp. repugnatæ sunt post nomocanonis compositionem, & huius canonis editionem, alteri sententiæ adsentior. Et hæc quidem scripsimus seruari oportere, quæ hoc canone comprehenduntur, de episcopis, qui renunciant præter ea quæ à sancto Cyrillo in epistola ad Dominum constituta sunt, vt quæ à sancta & vniuersali synodo discussa & examinata fuere, per epistolam, quæ nunc missa est ad synodum in Pamphylia. Tu autem scias, quod hæc omnia, quæ à sancto Cyrillo constituta sunt, nescio, quomodo contemnuntur. Multi enim, etiam eas quæ quomodocunque fiunt ab episcopis renunciationes, admittendas esse volunt, vt vult hic præsens canon. Qui sunt autem subtiliores, illas esse dicunt admittendas renunciationes, quæ continent eas fieri propter magnitatem eorum qui renunciant. Ego verò ea sequor quæ sunt a sancto Cyrillo definita. Si enim concessum fuerit, vt episcoporum renunciationes citra curiosiorem examinationem admittantur, multi episcopatus erunt sine episcopis, propter verum inæqualitatem, quod quidem ad magnam statim ecclesiastici spectat iniuriam, vt de decoro tumeliæ nihil dicam. Si quis autem velit per iusiurandum renunciare, & eo quòd vitam monasticam elegerit, quemadmodum magnus quoque fecit Gregorius Theologus: & dicit hunc canonem de iis renunciationibus dicere, assentior & ipse. Renunciatio verò Macrensis illius serui dei, synodaliter accepta ab illo patriarcha domino Luca, aliquanto post tempore exoluit, episcopi suasione, per synodalem sententiam, cum patriarchatum gereret sanctissimus ille patriarcha dominus Michael Anchialus. Cùm videret enim is patriarcha, episcopi renunciationem non continere, episcopum renunciare vt indignum, sed vt non dignum, dixit non esse admittendam eiusmodi renunciationem. Non enim qui vtique non dignus est sacrum facere, tam etiam indignus est, sicut & magnus in quit Basilius in vna oratione sacrosancti mysterij, quæ sic habet: Nemo eorum qui carnalibus desiderijs & voluptatibus alligati sunt, dignus est accedere, & appropinquare, vel tibi ministrare Rex gloriæ & statuens eum quidem qui se dixit indignum, esse per se condemnatum, qui autem non dignum, laudandum vt humilem, æquum censuit vt episcopus sacerdotij officio fungeretur, vt qui non canonicè renunciasset. Qui autem dicunt longam renunciationum consuetudinem valere, malè dicunt. Longa enim non scripta consuetudo non valet, quando legi scriptæ vel canoni aduersatur. Et quare quæ à nobis de ea re scripta sunt, in ij. cap. primi tit. præsentis operis.

Can. xvij.

In omnibus boni ecclesiastici ordinis curam gerentes, hoc quoque definire necessarium duximus, vt nullus deinceps laicus vel monachus repente ad episcopalem altitudinem eueheretur, sed in ecclesiasticis gradibus primum examinatus, sic episcopalis dignitatis ordinationem susciperet. Etsi enim huc vsque quidam ex monachis & laicis, exigente necessitate, episcopali honore statim digni facti sunt, qui & virtute excellenti fuere, & suam ecclesiam in altum extulere, id tamen quod raro euenit, ecclesiæ legem nequaquam statuentes, decernimus vt id deinceps minimè fiat, nisi is qui ritè ordinatur, per gradus sacerdotales processerit, in vnoquoque ordine tempus præstitutum adimplens.

SALS. *Confusionem ecclesiasticam vocant patres, inconsideratè & absque examinatione fieri aliquem monachum vel laicum antistitem. Et isto dicunt non debere eorum quempiam ad episcopalis altitudinem prouehi, nisi omnes primi gradus ecclesiasticos peruaserit, præstituto & sufficienti tempore, in vnoquoque ordine. Addiciunt autem, quod etiam si tale quid prius factum est propter vrgentem necessitatem, & qui electi & eodem die ordinati fuere, virtute claruerint, & ecclesias quibus præfuerunt exornauere, id tamè quod rarò fit, non est lex ecclesiæ, vt nos id etiã deinceps sequi oporteat. Quia autem sæpe fuit dubitatum, quantum est tempus præstitutum, quod canone declaratur:*

tur: nonnulli qui iam dicebant, quòd quoniam, qui in theologia fuit illustris magnus Gregorius, in sua in Pentecosten oratione, dicit sacerdotem vij. diebus perfici, debemus nos quoque obseruare, si non plura, sed certè necessario id ipsum tempus, in vno quoque gradu. Alij dicebant x. canonem Sardicensis synodi definire, nullum diuitem, vel scholasticum, episcopum constitui, nisi lectoris & diaconi, & presbyteri ministerium peregerit in gradu vnius cuiusque ordinis, non minimo tempore trãsmisso. Vsi sunt autem & vij. cap. pr. tit. ij. lib. Imperia. quod quidem est pr. cap. cxxxvij Iustiniani nouellæ, quæ dicit præcise, non aliter ordinandum præsidis apparitorem, vel eum qui alioqui rem publicam administrat, nisi in monasterio non minus quam xv. annu vitam monasticam absque reprehensione peregerit & instabant præstitutum tempus esse xv. annos. Mihi autem videtur nouella quidem loqui de tribunis militum acieque instructoribus, & iis qui rem publicam administrant: Sardicensis autem synodi canon de diuitibus exforo & scholasticis in dicendo tractat: sed non de omnibus monachis vel laicis. Vtraque autem inter se dissident. Lege ergo cxxij. Iustiniani nouellam in principio sic dicentem: Damus autem potestatem iis qui electionem faciunt, vt absque curiali & presidis apparitore, si quem prædicta electione dignum existimauerint, eum simul cum alijs duobus clericis vel monachis eligant, vt secularis hoc modo ad episcopatum electus, non protinus episcopus ordinetur, sed primum clericus non minus quam tribus mensibus connumeretur. & sic sanctos canones & sacrum ecclesiarum ministerium edoctus, episcopus ordinetur. Et post aliquantum rursus hæc dicit: Si quis autem præter memoratam obseruationem episcopus ordinatus fuerit, iubemus eum omnino episcopatu expelli sed & illum quicunque præter hæc ordinare ausus fuerit, à sacerdotali ministerio anno vno separari, & omnes facultates, quæ quocunque tempore vel modo in suum dominum redierunt, propter errorem quem fecit, ecclesiæ domino cuius est episcopus addici. Quare si non impedit, quò minus hæc nouella in Imp relata sit, ex ea de laicu dubitatio nunc soluitur. Existimo autem hoc nihil afferre impedimenti solutioni dubij & ideo confugio ad id quod à sancto patre nostro Gregorio theologo de sacerdotum perfectione scriptum est. & dico necessario per septem dies vniuscuiusque gradus fieri ordinationem & eo magis quòd etiam non scripta ecclesiastica consuetudo, hoc suscepto, sic graduum ordinationes facit. Lege & xxiij. Iust. primi tituli præsentis operis.

CANONES EDITI A SANCTA SYNODO, QVÆ IN CELEBRI TEMPLO ET IDEM CVM deo verbo Sapientiç cognomen sortito, habita est, & œcumenicam vij. synodum confirmauit, omnémque schismaticum & hæreticum errorem expulit, sub Photio patriarcha.

STATVIT sancta & vniuersalis synodus, vt si qui ex Italiæ clericis, vel laicis, vel episcopis, in Asia, vel Europa, vel Libya versantes, sub vinculo vel depositione vel anathematizatione apud sanctissimum papam Ioannem fuerunt, vt ij quoque sint eiusmodi etiam apud Photium sanctissimum patriarcham Constantinopolitanum in eadem pœnç definitione, id est, vel depositi, vel anathematizati, vel segregati. & quos Photius quidem sanctissimus noster patriarcha, clericos, vel laicos, vel episcopalis vel sacerdotalis ordinis, in quacunque parochia, segregationi, vel depositioni, vel anathematizationi subiecerit, sanctissimus quoque papa Ioannes, & sancta dei Romanorum ecclesia eosdem in eodem pœnæ iudicio habeat, priuilegiis, quæ adsunt sanctissimæ Romanorum ecclesiæ sedi, & eius antistiti, nihil penitus innouatis, nec nunc, nec in posterum.

BALS. *Quidam excommunicati, vel alij pœnæ ecclesiasticæ condemnationi subiecti à veteri Romæ sede, ad Constantinopolitanam sedem accedebant, & contra: & quoniam ex eo scandala inter duas ecclesias oriebantur, ea huius vniuersalis synodi tempore ad eam relata sunt. Ad omne ergo tollendum, statuerunt patres, vt qui quomodocunque à papa sunt condemnati, ij sint apud patriarcham quoque Constantinopolitanum condemnati. Tanquam autem dixisset Italus quispiam, hæc ad circumueniendam veteris Romanæ sedis priuilegia decerni, propterea quod inducatur æqualitas, adiecerunt, nihil penitus innouata in posterum seruari eius priuilegia, & eius Antistitis honorem. Quoniam autem rogauerunt nonnulli cùm canon duorum tantum magnorum antistitum meminerit, quid fiet de alio patriarcha, dicimus communiter & propter omnes editum esse canonem. Nam alij quoque canones similiter decernunt esse excommunicatum episcopum, qui ab alio episcopo segregatos suscipit, vel aliqua alia pœna affectos, eo quòd omnes dei ecclesiæ vnum corpus reputentur. Quæ autem sunt in præsenti canone, specialiter scripta sunt, propter scandala quæ sæpe tunc contigerunt, eo quòd patriarcha Photius sæpe ex throno patriarchali deiectus est, & sæpe restitutus: & ideo multa schismata inciderunt.*

Can. ij.

Etiam si hucusque nonnulli antistites, qui ad monachorum habitum descenderant, vt in episcopali fastigio manerent, vim adhibuerunt: & cùm hoc facerent, neglecti sunt: sancta tamen & vniuersalis hæc synodus, hanc negligentiam quoque corrigens, & ad ritus ecclesiasticos hanc inordinatam actionem redigens, statuit vt si quis episcopus, vel aliquis alius ex pontificali dignitate, voluerit ad vitam monasticam descendere, vel pœnitentiæ locum implere, ne amplius antistitis dignitatem vsurpet. Monachorum enim professiones, subiectionis & discendi cupiditatis rationem habent, non autem doctrinæ vel primatus: nec alios pascere, sed ipsos pasci profitentur. Et ideo quemadmodum prędictum est, decernimus, vt nemo eorum qui in episcopalem pastorúmque catalogum relatus est, ad eorum qui pascuntur & agunt pœnitentiam locum se demittat. Si quis autem hoc facere ausus fuerit, post denunciationem & declarationem huius editæ sententiæ, ipse qui seipsum episcopali gradu priuauit, non amplius ad priorem quam factis despicatui habuit dignitatem reuertetur.

BALS. *De episcopis qui volunt etiam post tonsuram episcopalia iura exercere, non erat scriptus canon. Et ideo quidam conabantur episcopi postquam tonsi fuissent habere episcopalia priuilegia, præter ecclesiasticam non scriptam consuetudinem quæ inualuerat. Hoc ergo corrigentes sancti patres, dixerunt, quòd quoniam episcopalis altitudo est dignitas quæ ad docendum se comparat: monastica autem professio, disciplinæ & subiectionis est opus: & fieri non potest vt qui se subiectum exhibet, in throno sedeat & doceat, opus est vt qui ab episcopali altitudine recessit, & seipsum veluti condemnauit, & pœnitentiæ tradidit, & per monasticum habitum subiectionem & obedientiam profitetur, nihil exerceat quod ad docentis officium pertineat, nec pro eo quod pasci debet alios pascat. qui autem hoc facere aggressus fuerit, ne quid episcopale exercere permittatur, quia ipse per tonsuram se ab eo alienauit. Dixerunt autem patres de Antistitibus, ne se in eorum qui pœnitentiam agunt, locum deprimant & illud, Si quis autem vnquam fuerit ausus hoc facere, non prohibentes pœnitentiam, vt rem odiosam & auertendam: ea enim magna quoque laude digna est: sed significantes tales esse antistites, & ita viuere, vt propemodum pœnitentia non indigeant, sed & suis intercessionibus deum alios placent. Quæsitum est autem, si monachus post episcopatum fuerit magno habitu dignatus, an positis episcopale quidpiam exercere: dixerunt enim nonnulli, quòd quoniam antequam electus esset tonsus fuit, secunda quoque tonsura nequaquam opus habuit. & eò fit vt canon in eo locum non habeat.*

beat. & eò fit vt canon in eo locum non habeat. Sed non placuit quod dicebat, & audierunt, quòd propriè tonsura est magni & angelici habitus amictus. Parum enim habitus, illius perfecti habitus arra dicitur, si enim parvus habitus facit cessare sacerdotiũ ipsum multo magis cessare faciet perfecta tonsura. Si quis autẽ etiã de sacerdotibus qui tõdentur rogauerit, quomodo post tonsurã sacrificãt & nõ cessant, audiet nõ esse sacerdotes doctores: & propterea nec canonẽ quidem in eo locũ habere.

Si quis laicus auctoritate vsus, diuinis quidem & regiis iussis contemptus, reuerẽdisque ecclesiæ ritibus & legibus irrisis, aliquem episcopum verberare ausus fuerit, vel in custodiam tradere, vel sine causa, vel aliqua cõficta causa, is sit anathema. *can. 115. in Surianis*

BALS. *Episcopalis dignitas omnem ferè honorem superat. Apostolicæ enim dignitati æquiparatur propter doctrinæ professionem. Quoniam ergo quidam arrogantes, & diuinorum præceptorum contemptores, ecclesiasticorum scilicet & Imperial. absurda quædam & contumeliosa in quosdam antistites fecerant, definierunt sancti patres, quòd si quis laicus auctoritate vsus, scilicet authenticam vel magistratus potestatem nactus, iudex forte vel prætor constitutus, confidenter aliquem episcopum verberauerit, vel in custodia incluserit, vel sine causa, vel cum ficta & falsa causa, id est, sine ratione, is sit anathema, hoc est, à deo sit separatus, & tradatur dæmoni, vt munus quod ei appensum dedicatur. Cùm autem audu canonem dicentem, quòd ille laicus anathematizatur, qui sine causa, vel cum ficta causa, hoc est, præter rationem, sola auctoritate vsus, episcopum vel verberauit, vel custodiæ tradidit, ne dicas argumento à contrario sumpto, licere laicis magistratibus episcopos ex iusta & probabili causa verberare, & custodiæ tradere. A diuersis enim canonibus & nouellis constitutionibus didicisti, quòd laici magistratus nullam habent in episcopos iurisdictionem. Vnde etiam laicus, qui quemuis antistitem vel verberat, vel conticit in carcerem, etiam si ex causa longe iustissima, & maiorem magistratũ gerat, punietur: & causæ bonitas ac probabilitas ei non proderit. Audiet enim, quòd synodus iusque solis antistites punire permissum est: & debebat de antistite cognitionem ad conuenientem synodum remittere, & se ab episcopali causæ disceptatione integrum intactumque conservare. Adiectum est autem canoni illud, sine iusta causa, & reliqua, propter anathematizationem. Neque enim æquum erat, vt magistratus, qui iustæ causæ prætextu, tale quid fecerat contumeliosius in episcopum, anathematizaretur, sed aliquo alio modo puniretur. est autem anathema à deo separatio. Quemadmodũ enim donaria quæ deo offeruntur, à cõmunibus & humanis rebus separãtur, sic & qui anathema factus est, excinditur & separatur à cœtu fidelium, qui sunt deo cõsecrati & dedicati, & etiã ab ipso deo, & Satanæ traditur, secundum magnum Paulum qui scripsit Corinthius, de eo qui incestam nouercam fornicationem commiserat, quòd tradidit eum Satanæ: & qui etiam scripsit ad Timotheum, De Hymenæo & Alexandro, quos tradidi Satanæ, vt discant non blasphemare. Si autem hæc ita se habent, multo magis, qui est sub anathemate, a deo separatur, & Satanæ vnitur, eique attribuitur, ipseque seipsum eius munus dedicatum constituit. Rectè autem meminit canon auctoritatis magistratus. Qui enim non eo prætextu, sed sua improbitate, tale quid ausus fuerit, etiam si hoc probabili de causa fecerit, magis punietur propter summam impudentiam.*

CARTHAGINENSIS SYNODVS, CVI PRÆFVIT MAGNVS CYPRIANVS ET SANctus martyr, qui erat Carthaginensis episcopus.

HÆC est omniũ synodorũ ãtiquissima. fuit enim sub Decio & post eã illa quæ fuit in Antiochia Syriæ aduersus Paul ũ Samosatenũ sub Aureliano imperatore. Congregati sunt autẽ Carthagine lxxxiiij. sancti patres & quęsitũ est an baptizare oporteat eos qui reuertũtur ex hæresi eorũ qui idolis immolauerãt, cõueniẽter interrogationi factæ de ea re ab episcopo Iouiano. Quia autẽ cũ etiã Noauatus, qui erat presbyter Romanorũ ecclesię, depositus est, vt qui ad pœnitẽtiã nõ admitteret eos qui idolis sacrificauerũt: & ideo cũ quibusdã insipiẽtibus faciebat schismata, agitatũ est, an etiã schismaticos baptiza

re oporteat,tanquam hoc quoque Iouianus quæsiuisset.

Cum in cómuni consilio essemus,dilecti fratres, legimus literas à vobis missas,de iis qui ab hæreticis vel schismaticis baptizati visi sunt,venientibus ad catholicã ecclesiã quæ vna est: in qua baptizamur & regeneramur. De quibus cõfidimus,vos quoque qui illa agitis, catholicæ ecclesiæ canonis firmitatem tenere:tamen quoniam nobiscum estis communionis participes,& propter communem dilectionem de eo quærere voluistis,non nouam sententiam neque nunc fundatam afferimus: sed quæ olim ab antiquioribus accuratissimè & diligẽtissimè fuit examinata,eam à vobis obseruandam vobis communicamus,& coniungimus,id quoque nunc statuentes, quod semper fortiter stabiliterq; tenuimus,vt nemo possit baptizari extra catholicæ baptismum qui vnus est.Scriptum est enim,Me reliquerunt fontem aquæ viuæ,& foderunt sibi lacus perforatos, qui aquam continere nequeunt.Et rursus sacra scriptura hoc præsignificans dicit,Ab aqua aliena abstinete, & ex fonte alieno ne bibite. Oportet autem aquam primum purgari & sanctificari à sacerdote,vt possit proprio baptismate hominis qui baptizatur peccata eluere. Nam & per Iezechielem prophetam dicit dominus, Et aspergam vos aqua pura, & mundabo vos,& dabo vobis cor nouum,& spiritum nouum dabo vobis:& cum dicat dominus in Numeris:Et omnia quæ tanget immundus,immunda erunt:quomodo potest baptizans dare alij remissionem peccatorum, qui non potest propria peccata extra ecclesiam dimittere?Sed & ipsa interrogatio quæ fit in baptismate est testis veritatis. Dicentes enim ei qui examinatur,Credis vitam æternam & remissionem peccatorum accipere,nihil aliud dicimus,quàm quòd in catholica ecclesia hæc dari possunt. Apud hæreticos autem, vbi ecclesia non est, haberi non potest peccatorum remissio. Et ideo qui hæreticorum patrocinium suscipiunt, vel debent interrogationem mutare, vel veritatem tueri. Necesse est etiam eum qui baptizatus est inungi, vt accepta vnctione, fiat Christi particeps. Sanctificare autem oleum non potest hæreticus, qui nec altare habet,nec ecclesiam. Non potest autem omnino Chrisma esse apud hæreticos. Nobis enim clarum est,nullo modo apud illos sanctificari posse oleum* ad gratiarum actionem. Scire enim, & non ignorare debemus quod scriptum est, Oleum peccatoris non impinguet caput meum. Quod quidem etiam olim significauit

* εἰς εὐχαριστίαν

sanctus

ſanctus ſpiritus in pſalmis, ne forte abductus aliquis, & à recta via aberrans, apud hæreticos Chriſti aduerſarios inungatur. Quomodo autem pro eo qui baptizatus eſt precabitur, non ſacerdos, ſed ſacrilegus, & peccator? dicente ſcriptura, quòd deus peccatores non audit. ſed ſi quis eſt pius ac religioſus, & eius voluntatem facit, eum audit. Per ſanctam eccleſiam, peccatorum remiſſionem intelligimus. Quis autem dare poteſt id quod ipſe non habet? vel quomodo poteſt operari ſpiritalia, qui ſpiritum ſanctum abiecit? Et ideo etiã renouari debet qui ad eccleſiam accedit, vt intus per ſanctos ſanctificetur. Scriptum eſt enim, Sancti eritis, ſicut & ego ſanctus ſum, dicit dominus vt qui in errore paſtus eſt, in vero & eccleſiaſtico baptiſmate, ipſe quoque hoc exuat, qui homo ad deum accedens, & ſacerdotem quærens, in errore inuctus in ſacrilegium incidit? eſt enim hæreticorũ & ſchiſmaticorum hæreſin probare, eos qui ab illis baptizati ſunt comprobare. Non enim poteſt in parte valere. ſi enim non potuit is qui eſt extra, habere ſpiritum, non poteſt venientem baptizare, cùm ſit vnus baptiſmus, & vnus ſanctus ſpiritus, & vna eccleſia, à Chriſto domino noſtro dicente ab initio ſupra Petrum apoſtolum fundata vnitate. Et ideo quæ ab eis facta ſunt, cùm ſint falſa & vana, omnia ſunt reprobata. Neque enim poteſt eſſe deo gratum & acceptum quod fit ab illis, quos dominus hoſtes & aduerſarios dicit in euangeliis: Qui non eſt mecum, contra me eſt: & qui non colligit mecum, diſpergit. Quinetiam beatus apoſtolus Ioannes præcepta domini ſeruans, in epiſtola præſcripſit, Audiuiſtis quod Chriſtus venit, & nũc etiam multi antichriſti facti ſunt. vnde cognoſcimus quòd extrema hora eſt. Ex nobis exierunt, ſed non erant ex nobis. vnde & nos intelligere & cogitare debemus, ſi dei inimici, & qui Antichriſti ſunt nominati, domini gratiam dare non poſſunt, ideo nos qui ſumus cum domino, & domini vnitatem tenemus, vt pro eius dignitate ſuppeditantes, ſacerdotium eius in eccleſia gerimus, quęcunque aduerſarij & ipſius generis hoſtes, & antichriſti faciunt, reprobare, remouere, & abiicere, & pro profanis habere debemus: iiſque qui ab errore & peruerſitate veniunt, veræ & eccleſiaſticæ fidei omnino cognitionem dare, diuinæ potentiæ myſterium, & vnitatis, & fidei, & veritatis.

BAL. *Scriptum eſt in proœmio, quam ob cauſam præſens epiſtola fuit edita: & ipſa quidem ſtatuit vt qui ad catholicam eccleſiam ab hæretico vel ſchiſmatico accedunt, baptizentur, etiã ſi ab illis prius baptizati ſunt* Vij. *autẽ canon ij. ſyn.* vniuerſalu *faciens differentiã eorũ qui debent baptizari,*

vel non, alia quædam præcipit. Lege ergo cum, & mentem adhibe iis quæ in ipso sunt posteriora. Lege ergo etiam ij. canonem synodi quæ est in Trullo, & scies quòd quæ hac epistola continentur, ab omnibus patribus admissa non sunt sic enim dicit hu verbu. Præterea autem & eum qui à Cypriano, qui fuit Afrorum regionu episcopus & martyr, & ab ea quæ ab illo habita est, editus est canonem, qui in prædictorũ præsulum locis, iuxtaque illu traditam consuetudinem, obtinuit. Hinc ergo notatur, quòd à principio non erat in vsu apud omnes hic canon. Nota autem quòd Afri dicuntur Carthaginenses. Quia autem in nonnullis exemplaribus apertè descriptæ inueniuntur lxxxiij. episcoporum sententiæ, qui in eadem fuerunt opinione cum Cypriano, eramus eas quoque scripturi & interpretaturi: sed quia, vt dictum est, vij. ij. synodi canon alia quædam constituit ab iis quæ hac præsenti epistola continentur, de hæreticu & schismaticu qui ad fidem accedunt, prætermissa est eorum expositio.

CANONES CCXVII. BEATORVM PATRVM, QVI CARTHAGINE CONVENERUNT.

CARTHAGINENSIS synodus fuit imperante quidem Romæ Honorio, Constantinopoli verò Theodosio paruo, cum iuxta septemdecim diuini patres Carthaginem conuenissent ex Africa & ex illi subiectis regionibus. Est autem Carthago pars Africæ & eiusdem prouincia, cum Africa in multas prouincias diuidatur. Porrò in hanc quoque synodum conuenerunt cum patribus & loci conseruatores missi à papa Romano. Apostolicam enim sedem Romanam sedem nominarunt, vtpotecùm Petrus apostolorum princeps in ea claruerit, & Linum primũ Pontificem in ea constituerit. Hunc autem synodo præfuit Aurelius Carthaginensis ecclesiæ episcopus. Quem etiam papam nominabant: & Valentinus, primæ cathedræ regionis Numidicæ, & alij episcopi duarum Numidiarum, & Bizacenes, & Mauritaniæ, & Anthypatianæ, & Cæsarianæ, & Tripoli. hæ sunt enim partes Africæ. ecclesiæ autem Romanæ loci conseruatores erant, Philippus & Asellus presbyteri, locos implentes eorum qui non poterant in synodum conuenire. Vnde & loci conseruationis nomen acceptum est, à verbo conseruare, quod est implere locum eorum à quibus mittuntur. Cùm conuenissent autem synodum, Aurelius episcopus dixit.

Can. 1. Post diem synodi definitum, vt meministis, beatissimi patres, multa quæsita sunt dum expectaremus fratres nostros, qui ad præsentem synodum conuenerunt, loci conseruatores, quę in acta referri necesse est. Quamobrem domino nostro de huius congregationis cõuentu restat gratias agere, partim quidem, vt Nicenę synodi exempla, quę nunc habemus, & à patribus constituta sunt, partim & quæ hic ab iis qui nos præcesserunt, qui hanc synodum confirmarunt, & quæ ex eadem forma per omnes clericorum gradus à summo vsque ad vltimum salubriter constituta sunt, in medium proferantur. Ab vniuersa synodo dictum est, Proferantur.

DANIEL NOTARIVS LEGIT.

Nicenæ synodi confessio fidei, seu decreta, sic habent. Et dum diceret, Faustinus Piceni episcopus, populi Potentiani, Italicæ

Italicæ regionis, Romanorum ecclesiæ loci conseruator, dixit. Commissa sunt nobis à sede apostolica quędam in scriptis tractanda, vt eorum in iis quæ superius acta sunt meminimus, id est de canonibus Niceæ factis, vt seruentur & eorum decretum & consuetudo, quandoquidem quædam ordinatione & canone obseruantur: quędam autem consuetudine informata sunt. De hoc ergo in primis, si vestræ placet beatitudini, inquiramus: & postea, reliqua acta inchoata, ordinata confirmentur. vt apostolicæ cathedrę, vestris rescriptis possitis ostendere, & eidem venerando papæ declaretis, quòd diligenter eorum recordati sumus, siquidem actionum capita iis quę iam acta sunt inserta sunt. De his ergo, sicut superius dixi, quid placet vestræ dilectioni facere debeamus. Veniat ergo in medium commonitorium, vt posítis cognoscere quid in eo comprehenditur, vt detur ad singula responsio.

Aurelius dixit: Afferatur commonitorium, quod fratres, & comministri nostri, in actis paulo ante ostendent, & reliqua consequenter, quæ & acta & agenda sunt.

BALS. *Episcopus quidem Aurelius orationem inchoans, dixit, quòd domino deo pro patrum conuentu gratiæ agendæ sunt, vt quæ à patribus, qui Niceæ conuenerunt, examinata & decreta sunt, quæ à patribus nostris habemus, & quæ patres qui præcesserunt confirmarunt, id est firma existimarunt, & quæcunque illi expresserunt de omnibus qui in clerum relati sunt, in medium proponantur. Faustinus autem dixit, Quædam nobis à papa commissa sunt tractanda, id est consideranda, examinanda: & vt seruentur Niceæ canonum decretum & consuetudo. Cùm autem dixisset canonum decretum, & consuetudinem, subiunxit, quòd quædam ordinatione & canone corroborantur, quædam verò consuetudine informata sunt: vt pote quod consuetudo tempore probata & confirmata debet obseruari. Deinde petiuerunt, vt in medium proferretur commonitorium, seu scriptum mandatum commentarium eorum quæ facta & dicta sunt. Mos enim erat ea quæ in congressionibus fiebant & dicebantur scribere. vel commonitorium dicit, papæ mandatum, per quod inscriptis mandauerat quænam quæri deberent, vt ea scirent, & nihil eos lateret. quod est magis verisimile. Adiicitur enim.*

DANIEL NOTARIVS LEGIT COMMONITORIVM.

Fratri Faustino, & filiis Philippo & Asello presbyteris Zosimus episcopus. Res quæ vestræ fidei creditæ sunt non latent. vos ergo ita, vt vestra illic vel potius nostra in vobis est præsentia, omnia peragite, maximè & hoc mandatum nostrum habentes, & verba canonum, quæ ad maiorem confirmationem præsenti commonitorio inseruimus. Sic enim dixerunt ô fratres, qui in Nicena synodo fuerunt, quando de episcoporum appellatione sententiam tulerunt, placuit vt si episcopus accusatus fuerit, & propriæ eius prouinciæ qui conuenerunt episcopi eum condemnauerint, &

De appellatione episcoporum ad Ro. pontificem, quæ in Nicena synodo desiderantur, videsar. syn. ca. 7. & decre. 2. q. 6

ipſum ègradu ſuo mouerint, & viſum ſit appellare, & ad beatiſſimum Romæ epiſcopum confugerit, & ipſe eum audiri voluerit, & æquũ exiſtimauerit, vt renouetur examinatio, ſcribere dignabitur ad epiſcopos qui ſunt in finitima prouincia, vt ipſi diligenter omnia inquirant, & ex vero & æquo peragãt. Et ideo ſi quis velit negocium ſuum rurſus audiri, & epiſcopũ Romanũ ſua ſupplicatione mouerit, vt à latere ſuo legatũ mittat, in ſua ſit poteſtate quod vult & quod melius exiſtimat. & ſi ſtatuerit debere aliquos mitti, vt ipſi præſentes cũ epiſcopis iudicent, habẽtes auctoritatẽ eius qui miſit, eius relinquatur iudicio. Sinautẽ epiſcopos ſufficere putauerit vt finem rei imponant, faciet quod prudentiſſimo eius conſilio viſum fuerit. Et his lectis, Alypius epiſcopus, Theagaſtẽſiũ eccleſiæ Numidicæ prouinciæ loci conſeruator, dixit, De hoc iam & in ſuperioribus ſynodi noſtræ literis reſcripſimus, & hoc nos ſeruaturos profitemur quod eſt à Nicena ſynodo decretum. me tamen adhuc mouet, quòd dum Græca huius ſynodi Nicenæ exemplaria conſulimus, ea illic neſcio qua ratione nequaquam inuenimus. Vnde reuerentiam tuam rogamus ſanctiſsime papa Aureli, quoniam Nicenæ ſynodi authentica Conſtantinopoli eſſe dicuntur, vt aliquos cum literis veſtræ ſanctitatis mittere dignemini: & non ſolum ad ipſum ſanctiſsimum fratrem noſtrum Conſtantinopolitanum epiſcopum, ſed etiam ad Alexandriæ & Antiochiæ venerandos ſacerdotes, qui nobis hanc ſynodum cum ſuarum literarum obſignatione mittant: vt omnis ex eo dubitatio tollatur: quandoquidem nos vt frater noſter Fauſtinus adduxit, non ſic inuenimus. Nos tamen, vt ante dixi, tantiſper ſeruaturos, donec integra & perfecta exempla venerint profitemur. Debemus autem noſtris quoque literis petere à venerabiliſsimo Romanæ eccleſiæ epiſcopo Bonifacio, vt & ipſe ſimiliter dignetur ad memoratas eccleſias aliquos mittere qui debeant & ipſa exemplaria, ſecũdum ea quæ ab eo ſcripta ſunt, adducere. Nunc autem dictæ Nicenæ ſynodi quæ habemus exemplaria actis iſtis coniungemus.

Fauſtinus epiſcopus ſedis Romanæ loci conſeruator dixit, Nullum veſtra ſanctitas facit præiudicium Romanæ eccleſiæ, ſiue de hoc capite, ſiue de aliis. quandoquidem cenſuit frater noſter & comminiſter Alypius dubios eſſe canones. Sed hæc ſanctiſſimo & beatiſſimo Papæ noſtro ſcribere dignemini, vt & ipſe cum veſtra ſanctitate integros canones conquirens,

quirens,de o⁊nibus decretis tractet. Sufficit enim, vt quemadmodum vestra sanctitas in seipsa tractat,sic ex ipse per seipsum conquirat, ne inter ecclesias aliqua contentio exoriatur: sed potius fraterna dilectione consultetis,eo rescribēte, quid debet obseruari. Aurelius episcopus dixit. Extra ea quæ proposuimus in iis quæ ante scripta sūt,necesse est literas quoque nostræ exiguitatis, fratri nostro & sacrorum cōministro Bonifacio, omnia quæcunque tractamus plenè significare. An ergo nostra placeat cōsequentia, ex ore omniū discamus.

Vniuersa synodus dixit, Placet. Nauatus episcopus, loci conseruator Mauritaniæ Sitifensis inquit,Meminimus nunc hoc commonitorium de presbyteris,& præterea de diaconis, continere,quomodo debent à propriis episcopis,vel ab iis qui sunt finitimi,audiri,quod in Nicena synodo nequaquam legimus. Propterea id iubebit vestra sanctitas legi.

Aurelius episcopus dixit, Legatur in loco hoc quoque quod quæritur.

Daniel notarius legit, De appellatione autem clericorū, hoc est minoris loci,synodi est firma respōsio.de qua quidvelitis agere existimam⁹ introduci debere, quoniā sic dictū est.

Osius episcopus dixit. Quod me adhuc mouet, tacere nō debeo.Si quis forte iracundus episcopus, quod esse nō debet, celeriter, vel etiam asperè motus aduersus presbyterum, vel propriū diaconum,velit eum à propria ecclesia segregare,prouidendum est ne sine causa condemnetur,vel perdat communionem.Qui ergo electus est, habeat potestatem accedendi ad finitimos, vt causa eius audiatur & diligentius tractetur. Ei enim appellanti non debet audiētia denegari, quin & ille, episcopus,qui eum siue iure, siue iniuria,eiecit, toleranter ferret vt res consideretur,& vel confirmetur, vel ⁊orrigatur eius sententia,& cetera. *Sard.syn. can.17.*

Et his lectis, Augustinus episcopus ecclesię Hipponensis Numidiæ regionis dixit,Hoc quoque nos seruaturos profitemur,seruata diligentiori Nicenæ synodi inquisitione.

Aurelius episcopus, Si præterea hoc quoque vobis placet, id responsione omnium vestrūm dilectionis confirmate.

Vniuersa synodus respondit, Omnia quæ in Nicena synodo constituta sunt,nobis omnibus placent. Iucundus episcopus ecclesiæ Hyphetules,loci conseruator regionis Bysacenæ dixit,Quod à Nicena synodo constitutum est,nequaquam potest ab vllo subuerti.

Fauſtinus epiſcopus Romanæ eccleſiæ loci conſeruator dixit. Adhuc ex profeſſione veſtrę ſanctitatis, partim quidem ſancti Alypij, partim vero & fratris noſtri Iucundi, quædam credo infirmari, quædam verò confirmari: quod nõ debet eſſe dubium, ſi ipſi canones habeantur. Ergo vt nobis & vobis placet, ad ſanctiſſimum & colendiſſimum eccleſiæ Romanæ epiſcopum veſtra ſanctitas referre æquum cenſebit vt & ipſe, quod ſanctiſſimus Auguſtinus decernere dignatus eſt, decernat, & vtrumq; poſsit conſiderare. Nam & hoc concedendũ eſt & ſilendum de appellationibus inferioris gradus. Sinautẽ de hoc quoque capite adhuc dubium eſt, æquũ eſt beati throni ſedem debere ſtatuere. Si hoc quidem certè admitti, poteſt in canonibus inueniri.

BALS. *Cùm Fauſtinus veteris Romæ loci conſeruator quæſiuiſſet, vt de quibuſdam eccleſiaſticis quæſtionibus tractaretur, vt à Papa illis mandatum fuerat, mandauit epiſcopus Aurelius hoc fieri. Et cum Daniel notarius commonitorium legere cœpiſſet, dixit epiſcopus Zoſimus verbis Romæ loci conſeruatoribus. Non latent, hoc eſt non ignorantur, quæ vobis à ſede Apoſtolica mandata ſunt. & debent ea examinari perinde ac ſi ſynodus Romæ fieret. Nam per veſtram loci conſeruatorũ præſentiam videtur ſynodus illic habere. & ſtatim propoſitus eſt quintus canon Sardic. ſyn. vt qui forte eſſet Nicenæ ſynodi. & cum orta eſſet dubitatio, an u eſſet patrum qui Niceæ conuenerunt, dixit epiſcopus Alypius, quod neceſſarium quidem eſſet eum ſeruari. Sed quia non inuenitur in libris Græcis, qui continent quæ acta fuerunt in Nicena ſynodo, ſuadeo ò Aurelii, vt ſcribatur ad epiſcopum Cõſtantinopolitanum, Alexandrinum, & Antiochenum, vt conſulant quæ illic ſunt archetypa primæ ſynodi, vt non eiciatur hic canon, & diſſoluatur dubium. Quæ autem in eo declarantur, ſeruentur, donec fuerit ſolutum dubium: hoc ipſum autem etiam voluit à Romano Papa fieri. His autem ſic dictis, Fauſtinus Romæ loci conſeruator dixit, nihil abſurdi dixiſſe Alypium. Nam Papa quoque voluerit eccleſiarum contentionem ſolui, & reſecari. Placuit ergo epiſcopo quoque Aurelio hoc fieri, ſicut & vniuerſæ ſynodo. Poſtquam autem hæc perfecta ſunt, à Nauato epiſcopo & Mauritaniæ loci conſeruatore quæſitum eſt, quomodo, & à quibus debeant clerici iudicari, & qui ex condemnatu à proprio epiſcopo appellant, & reſpondit quidam epiſcopus, cui nomen erat Oſius, Quod me adhuc monet tacere non debeo, & cætera, quæ ſunt xiiij, can. Sard. ſyn. quæ etiam illic expoſita ſunt. His itaque tractatis, dixit Auguſtinus debere hunc canonem ſeruari, ſalua quidem certè diligentiori inquiſitione ſeu examinatione Nicenæ ſynodi. Reliquisquoque patres, quæ in Nicena ſynodo conſtituta ſunt, omnibus placere dixerunt, & debere in poſterum ſeruari inuiolabilia. Quare etiam quæ in quinto canone Sardic. ſyn. à nobis ſcripta ſunt.*

Aurelius epiſcopus dixit. Quę olim veſtræ dilectioni oſtẽſa ſunt à nobis exemplaria eorum quę in Nicena ſynodo conſtituta ſunt: ſed & quæ à noſtris præceptoribus, ſalutariter ſecundum eiuſdem ſynodi formã, & quæ prętereà nobis ordinata ſunt legi, & actis inſeri admittitis. Vniuerſa ſynodus dixit. Exemplaria fidei & decreta Nicenæ ſynodi, quæ olim nobis per Cęcilianum veſtrę ſanctitatis prædeceſſorem, prętereà & partes, quæ his conſequentes hîc conſtitutæ ſunt, & nunc etiam communi conſenſu à nobis decretæ ſunt, in his eccleſiaſticis actis inſertæ maneant ſcilicet, quemadmodum ante dictum eſt, ad venerabiles eccleſiarum epiſcopos, Antiochenæ, Alexandrinę, & Conſtantinopolitanę, veſtra beatitudine dignante ſcribere. Vt veriſſima Nicenæ ſynodi exemplaria cũ

pro-

propriatũ literarum obſignatione mittant: vt veritate manifeſtata, hæc capita quæ in commonitorio frater & coepiſcopus noſter Fauſtinus, & compresbyteri Philippus & Aſellus, ſecũ attulerũt, vel illic inuenta à nobis confirmentur, vel ſi non inuenta fuerint, coacta adhuc ſynodo, de iis rurſus inquiramus.

Daniel notarius Nicenæ ſynodi fidei confeſſionem & eius decreta legit in Afrorum ſynodo.

CONFESSIO FIDEI NICENÆ SYNODI.

Credimus in deum patrẽ omnipotentem, omnium viſibilium & inuiſibilium factorem. Et in vnum dominum Ieſum Chriſtum filium dei, genitum ex patre, id eſt ex ſubſtantia patris, deum ex deo, lumen de lumine, deum verum de deo vero: genitum, non factum, conſubſtantialem patri, per quem omnia facta ſunt & quæ in cœlo, & quę in terra. qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcẽdit, & incarnatus eſt, & homo factus, & paſſus eſt, & reſurrexit tertio die ſecundum ſcripturas, & aſcendit in cælos, & ſedet à dextris patris, & venit iudicatum viuos & mortuos. Et in ſpiritum ſanctum. Eos autem qui dicunt, Erat quando non erat, & quòd ex non exiſtentibus factus eſt, vel ex alia ſubſtantia vel eſſentia eſſe dicunt, vel mutabilem & alterabilem eſſe dei filium, eos anathematizat catholica & Apoſtolica eccleſia. Similiter & decreta Nicenæ ſynodi in xx. capitibus lecta ſunt. Præterea quæ in ſynodis Africæ conſtituta, præſentibus actis inſerta cognoſcuntur.

Quare quæ in Nicena ſynodo conſtituta ſunt, omnibus modis obſeruabuntur. can.

Aurelius epiſcopus dixit. Hęc ſic à nobis habentur exemplaria eorum quę definita ſunt, quæ tunc patres noſtri è Nicena ſynodo ſecum detulerunt: cuius typum ſeruãtia ea quæ ſequuntur, & à nobis conſtituta ſunt, confirmata ſeruentur.

BALS. *Lecto ſancto ſymbolo, quemadmodum in prima ſynodo compoſitum eſt, ſimiliter & xx. canonibus eiuſdem ſynodi, & iis præterea quæ in Africa conſtituta fuerant, & decernentibus illa ſeruari quæ ſynodaliter acta & pronunciata ſunt, dixit Aurelius quòd exempla eorum quæ à patribus Nicæa conſtituta ſunt ſic habent vt lecta ſunt, & debent hu conſequenter agi, & decerni quæ in conſequenter edi debent, & confirmari, vt deinceps quoque ſeruentur.*

Deo volente, æquali confeſſione eccleſiaſtica fides per nos tradita, in hac inclita congregatione primum eſt confitenda, ad confirmandas autem fratrum & coepiſcoporum noſtrorũ nuper ordinatorum mentes, hæc adiicere oportet, quæ firma conſtitutione à patribus accepimus. Quare trinitatis, id eſt patris & filij, & ſpiritus ſancti vnitatem, quæ nullam habere dif- can.

ferentiam cognoſcitur, in noſtris mentibus conſecratam detinemus: & ſicut didicimus, ita populos dei docemus. Omnes epiſcopi dixerunt. Sic ſuſcipimus, ſic detinemus, ſic docemus, fidem euangelicam ſimul cum veſtra doctrina ſequentes.

BALS. Dicunt patres, in hac congregatione, primum quidem fidem eccleſiaſticam confitemur, ſcilicet quæ à fidelium eccleſia creditur, quæ per nos ſcilicet epiſcopos tradita fuit. Præterea & ſeruare affirmamus eccleſiaſticum ordinem, vnoquoque noſtrum ei rei aſſentiente & ſimul omnibus. Ad cõfirmandã autẽ mẽtẽ fratrum noſtrorũ & coepiſcoporum qui nuper ordinati ſunt, aditici oportet quæ à patribus noſtris, hoc eſt ab antiquis epiſcopis, firma ordinatione, ſeu vt firmum & certum canonem accepimus, & ſtatim ſubiiciunt quæ acceperunt, ſcilicet de trinitate, quòd trinitas nullam habeat differentiam, pro eo quod eſt, nihil inter ſe differunt pater, & filius, & ſpiritus ſanctus, ſcilicet ſine vllius cuiuſque proprietatibus. ſed vnitas in ipſis ſignificatur, ſcilicet quòd tres perſonæ vnum ſunt, & ſubſtantia, & gloria, & potentia. & ſic fidem noſtris mentibus conſecratam, id eſt impreſſam, cognoſcimus, inquiunt patres, & ſic populos docemus, quemadmodum docti ſumus, euangelicam doctrinam ſequente.

Can iij. Diſt. 84. Cum in præteritos

De continentia Aurelius epiſcopus dixit, In priore ſynodo de continentiæ & caſtitatis modo quærebatur. Placuit vt hi tres gradus, qui vinculo caſtitatis per conſecrationem implicati ſunt, epiſcopi, inquam, presbyteri, & diaconi, vt ſanctos epiſcopos & ſacerdotes dei, & leuitas, & diuinis ſacrificiis miniſtrantes decet, ſint in omnibus continẽtes, vt poſſint quod à deo petunt aſſequi: vt quod per Apoſtolos etiam ab ipſa antiquitate ſeruatum eſt, nos quoque ſimiliter ſeruemus.

BALS. Hic canon vult omnem exercere virtutem qui ſancta myſteria contrectant, ſcilicet epiſcopos, ſacerdotes, & diaconos: & eſſe continentes, non per ſolam temperantiam, ſed in omni facto & opere, Sic enim, inquit, a deo exaudientur pro populo precantes, & reuera oſtendent ſe ea ſeruare quæ à ſancto Apoſtolo tradita ſunt, & ab antiqua. literu non tradita, eccleſiaſtica conſuetudine. A fœminis abſtinere non ſolum eos qui ſunt ſacris initiati, ſed etiam omnes fideles, temporibus ſanctæ participationis, etiam ab Apoſtolo ſtatutum eſt, qui dicit, Probet homo ſeipſum, & ſic de pane edat, & ex calice bibat. & rurſus, Ne defraudent ſeipſos coniuges, niſi forte ex conſenſu, quando ad ſanctæ communionis preces accedere voluerint. Porro & Dauid, & eos qui cum eo erant, cum petiuiſſent de panibus propoſitionis comedere, qui tunc apponebantur ad prefigurationem corporis Chriſti, prius interroganti, an mundi eſſent à cubili mulieru. Et quod in diuino ſacrificio dicitur, Sancta ſanctis, habet eandem intelligentiam. Qui enim à mulieb ri concubitu polluti ſunt, vel aliquo alio inceſto modo, cum non ſint ſancti, hoc eſt digni, non debent communicare. Vnde ex iis omnibus colligitur, quòd nec ipſi coniuges quidem, qui corporaliter congreſſi ſunt, eo die digni habebuntur ſancta communione. Ille verò ſanctiſſimus patriarcha dominus Lucas, de eo interrogatus, ſynodaliter pronunciauit debere tribus ante diebus à corporali congreſſu ſeiungi coniuges, qui ſunt diuinorum ſacramentorum futuri participes. Sed & ſponſos, qui ipſo die matrimonij ad rem veneream coeunt, pœnu ſubiecit. Et lege edictum quod menſe Septembri 15. indict. factum eſt, & habe in memoria. Similiter & canonicã reſponſionem Timothei ſanctiſſimi archiepiſcopi Alexandrini, & reſponſionem quintam & xij. quæ decernit debere fideles à mutuo congreſſu abſtinere ſabbato & dominico. Tales autem traditiones ex libru quoque Moſaicu probantur & conſtituuntur. In libro enim Exodi hæc dicit apertè, Et dixit dominus Moſi, Deſcende, & teſtificare huic populo, & ſanctifica eum hodie & cras, & lauent veſtimẽta, & ſient parati in diem tertium. Tertio enim die aſcendet dominus coram omni populo. Et rurſus, Deſcendit autem Moſes de monte ad populum. & ſanctificauit ipſos, & lauerunt veſtimenta. & dixit populo, Eſte parati tribus diebus, & non accedite ad vxores.

Can. iiij. Diſt. 31. Epiſcopos.

De diuerſis ordinibus, qui debent à mulieribus abſtinere, Fauſtinus epiſcopus dixit, Placet vt epiſcopus, & presbyter, & diaconus, & omnes qui ſacra contrectant, temperantiæ cuſtodes, à fœminis abſtineant. Ab omnibus epiſcopis dictũ eſt, Placet vt omnes ſeruẽt cõtinẽtiã, qui altari aſſidẽt ſeu ſeruiũt.

BALS.

BALS. *Præcedens quidem canon differuit de continentia episcoporum, presbyterorum, & diaconorum. Hic verò specialius de temperantia & abstinentia a fœminu. Ex his autem canonibus, & maximè præsenti, Romani, & quotquot sunt eiusdem cum illu sententiæ, opinantur ne presbyteros quidem, vel diaconos posse cum vxoribus coniungi, sed eos coniugij experies remanere debere, fallun tur autẽ etiã in hoc, quemadmodũ & in aliu. Quintus enim canon sanctorum Apostolorum, Episcopus, inquit, vel presbyter, vel diaconus suam vxorem pietatis prætexiu ne eiiciat. Et fortasse dicet quispiam, quod etiam qui sunt apud nos episcopi, vxores non habent. Sed hoc constitutum est à patribus sextæ, quæ dicitur synodi, dicentibus in xlij. canone, Non repugnantes iis quæ ab Apostolu constituta sunt hoc dicimus, sed salutu, & ad meliora progressionu populorum curam gerentes, & ne detur occasio reprehendendi sacerdotalem constitutionem. Eadem autem synodus in xiij. canone præsentem canonem interpretatur dicens, A presbyteru, & diaconis, vel subdiaconu, vt a propriis vxoribus abstineant exigi tempore contrectationu sanctorum mysteriorũ & subiungens, Quòd si quis ausus fuerit presbyteros, vel diaconos, vel subdiaconos, legitima vxoru coniunctione & societate priuare, deponatur. Canon quoque lxx. præsentu synodi conuincit Latinos de hac re male sentire. Dicit enim, Placuit vt presbyteri & diaconi & episcopi proprius terminus etiam à suis vxoribus abstineãt. Vt ex hoc ostendatur, & presbyteros, & diaconos, & episcopos, cum mulieribus vixisse: nec prohibuit eis synodus cum ipsis consuetudinem, nisi in proprius terminus, id est in præstitutu vnuscuiusque vicu diebus.*

De auaritia Aurelius episcopus dixit, Auaritiæ cupiditatem, quam omnium malorum matrem nemo esse dubitat, reprimere opus est, vt non alienis terminis vtatur, neque vt vlli omnino clerico liceat, ex quauis re vsuram accipere: & quæ recens quidem relata obscura sunt, & omnino latent, à nobis cõsiderata, typicè decernentur. De quibus autem diuina scriptura apertissimè constituit, ea non decerni, sed illa potius sequi oportet. Consequenter enim quod est in laicis reprehendendum, multò magis debet in clericis condemnari. Vniuersa synodus dixit, Nemo aduersus prophetas, nemo aduersus euãgelia sine periculo fecit. *Can. v.*

BALS. *Quadragesimus quartus canon sanctorum Apostolorum, & iiij. Laodicene, auersantur clericos qui vsuras accipiunt xvij. autem canon j syn subiecit eos depositioni. Hos ergo canones patres terminos vocantes, & auaritiam, ac turpe lucrum, vsurarum acceptionem nominantes, statuerũt non oportere transgredi terminos patrum siue canonas, nec clericos ex re qualibet vsuras accipere, scilicet nec ex pecunia mutuo data, nec ex frumento commodato, nec ex vlla alia specie. Adiecerũt autem, quòd quæ recens quidem lata seu decreta sunt, ea sunt obscura & euanida vt quæ ignorentur. De quibus autem diuina scriptura constituit, seu legem tulit, non oportet decernere, sed ea potius quæ decreta sunt sequi. Diuinam autem scripturam sacros canones nominant, & dicta scripturæ, vt, Non dabu fratri tuo pecuniam ad vsuram: &, Pecuniam suam non dedit ad vsuram, & quæ sunt huiusmodi. Deinde probant, quomodo turpe est & indecorum, ut qui sunt sacru initiati, fœnerari & dicunt, quòd si in laicu quidem est reprehendẽdum, hoc est vituperandum, consequenter in clericu debet multò magis condemnari. Ad hæc synodus dixit, Nemo aduersus prophetas, nemo aduersus euangeliũ sine periculo fecit: id est, quoniam & veteri testamento, id enim per prophetas significabant & nouo, quod per euangelium ostendebant, prohibitum est fœnerari: nemo qui ea facit quæ sunt illu prohibita periculum effugerit. In pœnæ enim periculum vocabitur, id est, deponetur.*

Vt Chrisma à presbyteris non fiat. Fortunatus episcopus dixit, In prioribus synodis hæc fuisse constituta meminimus, vt Chrisma, vel eorum qui pœnitentiam agunt reconciliatio, vel puellarum & templorum consecratio, à presbytero non fiat. Si quis autem hoc agens apparuerit, quid de eo statuere oportet? Aurelius episcopus dixit, Dignitas vestra audiuit, quid à fratre, & nostro in sacris comministro Fortunato pro- *Can. vj. Dist. xxij. Si iubet sanctitas vestra.*

latum est, quid ad ea dicitis? Ab omnibus episcopis dictum est, Chrismatis confectio, & puellarum consecratio, à presbyteris ne fiat: nec aliquem reconciliare in publico rei sacræ ministerio presbytero liceat. hoc omnibus placet.

BALS. *Chrismatis confectio, est sancti vnguenti mystica peractio. Reconciliatio eorum qui pœnitentiam agunt, est eorum qui peccant supputationes audire, & eos à pœna soluere quibus pœna forte iniuncta est. Medicus enim animæ eos cum deo conciliat, per pœnitentiam, & conuersionem ad id quod est melius. Puellarum autem consecratio, non est diaconissarum per manuum impositionẽ ordinatio: sed mos erat puellas ad ecclesiam adduci virginitatem profitentes, & eas episcopi per preces consecrabant vt deo dedicatas, & illi earum custodiæ curam gerebant. Vt ex xliij. canone præsentis synodi declaratur. Hæc ergo à presbyteris fieri prohibuit synodus, quemadmodum & templorum consecrationem, & dedit eorum facultatem antistitibus. Illud autem, conciliare in publico res sacra ministerio, est eiusmodi. Si quibus pœna, quæ alias pœnitentia dicitur, iniuncta est, & ab ecclesia arcentur, non permittuntur cum fidelibus consistere: sed per se deum laudare non prohibentur. Quando autem à pœna absoluti fuerint, tunc consistunt cum fidelibus: & publicè seu palam deum cum populo laudant. lege & xxxvij. can. præsentis synodi. nec tibi videatur repugnare ly. canon Apostolicus, qui dicit episcopos & presbyteros suscipere eos qui conuertuntur. Quare nota, quòd qui sine episcopali permissione hominum supputationes suscipiunt sacrati monachi, malè faciunt. multò autem magis profani. Si enim nec cum permissione episcopi possunt tale quid exercere. Et ideo synodalis quoque declaratio facta est ex supplicatione partis venerabilis monasterij euergetidis, quòd quoniam statutũ monasterij decernit eius præfectum monachorum supputationes auditurum, profano autem non permittitur supputationes suscipere, necessariò sequitur præfectum esse sacerdotem. Præfecti autem, vt sæpe diximus, homines profani sunt. Nam & mulieres quoque monasterijs præficiuntur, sed hominum supputationes non audiunt. Hæc ita se habentibus, dicunt aliqui, quòd quoniam ab antistitibus fit puellarum consecratio, non licebit monasterij præfecto, qui est sacratus, vel vt semel dicam, sacerdos monacho, quemuis monachum tondere sine episcopali permissione. Idem enim est puellarum consecratio, & monachorum tonsura. Mihi autem videtur sacerdotes præfectos posse citra vllum impedimentum tondere, etiam sine episcopali permissione. Vt enim xliij. can. vij. synodi permisit monasterij præfecto etiam lectoru characterem facere absque scientia episcopi, in proprio monasterio, multò magis ei tondere permisit. Et lege quæ in eo ipso xliij. can. scripta sunt. Qui autem sunt simpliciter sacerdotes monachi, debent facere tonsuras cum scientia episcopi propter præsentem canonem. nisi quis forte hoc quoque velit fieri sola monachi sacerdotis voluntate ex longa consuetudine, quæ & canone & lege fuit potentior, quod quidem mihi sine probatione non videtur. Neque enim scio, an hoc synodaliter dictum & confirmatum sit. Hominum autem supputationes non suscipere sacerdotes, sed solos monachos sacerdotes, iniquum est. Tuto autem quòd ex hypocrisi hoc ab eis vsurpatum sit, & propterea tardè omnino (nolo enim dicere nullo modo) quis episcopo vel sacerdoti, qui nõ sit monachus, suam supputationem credit. quod quidem sacerdotibus & episcopis est beatissimum, monachis autem periculosissimum. Si enim qui sunt digni, & sunt secundum Apostolum Petrum, danda sunt claues regni cælorum. & plus non scribo.*

Can. vij. 26. q. 6. Aurelius.

De reconciliatione eorum qui sunt in periculo: Aurelius episcopus dixit, Si quis in periculo constitutus petiuerit seipsum reconciliari sacris altaribus, absente episcopo, iure debet presbyter consulere episcopum, & sic eum qui est in periculo eius præcepto reconciliare. Hanc rem autẽ debemus salutari consilio confirmare. Vniuersa synodus dixit. Sufficit, quòd vestra sanctitas nos necessario iuuare æquum censuit.

BALS. *Ex præsenti quoque canone euidenter ostenditur, non licere sacerdotibus hominum confessiones audire, & peccata remittere sine episcopali permissione. Dicit enim, Si quis in mortis periculo fuerit constitutus, & petierit reconciliari, id est sibi permitti vt sit diuinorum sacramentorum particeps post confessionem, abest autem episcopus, non potest sacerdos eum reconciliare: sed debet interrogare episcopum, qui obtinet locum Apostoli, & accepit à deo potestatem ligandi & soluendi, & cum eius permissione facere reconciliationem: si modo sit expedituum interrogationem facere. Si enim longè abest episcopus, & mors imminet, etiam absque interrogatione episcopi dabitur reconciliatio à sacerdote secundum xliij. can. præsentis synodi. Si ergo nec extremam quidem reconciliationem dat*

sacer-

sacerdos absq; episcopali permissione, vt qui nō habeat facultatē ligandi & soluendi, nullō modo nec sani confessionē recipiet. Hu autē ita habentibus, cū vi. canō non statuat quid debeat fieri in sacerdote, qui sine permissione episcopi supputationes accepit secundum interrogationem Fortunati sed nec præsens canon quidquam de eo statuat, dixerunt quidam episcopali iudicio relinqui suppliciū eius qui canonē transgressus est. Sanctissimus autē ille patriarcha dominus Michael, qui fuit supremus philosophorū, dicebat eum sacerdotem debere deponi, secundum canones qui statuunt eos esse deponendos, qui vlra prouinciam aliquid sacerdotale exercent, & canonum transgressores.

De iis qui patres criminātur, & vt nulli cuius vita infamia laborat, liceat episcopū accusare. Noualis episcopus Mazulitanus dixit, Sunt multi nō bonę cōuersationis, qui existimant patres & episcopos debere passim & temere reos agi, eósne oportet admittere an nō? Aurelius episcopus dixit, Placet ergo dilectioni vestrę eos qui aliquibus sceleribus illaqueati sunt, accusationis vocem aduersus patres edere? Ab omnibus episcopis dictum est, Si quis infamia laboret, ne admittatur. Can. viij.

BALS. *Sextus canon vniuersalis sextæ synodi statuit non esse omnes admittendos ad episcoporū & clericorum accusationes, sed eos demum qui sunt à reprehensione alieni. Lege ergo eum canonem qui est antiquior, & præsentis synodi cxxviij. cxxxx. & cxxx.*

De iis qui pro suorū peccatorū meritis ex ecclesiastico cœtu eiiciuntur. Augustinus episco. loci cōseruator Numidicæ regionis dixit, Hoc decernere velitis, vt eos qui pro suorū criminum meritis ecclesia electi sunt, si quis episcopus vel presbyter in cōmunionē velit recipere, ipse quoq; equali crimini obnoxius videatur, simul cū iis qui proprij episcopi canonicā sententiā effugiūt. Ab omnibus episcopis dictū est, Omnib' placet. Can ix. 11. q. 3. Quæ iā merito.

BALS. *Lege sanctorū Apostolorum can. xj xij. xxxij. Antiochenæ synodi can. vj. Sardic. syn. can. xiij. quid debeat fieri eu qui depositos vel segregatos clericos recipiunt. Præsens autem canon decernit vt clericos ecclesia electos propter iustas ab ipsis perpetratorū criminum pœnas, si alius episcopus vel presbyter ad cōmunionē receperit, u quoque similiter ac u qui suscipitur puniatur. Iu ergo quæ ab aliis canonibus & à præsenti constituta sunt, collige, dic quòd si clericum depositū alius episcopus in sacerdotalem cōmunionem susceperit, deponetur. Si autem vnà cum segregato orauerit, segregabitur. Propterea enim præsens quoq; canon dicit, similiter ac u qui ecclesia electus est, cum esse puniēdū qui suscepit. Nota autem, quòd etiam præsens canon, non citra examinationem, sed post condemnationem peccato conuenientem, vult clericos deponi, vel segregari.*

De presbyteris, qui à propriis episcopis condemnantur. Alypius episcopus regionis Numidicæ loci cōseruator dixit, Nec illud prętermittendum est, vt si quis forte presbyter à proprio episcopo condēnatus, tumore quodā & arrogantia elatus, existimauerit debere separatim deo sancta offerre, vel aliud altare erigendū putauerit aduersus ecclesiasticam fidem & constitutionem, is ne id impune auferat. Valentinus episcopus primæ cathedræ Numidicæ regionis ait, Necessario ecclesiasticæ fidei & ordini consentiunt, quę à fratre nostro Alypio prolata sunt. Quod superest, quid vestrę videtur dilectioni dicite. Synodus dixit, Si quis presbyter aduersus proprium episcopum inflatus schisma fecerit, sit anathema. Can. x. 11. q. 3. Si quis presbyter.

BALS. *Tricesimus primus canon, eos qui à congregatione diuertunt, si sint quidem clerici, depo*

sitioni subiicit: laicos autem segregandos decernit, sed post primam & secundam & tertiam admonitionem. Præsens autem canon & vj. Gangren. eos anathematizat. Quid ergo sequi debeamus quærendum est. Existimo ergo, quòd vtrunque fieri ex canonibus. Primum enim secundum canonem Apostolicum schismaticis denunciabitur vt à malo abstineant: & nisi paruerint, deponentur, vel excommunicabuntur. Si autem sic quoque in inflatione, hoc est vana gloria & inobedientia perstiterint, anathemati subiicientur, vt membra putrida, è sano ecclesiæ corpore amputati. Ex hoc enim ipso esse anathematizatos, qui non propter causam dogmaticã offenderunt, sed propter arrogantiam, & mentis vitatem, aduersus ecclesiasticã constitutionem se insolenter gesserunt, est grauissimum, vt mihi quidem videtur. Lege etiam j. canonem magni Basilij, qui docet differentiam hæreticorum, schismaticorum & eorũ qui à congregatione diuertunt. Hic autẽ abusiuè acceptũ est schisma. & ἀφορισμὸν, id est à congressione diuersio, prorsus qui ex arrogantia aduersus suum episcopũ inflati sunt, & ab eo abscissi.

Can. xi. Ab omnibus episcopis dictum est: Si quis presbyter in sua vitæ agendæ ratione condẽnatus fuerit, debet is vicinis episcopis renunciare, vt ipsi rem audiant: & per ipsos proprio episcopo reconcilietur. Si hoc autem non fecerit, sed quod absit, superbia inflatus se à proprij episcopi cõmunione separauerit, & vna cũ aliquibus schisma faciens deo sanctũ obtulerit, is anathema reputabitur, & proprium locum perdet, hoc scilicet cõsiderato, nunquid aduersus episcopum iustam habeat expostulationem.

BALS. *Hic quoque canon eadem cum præcedente dicit: statuit enim vt non solum deponantur, sed etiam anathematizentur presbyteri ab episcopo condemnati, & qui nolunt rem pacificè componi per examinationem vicinorum episcoporum, sed seipsos abscindunt, hoc est separant à proprio episcopo, & separatim sacra celebrant præter illius sententiam. Lege & vj. can Antioch. syn & xliij. Sardic. Oportet autem inquit, considerare, nunquid proprium episcopum iuste accuset clericus, & vnà cum eo communionem iure declinet. Lege & xxviij. can. huius syn & Antioch can. xiij. aduersus episcopum autem expostulationem ne dixerũ esse ex peccato, vel ab alia criminali accusatione, sed vel ex causa dogmatica, vel iniusta eius vitæ institutione. Neque enim debet clericus à proprio episcopo ante condẽnationẽ separari, nisi eũ videt manifestè iniuriã facientẽ, vel recto dogmati repugnantem. Cum autem ille metropolitanus Philippolu Italicus proprium clericum Can pforymen segregasset, agitatum est apud sanctissimum illum patriarcham Muzalon, cum misericordia dignum non esse, vt qui, vt vult hic præsens canon, ad finitimos episcopos non accesserit, & ad synodum quæ erat in regione, vt per eos reconciliaretur metropolitano, sed sedi primum patriarchalem clerum exhibuerit, & proprium episcopum ad iudiciariam contentionem deduxerit. Cum autem dixisset Can pforyme se per multos metropolitanos sui metropolitani misericordiam postulasse, & non exauditum esse, & propterea ad magnam synodum venisse, iudicatum est eum nihil fecisse contra canones.*

Can. xij. 15. q. 7. Vel. lxx. 3. q. 8. Suggerio. Si quis episcopus extra tempus synodi criminis accersatur, is à duodecim episcopis audiatur. Philix episcopus dixit: Referatur secundum ea quæ ab antiquis synodis decreta sunt, vt si quis episcopus, quod absit, in aliquod crimen incidat, fieri non possit omnino vt multi conueniant: ne ipse in crimine hęreat, à duodecim episcopis audiatur. Et presbyter à sex episcopis, & proprio, & diaconus à tribus.

BALS. *Cùm xiij. can. Antiochena synodi declarasset presbyteros & diaconos absq; episcopo deponi: episcoporum autẽ depositiones a synodo fieri, videtur præsens canõ et aduersari, decernens à xij. ad minus episcopis episcopũ in causa criminali iudicari, presbyterũ autẽ a sex & diaconũ à tribus. Nõ pugnãt autẽ inter se canones: sed Antiochena quidẽ synodi canõ hæc iudicia aliter cõstituẽda decreuit. Præsens autẽ canõ, qui lõgò post tẽpore factus est, hæc iudicia cautiùs fieri statuit Cautior autẽ legislatio nõ inducit repugnantiã. Quod autẽ maiorũ securitatis gratia hæc cauta sunt, ex eo declaratur, & dicãt patres hæc tũc demũ fieri, quãdo est difficile et plures episcopi cõuentãs. Tũc enim necesse est plures quoq; episcopos causas criminales audire. Illud autẽ, ne episcopus in crimine hæreat, sic est inter-*

interpretandũ, ne dum dubius est episcopus, à suo populo contemnatur. Interrogauerit autem quispiã, cum canon causarum solum criminalium meminerit, an vt metropolitano vel episcopo permittatur examinare episcopum, vel sacerdotẽ, vel diaconum in causa ciuili ex contractu. quæ infamiam irrogat, scilicet depositi, vel cõmodati: similiter & in causa quæ ex delicto oritur, scilicet iniuria, furto, vt & similibus. SOL. LV. canon Apostolicus, & LXXXIIII. iubent vt ij deponãtur, qui reges, episcopos; & magistratus iniuria afficiunt. Et nonnulli quidẽ ad eiusmodi iniurias eáq; solas depositionem vrgent. mihi autem videtur ex omni actione quæ infamiam irrogat, pecuniaria scilicet & criminali; in qui sunt sacrati infamiã inuri, secundum vniuersalem & indistinctam legum constitutionem. Vidi enim etiam multos sacratos propter furtũ synodaliter depositos. Si autẽ interrogauerit quispiam, quid debet fieri lectoribus, audiet quòd xx. can. præsen. synodi, reliquos clericos, præter presbyterũ scilicet & diaconum, ab vno episcopo iudicandos esse statuit. Præterea interrogauerit quispiã, cum canon cõtineat, tunc fieri à xij. episcopis & solis episcoporũ & solorum depositiones, quando fieri omnino nõ potest vt multi cõueniant, si depositus fuerit episcopus à xij. episcopis, ij q; cùm sit facile vt multi conueniant, dissoluetur depositio an non? SOL. Dicunt quidẽ hoc modo non insinuari sententiam. Cum autẽ Ioannes Amathuntis episcopus ab illo Cypri archiepiscopo Ioãne fuisset depositus, & depositionis edictũ in tribunali imperatorio lectũ esset, quoniam inuẽti sunt xj. episcopi & archiepiscopus depositionẽ fecisse, statuit sanctissimus ille patriarcha dominus Iucas cũ adsistente synodo, quin etiam ipsa præsens appellata, esse infirmã & nullius momenti depositionẽ eo quòd non accersita fuerit vniuersa synodus Cypriorũ ecclesiæ, etiam si magna esset eius cogendæ facultas: & quòd non archiepiscopus vltra xij. episcopos, sed vna cum illo esset connumeratus. Præterea autem allegarunt & XX. canonem præsentis synodi & XIIIJ. & quamuis dixissent nonnulli hoc de solo presbytero & diacono dictum esse, tamen non sunt exauditi.

Non licere episcopũ nisi à multis eligi. Sinautẽ necesse sit, eriam vel à tribus episcopis eligatur. Aurelius episcopus dixit, Quid ad hæc dicit vestra sanctitas? Ab omnibus episcopis dictũ est, Quæ ab iis qui nos præcesserũt, constituta sunt, debent à nobis seruari. quę quidẽ temere & inconsultè, qui in quauis prouincia primatũ obtinent, audent negligere Multi ergo cõgregati episcopi episcopum eligent. Si autem necesse sit, tres episcopi in quocunq; loco fuerint, primatis iussu eligẽt episcopum. Et si quis in aliquo propriæ confessioni vel subscriptioni aduersatus fuerit, ipse seipsum honore priuabit. Can. xiij.

BALS. Quod Latinè versum est eligi, Græca est χειροτονῆσαι χειροτονία autẽ hoc in loco, nõ pro χειροθεσία, id est manuũ impositione & ordinatione seu consecratione intellexerim, sed pro electione. Nam & hoc ex fine canonis ostenditur, quo cauetur vt deponatur episcopus qui pro; via subscriptionis & cõfessioni repugnat. quæ subscriptio non fit ad ordinationẽ siue consecrationẽ, sed ad electionẽ. & quia cũ primus canon Apostolicus statuat episcopũ à duobus esse episcopis ordinandũ, si χειροτονία, pro ordinatione hoc in loco accepimus, videbimur dicere contrariũ dicto canoni. Cum autẽ iij. canõ primæ Nicenæ synodi iubeat electiones ab omnibus prouincialibus cõstitui: si autẽ hoc sit difficile, tres simul cõgregari. reliquos quoq; per literas suffragiũ ferentibus: quidã vt est verisimile, Metropolitanis, (eos enim præsens canõ vocat primates prouinciæ) non obseruabant canonẽ. Vnde & à patribus desitũ est, vt à multis episcopis fierẽt electiones. Sinautẽ hoc non sit facile facile, necessario à tribus, qui debent cũ scientia & permissione primi, seu Metropolitani, in quocunq; loco conuenire. Si quis autem contra propriã subscriptione fecerit, deponetur. Ac in hu quidem consistit canon. Cùm autem quidã Metropolitanus fuisset aliquando accusatus, quòd non cũ suis prouincialibus episcopũ elegisset, sed cũ Metropolitanis, qui in regina vrbium versabantur, quidã præsentẽ canonẽ pro eo adducebãt, & dicebant, quòd etiã si ex iij. can. primæ synodi Nicenæ necesse est à prouincialibus ad minimum tribus electionem fieri, à præsenti tamen canone metropolitano concessum est tres Metropolitanos quos voluerit accersere, & per eos electionem facere in quocunque loco voluerit. & volebant metropolitanum nulli reprehensioni obnoxium ab hoc canone conseruari. Audierunt autem, quòd quoniam præsens canon nihil noui decernit, sed quæ à patribus anteà definita sunt deinceps quoque seruanda statuit, debent omnino quæ de conuocatu episcopũ dicuntur, secundum illum canonem intelligi, & electiones omnino à prouincialibus fieri. Illud autem in quonũ loco procedere, non affert præiudicium quominus electio solum fiat cum prouincialibus ad minimum tribus, reliquis quoque per literas suffragium ferentibus. Cùm autem canon decernat electiones fieri à tribus episcopis, si sit multos conuenire difficile, interrogauerit quispiam, si multi possint facile conuenire, electio infirmabi-

tur, an non? SOL. Quæ de episcopi à duodecim facti depositione scripta sunt, quæ do plures poterant facile conuenire, ad præsentis quæstionis solutionem sufficiunt. Illud autem, in quonis loco, scriptum est propter eos qui dicunt debere fieri ecclesiarum electiones à metropolitano in sua metropoli, quod quidem non receptum est. Locus enim nõ constituit episcopum, sed suffragium, & antistitum electio. Nota ergo etiam ex hoc canone, quod primas siue metropolitanus non debet interesse electioni, sed soli episcopi. DVB. Quid verò, si quis eorum qui elegerunt, suæ subscriptioni contradixerit, cõ ne ipso deponetur, an post examinationem, cum ea quæ proponit probare non possit? SOL: Si canonis quidem verba accepta fuerint, ad hoc vt is qui elegit propriam subscriptionem agnoscat, dicat autem postea se accepisse aliquid quod vetet quominus is qui electus est, ad dignitatem episcopalem promoueatur, non alias deponetur, quàm si in probationibus defecerit. Sed si subscriptionis contradictio pro eius negatione accepta fuerit, ve per literarum probationẽ, vel aliquo alio modo conuicta, eo ipso deponetur. Nota ergo præsentem canonem, qui de subscriptionis inficiatione loquitur, vt mihi quidem videtur. Lege & lxxv. caput primi tit. xx. libri imp. & cap. j. iij. tit. eiusdem libri, & totum iiij. tit. eiusdem libri. & cap. lx. primi tit. xxiij. libri, & disces quomodo aliquando quidem per literarum collationem, aliquando autem per testes iurantes conuincitur is qui negat propriam subscriptionem: & quòd qui post probationem conuictus est, cogitur, non solum satisfacere aduersario de quantitate quæ in scripto continetur, sed & alterum tantundem soluere. Lxxij. autem imp. domini Leonis Sapientis nouella, statuit vt quodcunque scriptum, in quo venerandæ & viuificæ crucis figura per manum eius qui ipsum composuit scripta est, firmum & immutabile maneat, etiam si non sit adiectione pœnæ munitum. Lege quoque eandem nouellam. Et dic postremo colligens, quòd deponi Antistites qui negant suas in electionibus subscriptiones, speciale est, & debet in hoc & solo facto valere. Si enim aliud suum scriptum negauerit episcopus vel clericus, vt mihi videtur, non deponetur, vt dicunt aliqui. Sed ex legibus supra positis punietur.

Can. xiiij. Vt vnus ex Tripoli episcopus ad loci conseruationem ascẽdat: & vt presbyter qui illic est, à quinque audiatur episcopis. Similiter placuit à Tripoli propter regionis inopiam vnum episcopum ad loci conseruationem ascendere, & vt presbyter illic à quinque episcopis audiatur: & diaconus à tribus, vt superius dictum est, proprio scilicet episcopo præsidente.

BALS. Est in Africa Tripolis & quoniã erant in ea pauci episcopi, statuit synodus vt vnus quidẽ illinc mittatur loci cõseruator ad anniuersarias synodos: à quinque autẽ episcopis, propter antistitum paucitatem examinentur causæ sacerdotũ criminales, & à tribus diaconorum, debentibus vltra illos vna quoque præsidere episcopis, sub quibus ordinãtur ij qui litigãt. Quare nota ex hoc quoq; canone quòd episcopi qui sub se habẽt eos qui litigant, debent esse vltra duodecim, sex, & tres cõiudices. Et quòd si non sit episcoporũ inopia, plures hu episcopi debent cognoscere causas eorum qui sunt sacrati.

Can. xv. 11. q. 1. Placuit vt quisquis. De diuersis ordinibus ecclesiæ seruientibus, vt si quis in criminale negocium inciderit, & forum ecclesiasticũ recusauerit, debere eum in periculũ venire. & vt filij eorũ qui sunt sacrati ad mundana spectacula non accedant. Similiter placuit, vt quicũq; episcopus vel presbyter, vel diaconus, vel clericus criminali vel ciuili cõtrouersia aduersus eũ mota, si recusans foriũ ecclesiasticum, velit publicis iudiciis purgari, etiam si pro eo sententia lata sit, tamen proprium locum amittat. Et id quidem in criminali: in ciuili autẽ, id pro quo actionem intendit, si propriũ locum obtinere voluerit. Atq; hoc quidem placuit.

2. q. 6. Placuit. Quare si à quibuslibet ecclesiasticis iudicibus ad alios iudices ecclesiasticos maiorem potestatem habentes, emittatur appellatio, id nihil eos lędat quorũ sententia soluitur, si cõuinci non possint, vel odio, vel aliqua animi affectione iudicasse, vel

2. q. 6. Sane si. gratia aliqua corruptos esse. Si autẽ ex consensu partium sint electi iudices, etiam si sint pauciores quã sit definitũ, non licere ap-

reappellare. Et vt ſacerdotum filij ſecularia ſpectacula nec peragant, nec ſpectent. Hoc autem omnibus Chriſtianis ſemper eſt interdictum, vt ab iis abſtineant, & vbi ſunt blaſphemiæ & maledicta non accedant.

BALS. *Et à legibus & à canonibus traditum eſt, non licere vnicuique apud quodcunque velit forum citra præiudicij agere. Sed laicus quidem tributa ſunt fora ciuilia: eu autem qui ſunt ſacrati, & monachu, eccleſiaſtica. Si quis ergo, inquit canon, ſacratus, hac conſtitutione contempta, in ciuili iudicio aduerſus ſacratum vel monachum criminalem actionem intenderit: vel ſi quis ad competens forum eccleſiaſticum tractus, id recuſauerit, & publicum ſeu ciuile elegerit (id enim eſt velle purgari, ſeu à crimine velle abſolui, innocénſque declarari per publicum iudicium) etiam ſi in illo publico iudicio vicerit, ſiue actor, ſiue reus, tamen proprium locum, ſeu gradum, & honorem ſacerdotalē amiſerit, propter hoc ipſum ſolum depoſitus, quòd ſcilicet forum eccleſiaſticum recuſauerit, & ciuile elegerit. Et quando fuerit quidem criminale iudicium, ſic erit. Quando autem eſt ciuile quod monetur, ſeu pecuniarium, etiam ſi ſacratus ſententiam obtinuerit, ſic quoque à proprio gradu excidet: niſi rem contempſerit pro qua ſententiam obtinuit, & ea ceſſerit ſuo aduerſario à ſe ſuperato. Præterea decreuerunt patres, vt ſi quis aduerſus epiſcoporum vel aliorum eccleſiaſticorum iudicum ſententiā appellauerit: & appellatio ad maiorem iudicem, eccleſiaſticum videlicet, redierit, iuxta vniuerſalē iuris regulam, quæ ſtatuit iudices ad quos appellatur, oportere eſſe maiores iis qui primum iudicauerint: & contigerit à iudicibus appellationis primam ſententiam euerti, nulla in re laudantur ij qui primam ſententiam tulerunt, ſiue ſit cauſa criminalis, ſiue pecuniaria: niſi ij conuicti fuerint ſententiā tuliſſe propter odium eius qui damnatus eſt, vel propter affectionem in eum qui eſt abſolutus, vel vt muneribus corrupti: id enim eſt, gratia corruptum eſſe. Muneribus enim corrumpitur quiſpiam, quod Græcu eſt, δωροδοκεῖσθαι, vel pecunias accipiens, vel eo qui ipſum corrupit, aliqua gratia vel beneficio demerente. Nota ergo præſentem canonem ſacerdotalis ordinis homines valde punientem, qui quomodocunque in publicis iudiciis litigant. Nec tibi aduerſetur vj. caput primi tit. xi. lib. imp. & ix. cap. iij. tit. iij. libri. quæ dicunt poſſe ſacratos renunciare præſcriptioni ſeu exceptioni ſacerdotij. Quantum enim ad aduerſarium attinet, valet hæc conuentio. eſt autem alia ratio, quod ſecundum præſentem canonem læditur qui eum contempſerit. Et lege xxiiij. canon. præſentis ſyn. & Chalced ſyn. can. ix. Cùm autem canon ſuperius ſtatuerit, vt epiſcopi à xij. epiſcopis iudicentur, à ſex autem ſacerdotes, & diaconi à tribus, ſubiunxerunt patres, quòd quæ de appellationibus dicta ſunt, & reliqua locum habent, quando iudicia eccleſiaſtica apud tot competentes iudices fuerint: non autem quando ex accuſatoris & eius qui accuſatur voluntate, apud aliquos electos ſeu ex electione ſuſceptos iudices, qui ſepe ſunt pauciores quam canonibus conſtitutum ſit, aliqui iudicio contenderint. Tunc enim in eorum ſententiam ne appellatio quidem cadit. Vt dicit lex in lib. vij. titu. ij. cap. xxvij. themate iij. quod ſic habet, Siue iuſta ſiue iniuſta eſt electi iudicu ſententia, ei ſtare oportet. poſt hac canon de filijs ſacerdotum dicit, Ne ſpectacula peragant, nec alijs peragentibus interſint & ſpectent. quia autem omnibus Chriſtianis interdictum eſt, ne accedant vbi ſunt blaſphemiæ, & maledicta. Spectacula autem dicuntur, non ſolum equorum curſus, ſed & omnis generis ſpectatio, beluarum ſcilicet certamina, hiſtrionum ludicra, ſaltationes, & huiuſmodi alia opera diabolica. Hæc autem decernente canone, dic quòd illud etiam ſi pro eo ſententia lata eſt, adiectum eſt propter eos qui dicunt eum ſolum debere depoſi ſacratum qui ſic iudicio contendit in cauſa criminali, & victus eſt, non autem eum qui vicit, vt qui iuſtam cauſam habeat. Ambo enim deponentur, vt qui eccleſiā iniuria afficiant, & canonem contemnant. Sacratus autem qui traxit eccleſiaſticum in ſeculare iudicium pro cauſa pecuniaria, & victi, deponitur, ſi ſententiæ quæ pro ſe lata eſt ſteterit, & voluerit rem habere quam vicit, quemadmodum & reus ſi iudicium eccleſiaſticum recuſauit, & ciuile petiit, & vicit. Si enim cedit re pro qua litigauit, ſuum honoru gradum habens remanet. Et hæc quidem ca non conſtituit. Hodie autem hæc negliguntur, propter quam cauſam neſcio. Multi enim non ſolum laici, ſed etiam ſacrati, epiſcopos, clericos, & monachos ad ciuilia iudicia attrahunt, nec imper. quidem mandatum de ea re exhibentes. Et neque incompetentis iudicu præſcriptio ſeu exceptio prodeſt iis qui rei aguntur. Cos enim cogunt vel inuitos iudicio contendere. Nec ſacrati, qui eos traxerunt, aliquid pœnitus damni ſenſere. Sed nec monachi, vel clerici aduerſus quos in foro eccleſiaſtico agitur, ſi id quidem recuſauerint, ciuilem autem examinationem petierint, vlla in re puniti ſunt. Quemadmodum nec clerici, vel monachi, qui in ſeculare iudicium tracti ſunt, & in eo litigare non recuſarunt. Cùm autem Pantepoptus monachus ille Meletius, qui præfectus monaſterij dictus eſt, ad ſynodale iudicium tractus, ipſum vt ſibi non gratum recuſaſſet, & cauſam ad ſeculare iudicium traduxiſſet per mandatum imperiale, ſanctiſſimus patriarcha dominus Lucas id ægre ferens, plurimum ſtudium adhibuit vt corrigeretur quod factū fuerat. Admittit autem à ciuilibus iudicibus. quod imp. poteſtas omnia facere poteſt: & quemadmodum primo loco*

potuit dare imp. iudicem pro iudicando episcopo vel alio sacrato, qui aduersus quem agitur ita, & per transpositionem iudicium ecclesiasticum ex legitima obseruatione in ciuile traduxerit. Sed etiam si is qui hic dicitur monasterij præfectus, exauditus est, synodale iudicium recusans, & sine præiudicio conseruatus est. sed tamen ex cxiij. can. præsentis synodi deponi debuit, quem lege. xvij. enim cap. primi titu. iij. libri licet decernat cum imp. mandato posse aduersus episcopos agi, & eos sisti coram ciuilibus iudicibus: hoc tamen, vt mihi videtur, non quærat canonica doctrina. Debemus enim dicere tunc trahi episcopum pro re quæ priuatim ad ipsum pertinet: non autem pro quæstione ecclesiastica. Re enim eiusmodi proposita, non debent ciuiles iudices vllam eius habere cognitionem. Iam verò magna quoque est eius differentia, qui sua sponte ecclesiasticum iudicium recusat, & eius qui iussu imp. inuitus tractus est ad seculare iudicium. Lege etiam j. cap. ix. tit. præsentis operis, & quæ in ipso scripta sunt. Petere autem coniudicem ciuilem per mandatum imperiale, non est, vt mihi videtur, prohibitum, & maximè quando est causa pecuniaria, quæ est synodaliter dicenda. Interrogauerit autem quispiam, cùm lex dicat, eum à sua actione excidere, qui suum aduersarium ad iudicium incompetens traxerit, qui sacratum ad ciuile iudicium traxerit, an non ex hoc canone suo iure excidet? SOL. Incompetentis iudicis præscriptio in principio solum proponitur, non autem etiam postea. Finge ergo quòd ea à principio non est proposita à reo: vel proposita a iudice admissa non est. Et propterea definierunt patres, quòd etiam si actor vicerit, eo quòd incompetentis iudicis exceptio quomodocunque inefficax fuerit, sic quoque tamen propter honorem ecclesiæ eorum victoria nihil ei proderit sed deponetur, si eam retineat. Præterea interrogauerit quispiam, quam pœnam sustinebunt ecclesiastici iudices, si conuicti fuerint, ex odio, vel affectione, vel propter gratiam sententiam tulisse, cùm canon de eo nihil iubeat? SOL. Genus pœnæ non apparet ex canone, sed ex legibus declaratur. Iam enim de iudice muneribus corrupto dicit iij. caput xliij tit. lx. lib Magistratus qui pecunias accipit ad examinandum, vel decernendum, vel ad plus vel minus quàm sui officij faciendum, & magistratuum quoque assessores lege tenentur. Et iij. responsum tit. cap. Pœna legis est extraordinaria: & vt plurimum exilio condemnat nonnunquam etiam grauius & ii. thema ix. cap. Qui hac lege condemnatur, nec potest publicè testimonium dicere: nec iudex esse, nec causas agere. lege & ii. thema vi. cap. iiii. tit. vii. lib. quod quidem est pars cxxxiii. Iustiniani nouella, quæ sic dicit: Si quis autem eorum qui litigant, dixerit se aliquid dedisse, vel esse pollicitum, & personam nominauerit, & hoc probauerit, ipse quidem in litis exitu venia dignus habeatur. Qui autem donum vel promissum admisisse conuictus fuerit, si sit quidem pœna pecuniaria, quod datum quidem est triplum, quod verò promissum, duplum à comite priuatarum nostrarum facultatum exigatur & dignitatem, seu magistratum quem habet, in vtroque casu perdat. Si autem sit criminalis accusatio, propriarum facultatum publicationem sufferat: & in exilium mittatur, vt qui accipiendo alienum, crimen in seipsum transferre studuerit. Si autem promissionem vel donationem litigator ostendere non potuerit, iuret persona, quæ donationem uel promissionem suscepisse dicitur, quod nec per se, nec per aliam personam, vel aliquid acceperit, vel promissum habuit. Et hoc dato iureiurando, ipse quidem liberabitur: Litigator verò qui probare non potuit, in causis quidem pecuniarijs, litis æstimationem è comite priuatarũ nostrarum facultatum exigatur, iudicio scilicet suum euentum expectante, & res à conuenientibus iudicibus ex legum ordine terminetur. Si autem persona à litigatore declarata, prædictum iusiurandum recusauerit tam in criminalibus quã in pecuniarijs causis, prædictæ pœnæ subiiciatur. Si quis autem eorum qui litigant, iurauerit se nihil dedisse, vel pollicitum esse: intra quatuor autem menses postquam sententia lata est numerandos, datum aliquid vel promissum ostensum fuerit, prædictæ pœnæ tam aduersus dantes quàm aduersus accipientes locum habebunt. Et hæc quidem, si propter sordes seu pecuniarum acceptionem, vel affectionem, vel odium sententia lata sit. eiusdem enim facultatis tria sunt. DVB. Si autem non propter eiusmodi vllam causam, sed per imperitiam aduersus aliquem ferat sententiã episcopus, quid fiet? SOL. Magistratus, seu qui præsunt iudicijs, non coguntur leges exactè scire, vt qui in multis alijs magnis occupationibus versentur, & propterea si per imperitiã sententiam ferant, eis venia datur. Eorum autem assessores, si contra leges ferant sententiam, puniuntur. Dicit enim lex in libro vii. tit. iii. cap. xxiiii. Dolum magistratus requirimus. Si enim per imperitiam assessoris aliter iudicatum fuerit, non facit iniuriam præses seu magistratus, sed qui ei fert auxilium. Et est probabilis quidem ratio. Magistratus enim propter eam quæ dicta est, causam non insimulantur. iudices autem quorum est proprium munus iudicare, si contra leges fecerint, tenentur ac si dolo fecissent secundum legem quæ dicit: Imperitia negligentiæ lata vt culpæ æquiparatur. & rursus, Dolum quis facit, qui perfectè nescit quod se scire profitetur. Et hoc quidem dictum est de ciuilibus iudicibus. In iudices autem ecclesiasticos alia quadam valebit consequentia, vt mihi videtur: & ea quidem secundum præsentem constitutionem. Si enim contrariam canonibus sententiam episcopus protulerit, punietur, siue deponetur, vt qui non possit ignorantiam vel imperitiam allegare. Neque enim erit ei ignoscendum, si dicat se nescire canones, quos cogitur in lingua semper habere. Sin autem aliquid pronunciauerit, quod à legibus non admittitur, vel est extra iudiciariam consequentiam, venia dabitur propter imperitiam: vt qui nec perfectè leges scire debeat, Hæc autem obseruabuntur,

buntur, quando criminalem cauſam iudicarit epiſcopus, vel aliam eccleſiaſticam quæſtionem, quæ inducit depoſitionem. Si enim pecuniariam contra leges ſententiam protulerit per imperitiam, id ei præiudicium non afferet. DVB. *Præterea interrogabit quiſpiã, cùm canon permittat ſacerdotibus iudices electitios elegere, eiſne licebit ciuiles eligere?* SOL. *Quia ſtatuit canon vt electorum iudicum valeat ſententia, nec appellationi ſit obnoxia, etiam ſi ij ſint pauciores quàm duodecim, quàm ſex, & quàm tres, euidenter apparet ciuilium iudicum electionem non admitti à canonibus. Vnde, vt mihi videtur, ſecundum præſentem canonem punientur ſacrati, qui à ciuilibus iudicibus iudicari elegerint. Videtur autem ex verbis canonis, quæ dicunt deponi ſacratos, qui litigauerint apud ciuile iudicium pro cauſa pecuniaria, & vicerint, niſi à ſua ſententia deſiſtant, quòd iudicium quidem factum ab incompetenti iudice ex voluntate eius qui eſt ſacratus, tenenda eſt, & non labefactanda. Qui autem eccleſiaſticum recuſauit iudicium, & fori præſcriptione non vſus eſt ſacratus, punietur vt ſuperius dictum eſt. Electitios autem iudices hic ne dixeris: ij ſunt arbitri & iudices ex compromiſſo ſumpti, cuiuſmodi ij. titulus vij. libri dicit, qui ſcilicet cum pœnæ ſtipulatione iudicant: ſed eccleſiaſticos ordinarios. Illi enim non poſſunt cauſam criminalem iudicare. Hi verò, vt ex præſenti canone oſtenditur, omnem cauſam iudicant. De ſpectaculis autem, & equorum curriculis, & venationibus, & ſcenicis ſaltationibus, ſatis diximus in xxiiij. can. ſyn. in Trullo & ſanctorum apoſtolorum. Vbi etiam præſentis canonis eminimus. & lege eos. Quære etiam ſanctorũ apoſtolorum can. lxxiij. Antioch. ſyn. can. xiiij. xv. Calched. can. viij. xvij. Sardi. can. iij. v. xiij & huius can. xxviij. cxx. & cxxi. Quod autem poſſint ſacrati renunciare præſcriptioni fori, quære cap. viij. ij. tit. iij. lib. Imperialium.*

Vt nullus epiſcopus, preſbyter, vel diaconus procurationem aliquam ſuſcipiat, & vt lectores vxores accipiant, & vt clerici à mulieribus abſtineant: & quo tempore oporteat ipſos vel virgines conſecrari. Similiter placuit vt epiſcopi, preſbyteri, & diaconi *ἀκτόρες vel procuratores non fiant. nec ex turpi aliquo vel vili negocio victum ſibi quærant. Debent enim ad id quod ſcriptum eſt reſpicere. Nemo deo militans ſeipſum implicat ſecularibus negociis. Et vt lectores ad pubertatis tempus venientes, cogantur vel vxores ducere, vel continentiam profiteri. Similiter placuit vt ſi clericus mutuas pecunias dederit, pecunias accipiat: ſinautem ſpeciem, quantum dederit accipiat. Vt ante xxv. annos nec diaconi ordinentur, ſed & lectores populum ne adorent.

Can. xvj. 21. q. 2. Placuit vt epiſcopi.

Diſtinct. 23. Lectores.

14. q. 4. Nullus clericorum.

BALS. *De clericis quidẽ, qui ſe negociis ſecularibus ingerunt, ſcripſimus in xiij. cap. viij. tit. præſentis operis in vj & lxxxiij can. Apoſtolico, & in ij. can. iiij. ſyn. & lege eos. In præſenti autem interpretatione ponetur & quæ viij. menſis decembris vj. Indictione facta eſt ſynodalis declaratio, tempore ſanctiſſimi patriarchæ domini Lucæ, quæ etiam deciſionu locum obtinet. Similiter & promulgatio patriarchæ illius domini Ioannu, quæ facta eſt, ne cauſas agerent qui erant in ſacris, & ius edicti ſanctiſſimi patriarchæ domini Michaelis philoſophorum ſummi, quod prodiit vt æquè ac diaconus & ſacerdos, lector quoque prohiberetur ab exercendis ſecularibus officiis. Quoniam autem præſens canon ſtatuit, ne qui ſunt ſacrati, victum quærant ex rebus turpibus & vilibus, ſæpe quæſitum eſt, quænam ſint eæ. & alij quidem dixerũt eas eſſe lenonem eſſe ac meretrices alere: cauponatoriæ tabernæ præeſſe, & ſimilia. Sanctiſſimus autem patriarcha dominus Lucas vnguentarias quoque officinas & balnea turpu eſſe quæſtus dicebat, vt quæ mendacij quoque cauſæ eſſent: ſed nec archiatros fieri ſineb.at diaconos vel ſacerdotes, dicens non eſſe ferendum, vt qui cum infulu & caſulis ſancta tractant, ſecularibus veſtibus induantur, & cum laicis, viru ſcilicet medicis, incedant. Poſtea autem cautum eſt à ſanctis patribus, vt lectores in tempore pubertatis poſt annum xiiij. cogantur vel matrimonio coniungi, vel cœlibatum profiteri. An hoc autem apud Africanos obſeruatum ſit, neſcio: ſed apud alias eccleſias non ſeruatur. exiſtimo autem quòd nec in vlla vnquam regione hoc ſeruatum ſit, vt quod apoſtolico vj. canoni aduerſetur, qui decernit vt lectores & cantores, etiam poſtquam in clerum prouecti fuerint, vxores ducant, & nec vxorem ducendi tempus definit, nec vt continentiam profiteantur exigit. Dare autem pecuniam mutuam ad vſurã, multi canones clericis prohibent. Præ-*

sens quoque canon non solum eos qui sunt è tribunali, sed & omnes clericos fœnerari prohibet. Quia autem cum vsuræ dabantur ob pecunias mutuo datas, verisimile erat dicere aliquos hoc quidem esse prohibitum: dare autem frumentum vel aliquam aliam speciem, & plus accipere quam datum sit non esse prohibitum, patres hoc quoque expressè prohibuerunt. Sed & illud, ante completos xxv. annos non ordinari diaconum, in diuersis canonibus decretum est. Prohibitum est autem lectoribus, ne dum ministerio suo funguntur, ad populum conuertantur & adorent: vt qui solos tunc debent sacerdotes & antistites adorare, & non laicos qui in ecclesia congregantur. Ipsi enim sunt sacrati: populus vero procul est à sacerdotio & consecratione. Ac ipse potius lectores adorare deberet propter ministerium eorum. Lege sanctorum apostolorum can. xvij. xv. vj. can. iij. iiij. xij. xiij. lxxxviij. lviij. sancti Basilij canonem iij. vj. lxviij. lxx. edictum quidem sanctissimi patriarchæ domini Lucæ sic habet, Mense Decembri, viij. die, pr. Indictione. Sinautem etiam ille Ozan, qui diuinam arcam quæ euertebatur attigit, non paruo supplicio affectus est. Atqui eius erat institutum illam erigere, non diruere, quæ est adeò audax, & ad extremam vsque impudentiam arrogantiam que elatus, malo omnino spiritu ductus, qui non solum vult diuina & spiritalia mandata erigere, sed etiam in contrarium deeorquens, ea labefactare ac destruere impudenter molitur, eáque dissoluere quæ firmè ac stabiliter locata sunt, & ea commouere quæ conquassari non possunt, vt quæ sint ædificata, vt aiunt, supra fundamentum apostolorum & prophetarum. Propterea nostra quoque moderatio non ferendum esse vata malam consuetudinem adhuc seruari, quæ diuina & humana confundit, & ecclesiæ quæ est ab omni reprehensione aliena dei sponsa, constitutioni non vulgares maculas inurere, quæque superbia, & vana negociatione, & in iis quæ sunt abiecta, & ea indigna studio & labore, & turpibus præterea lucris eius honestatem splendorémque polluit, visum est eam esse radicitus euellendam. Vt non amplius enascatur radix amaritudinis, secundum diuinum apostolum, præsentem nostram spiritalem & paternam doctrinam, quæ scopum quidem apertè declarat causæ propositæ de iis qui sacram auctoritatem sortiti sunt, & secularibus seipsos magistratibus & dignitatibus curisque ac negocijs implicant. ad verbum autem sic habet, Iis qui sacerdotalem, inquiunt patres, dignitatem sortiti sunt, iis sanctis onta & præclara facta sunt canonicarum constitutionum informationes, quas etiam lubenter admittentes, ad dominum deum cum Dauid dei præcone canimus, In via testimoniorum tuorum delectatus sum, tanquam in omnibus diuitiis. Et rursus, Mandasti iustitiam testimonia tua in æternum doce me, & viuam. Quòd si vox prophetica nos iubet in æternum dei testimonia custodire, & in ipsis viuere, ea scilicet inconcussa & nulla ratione labefactanda permanent. Nam diuinus quoque Moses sic inquit, Non licet eis addere nec detrahere. Cùm hæc itaque ita sint, & nobis testimonium ferant, in eis exultantes, tanquam si quis multa spolia inuenerit, diuinos lubenter canonas amplectimur, & eorum constitutionem integram & inconcussam manere toto animo eligimus. Quoniam autem nonnullos eorum qui sunt in clero constituti, nouimus se secularibus negocijs contra canones implicare, hos quidem domorum magistratuum vel possessionum curationes administrationésque suscipientes, illos verò etiam publicorum vectigalium exactiones, vel aliorum capitum, vel eorum quæ nauibus portantur pensionum petitiones, vel calligendarum pecuniarum rationúmque reddendarum munera, vel aliquod eiusmodi officium, in non ecclesiasticis, sed secularibus negocijs, nonnullisque eorum ciuiles etiam magistratus dignitatésque esse attributas, eis præcipio vt deinceps cessent à prædictis omnibus, in ecclesiasticis autem negocijs officijsque versentur, nisi velint, ei quæ sacris diuinísque canonibus placuit gradus, quem habent ecclesiastici, depositioni subijci. Et si enim longa consuetudine confirmari stabilirique existimant, quòd non pauci ante eos illa susceperint. Præterea autem dicunt Imperial administrationes, secularésque dignitates, & officia, similiáque munera & magistratus sacratis hominibus commissos processisse: sed tamen non trahetur ad exemplum. Quia enim est extra controuersiam, nec sacros ac diuinos de iis canones interdisse: nec vlla cognitio aut examinatio literis mandata, ab eo qui illo tempore Imperial. sceptra tenebat processit: nec sanctissimorum patriarcharum & synodo eos ad hoc incitans cõstitutio, scriptos canones eiusmodi dispensationes, & non probata consuetudo, omnino non labefactabunt sed ipse potius ab eu penitus conteretur, sicut olla, vt inquit Solomon, quæ lebeti allisa est. Porta enim inquit, inferi aduersus ecclesiam non præualebunt, quæ à domino supra dei præconem Petrum edificata est, qui cum reliquis apostolis in vj eorum canone sic decreuit: Episcopus, vel presbyter, vel diaconus secularia negocia non recipiat. Sin minus, deponatur. similiter & in lxxxj. diximus, quòd non oportet episcopum ad publicas administrationes ipsum descendere, sed in ecclesiasticis negocijs officijsque versari. Vel hoc ergo facere persuadeatur, vel deponatur. Nemo enim potest duobus domino seruire, vt est præceptum domini. Præterea & lxxxvj. canon inquit, Episcopus vel presbyter, vel diaconus militiæ vacans, & volens vtrunque obtinere, Romanum magistratum, & sacerdotalem administrationem, deponatur. Quæ enim sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt dei, deo. Iã verò & Carth. xvj. sic præcisè dicit, Similiter placuit, vt episcopi, & presbyteri, & diani non sint administratores, vel procuratores. Et paulopost, Nullus enim deo militans implicat se secularibus negocijs. Cùm hu vij. quoque canon Calched. syn. eos, qui semel in clero constituti sunt, statuimus neque ad militiam, neque ad secularem dignitatem accedere. Vel si hoc audeant, vel non poniten-

tentia

tentia ducti ad id reuertantur quod propter deum elegerunt, anathematizari. & Constantinopolita. pr. & 4. xj. hæc ita ad verbum persequitur: Presbyteros, vel diaconos seculares magistratus vel curas suscipientes, vel quæ in magistratuum ædibus dicuntur curationes, diuini & sacri canones depositioni subiiciuntur. Hoc ergo nos quoque confirmantes etiam de reliquis qui in clerum relati sunt, statuimus, vt si qui eorum secularia negocia adgrediatur, vel quæ in magistratuum ædibus vel suburbanis curationes dicuntur, suscipiat, is ex clero expellatur. Nemo enim potest, secundum Christi veri dei nostri ab ipsa dictum & verissimam vocem, duobus domino seruire & omnino manifesti sunt, & aperti his diuini canones. Et ideo non sunt transformãdi, vel aliter accipiendi. Sin autẽ etiam causæ procuratorem, quæ ad ecclesiam, cuius est clericus, non pertinet, fieri clerico prohibitum est, ne inquit, diuina ministeria impediantur, quanto magis prohibitum est maioribus secularibus negocijs implicari, quæ impediunt ne possit ecclesiasticis negocijs vacare. Omnibus ergo religiosissimis sanctissimisque clericis in sancto spiritu præcipimus, vt ab his quæ dicta sunt abstineant, vel sciant quòd erunt quidem segregationis pœnæ subiecti: quin & maiorem quoque & canonicam acerbitatem non effugient, eiusmodi secularibus negocijs seipsos implicantes. Ad hoc enim præsens quoque nostræ mediocritatis decretum sacratissimis antistitibus tradi iussum est, vt etiam clericis qui sunt vbicũque sit manifestum. Edictum patriarchæ domini Ioannis sic habet: Mense februario xvj. die ij indictione. Cùm multos ecclesiasticos & monachos videremus alienas causas subeuntes, & pro his decertantes, qui in ciuilibus & ecclesiasticis iudicijs litigant, ab ecclesiastica consuetudine & legum grauitate quod fiebat indignum iudicantes, statuimus, vt nemo deinceps, nec monachus, nec vllus ecclesiasticus, alienas causas suscipiens in iudicio defendat. Id enim est aperte mercenaria opera & nemo tale quid agens nostræ moderationis supplicium effugiet præterquam, si forte cum sit causa ecclesiastica, à nobis iubeatur alterutrius litigantium partis defensionem suscipere. Tunc enim præterquam quòd à reprehensione erit alienus, in pœnam quoque non cadet. Præsens autem edictum omnibus quoque ciuilibus iudicibus lege iussum est. vt cum nostri decreti scientiam habuerint, eos omnino non admittant ad vllorum causas agendas. Vis autem edicti domini Michael hæc est: Mense ianuario die viij. iij. Indictionis, & deinceps constituit ne lectores æquè ac diaconi & sacerdotes secularis officia suscipiant, vel exactorum munera, vel curationes, propter xj. can. primæ & ij. Constantinopol. synodi. De sacratis autem hominibus causas agentibus satis scripsimus in xiij. cap. viij. tit. præsentis operis. Et lege ea. Ac canones quidem & synodalia edicta in his consistũt. Dicunt autem quidam hæc locum habere, quando sine iussu imp. sacratus quispiam seculare ministerium exercuerunt. Si enim ex dispensatione imp. qui hoc ministerium susceperit, à dictis canonibus non prohibebitur, nec lædetur. & adiecerunt, quòd imperator, nec canonibus nec legibus subiicetur. Et ideo est in eius potestate episcopatus in Metropoles erigere, & à suis Metropolibus alienare: & de nouo episcopos & Metropolitanos constituere: & iubere episcopũ in alienis diœcesibus absque vllo præiudicio sacrificare, præter sententiam episcoporum illius regionis, & alia eiusmodi episcopalia iura exercere. Tantum autem etiam xij. & xiij. canone Calched syn. & xxx viij. canone synodi in Trullo, qui eadẽ præcipiunt. Mihi autem videtur quòd ex iiij. canone Calched. syn. imp. vel maximè concessum est secularium munerum functiones sacratis & monachis ex ratione dispensationis quæ illis videtur tribuere. Si enim hoc potest regionis episcopus, multò magis imperator, qui non cogitur sequi canones, qui decreuerunt, episcoporum electiones à prouincialibus episcopis fieri, non autem à magistratibus & si ab his non fiat electio, patriarchas & episcopos prouehit. Et lege quæ in eodem iiij. ca. Calched syn. scripta sunt. Secularem autem dignitatem clericum assequi, vel secularis exercitus ductorem effici per decretum Imperiale, & nominari forte Augustum, vel præsidem, vel magnum domesticum, non mihi videtur. Lege autem vj. can. iiij. syn.

Placuit vt Mauretania Sitiphensis, vt petiuit, primatem Numidicæ regionis à qua ex synodo separata est, habeat proprium primatem. Consensu omnium primatum & prouinciarum, & omnium episcoporum, quòd magnum habeat interuallum, permissum est. Can. xvij.

Localis est canon.

Si quis clericus ordinetur, debet admoneri vt seruet decretã, & vt mortuorum corporibus eucharistia non detur, nec baptismus. Et vt singulis annis in omnibus prouinciis ad synodum metropolitani veniat. Can. xviij. Dist. 38. placuit. di. 77. placuit. 20. q. 1. placuit.

BALS. Quando ordinatur clericus (clericus autem hic presbyter, & diaconus est intelligendus: si enim soli ordinantur, & soli ex clericis Eucharistia communicant) oportet, inquit eos admoneri vt decreta seruent. Decreta autem, vel fidei existimare oportet, quæ scilicet à sanctis apostolis vel patri-

bus statuta sunt, vel canones vel potius vtrunque. Et ne mortuis corporibus detur eucharistia: hoc enim fiebat. Quòd etiam lxxxiij. canon vj. syn. quæ dicitur in Trullo prohibuit. Sed neque baptizentur qui sunt mortui. Nam hoc etiam factum est, nonnullis quidem suos mortuos baptizantibus, quibusdam verò etiam alios pro mortuis. Illi qui hæc agebant verba magni Pauli epistolæ ad Corinthios afferentibus, quæ dicunt, Nam quid facient qui baptizantur pro mortuis? Si omnino mortui non resurgunt, quid etiam baptizantur pro mortuis? Qui autem hæc afferebant, & mortuos baptizabant apostolicorum verborum sententiam non accipiebant. Neque enim apostolus dicit baptizari mortuos, vel alios pro illis, sed quia, qui baptizantur, vim nostræ mysterij discentes, cum aliis, mortuorum quoque resurrectionem sperare docētur: & demersionem in lauacrum mortem significare: resurrectionem rursus per emersionem ostendi, dicit Apostolus iis qui de resurrectione dubitant, si non est resurrectio, quid facient qui sub hac spe baptizantur quòd mortui resurgunt? Et quid baptizantur vt expectantes resurrectionem mortuorum? Desinceps frustra laborant qui baptizantur, si de resurrectione dubitant, cum eo quod baptizantur & in aquam lauacri immergantur, & emergunt, mortem & resurrectionem annunciantes, per ea quæ dicunt ei non credant. Hæc ergo ab apostolo dicta sunt. Qui autem verborū vim non intelligebant, vel mortuos baptizabāt, vel alios pro mortuis. Quod non fieri statuit canon. Et episcopos singulis annis synodum facere iubet, cum alias ante hanc synodum hoc statuerint. Lege vj. syn. can. lxxxiij. sanctorū apostolorū xxxvij. Nicenæ synodi v. Antiochenæ xx. Calched. xviij. & Nicenæ sec. vj.

Can. xix. Dist. 38. placuit dist. 77. placuit. 10. q. 1. placuit.

Similiter placuit, vt cum ordinatur episcopus, vel clericus, prius ab iis qui illos ordinant, quæ synodis visa sunt eorum auribus indantur. vt si ex synodi decreto non agant, eos pœniteat.

BALS. Hic quoque canon similiter decernit, vt qui ordinantur, doceātur quæ à sanctis patribus decreta sunt & additum quòd eos pœnitebit qui non sic agunt. Quod sit autem eorum pœnitentia genus, & quanam correctio, ex canone quidem non apparet. Existimo autem quòd nisi ij dogmaticorum decretorum & canonicorum præceptorum accuratam comprehensionem habuerint, & vel docentes, vel sententiam suam pronunciantes, a recta & regia via ad impias & non canonicas sententias deflexerint, canonicè deponentur, & nihil eis pœnitentia proderit. Lege & quæ à nobis scripta sunt in xv. ca. de sententiis non canonicis. Nota autem, quòd ex hoc præsenti canone, vt est verisimile, forma introducta est, vt antistites qui sunt ordinandi, necessario ante ordinationem in codice eius qui ordinat sanctum symbolum & reliqua diuina dogmata inscribant. Vidi enim etiam antistitem in magnū discrimen adductum, eo quòd non diligenter & ex consuetudine scripserit. Clericos autem sacra dogmata docere, & canonicum & iustum est. inscribere autem hoc vsque non vidimus.

Can. xx.

Similiter placuit vt mortuorum corporibus Eucharistia non detur. Scriptum est enim, Accipite, manducate. Mortuorum autem corpora nec accipere possunt, nec comedere. & ne eos qui iam sunt mortui, baptizari fecerit presbyterorum ignorantia.

BALS. Rursus hic canon iubet non baptizari mortuos, nec sacramentorum communione dignos haberi. Licet autem sit Græce τοὺς ἤδη τελευτῶντας, id est iam morientes, de iam mortuis tamen intelligendum est, non de iis qui animam agunt. Hi enim magis debent sanctorum mysteriorum viaticum sumere, & sacrum baptismum accipere, si non sint baptizati.

Can. xxj.

Et ideo in hac sancta synodo confirmandum est, vt secundum Niceni concilij decreta, propter causas ecclesiasticas, quæ sæpe ad populi perniciem antiquantur, singulis annis fiat synodus, ad quam omnes qui prouinciarum primas cathedras obtinent, ex propriis synodis duos vel quotcunque elegerint episcopos, loci conseruatores mittant, vt in congregata multitudine plena possit esse auctoritas.

BALS. De annua synodo in v. canone prima synodi Nicenæ, & in alijs fusius tractatum est. Præsens autē canon dicit synodos quotannis debere fieri, ne tēpore extinguātur quæ a sanctis patribus constituta sunt: sed pro eorum comprehensione solmantur ecclesiasticæ quæstiones quæ emergunt. Cū autem

autem nihil iam, vt est verisimile, murmurarent propter annuam eiusmodi congregationem, vt quæ esset difficilis propter viæ longitudinem, statuerunt patres vt à prouinciarum primatibus seu metropolitanis mittantur loci conseruatores, quando oportebit. scilicet quando ij accersiti fuerint, duos necessario episcopos, vel etiam plures quotquot elegerint: vt per eos ipsi quoque interesse videantur, & perfecta sint quæ statuta fuerint, vt quæ ab omnibus fieri videantur. Hi autem dicuntur loci conseruatores, eo quòd locum conseruent, seu obtineant ac impleant eorum qui ipsos miserunt. Cùm hæc canon decernat, quia verisimile est dixisse aliquos, quòd si metropolitani qui dicuntur esse primi prouinciarum, coguntur à patriarchis quotannis conuenire, & episcopi rursus à metropolitanis, euenit vt vnum ex iis non fiat: quòd fieri non possit, vt Dyrrachii forte Metropolitanus ad patriarcham conueniat, & eodem tempore faciat & ipse synodum in sua prouincia. Dic quòd facile est vtrunque fieri. prouinciales enim apud ipsorum primatem congregabuntur: ipse verò apud patriarcham conueniet per mandatarios, seu loci conseruatores, sicut & præsens canon decreuit, difficultati remedium afferens metropolitanorum præsentiæ in duabus synodis. Loci autem conseruatores missi per episcopos existimo non esse necessarium. Nam & sacerdotes, quin etiam diaconi mittentur vt loci conseruatores. In pluribus enim vniuersalibus synodis etiam episcopi loci conseruatores adfuerunt, & sacerdotes, & diaconi, tum ex alia prouincia, tum etiam ex Roma.

Vt episcopo accusato, res ad eius prouinciæ primatem referatur. Aurelius episcopus dixit, Si quis episcopus accusetur, ad eius regionis primates accusatorem deferat: & non communione arceatur qui accusatur, nisi ad se in iudicio defendendum eorum qui ad iudicandum electi sunt literis euocatus die præstituto nequaquam stiterit, id est intra spatium mensis, ex quo eum apparuerit literas accepisse. Si autem veras aliquas & necessarias causas ostenderit, quæ impedimento fuerint quominus se sisteret ad respondendum iis quæ aduersum eum proposita fuere, intra alterum mensem integrā habeat facultatem. Sed post alterum mensem non communicabit, donec purus ostensus fuerit. Si autem in vniuersa anniuersaria synodo se sistere noluerit, vt vel illic negocium eius finiatur, ipse aduersus se condemnationis sententiam protulisse iudicabitur. Quo autē tēpore nō cōmunicat, nec in domo, nec in ecclesia, nec in parochia communicabit. Eius autē accusator, si nunquā abfuerit iis diebus quibus negociū agitatur, communione nequaquam arceatur. Si quando autem eum accusare destiterit, restituto communioni episcopo, ipse accusator ex communione eiiciatur. Sic tamen, vt nec ei accusationis facultas auferatur, si potuerit ostēdere die præstituto non voluisse, sed non potuisse sistere, illo quidem manifesto existente, quòd si dum res mouetur in episcoporum iudicio, infametur accusatoris persona, ad accusationem non admittatur, nihil de proprio negocio, non tamen ecclesiastico, velit agi.

Can. xxij. 4. q. 6. quisquis.

4. q. 6. illud verò placuit.

BALS. *Quia episcopus est competens metropolitani iudicium, dicit canon, quòd si episcopus ab aliquo accusetur, debet à suo primate seu metropolitano iudicari, ante cōdemnationem autem habeat accusator proprium honorem inconcussum: & sacra celebret, nisi forte accersitus, se in iudicio non sisterit, intra mensem, qui debet numerari, ex quo literas quibus in iudicium vocatur, acceperit. Tunc enim in pœnam inobedientiæ excommunicatur, id est segregatur. Sin autem ex aliquibus iustis, qua*

euenerunt causis apparerat cum in iudicio necessario non stitisse nec respondisse, alius ei rursus mensis datur dilationu, vt ad iudicium accedat: & si nec sic quidem steterit, segregatur, donec de accusatione decisum fuerit. Si autem neque ad prouinciæ primatem accesserit, neque ad synodum quæ sit quotannis, si is, inquit, condemnatus, intempore autem excommunicationis, non licet ei sacrum quomodocunque celebrare. Accusator autem, si sit quidem præsens, communicare poterit: si autem in accusatione persequenda cessauerit, ipse quidem segregabitur. episcopus autem à segregatione liberabitur. Accusator tamen post segregationem non prohibebitur causam dicere, & quòd non nisi ob causam necessariam cessauit. Post hæc vult canon consequenter vt canones in syn. ab omni esse reprehensione & infamia liberum accusatorem. Si enim mala fuerit vel dubia eius existimatio, non erit admittendus, nisi suam aduersus episcopum causam proponat, scilicet pecuniariam, non tamen ecclesiasticam, quæ depositioni subiicit. Ac in iis quidem consistit canon. Tu autem scias, quòd hodie, qui hic præstituitur, terminus locum non habet. & per tria xxx. dierum edicta omnes actores & res accersuntur, cuiuscunque sint status, & cuiusmodicunque causa sit, secundum nouellam potentis & sanctæ domini nostri & Imp. mense iulio editam ind. xiiij anno 6574. Sed hoc quidem seruatur, quando per libellum & reliquam iudicialem consequentiam pecuniaria vel criminalis causa aduersus episcopum illata fuerit. Si autem per ordinem aduersus episcopum vel clericum aliqua ecclesiastica quæstio denunciata fuerit. Quandonec libello opus est, vel aliqua alia iudicialis consequentia, & qui accusatur, seu defertur non adest, punietur secundum lxxiij. canonem apostolicum sicut contemnatus seu punitus etiam à legibus contumax ac inobediens. Præterea nota, quòd segregatus non impeditur propter segregationem, quominus quam proposuit accusationem persequatur: Et quòd, qui sunt mala seu dubia existimationis, & multò magis infames, criminalem quidem accusationem non instituunt, sed pecuniarias proprias causas agitant.

Can. xxiij. 15. q. 7. si autem presbyter.

Si presbyteri vel diaconi accusati fuerint, adiuncto legitimo numero electitiorũ episcoporũ ex propinquis regionib', quos ij qui accusantur petierint, id est in delatione nominis presbyteri sex, & diaconi tribus: cum his proprius accusatorum episcopus eorum causas examinabit, eadem dierum & dilationũ & examinationum & personarum, inter eos qui accusant, & eos qui accusantur, forma seruata. Reliquorum autem clericorum causas vel solus episcopus agnoscet, & definiet.

Carth. syn. can. 14. & sext. 21. & 72.

BALS. *Hic quoque can. similiter ac præcedens, videlicet secundũ easdem distinctiones, statuit vt iudicentur presbyteri & diaconi. Cùm autem xij. can. definiat à quot episcopis debeant iudicari episcopi, presbyteri & diaconi, nunc iubent patres, vt vtra xij. vj & iij. sit quoque locus episcopis iudex competens: qui autem sunt præter eos, lectores scilicet, & reliqui, ab vno & solo competenti episcopo iudicentur. Electitij autem dicuntur episcopi, non qui in prælib. lx. lib. imp. continentur, qui scilicet cũ pœnæ datione iudicant, sed quos eligere ij qui accusatur, ex finitimarum regionum episcopis.*

Can. xxiiij.

Similiter placuit, vt filij clericorum ethnicis vel hęreticis matrimonio non coniungantur.

BALS. *Ethnicos hic oportet infideles intelligere. si quis enim ethnicus est fidelis, non prohibebitur cum clerici filia coniungi. Lege Laod. syn. can. xxxj. Calched. can. xiiij. & syn. in Trullo can. xxj. & quæ in eis scripta sunt.*

Can. xxv.

Vt episcopi & clerici in non orthodoxos Christianos nihil conferãt, & si sint adhuc cognati: neq; persuarũ rerũ donationẽ, vt dictũ est, episcopi, vel clerici, quidquã in eos conferant.

BALS. *Hæretici quidem dicuntur, qui de rebus Christianorum non rectè sentiunt. Infideles autẽ, qui incarnatũ verbi dei œconomiã omnino nõ credunt. dicit ergo canon, nullũ episcopũ, vel clericũ, ratione legati, vel hæreditatis, iis qui sunt eiusmodi, debere quidquã relinquere, etiã si sint eorũ cognati: sed neque eis in vitæ suæ propriã dare. Lege lxxxiij. can præsentis syn. & lib. Imp. xxxv. tit. viij cap. xxx viij. quod docet nõ debere filios hæreticos parẽtibus succedere, vel contra. Et lib. Imp. pr. tit pr. in diuersis capitibus dicentẽ, non solũ clericos, sed & laicos impediri, quominus ad hæreticos vel infideles quæ ad se pertinent quomodocunq; transmittãt. xj. antẽ cap. iij. tit. v. lib. Imp. dicit, Neque ex emphyteusi, neq; ex locatione, neq; ex emptione neque ex vlla alia ratione debere hæreticos vlla immobilia ex quauis ecclesia, vel ex alio venerabili loco accipere. Et eiusdẽ li. & tit. & cap. thema iij. Si orthodoxus habẽs possessionẽ in qua est sancta ecclesia, eã ad infidelẽ, vel simpliciter hæreticũ, quauis ra-*

tione

tione transmiserit, ecclesia eiusdem vici eandem ecclesiam vendicet. Cum autem audiu canonem dicentem non licere episcopu vel clericu scribere hæredes hæreticos vel infidiles, dicendum est fieri abstinentiam episcopu quæ in xl. can apostolico continentur, & quæ in xxiij. can Antioch syn. declarantur. Nec enim in eorum erit potestate sua a catholicis orthodoxos transmittere vel legato, vel hæreditate, vel donatione. Sin autem nec ea quidem poterunt ad orthodoxos transmittere.

Similiter episcopi trans mare non peregrinentur, nisi cum decreto primæ cathedræ proprij vniuscuiusq; regionis episcopi: hoc est nisi ab ipso primate præcipuè acceperit eam, quæ dicitur, dimissoriam, formatam & expositionem. Can. xxvj.

BALS. *Quomodo episcopi debeant peregre proficisci ab eis quæ illos sortita sunt ecclesiis, dictum est in xl. xv. & xxxvj. can apostolico in vij. viij & xj. Antioch syn. in xij. & lij syn. Laod. in xij. Calched. in viij. xxj. & xxvij. Sardic. & sufficiunt quæ in illis scripta sunt. Cum autem audiu canonem dicentem, cum decreto seu cognitione primi, scilicet metropolitani, debere episcopum peregre proficisci, ne ætxeu eius vel solam cognitionem sufficere, sed & vniuersa eius synodi esse ad hoc necessariam sententiam, vt vult can. xj. Antioch syn. Propterea enim canonis additum illud, necessariam quidem esse reliquorum quoque episcoporũ sententiam, sed præcipue primati. Expressoria autem ætxeu est dimissoria epistola, vtpote quæ vel necessariam exprimat episcopi peregrinationu causam, vel obsignationé & subscriptioné primatis synodi habere debeat. Eadem autẽ expositio dicta est, vt quæ in ad quos vadit, peregrinatum esse episcopum exponat, & quæ ad eum pertinet significet & probet.*

Similiter vt extra canonicas scripturas nihil in ecclesia legatur sub nomine diuinarum scripturarum. Sunt autem canonicæ scripturæ, Genesis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium, Iesus Naue, Iudices, Ruth, Regnorum lib. iij. Paralipomenon seu derelictorum libri duo, Iob, Psalteriũ, Solomonis libri quinque, Prophetarũ lib. xij. Esaias, Hieremias, Ezechiel. Daniel, Tobias, Iudith, Hester, Esdræ libri ij. noui testamenti euangelia iiij. Actuum apostolorum liber vnus, Epistolæ Pauli xiiij. Petri apostoli ij. apostoli Ioannis tres, Iacobi apostoli vna, Iudæ apostoli vna, Apocalypsis Ioannis liber vnus. Hoc autem fratri & nostro in sacris comministro Bonifacio. & aliis eiusdem regionũ episcopis, ad propositi canonis confirmationẽ, significetur quoniã à patrib⁹ hęc in ecclesia legẽda accepimus. Can. xxvij.

BALS. *Quosnam libros legi in ecclesia oporteat, quæ sanctorum apostolorum ca lx & lxxv. Laod. syn. ca. lx. sancti Gregorij theologi ea quæ metro scripsit, & sancti Athanasij canonica, & sancti Amphilochij.*

Aurelius episcopus dixit. Adiicio his fratres in primis venerabiles, dum refertur de continentia quorundam clericorum erga suas vxores, præterquam lectorum, id quod in diuersis canonibus confirmatum est, vt hypodiaconi qui sacra mysteria contrectant, & diaconi, & presbyteri, in propriis terminis à cõiugibus abstineãt, vt sint tanquã non habentes. quod nisi fecerint, ab ecclesiastico officio moueantur. Reliqui autem clerici ad hoc non cogantur, nisi in prouecta ætate. Ab vniuersa synodo dictum est, Quæ vestra sanctitas iustè decreuit, cum sancta sint & deo grata, confirmamus. Can. xxviij.

BALS. *Quæ in iij can præsentis synodi scripta sunt, qui sanctis vt à propriis vxoribus abstineãt presbyteri & diaconi & subdiaconi omnino tẽpore suæ vicis, cessent quãdo tractãt sacra, sufficiũt ad*

præsentis canonis interpretationem. Lectoribus autē patres concesserūt, vt à suis vxoribus non contineant omnino tēpore suæ vicis. nisi vtique, inquiunt, prouecti sint ætate. ætate enim pro ὥρᾳ hoc est ætate accipitur. Nota ergo quòd etiam hypodiaconi sacra tractant. nec dicas præsentem can. xxiiij. ca. syn. Laodic. repugnare, qui dicit, subdiaconos non habere locū in ministrandi officio, nec debere sacra tangere: sed dic quòd aliud est contrectare, & aliud tangere. Contrectare enim, seu à loco in locū mutare, est ministerij: & nec subdiaconus hoc facere impedietur. Tangere autem solis sacerdotibus concessum est, & iis qui sacrificio subseruiunt, seu diaconis. Debent autem ex præsenti canone non solum qui sacra tangūt, sed & qui ea contrectant, suæ vicis tempore continere. Vt clerici autē, qui sunt extra tribunal, à proprijs vxoribus abstineant in prouecta ætate, honestum quidem est. Vt ij autem puniantur à natura compulsi, non est, vt existimo, sanctorum patrum iudicij. Et propterea, vt est cōsentaneū, ne canon quidem hos puniendos esse statuit. Lege præsentis syn. can. iij. & sextæ xij. xiij.

Ca. xxix

Similiter placuit vt rem ecclesiasticam nemo vendat. quæ res si redditus non habeat, & magna aliqua necessitas vrgeat, id eius prouinciæ primati ostendatur, & cum præfinito episcoporum numero consultetur quid agere oporteat. Sinautem tanta premat ecclesiam necessitas, vt non possit antequam vendat consultare, etiam vicinos episcopos ad testimonium vocet, curam adhibens vt synodo demonstret vrgentes omnes incommoditates quæ ecclesię euenerunt. Quod nisi fecerit, & deo & synodo rationi reddendæ obnoxius videbitur venditor & à proprio honore alienus.

BALS. *Duodecimus canon vniuersalis vj. syn. de alienatione agrorū, qui sine vlla cultura sponte ferunt, episcopatus vel monasterij tractat, & etiam de elocatione. & lege quæ in eum à nobis scripta sunt. Præsens autem canon statuit vt res ecclesiastica non alienetur, quæ habet redditum, & est videlicet immobilis. Sinautem, inquit, multa necessitas vrgeat ecclesiam, & propterea oporteat alienari rem ecclesiasticam immobilem, quæ nullum est omnino redditum. quæ enim affert redditum nulla ratione alienatur, oportet hoc referre ad primatem ecclesiæ, seu metropolitanum, & cum præfinito episcoporum numero, xij. scilicet Antistitum, quos conuenientes ad audiendas aduersus episcopum criminationes, vt sæpe dictum est, statuit consuliare debere quid sit agendum. Sinautem magna vrget ecclesiam necessitas ad alienandum, & non potest episcopus ad metropolitanum & competentes episcopos de ea re referre, debet vicinos episcopos accersere ad testificandam acrem necessitatē alienandæ rei. Si autem hoc non fecerit, & deo erit obnoxius, & deponetur. Et in hu quidem consistit canon. Tu autem lege totum ij. tit. quinti lib. Imp. quæ est nouella Iustiniani cxx. quæ quidem docet de emphyteusi, venditione, & de omni, vt semel dicam, alienatione rerum non solum ecclesiasticarum, sed etiam episcopalium, monasterialium, & ad sacrosanctas ædes pertinentium. similiter & de alienatione sacrorum vasorum. Et secundum quidem hanc nouellam, quæ est præsenti canone multò recentior, & etiam secundum constitutionem Nomocanoni, quæ in Imp. admissa & ibidem sita est, dic aliquando quidem non prohibere alienationes ecclesiasticorum vel etiam monasterialium mobilium, & immobilium bonorum: aliquando vero prohibere. Lege & ij. caput epistolæ Cyrilli ad Domnum. Nota autem ex præsenti canone, quòd quæ synodaliter fiunt de causis ecclesiasticis statuta, & decreti locum obtinent, debēt necessario fieri à primate prouinciæ & xij. Antistitibus & quæ aliquo alio modo fiunt, non exercebuntur, vt quæ cōsistere nequeant. Præterea nota, quòd deponitur episcopus, qui non secundū dictā Iustiniani nouellam ecclesiasticum sacrum vel immobile alienat, etiam si hoc dicta nouella non sit adiectum. Est enim manifestè sacrilegium, alienatio quæ non fit secundum nouellam.*

Ca. xxx. Nic. syn. pr. can. 9 & eiusd. 48.

Similiter confirmatum est, vt si quando presbyter, vel diaconus alicuius grauioris criminis conuicti fuerint, quod eos sacro ministerio necessario mouet, non esse eis manus imponendas vt pœnitētiam agentibus, vel vt fidelibus laicis, neque permitti eis, tanquam rebaptizatis, ad cleri gradum promoueri.

BALS. *Quidam eorum qui locum habebant in pulpito, depositi propter criminales causas, volebant vt est verisimile, in lectores ordinari, vel in alios gradus qui sunt extra Pulpitum, & dicebant, Quoniam pœnitentiam agimus, & in laicorum locum redacti sumus, debemus ad eos quoque gradus promoti, ad quos laici promouentur. Nos ergo non admittentes patres,*

tes statuerunt, vt depositis non imponantur manus, cuiusmodicunque in clerum receptione, etiam si pœnitentiam agant, & vt fideles Laici recipiantur. Quia antè dicebant nonnulli baptismum sordes omnes abluere, & petebant secundo baptizari: vt eluerentur criminis macula, propter quam sunt depositi, & sic in clerũ reciperentur, decreuerunt patres ne hoc quidem fieri: quòd vnũ nobis baptismum facere traditum est. Quamobrem notat etiam ex hoc, quòd qui post depositionem legũt in suggestu, vel precantur, & dant benedictionem, male faciunt.

Can xxxj. 2.q.6 placuit presbyteri.

Similiter placuit vt presbyteri, & diaconi, & reliqui inferiores clerici, in iis quas habẽt causis, si de propriorũ episcoporũ iudiciis querantur, vicini episcopi eos audiant: & cum propriorum episcoporum consensu quæ inter eos intercedunt controuersias, ab ipsis euocati episcopi componant. Quare etiam si de ipsis appellationem præbendam existimauerint, ne appellent ad iudicium quod est extra mare, sed ad primates suarum prouinciarum, quemadmodum & de episcopis sæpe definitum est. Qui autem ad transmarina iudicia prouocant, a nullo in Africa ad communionem recipiantur.

BALS. In xv. can. præsentis syn. satis scripsimus de iudiciis ecclesiasticis, & legẽ quæ in ipso scripta sunt. Præsens autem can. dicit, quòd quoniam est verisimile fore vt aliqui clerici suorũ episcoporũ iudicia non acquiescant, opus est, vt cum eorum voluntate, ipsi vicinos episcopos omnino sufficientes appellent, & petant aduersus se prolatã sententiã ab ipsis resolui. Si autem, inquit, etiã vicinorum episcoporũ sententiæ non acquiescant, non debent ad transmarina iudicia appellare, scilicet ad aliarũ prouinciarũ metropolitanos, sed primatẽ competentis prouinciæ. Hoc enim in episcoporũ iudicijs antè definitum est. Qui autẽ præter hæc faciunt, segregentur. Nota ergo quòd episcopi rõ debent agre ferre, si sui clerici eorum sententiæ non acquiescant, sed ipsos potius admittant, & consentiant vt à vicinis episcopis sua examinetur sententia. Nonnulli autem canonem audientes dicentem, quòd vicini episcopi eos audient, & cum consensu proprij episcopi controuersias eorum decidens, qui ab ipsis appellati sunt episcopi, dicunt esse in potestate eius qui primum iudicauit vt finitimorũ episcoporũ iudicio inter sint. Mihi autẽ non ita videtur. Qui enim semel sententiam pronunciauit, officio functus est, & cessat esse iudex. Illud autem, Cum cõsensu, dictum est, vt non per impudentiam, & sine scientia episcopi ad appellationẽ prorumperẽt clerici. sed cum hac definitione. Quia autem præsentes canones, Carthagine seu in Africa editi sunt, transmarina omnino iudicia appellabuntur Romana. Frustra ex eo quòd frustra se iactant qui sunt Romanæ ecclesiæ, dicentes eam debere de omnium ecclesiarum quæstionibus per appellationem decidere. Si enim et non permittitur appellationes eorum qui sunt in Africa examinare, multò magis hoc ius non habebit in alias regiones.

Can. xxxij.

Similiter placuit vniuersæ synodo, vt qui propter suã socordiam communione motus est, siue episcopus, siue cuiusmodicunque clericus, si in tempore suæ excommunicationis, antequam auditus fuerit, ad communionẽ se ingerere ausus fuerit, ipse aduersus se condemnationis sententiam tulisse iudicetur.

BALS. Ex xiiij. can. syn. Sardic. & ex præsenti can. dicũt aliqui, debere omnes qui quomodocunque ab episcopis segregantur, segregationem obedienter suscipere & eam seruare, donec decretum fuerit an rectè an malè inflicta sit. Dicit enim hic canon, clericum, qui propter socordiam seu peccata depositus est, non posse sibi ius dicere, & segregationem contemnere ante examinationem. Si autem hoc fecerit, condemnationi subiici. Ac multi quidem hos canones sic accipiunt. Alij autem inuenientes xj. cap. viiij. tit. præsentis operis dicens ex quibusnam causis segregatur episcopus, vel clericus, vel laicus. & xv. cap. eiusdem tit. quod dicit, ex quibus nam causis simul deponitur & segregatur. & xvj. cap. eiusdem tituli, quod dicit ex quibusnam causis clericus vel laicus anathematizatur, dicũt, quòd si ex causis quidem quæ declarantur in dictis capitibus, segregatus sit ab episcopo clericus vel laicus, debet seruare segregationem quomodocũque prolata sit, & eam non contemnere, donec eius causa fuerit examinata. Si autem propter aliquam aliam causam episcopus incõsideratè laicum vel clericum segregauerit, forte quòd non dat et rẽ aliquam propriã, vel quòd non iniquæ & temerariæ eius voluntati assentitur, securè segregationẽ contemnet, & ut potius punietur qui segregauit. Si enim datũ fuerit episcopo, seu rectè seu perperam clericos & laicos segregare, & necesse habere eos qui segregantur

segregationem seruare, tyrannidē exercēbant episcopi, & in omni re dominium obtinebant: & nemo erat qui eis resistere propter metum segregationis: forte autē & ipsi etiā pietati insultabant: & diuini canones erunt multorum malorum auctores quod est absurdum. Vide enim præsentem canonem qui dicit, tunc debere segregationem seruari, quando propter discordiam inflicta fuerit, seu propter peccatum quod est omnino canonibus condemnatum. Accipis quidē hæc: Ego autē non habeo quemnā eorū sequar. Nā & à pietate trahor, sed ab eo quod sit cōtra canones retrahor. cupio ergo discere quid agēdū, vt qui tota vita volui esse puer & discipulus. ALIA INTERPRETATIO. Scribit sanctus Ignatius, Quicūq; dicit præter ea quæ statuta sunt, etiam si sit fidelis, etiā si sciunct, etiam si virgo sit, etiā si signa faciat, etiā si prophetetur, lupus tibi videatur in pelle ouina, omnū eadem perpetrās. Et magnus Theodorus Mydrites dicit, Potestas antistitibus in nullo datur ad canonū transgressionē, præterquā solū vt insistāt ijs quæ statuta sunt, & sequātur ea quæ præcesserūt: & ligēt & soluat nō temere, sed vt videtur veritati, & canoni, & summi iuris regulæ: verbū enim domini nō debet esse alligatū.

Ca. xxxiij. Similiter placuit, vt qui accusatur, vel qui accusat, si in loco in quo est is qui accusatur, temerariæ multitudinis vim timeat, locum sibi proximum eligat: in quo nulla erit testes producendi difficultas, vbi negocium terminatur.

BALS. Quia erat verisimile, maiorem esse alicuius eorum qui litigabant, potentiā, in loco in quo disceptabatur, decreuerūt patres, vt si quis eorū, siue scilicet qui accusat, siue qui accusatur in foro proprio, eo in loco in quo habitat, suspicatur fore vt ab incōdita insolētu populi & numerosa multitudine vim patiatur, & propter metum aduersarij, vel propter eandem causam difficile fuerit testes producere, esse in eius potestate alium locum finitimum eligere: vt illic procedat iudicium absque vllo timore, & facile fieri possit productio testium: & sic causa facile decidatur. Pulchre autem dixit canon locū propinquum eligi debere. Si enim procul situs sit, non cogetur iudex aut aduersarius hanc electionem sequi. Existimo autem hæc locum non habere in patriarchalibus iudicijs: quia nemo potest metum causari, vbi patriarchalis magnitudinis potestas omnem superat potentiam. sed de episcopalibus inferioribus hæc sunt accipienda: vbi & iudicu & litigatorum facilis est à loco in locum translatio.

Ca. xxxiiij. Si qui clerici à propriis episcopis [illegible] moti, eos contemnant, ne illic quidem maneant vnde secc[illegible] e noluerunt. Similiter placuit, vt cuiusmodicūque clerici & diaconi, si suis episcopis nō pareant, volentibus propter aliquas vrgentes suæ ecclesiæ causas, eos ad maiores honores prouehere in sua ecclesia, ne in illo quidem gradu ministrent, ex quo recedere noluerunt.

BALS. Quidam, vt est verisimile, clerici à suis episcopis ad maiores gradus euocati propter ecclesiarum vtilitatē, non persuadebantur hoc facere, eo quòd acquiescerent in quos tā habebāt gradibus, luero fortasse vel corporali quiete adducti: statuerūt ergo patres, vt si qui clerici, cuiusmodicūq; sacer dotale ministerū exercētes (neq; enim hic accipiūtur diaconi pro iis qui in sancto tribunali ministrāt, sed pro iis qui quodcunq; ecclesiasticū ministerium exercēt) non parēt suis episcopis volentibus eos ad maiores gradus prouehere propter vrgentē aliquā ecclesiarum necessitatē, sed hærent in gradibus seu locis quos detinent, ne in illo quidē gradu sint & ministrent, ex quo nisi recedere noluerunt. Cum hæc ita se habeant, quidā dicunt, quòd ex hoc data est facultas patriarchis & reliquis episcopis, mouere eos qui sibi subsunt magistratus, & alios qui sunt sacri ordinis, à suo officio, & quòd maximè eos possūt deponere qui ad quemlibet ecclesias eliguntur, & electionē non admittunt. Mihi autem videtur, quòd non coguntur ecclesiarū magistratus, aut alij clerici vel inuiti suscipere ecclesias, quæ per episcopalem electionē eis dantur: sed canonē de iis accipi, qui qualibet ecclesiastica ministeria exercent, & ad aliquos maiores gradus vocātur, & episcopali vocationi nō parent & maximè quādo ea propter ecclesiæ vtilitatē fiat. Ne enim inuitus cogatur quispiā episcopalu dignitatu ordinationem suscipere, est fortasse ignoscendum, dum vitat ordinationem propter quandam modestiam & laudabilem morum probitatem. Clericos autē vel magistratus non obedire episcopis eis ad maiora officia vocantibus, nō solū nō est ignoscendū, sed etiā animaduersione dignū. si quis enim cū sit forte in diaconatu, nō morē gerit vt referēdarij characterē accipiat, vel doctoris, propter laborē, vel vt ecclesia seruiat, deponetur. & si quis qui primus est defensor, nō vult ad officiū Æditui prouehi, quòd nihil inde lucri, percipiatur, etiā à primi defensoris officio eiicietur. Et si quis cū sit lector, nō vult ad matus, sed laboriosius officiū promoueri, deponetur. Atq; hoc quidē ex eo manifestū est, quòd nō eligitur clericus à quouis episcopo ad episcopalē dignitatē, sed ab iis solis qui habēt episcopū. Metropolitani enim, qui nō habēt episcopatus, similiter & episcopi, qui subsunt metropolitanis, nec possunt suos clericos eligere, nec eos ex

canonibus,

canonibus puniunt qui sibi non obediunt. Placuit ergo canonem de iis accipi, qui ad ecclesiastica officia prouehi non persuadẽtur: & sic habere locum in omnibus episcopu, & omnibus clericis. Cùm autem audis canonem dicentem, clericos suis gradibus moueri, qui non parent episcopis eos ad maiores honores vocantibus propter ipsarum ecclesiarum vrgentes causas, ne dicas quòd nisi adsit necessariò vrgens ecclesiæ causa, non possunt episcopi suos clericos promouere. Nam & si non se obiiciat eiusmodi causa, ritè potest episcopus clericos suos ab hoc gradu in maiorem vel inuitos prouehere secundum ordinem ecclesiasticum. Et nota, quòd episcopo datum est clericos suos ad maiores gradus prouehere, non autem ad minores deprimere: quemadmodum nec ipsos iniuria & ignominia afficere in sacrorũ graduum confundendo ordinibus, & cum qui fuit heri forte magistratus supra omnes antiquiores magistratus collocando: vel eum qui ne fuit quidem omnino magistratus, per promotionem in maiori loco constituendo. Similiter nota quòd ecclesiastica officia non sunt episcoporum potestatis, vt dicunt nonnulli, sed canonum auctoritatis & dignitatis: sicut nec reliquorum ordinum iura, scilicet diaconorum, sacerdotum, & reliquorum. Nisi enim ita esset, non cum distinctione scilicet propter inobedientiam, clerici suis gradibus excidierent, sed seu bene, seu malè, quando vellent episcopi hoc fieri. Hoc autem sanctis patribus minimè visum est. Praterea nota, quòd nulla est differentia clericatus & officij. ex eadem enim causa mouetur qui habet officium, ex qua sacerdos & diaconus. Praterea nota, quòd quoniam sub clericorum nomine etiam monachi continentur, rectè accipietur canon etiam ad ministros monasteriorum.

Si quis clericus pauper, in aliquẽ ordinẽ promotus, aliquid acquisierit, episcoporũ potestati subiiciatur. Similiter placuit, vt episcopi, & presbyteri, & diaconi, & cuiusmodicũque clerici, qui nihil habent, si promoti, tẽpore episcopatus vel clericatus eorũ agros, vel cuiusmodicũq;, ac prædia nomine proprio emerint, tanquã qui dominica bona inuaserint teneantur, nisi vtique admoniti ea ecclesię retulerint. sin autẽ ad eos propriè alicuius liberalitas vel successio redierit, ex ea faciant id quod eorũ vult propositũ. Si autẽ etiã postquã proposuerint, retrocõuertãtur, ecclesiastico honore indigni, vt reprobi, iudicẽtur.

can. xxxv. 12. q. 4. placuit vt epis.

BALS. Quadragesimus canon apostolicus statuit vt episcopus tempore ordinationu res suas describat: similiter & xxiiij. can. Antioch. syn. vt ea sint manifesta, & itidem ecclesiæ redditus. Præsens ergo canon decernit, vt si presbyteri, vel diaconi, vel episcopi, vel cuiusmodicunque clerici, ab ecclesiastico honore & ministerio missi postea promoti fuerint & tẽpore episcopatus vel clericatus quodam immobile nomine proprio emerint, reputentur vt raptores bonorum dominicorum, scilicet eorum quæ deo sunt dedicata. Hoc autem significauit canon, dum dixit, Vt quæ inuaserint, teneãtur, nisi huius admoniti, id est ab hoc temerario incepto desistere iussi, ea ecclesiæ dominio ascripserint. Si autem ex hæreditate, vel legato, vel donatione aliquid ad eos deuenerit, debent quidem eorum illam quæ videbitur partem ecclesiæ dominio tribuere, reliquorum autem habere certum & indubitatum dominiũ. Sed si postquam proposuerit ex iis aliqua ecclesiæ consecrare, si eum pœnitentia subierit, à sacerdotali honore excidet vt indignus & reprobus. Hæc cum decernat canon, dicunt aliqui, ea quæ in ipso sunt, intelligi de omnibus quæ post episcopatus vel clericatus adeptionem vndecunque empta sunt, vel etiam acquisita ab episcopo vel clerico, præterquam ea quæ ad ipsos vel ex donatione, vel ex legato, vel hæreditate deuenerint. Mihi autem videtur quòd in episcopis quidem hoc locũ habebit: quia nullus est eis alius modus per quem res acquirant, præterquam ex viribus episcopalibus, & ex externa donationibus & legatu. Ac episcopalia quidem episcopatui tradentur: reliqua autem erunt eorũ dominij, quemadmodum hic quoque canon hoc tractat. clerici autem, si postquam in clerum recepti sunt, alio modo & nõ ex ecclesia res emerint, nõ cogentur ea ecclesiæ addicere. si quis enim fortè clericus fiat puerorũ ludi magister, vel scriptor, vel magni alicuius viri subscriptor, aut à secretis, & magnas ex eo facultates parauerit, quare cogetur ea quæ his rationibus acquisita sunt ecclesiæ addicere? Præsens autẽ interpretatio hæret verbo canonis, tractãtis ea quæ ex liberalitate vel hæreditatib° peruenerunt, eos habere in potestate, absq; eo quòd quidquã debeat dari ecclesiæ. Cùm autẽ canõ tractet de immobilibus, rogauerit quispiã an idẽ seruari debeat etiã in mobilibus. & existimo quòd idẽ etiã in his fieri. Nulla enim est differentia mobilium & immobilium, quod ad acquisitionẽ attinet. Propriè autem dixit, pro eo quod est, si directo ei relicta sint. Multa enim multis relinquuntur, vt ea aliis quomodocunque reddant ac restituant. Ex huiusmodi ergo non postulat, vt quidquam ecclesiæ consecret, sed ex his quæ propriè seu priuatim ei relicta sunt, & quorum ille est dominus. Nota autem canonem

qui dicit quòd episcopi & clerici debent necessario suæ ecclesiæ partem aliquam ex iis quæ propriè ad eos pertinent relinquere, omnino quidem in extremo spiritu: & hoc cuiusmodi & quantulumcunque est non repudiabitur.

Can. xxxvj. Vt presbyteri rem ecclesiæ, in qua consecrantur, non vendant: & vt nulli liceat episcopo vti re quæ est ex titulo matricis ecclesiæ: similiter placuit, vt presbyteri, præter mentē suorū episcoporū, nō vendāt rē ecclesię, in qua consecrātur: quomodo episcopis quoq; nō licet vēdere prędia ecclesię, ignorāte synodo, vel suis presbyteris. Non existēte ergo necessitate, non liceat episcopo abuti re quę est ex titulo matricis ecclesiasticæ.

BALS. *Vt est verisimile, quidam sacerdotes vendebāt res ecclesiasticas, præter suorū episcoporū sententiā. Quin etiam episcopi vendebāt prædia suarū ecclesiarū præter synodi sententiam, vel etiā suorū sacerdotum. Dicit ergo canō, ne hoc fiat amplius: sed quando id faciēdi necessitas premit episcopum, id cū synodi cōsensu & suorū presbyterorū faciat: ei antē aliter re vti non liceat, quæ in breuibus ecclesiasticis scripta est, seu in matrice, hoc est in descriptione ecclesiastici tituli, seu lib. Titulus enim dicitur aliquādo inscriptio: aliquādo verò causa: aliquando autem & liber. Cùm autē audu canonē dicentē, nec episcopū præter synodi sententiam & suorum presbyterorum prædia vendere: nec presbyteros præter sententiā suorum episcoporū vendere res ecclesiasticas, ne dixeris, quòd ad hoc attinet, presbyteros æquari episcopo. sed dic quòd presbyteri quidē, præter episcoporū sententiā, quamcunque rem mobilem, vel immobilem, vel etiam per se mobilē, & quæ facile corrūpi potest, vtpotè forte, vel frumētum vendere nō possunt. Episcopus autē ea quidem quæ facile corrūpi possunt, mobilia & per se mobilia, etiā præter suorū clericorum sententiam possunt alienare, sed non itidē immobilia. Propterea enim præsens quoque canō iubet presbyteros non vēdere bona ecclesiastica sine episcopo: Episcopū autem prohibuit vendere immobila sine necessitate & sine synodali sententia & presbyterorū. Quòd autem habet episcopus potestatem, etiam præter suorum presbyterorum mentem & synodi, vendendi per se mobilia & immobilia quæ facile per se corrumpi possunt, patet ex xxxviij. & xlj. can. quos etiam lege, atque etiam ex præsenti canone, qui prohibet ecclesiasticorum prædiorū & fundorum alienationē sine cognitione & examinatione. Ne huic autem interpretationi repugnare videātur canones qui prohibent ab episcopo vendi sacra ecclesiastica. Etsi enim sint mobilia, immobilium tamen locū obtinent. Sicut & hoc sæpe in legibus inuenitur. Porrò & quando est ecclesiasticum immobile vendēdum propter prementem necessitatem, non debet episcopus vendere rem quæ habet reddditum, sed quæ sit qualem xxvj. canon præsentis synodi eam esse vult, & secundum dictas illic distinctiones. Abusus autem canon meminit, ne quis dicat prohiberi solum venditionem immobilium, non autem etiam alias alienationes. Neque enim per emphyteusin, neque per donationem, neque per permutationem, neque ad multum tempus potest episcopus rem ecclesiasticam alienare, nisi vrgeat necessitas.*

IN *hac præterea synodo lecta sunt diuersa synodi vniuersæ Aphrorum regionu, peracta in præcedentibus temporibus Aurelij episcopi Carthaginensis. Ex synodo quæ in Hippone regio facta est, sub clarissimo Imp. Theodosio Augusto tertium, & sub Abundantio illustrissimo consule octauum, idibus octobris, in Hippone regio in secreto ecclesiæ pacu. Et reliqua huius synodi acta propterea scripta non sunt: quia quæ in ea constituta sunt, in superioribus sua esse ostenduntur.*

Quæ in hac synodo acta fuere, non in vna cōgregatione acta sunt, sed in diuersis. Soluto enim cōsessu, rursus alio tēpore cōuenerūt, & proposuas quæstiones definierūt, & eas præcedētibus cōmixerūt.

Ex synodo Carthaginensi, in quo Anthypatianæ loci conseruatores ad synodum Adrumetinam mittuntur sub clarissimis imperatoribus Arcadio tertium & Honorio secūdum Augustis consulibus, xvj. Cal. Iulias Carth. In hac synodo loci conseruatores electi sunt episcopi Anthypatiani ad Adrumetanam synodum. Ex synodo Carthaginensi, vbi multa decreta sunt sub Cæsario & Attico illustrissimis consulibus, vj. calend. septembru, Carthagine, in secreto ecclesiæ Restituta, dum præsideret Aurelius episcopus simul cum episcopu, assistentibus diaconu, præsentibus præterea Victore sene supplante, Titio Mistrepetano, Euangelo Assuritano. Orationem autem ad episcopos habuit Aurelius episcopus Carthaginensis, qui etiam sic dixit:

Post præfinitū diem synodi, sedentibus nobis, vt meminimus, beatissimi, & expectātibus vt ex omnib' Africę prouinciis adessent loci cōseruatores ad diē præfinitū vestræ cōquisitionis, quæ vt dixi, præfinita est: sed etiam lecta epistola nostrorum ex

Byfacio

Byſacio in ſacris cõminiſtrorũ. Illo etiã præterea lecto veſtræ dilectioni, ſi quid vnà mecũ cõquiſierũt, qui tẽpus & diẽ ſynodi anticiparũt. Præterea autẽ lecta eſt & à fratribus noſtris Honorato & Vrbano, qui nobiſcũ hodie ſynodi ſunt participes, miſſa loci conſeruatio Sitifenſis regionis. Rurſus autem frater quoque Reginus Baget Selianæ regionis literas meæ mediocritati oſtendit à Creſcentiano & Aurelio coëpiſcopis noſtris primæ ſedis duarum Numidiarum: in quibus quidem literis meminit veſtra mecũ vnà dilectio, eos ſignificaſſe, quòd vel ipſi ad hanc ſynodum ſibi veniendum ducerent, vel pro more, loci conſeruatores mitterent. Quoniam autem hoc nullo modo factum eſt, teſtificantur qui à tã remota Mauritaniæ Sitifenſis regione venerunt loci conſeruatores, non poſſe ſe amplius moram trahere. Propterea ergo fratres, ſi veſtræ videatur dilectioni, literæ fratrum noſtrorum ex Byſacio, & breue, quod ipſi epiſtolæ alligarunt, in hac conuocata congregatione legãtur, vt ſi quæ forte ex iis veſtræ dilectioni minus placeant, quæcunque cura ac diligentia corrigi potuerint, in melius transformentur. Hoc enim frater & coëpiſcopus Mizonius, vir primæ cathedræ clariſſimus, pro ſuæ auctoritatis & prudentiæ dignitate ſcribens ad meam humilitatem petiuit. Si ergo placet, quę ſunt conquiſita, legantur, & ſingula à veſtra dilectione conſiderentur.

BALS. *Dies quo conuenirent, huius ſynodi patribus præfinita eſt, qui quidem ſperabant ex omnibus prouinciis Africæ loci conſeruatores ad ſynodum venturos. Quorum aliqui quidem venerunt, aliqui verò non ſtiterunt: aliquorum autem allatæ ſunt literæ, qui in ſua regione agebant, & dicebãt ſe non poſſe diutius perſeuerare. Epiſcopus Aurelius dixit ſynodo, quòd quoniam loci conſeruatores qui ad nos venerunt, diutius manere non poſſunt, legantur literæ fratrum noſtrorum ex Byſacio, & breue emiſſum cum literis. Byzacium autem, & Sitifenſis, & duæ Numidiæ, & Selenianæ ſunt partes Africæ regionis. Legantur autem, inquit, vt ſi aliqua, inquit, reſiſtãt veſtræ dilectioni, pro eo quod eſt, ſi aliqua eorum nobis aduerſentur, & vos offendant, vt non rectè ſtatuta, ea per veſtram diligentiam corrigantur, & in melius transformentur. Hoc enim inquit, Mizonius quoque petiuit, vt corrigantur quæ correctione indigent. Quod autem, in hac conuocata congregatione, Latinè eſt, Græcè, ἐν τῇ παρούσῃ συνόδῳ habetur, quod ſignificare poteſt, vel ex ſui mutua conuocatione congregatam, vel ad correctionem adhortantem, per ea quæ ab ipſa definita ſunt, eos, qui non rectè viuunt, vel de fide rectè ſentiunt.*

Quòd nihil eorum quæ in Hipponenſi ſynodo acta ſunt, ſit corrigendum. Epigonius epiſcopus dixit, In hoc breui, quod ex Hipponenſi ſynodo decerptum eſt, nihil eſſe corrigendum vel addendum putamus, niſi vt dies ſancti Paſchæ in tempore ſynodi ſignificetur. Ca. xxxvij

BALS. *Hippo vrbs eſt Carthaginenſis ditionis: in qua collecta ſynodo, multa conſtituta ſunt: ex quibus pauca quædam (id enim breue apud Latinos ſignificat) decerpta allata ſunt, & rectè habere viſa ſunt. Hoc autẽ ſolum dixerũt patres eſſe neceſſarium, vt ſancti Paſchæ dies manifeſtus euadat.*

Vt epiſcopi & clerici ſuos liberos non facile emancipent. Ca. xxxviij

Vt epiſcopi & clerici non ſinant ſuos liberos ſui iuris fieri per

emancipationem, niſi de moribus & ætate eorũ probauerint. Vt eorum peccata deinceps in ipſos conferantur.

BALS. Emancipatio apud Romanos dicitur libertas quæ datur à patribus filiis qui ſunt in eorum poteſtate. Dicit ergo canon, non debere ſui iuris fieri epiſcoporum & clericorum filios à ſuis patribus niſi ex moribus & eorum ætate probauerint, quòd poſſint ſua prudenter & vt oportet, adminiſtrare. Hoc autem niſi ſic fiat, dicunt patres reddituros rationem pro peccatu filiorum. Et canon hac quidem decreuit de epiſcoporum & clericorum filiis. Leges autem iubent vt per actum legitimum, ſine cum legitima examinatione fiat examinatio, non diſtinguentes an ſint clericorum vel laicorum filij. & propterea nec clerici vel epiſcopi, ſine iudiciali decreto, vt mihi videtur, filios ſuos ſui iuris efficient. Eorum enim vitæ & ætatis ſecundum canonem examinatio debet à iudice fieri, non autẽ à ſolo patre. Et lege iij. caput iij. titu. xxxj libri quod dicit, Non nudus conſenſus patris liberat filium à patria poteſtate, ſed actus legitimus, non tamen cauſa requiritur, ſed actus accurata ſubtilitas. Fortaſſe autem dixerit quiſpiam præſentem canonem corrigere quintum caput ij tit. xxxj. libri qui dicit, Quj diu filio permiſerit ea agere, quæ ab iu ſiunt quæ ſunt ſui iuris, & eſſe ſub tutoribus, in poteſtate in filium præiudicium patitur. Cùm enim hac lex dicat, à poteſtate patris eum liberari, qui permiſſu patris propria adminiſtrat longo tempore, ſcilicet biennio, dixit canon non debere hoc fieri etiam in epiſcoporum vel clericorum filios, ne epiſcopi vel clerici iniuria afficiantur ex eo quòd ipſorum filij propter eorum patientiam profuſiè ac luxuriosè viuant. Excipe mihi epiſcoporum vel clericorum filios magnæ eccleſiæ officiu honoratos. His enim eo ipſo ſiunt ſui iuris legum auctoritate: nec reddent patres rationem eorum quæ ipſi forte peccauerint. Lege xj. can. primæ ſyn. & eius intepretationem: & vij. canonem ſyn. in Trullo, & eius interpretationem: & commentarium xxxvj. cap. primi tit. præſentis operis. In his enim ſuſius tractatum eſt, quòd magnæ eccleſiæ magiſtratus, ſeu officiales, vtpote dignitate auctoritatéque præditi, eo ipſo à patria poteſtate liberantur. Reddere autem patres rationem de peccatu filiorum, qui non ſunt ſui iuris ſecundum canonem, quantum ad deum & ad animæ condemnationem accipe. Ex peccatu enim filiorum, tam eorum qui ſunt, quàm qui non ſunt in poteſtate, patres nullo modo tenentur, nec puniuntur. Peccata enim, inquit lex, caput ſequuntur.

Can. xxxix

Ne epiſcopi & clerici ordinentur, niſi omnes ſuos Chriſtianos fecerint. Vt epiſcopi & presbyteri & diaconi non ordinẽtur, priuſquàm omnes qui ſunt in ſuis ędibus Chriſtianos orthodoxos fecerint.

BALS. Præſens quidem canon prohibet aliquem ordinari, priuſquam infideles & hæretici, qui cum eo habitant fiant orthodoxi Chriſtiani. Alij autem canones hoc ipſum quoque puniunt, ſi orthodoxus ſcilicet vnà cum infidelibus vel hæretico verſetur. Si ergo laico non permittitur cum infideli & hæretico verſari, multo magis hoc epiſcopo vel clerico non permittetur. Quamobrem non ſolum in clerum non referetur orthodoxus, qui cum infideli vel hæretico degit, ſed etiam communione eiicietur. Qui enim communicat cum excommunicato, eſt excommunicatus.

Can. xl. De conſecr. diſt. 2. In ſacramento.

Non licere vltra panem & vinum aqua mixtum quidquam in ſanctis offerre. Vt in ſanctis nihil amplius quàm corpus & ſanguis domini offeratur, vt etiam ipſe dominus tradidit, hoc eſt panis & vinum aqua mixtum. Primitię autem, ſiue mel, ſiue lac, offerantur, vno die conſueto, ad infantium myſterium. Et ſi enim maximè ad altare offerantur, propriam tamen ſuam habent benedictionem, vt à dominici corporis ſacramẽto ſeiungatur. Nihil autem in primitiis amplius offeratur, quàm vuæ & frumentum.

BALS. XXXII canon ſyn. in Trullo abundè conſtituit, vt incruentum fiat ſacrificium cum pane & vino aqua mixto, vtpote pane quidem typum gerente dominici corporis, vino autem typũ ſanguinu. Quia autem non ſolus ſanguis ex latere domini efflυxit, ſed etiam aqua, propterea vino quod offertur aqua quoque commiſcetur. Lege etiam iij. can. ſanctorum Apoſtolorum. Eadem autem cum iis præſens quoque canon præcipit, adiciens, quòd etiam ſi ſoleat in altari offerri mel, vel lac, tanquã primitiæ in die conſueto, ad infantium myſterium ſcilicet pro infantibus, ea tamen non debent vnà cum diuinu ſacramentu reponi, ſed ſeorſum locari, & magis ab illo benedici. Vt in primitiis autem nihil amplius offeratur quàm frumentum nouum, & vua. Quæ autem de lacte & melle dicta ſunt, prohi-

prohibita fuerunt etiam in vj. canone vij. synodi.

Vt clerici, vel qui sunt continentes, ad virgines vel viduas non ingrediantur. Clerici vel qui sunt continentes, ad viduas vel virgines non ingrediantur, nisi ex permissione & consensu proprij episcopi, vel presbyterorum. Porrò hoc quoque nó soli faciant, sed cum conclericis, vel cum eis cum quibus episcopus vel presbyteri soli habent aditum ad eiusmodi mulieres, vel vbi adsunt clerici, vel aliqui bonę existimationis Christiani. *can. xlij. Distinct. Clerici vel continentes.*

BALS. Εὐκρατεῖς ὀνόμασι, id est continentes, dicuntur monachi: vt hoc ex xix. can. magni Concilij ostenditur. Dicit ergo præsens canon, ne clerici vel monachi cum viduis vel virginibus, quæ sunt omnino consecratæ, colloquantur: nisi id eis ab episcopo vel presbyteris, non præsentibus scilicet episcopis, permittatur. Porrò ne tunc quoque soli ingrediantur, sed cum conclericis, vel cum illis, cum quibus etiam episcopus & presbyteri ad eas ingrediuntur vel eas illic alloquuntur, vbi sunt clerici, vel aliqui bonæ existimationis Christiani. Illud autem, ex permissione vel consensu, dictum est, eò quòd vel propter aliquid, quod est episcopo eiusque ecclesiæ conducibile, cum ea sermo habetur, eumque permittit episcopi, vel propter suam vtilitatem & petitionem: & debet consentire episcopi. Leg. præsentis operis titu. xj. cap. v. syn. vj. can. xlviij. & cxxxvj. Iustiniani nouellæ cap. y. siue cap. xv. titu. libri Imper. quod situm est in xlviij. can. vj. syn.

Ne primus episcopus appelletur exarchus sacerdotum, vt primæ cathedræ episcopus non dicatur sacerdotũ exarchus, vel summus sacerdos, vel vllo alio tali modo. Sed solum primæ cathedræ episcopus. *can. xlvj. Dist. 99. Primæ sedis.*

BALS. Nonus canon Chalced. syn. & vi. & vij. Sardic. Exarchos prouinciarum appellant Metropoleon episcopos. Animaduerte autem canones Chalced. syn. quæ est antiquior. Prohibita sunt autem hæc nomina ad tollendam arrogantiam: & propterea plures patriarchæ, & antistites, seipsos vbi les humilésque appellant in suis inscriptionibus.

Ne in caupona versentur clerici, nisi hospitio accepti. Vt clerici comedendi vel bibendi gratia cauponam non ingrediantur, nisi hospitij necessitate compulsi. *can. xlvij. Dist. 43. Clerici.*

BALS. Lege sanctorum Apostolorum can. liiij. & vj syn. can. ix qui de hu fusius docent.

Vt à ieiunis sacrificia offerantur. Vt sancta sacrificia, non nisi à sobrijs hominibus peragantur, excepto vno die anni in quo dominica cœna peragitur. Sinautem aliquorum vespertino tempore mortuorum, siue episcoporum, siue cæterorum commendatio fiat, solis precibus peragatur, si ij qui illã agunt, pransi esse inuenti fuerint. *can. xlviij. De consecr. distin. i. Sacramenta altaris.*

BALS. Vicesimus nonus synodi in Trullo canon meminit huius canonis: & permissum erat in die in quo cœna domini peragebatur, eos non esse ieiunos qui sacra peragebant. Legenda sunt ergo quæ illic scripta sunt. Quæ autem in hoc canone deinceps consequuntur de iisqui vespere mortui sunt, videntur esse eiusmodi in mortuu, & eorum commendationibus, siue quando proferebantur, seu efferebantur, vt funebria in eis cantica peragerentur, & vt consentaneum est, ob elationu quoque & emẽdationu sacrificium peragebatur. Si ergo vespere, inquit canon, mortuus fuerit quispiam, & non fuerint ieiuni qui hæc peragunt, solu precibus peragant. Hoc autem hodie non seruatur.

Ne conuiuia in ecclesiis vllo modo peragantur. Vt si episcopi vel clerici in ecclesia non conuiuẽtur, nisi forte hospitij necessitate transeuntes illic diuertãtur. Quinetiam populi quo ad eius fieri potest, ab eiusmodi conuiuijs prohibeantur. *can. xlv. Dist. 42. ca. Nulli episcopi.*

BALS. *De iis quæ in præsenti canone continentur, fusius tractatum est in lxxiiij. can. vi. syn. & lege quæ in illo scripta sunt.*

Can. xlvj. 26.q.7. Pœnitentibus.

De iis qui pœnitentiam agunt. Vt iis qui agunt pœnitentiã, pro peccatorum differentia, episcoporum iudicio, pœnitẽtiæ tempus constituatur. Presbyter autem, præter mentem episcopi, eum qui pœnitentiam agit non reconciliet: nisi impellente necessitate in absentia episcopi. Quouis autem pœnitentiam agente, si sit eius publicũ & vulgo iactatũ crimen, quod omnẽ mouet ecclesiam, ante absidem ei manus non imponatur.

26.q.6. Presbyter.

BALS. *Postremus vi. synodi canon dat episcopu facultatem augendi & diminuendi pœnas consequenter præsenti canoni, qui est antiquior. Adicit autem hic presbyteros non debere hominum suppurationes audire & peccata remittere præter episcoporum sententiam: nisi forte moriatur quispiam absente episcopo. Tunc enim eum qui agit pœnitentiam reconciliabit presbyter, vel pœna soluet, propter rei necessitatem, ne pœnæ obnoxius moriatur qui moritur. Et hæc quidem dicit in eos fieri qui sua sponte confitentur, eos autem qui non sua sponte ad ecclesiam accedunt, sed propter publicum crimen, vulgo tractatũ, seu manifestum, & quod potest ecclesiam perturbare propter sceleris magnitudinem, extra absidem seu ecclesiam suscipere debemus, & illic dare ipsis manum pœnitentiæ, & non secundum episcopale iudicium, ne multos offendamus, in criminibus adeò manifestu præceptum canonicũ negligentes, & pœnas molliores inuirgentes. Nota ergo quæ in hoc præsenti canone continentur, propter homicidas qui ad magnam ecclesiam accedunt, & petunt vt pœnæ canonicæ mitigentur. Lege etiam vij. canonem præsentis synodi.*

Can. xlvij.

De virginibus. Vt sacræ virgines, quando à patribus separantur, à quibus seruabãtur, episcopi, vel ipso absente, presbyteri prouidentia, venerabilioribus fœminis commendentur, vel simul habitantes se inuicem custodiant, ne vbique vagantes lædant existimationem ecclesiæ.

BALS. *CXXIII. Iustiniani nouella, seu iiij. cap primi titu. iiij. libri hæc dicit apertè: In omnibus autem monasteriis, quæ Cœnobia vocantur, iubemus vt secundum canones monasticos, vel in domo omnes habitent, & communiter alantur, & similiter in vna domo omnes separatim dormiant. Vt sibi inuicem moderatæ temperantisque vitæ rationis testimonium præbeant, iisdem omnibus etiam in fœminarum monasteriis asceteriáque seruatis. Præterea autem canon statuit, vt virgines deo dedicatæ, à propriis patribus separatæ, non per se degant: sed quia à patribus seruabantur post eius autem in ecclesia dedicationem, ea patrum custodia & obseruatio cessauit: debent episcopi, vel iu absentibus presbyteri eas venerandu mulieribus tradere, vt ab iis per communem vitæ societatem seruentur. Sin minus omnes sacræ virgines simul habitent, vt simul viuentes, seipsas inuicem seruent: & non errantes, seu hic & illic agentes, ecclesiasticam vitæ honestatem & moderationem polluant: quoniam non bonam sui existimationem præbeant. Et hæc quidem leges & canones. Hodie autem parum quid eorum vel propemodum nihil fit. Nam neque monachi monasteriorum virorum simul habitant, neq; asceteriæ: in solu autem mulierum cœnobiu monasterio seruatur hæc communu simul viuẽdi ratio & habitatio. Apud Latinos autem hucusque seruatur ea vitæ ratio. Omnes enim monachi simul comedunt, & dormiunt. Lege & vj. can. præsentis syn & quæ in eo sunt. Fusius enim illic tractatum est, quomodo consecrantur virgines etiam sine monachali habitu, & xviij. can. sancti Basilij.*

Can. xlviij. De consecr. Dist. 4. Ægrotátes.

De iis qui sunt infirmi. Vt qui sunt infirmi, qui quidem pro se respondere non possunt, tunc baptizentur, quando sua spõte de se testimonium proprio periculo dixerint.

BALS. *Quidam petebant vt infideles nonnulli baptizarẽtur in extremu eorum respirationibus: nec fuerunt exauditi, eo quòd non possint qui sunt infirmi, per se sancti baptismatis pacta & conuenta profiteri. Dicunt ergo patres, quod si qui sunt infirmi, se velle ostenderint vt pacta & promissa per alios fiant, idque quando forte inter morendum eorum voluntas aperta fuerit. Si autem tunc quidem nihil possunt eiusmodi dicere, propter morbi necessitatem, testificantur autem aliqui quod ante furorem fortasse vel aliquem alium periculosum morbum ij ex toto vellent animo baptizari, rogo baptizabitur, an non? SOL. Mihi videtur quod sine periculo baptizabuntur, propter bonam eorum in sanitate voluntatem. Cùm hæc autem ita se habeant, ne dixeru, quòd quoniam præsens ca-*

non

non fuerit illos baptizandos, qui bonam voluntatem ostenderint ante morbum, vel in ipso morbo: Illi quoque necessariò tonsuram assequantur, qui tempore mortis, & ante extremum spiritum, vt tonderentur voluntatem ostenderint. His enim extremum angelici amictus viaticum indistinctè assequẽtur, si eius quòd fit sensum habeant. Orthodoxus enim, vt qui futurum dei iudicium sperent, pœnitentia cohabitat, & quilibet propositio christianus desiderat vt per tonsuram ei sua peccata remittantur. Infidelibus autem non est necessario consequens baptismi desiderium. magis ergo dicimus eorum esse institutum, vt cum propria superstitione moriantur, & sanctum etiam baptismum irrideãt. Nisi ergo ostendatur eos, dum essent sani, baptizari voluisse, in morbo quoque quando moriuntur, baptismo digni non habebuntur. Cùm hæc ergo ita habeant, dico audacter, quòd qui propter inenarrabilẽ dei misericordiam diuino & angelico habitu digni sunt habiti, ij ab omni peccato & omni macula, quæ ante tonsuram illis insita est, liberantur: eò quòd diuini baptismi vires hæc habeat perfectio, de iis autem quæ posteà committunt, rectè & apud deum & apud homines possunt examinari, sicut & qui post baptismum peccant. Pro iis autem qui nõ per diuinum & angelicum habitum perfecti sunt, sed parvo tantum habitu induti sunt, dei vel solam clementiam imploro.

De scenicis pœnitentiam agentibus, & ad dominum conuersis. Vt scenicis, & mimis, & reliquis eiusmodi personis, vel apostatis pœnitentiam agentibus, & se ad deum conuertentibus, gratia vel reconciliatio non negetur. *Can. xlix. De consecr. dist. ij. can. Scenicis.*

BALS. *Scenici & mimi esse dicuntur, non thymelici, & qui cantus et ithalsmios cum musicis canunt instrumẽtis: ij enim sunt integræ existimationis, sed histriones, ac ludiones, qui seruos, & milites, & mulieres, & alias quasdam personas imitantur, & in faciem ferunt. Sicut hoc ex primo & iij. capite. ij. titu. xxj. lib. Imperial. Dicunt ergo patres, omnes qui sic peccant, & temere ac extra delectũ vitam instituunt, sed etiam apostatas, hoc est eos qui Christianismum abnegauerunt, ad dominum se conuertentes, seu pœnitentiam agentes, non esse amãdandos, sed eis dandam esse gratiam, seu peccatorum remissionem, & reconciliationem, siue pœnarum solutionem.*

De passionibus martyrum. Liceat præterea legere passiones martyrum, quando anniuersarij eorum dies celebrantur. *Can. l.*

BALS. *Etiam si in xxiiij. canone præsentis synodi patres definierint libros qui legi debeant, nunc tamen adiiciunt esse quoque legendas commemorationes passionum martyrum in anniuersariis eorũ memoriis.*

De Donatistis, & pueris, qui à Donatistis baptizãtur. Placuit vt interrogemus fratres, & nostros in sacris comministros, Siriciũ & Simplicianum, de solis infantibus qui à Donatistis baptizantur, ne hoc quod propria voluntate non fecerunt, parẽtum error ipsos impediat, ne promoueantur ad sancti altaris ministerium, quando ad dei ecclesiam salutari proposito conuersi fuerint. His autem inceptis, Honoratus & Vrbanus Mauritaniæ Sitifensis episcopi dixerunt, Diu quando ad vestram sanctitatem missi sumus, quæ scripta erant distulimus, hac cõtẽplatione, quòd expectaremus vt fratres nostri adessent Numidiæ loci conseruatores. Sed quia non sunt pauci dies, dum ij qui expectantur nequaquam accesserunt, vlterius prætermittere quæ nobis à nostris coëpiscopis mandata sunt, nõ decet. & propterea relationem nostram alacri animo suscipite. De fide enim Niceni tractatus audiuimus: Verum est de sanctis, quæ fiunt post prandium, vt à ieiunis, vt par est, offerãtur. & tunc confirmatum est. *Can. lj.*

Hoc non inuenitur in his quos habemus canonibus synodi Nicenæ.

BALS. *Qui ex hæresi ad fidem orthodoxam accedunt, hi quidem baptizantur, illi verò sancto solum chrismate vnguntur, postquàm eorum hæreses anathematizauerint. Vt est ergo verisimile, ad ve-*

Neque enim fas est, eos qui sunt sacrati, tradi seculari magistratui puniendos, nisi, vim depositi fuerint. Vt autem qui sunt sacrati tradantur secularibus magistratibus, fit post depositionem: non solum quando synodus non facile potest suam exequi sententiam, sed etiam quando magnū est peccatum. Et vna cum ecclesiastica pœna seculatis quoque magistratus animadversionem consequi oportet. Fortè enim inuentus est quispiam sacratus insidias parasse, & depositus est. u post depositionem tradetur seculari potestati. vt quæstione habita dicat consectos. Hæc autē fiunt, quando secundū xxxvj. capi & xxxvij. primi titu. iij. lib. Imp. quod est pars cxxij. iustiniani nouellæ, quæ tractat presbyteros & diaconos, in causa criminali falsum testimonium ferentes, nō solum depont, sed etiam pœnu legitimus subiici. & clericos qui pro criminali causa condemnantur, ab episcopo gradu moueri: à seculari autem magistratu legitimus pœnus subiici. Dic autem hoc seruari in eo in quo expressum est. Qui enim hanc legem trahit etiam ad episcopos qui condēnantur in causa criminali, & vult etiā eos post depositionem tradi seculari potestati, u vanus fuerit & blasphemus. Et ideo quod à canone de episcopo decernitur, debes accipere vt cogatur episcopus ea sequi quæ synodaliter ei præcipiuntur. De rebaptizatione autem & reordinatione lege xl vij. Apostolicum canonem & lx viij.

Quot episcopi episcopu ordinare debent, Honoratus & Vrbanus episcopi dixerūt, Illud quoq; nobis mādatū est, Quia ex vicinis duo fratres nostri Numidię episcopi sacerdotē ordinare ausi sunt, iudicate non fieri debere ordinationem nisi à xij. Aurelius episcop⁹ dixit, Antiqua forma seruabitur, ne pauciores quā tres constituti ad episcopi ordinationem sufficiant, eo quòd Tripoli forte & Anarzue barbarę scilicet gētes propè sitæ sunt. Tripoli autē quinq;, iiq; soli sunt, vt scitis, episcopi: & fieri potest vt sępe ex eo numero duo aliqua necessitate detineātur: est enim difficile, vt ex quouis numero possint omnes adesse. & hoc nō debet esse impedimento vtilitati ecclesiæ. Nā & in hac ecclesia, ad quā vestra sanctitas cōuenire dignata est, frequētius, & ferè die dominico qui ordinātur habemus. Nūquid ergo frequenter possumus duodecim vel decem, vel non multo pauciores conuocare episcopos? Sed duos propinquos coniungere est meæ paruitati facile. Quāobrem vestra mecum videt charitas hoc non posse seruari. *Can. liij. Dist. 22. Illud statutū est.*

BALS. *Duo episcopi in Numidia episcopum ordinarunt. Sacerdotem enim pro episcopo hic debemus intelligere. Sacerdos enim vel à solo episcopo ordinatur, vt vult ij. canon sanctorū Apostolorum. Petierunt ergo Honoratus & Vrbanus episcopi, sicut illu mandatū fuerat, vt non amplius à duobus episcopu ordinetur episcopus, sed à duodecim: & respondit Aurelius debere seruari antiquā formam siue canonē, & sufficere ad episcopi ordinationem tres episcopos, quia sæpe multos conuenire difficile est & ne hoc si impedimento vtilitati ecclesiæ episcoporū scilicet ordinationi, episcopus debet vel à tribus solu ordinari episcopus, scilicet à Metropolitano, & ab alio duobus. Sic enim erit facilu episcoporum ordinatio Nota ergo ex præsenti canone, quòd non necessariò à tribus prouincialibus episcopus ordinatur episcopus, sed à metropolitano, & duobus alio, etiam si non sint ipsi prouinciales. Ille autem Ephesi metropolitanus dominus Christophorus, qui scalonem episcopum ordinauit in hac regina vrbium, absque præsentia cuiusuu prouincialu, præter rationem vt mihi videtur accusatur: Dicebant enim nonnulli debere metropolitanum, cum prouincialibus adminus duobus, episcoporum ordinationes facere, sicut & electiones.*

Quot episcopi adiici debeāt numero eorū qui ordināt, si de ordinādo episcopo fuerit cōtradictio. Illud autē definire oportet, vt si ad episcopi electionē quandoq; cōuenerimus, & extra fuerit aliqua contradictio, postquā ea à nobis tractata fuerint, esse deinceps nimis audax inceptū, tres solos ad eū deponendū qui ordinandus est inueniri: sed prædicto numero adiiciātur *Can. liiij.*

meminimus nos iã diu esse professos, vt in singulis diebus conueniamus ad quærendũ: quando in vnũ conuenerimus, tunc dabitur sancti Paschę dies per loci cõseruatores qui in synodo inuenientur. Honoratus & Vrbanus episcopi dixerunt, Nunc per prẹsentẽ cõuentũ petimus, vt nostras prouincias literis formare dignemini. Aurelius episcop⁹ dixit, Necesse est hoc fieri.

BALS. *Cùm Honoratus & Vrbanus petiuissent vt cognosceretur dies Paschæ ex ecclesia Carthaginensi, vt cognitione longo ante tempore data ad eam præpararẽtur, respondit Aurelius, quod quia cõstitutum est vt singulis annis fiat synodus, hoc quoque fiet. Similiter cum idem petiuissent, vt eorum quoque formaretur prouincia, hoc quoque fieri statutum est.*

Vt prouinciæ visitentur. Honoratus & Vrbanus episcopi dixerunt, Illud quoq; nobis verbis mandatũ est, vt dignemini, cõuenienter ei quod à synodo, quæ Hippone habita est, definitũ est, debere scilicet vnãquanq; prouinciã tempore synodi visitari, id quod & in alio anno distuliſtis, ordine visitare Mauritaniã. Aurelius episcopus dixit, Tunc de Mauritanorũ regione nihil definiimus, quòd ea sita sit in finibus Africæ, & quòd solo barbarico sit cõtermina. Deus autẽ largiatur, vt abũdè etiã nõ polliciti hoc agamus, & adsimus in vestra regione. Debetis enim hoc cogitare, fratres, quòd si ratio hoc postularet vt de iis ageretur, posset & Tripolitani & Azuitani fratres hoc facere. *can. lvj.*

BALS. *Iidẽ episcopi petierunt, vt visitaretur quoq; Mauritania, vt quod duobus ante annis non sit factum. Ad quod respondit Aurelius, quòd etiam si hoc factũ non est eò quòd in finibus Africæ prope Barbaros sita sit Mauritania, sed deo dante abundè hoc fiet, seu plusquàm promissum fuerit. Si hoc enim fieri posset, Tripolitani & Azuitani hoc petiuissent.*

Vt diœceses, nisi proprij episcopi consensu, alius episcopus nõ suscipiat. Epigonius episcopus dixit, In multis synodis constitutum est sacerdotali consessu, vt populi, qui in parochiis ab episcopis continentur, qui nunquam proprium episcopum habuerunt, nisi ex consensu episcopi, à quo à principio tenentur, proprios directores, id est episcopos non accipiãt, quoniã scilicet quidã tyrannidem quandã assecuti, fratrum cõmunionem auersantur. Porrò & quãdo viles abiectíq; euaserint, rursus quadã veluti tyrannide sibi dominia vendicãt: multi autẽ etiam ex presbyteris, inflati, & stulti, ceruices aduersus episcopos erigunt, multitudinẽ conuiuiis & malignis consiliis allicientes, vt inordinata beneuolentia eos sibi directores constituant. Hoc autem insigniter optandum à vestra beneuolentia obtinemus, fidelissime frater Aureli, quòd eiusmodi eorum appetitiones nõ admittens, prohibuisti. Propter malignas autẽ eorũ cogitationes & improbè consentiẽtia cõsilia hoc dico, non debere propriũ institutorem populum accipere, qui in ea quæ dicitur, parochia antiquo episcopo subiectus nequaquã *can. lvij. 7. q. 1. Placuit.*

proprium episcopũ habuit. Et ideo si quod dico vniuersę sanctissimæ synodo placet, confirmetur. Aurelius episcopus dixit, Fratris & coepiscopi nostri prosecutioni non resisto. Sed hoc me & fecisse & facturum profiteor, scilicet apud eos qui consentiunt, non solum Carthaginensi ecclesiæ, sed etiam vniuerso sacerdotali clero. Sunt enim plurimi qui cũ propriis pŏpulis conspirant: qui quidem vt dictum est, eos seducunt, aures eorum titillantes, & hominibus vitæ damnatæ & improbæ blandientes: potius autẽ inflati, & ex hoc clero seipsos separantes. qui quidẽ proprio populo innitentes, sępe euocati vt veniant ad synodũ, recusant, vt qui timeant ne absurda eorum facta manifestẽtur. Dico ergo si videtur, debemus omnibus modis cũ eis contendere, vt non solum non seruentur eiusmodi diœceses, sed nec propriæ ecclesiæ quę malè ad ipsos peruenerunt, & vt authenticè publicè eiiciantur, & ab ipsa primatũ gerentiũ cathedra moueantur. Oportet enim eos qui vniuersis fratribus & toti synodo adglutinantur, non solũ propriam cathedrã iustè obtinere, sed etiã eiusmodi diœceses possidere. eos autem qui videntur sua esse multitudine contenti, & fraternã dilectionem contẽnunt, non solũ diœceses amittere, sed etiã, vt dixi, propriis locis seculari priuari potestate, vt rebelles. Honoratus & Vrbanus episcopi dixerunt, Maxima prouidentia vestræ sanctitatis omnium mentibus insedit: & existimamus debere omnium responsione vestram confirmari prosecutionem. omnes episcopi dixerunt, Placet, placet.

BALS. *Sextum quoque canon synodi Sardicensis decernit, neque in parua ciuitate, neque in pago episcopum esse constituendum. Verùm hic quoque canon dicit, in parochiis, quæ ab episcopis tenentur, non debere fieri episcopum, nisi ex mente episcopi, ad quem ab initio pertinebat parochia. Directores autem appellat episcopos, vt qui populum dirigant, & ad veram fidei viam virtutisque deducant. Hoc autem dicunt, quòd nonnulli tyrannidem assecuti, seu potentiam aliquam, fratrum, episcoporum scilicet, communionem auersantur. Et quando viles abiectique euaserint, siue reprobati fuerint, & eorum manifesta fuerit improbitas, quòd sibi dominium vendicant, vt ex antiqua forte consuetudine aliquod ius habentes. potentiam autem tyrannidem non inarunt propter violentiam. Multi autem presbyteri inani gloria incitati, & stultitia elati, aduersus proprios episcopos excitantur & insurgunt, populos commouentes communi & improbo consilio, vt eos directores, id est episcopos sibi cõstituant, tanquam hoc forte propter benenolentiam in eos facientes, quæ est inordinata benenolentia. Neque enim ordinatè, neque canonicè hoc fit. Hoc autem, inquit, insigniter obtinemus, pro eo quod est, prudenter, & apertè in nostra mente, optandum, seu optione dignum, vt sic fiat. Cuiusmodi autem est hoc? Quòd sæpe eiusmodi appentiones prohibuisti, eas non admittens. Propter aliquorum autem improbitatem, malaque consilia, & conuenta, confirmetur, non admitti proprium institutorem, seu episcopum, ab iis qui sunt in parochia, quæ antiquo episcopo subiicitur, & nunquam habuit proprium episcopum. Cùm dixisset autem Epigonius ea quæ prius dicta sunt, Aurelius respondit, Hoc videlicet introductum & fect, & me facere profiteor. Sunt enim multi qui proprio populo consentiunt, a quibus scilicet sunt incitati. Eorum autem consensus fraus est. Titillantes aures, Græce est ψωθοντας τὰς ἀκοὰς, id est aures eorum confricantes, & adulantes. Id autem ex animalium transfiatione acceptum est. Animalia enim se hominum manibus affricantia titillantur & mansuescunt. Et per adulationem homines vitæ condemnatæ ad se attrahentes, vel potius inflati, & a clericorum consortio seu episcoporum conuentu seipsos segreganies. qui quidem proprio populo*

consi-

confidentes, ipsique innitentes & confirmati, in quo scilicet constituti sunt episcopi, ad synodum venire recusant, licet sæpe vocati. Quare autem venire recusant? Quia timent ne absurda sua facta conuincantur. Debemus ergo, inquit, si videatur, omnibus modis contendere, vt non solum quæ sic male sunt administrata & dispensata non seruent, & studere ne deinceps fiant, sed & ecclesias quæ ad eos malè deuenerunt ab eu auferre, vt cum potestate apertè eiiciantur, & per primatum cathedras, seu patriarcharum, vel metropolitanorum abigantur. Per primatum autem cathedram episcopalem potentiam ostendit. æquum enim est, inquit, vt qui fratribus adhærent, qui totâ scilicet synodo consentiunt, non solum proprias sedes habeant, sed etiam eiusmodi diœceses possideant: qui autem qui concordiam & fraternam charitatem negligunt, vt qui proprios populos sibi sufficere existimant, à quibus electi sunt ad episcopatum, non solum perdant diœceses in quibus fuerunt, sed etiam proprio loco priuentur, si vllos habeant, & ab eu exturbentur seculari potestate, vt insurrectores, vel vt qui manus contra erigunt, & canonibus & episcopis aduersantur. Ad hæc quidam dixerunt, quòd ipsa prouidentia omnium mentibus insedit, id est placuit, acquieuit. sedere enim quietem efficit. Synodus autem dixit, Placet.

Quòd alieni clerici ab aliis episcopis nullo modo suscipiantur. Epigonius episcopus dixit, Id quod in multis synodis est cõstitutum, nunc etiam adhuc à vestra prudentia constitutum est, vt nullus episcopus alienum sibi clericum vendicet præter sententiam proprij eius episcopi. Refero autem Iulianum ingratè in tot per meam paruitatem in eum congesta beneficia se gessisse, & tam temere & confidenter versatum esse, vt qui à tenera ætate à me baptizatus est, & qui propter multam inopiam mihi ab ipso adiectus est, & multis annis à me nutritus & auctus est, qui, vt dixi, in mea ecclesia, meæ mediocritatis manu baptizatus est, & in Mapalitanorum parochia lector factus est, & duobus iã annis illic legit: eum nescio quonam meæ mediocritatis contemptu surripuit ipse Iulianus, & dicit eum esse ciuem loci Basaritani ad eum pertinentis, eóque præter meam sententiam vsus est. Eum enim diaconum ordinauit. Hoc si licet, à vobis decernatur eiusmodi facultas beatissimi fratres. Sin minus, id quod est adeò impudens, prohibeatur, ne dictus Iulianus aliena participet. Numedius episcopus dixit, Si non rogata tua dignitate hoc fecisse Iulianum appareat, iudicamus omnes id iniustè indignéque factum esse. Quare nisi ipse Iulianus proprium errorem correxerit, & cum satisfactione vestro populo eundem clericum restituerit quem ausus est ordinare, non faciens conuenienter ei quod synodo constitutum est, & à nobis separatus, suæ peruicaciæ iudicium referet. Epigonius episcopus dixit, Qui ætate pater est, & ipso est profectu antiquissimus laudabilis vir frater, & noster in sacris comministerVictor generalem hanc petitionem vult in omnibus effici.

Can. 1. vii. Dist. 71. Clericum.

BALS. *Episcopus Epigonius puerum quendam adolescentulum suscepit, qui erat ex loco qui dicitur Bazaritanus, qui erat subiectus regioni ipsius Iuliani: & ipsum baptizauit, & educauit, &*

lectorem ordinauit in parochia Masalitarum quæ ei subierat. Quia autem post duos eius vocationis annos cum rapuit Iulianus: & præter Epigonij mentem diaconum ordinauit, hoc Epigonius ad synodum retulit, & dixit, quòd alia quoque synodi decreuerunt vt episcopus alienum clericum non admittat præter mentem episcopi qui eum clericum effecit: sed etiam hoc ipsum quoque nunc a vobis cõfirmetur. Refero ergo contemptum in me factum à Iuliano, qui a me beneficio affectus est. & quæro id corrigi quod ab eo considerate cœptum est. Dixit ergo Numidius, quòd si te non permittente fecit hoc Iulianus, iniustum est: & si proprium errorem non corrigat, & clericum restituat, à nobis separabitur: & ex sua obstinatione seu impudentia condemnationem suscipiet. Epigonius autem dixit, quòd, qui ætate pater, & profectu est antiquissimus Victor, vult hanc fieri generalem petitionem, scilicet vt hoc non aduersus solum Iulianum dicatur, sed communiter aduersus omnes qui alienos sibi clericos vendicant. Ac præsens quidem canon dicit Iulianum à fraternitate separandum, & obstinationis cõdemnationem erlaturum. Tu autem lege xxxj. cap primi iii. præsentis operis, & canones qui in ipso sunt: præcipuè autem canonem 5 synodi in Trullo. Multum autem agitatum est in Constantinopolitanorum ecclesiæ synodo, an diuini canones, qui statuunt non suscipere debere episcopos aliarum regionum clericos, exaudiatur etiam in laicos, & prohibeatur forsasse Asbyra episcopus aliquem ordinare laicum, qui sit ex regione Xylembriæ episcopi, & eius canoni parumque subiectus sit, & reputetur esse vnus ex eius ouibus. Dicebant enim nonnulli, quòd ex præsenti canone qui dicit dixisse Epigonium se à Iuliano missum fuisse episcopum laicum, qui erat eius ciuis, & cum in sua diœcesi clericum ordinasset & ex eo quòd hoc prætexta vteretur Iulianus, cum à se iure fuisse ordinatum diaconum, vt qui a sua Bazitarum regione excesserit, ostenditur, quòd nec alterius regionis clericum potest episcopus ordinare præter episcopi qui eum obtinet sententiam. Tanquam enim esset prohibita, quæ ab Epigonio facta erat, ordinatio in eum qui ab illo fuerat eductus, quòd esset ipse alterius regionis, adiecit Epigonius, se Iuliani voluntate eum accepisse de quo agebatur, & propterea nec existimari debere eum esse alterius diœcesis: & disceptabant eum recte a Iuliano fuisse ordinatum diaconum, vt qui esset ex eius diœcesi, & eius ciuis regulariter: & nec ad Epigonium reuersus esset, nisi Iulianus cum prius à sua regione abalienasset externumque fecisset, & ad Epigonium misisset. Tu autem habe in memoria synodale declarationem sanctissimi patriarchæ domini Michaelis qui fuit philosophorum summus, quæ hac ad verbum continet: Mense Nouembri, die primo, indict. iiij. præsidente sanctissimo domino nostro & vniuersali patriarcha domino Michaele in Alexiacis cathecumenis, cum magna eius sanctitate vna assidentibus sanctissimis antistitibus, Stephano Cæsareæ, Nicolao Ephesi, Michaele Heracleæ, Ioanne Cyzici, Leone Amaseæ, Niceta Melitenes, Basilio Neocæsareæ, Luca Mocesio, Ioanne Cretæ, Leone Adrianopoli, Constantino Euchaitarum, Georgio Alaniæ, Theodoro Methymnes, Ioanne Bizyes & Romano Apro, præsentibus etiam dominicis magistratibus. Patrum terminos non transgredi, quos ij pulchrè & cum ea quæ par est disquisitione ab initio posuerunt, sed nec fossas nec vallum transilire qui externa à suis seiungit diuidit, decretum est ecclesiasticum, & lex diuina multo ante seculis statuta. oportebat ergo hoc non ignorare, eos qui ecclesiis præsunt, quæ vbique sita sunt, & qui synodalia decreta legumque constitutiones se seruaturos profitentur, & debent in eo permanere. & propria quidem iura retinere, ab alienis autem abstinere: sed nescio quanam ratione quidam sanctissimi antistites, qui etiam proximè hanc vrbem imperialem sedes episcopales sortiti sunt, diaconorum & sacerdotum suis diœcesibus non subiectorum ordinationes, citra vllam obseruationem facere deprehensi sunt. qui etiam de eo quod a sanctissimo patriarcha nostro domino Luca annunciatum est, & admoniti vt hæc contra canones facere desinerent, extra, inquam, suæ regionis limites ordinare, & in qui ex aliena regione ad se veniunt tam liberè manus imponere, obliuione earum quæ ante factæ erant declarationum non cessauerunt imponere vsque in hodiernum diem. Quia autem nostræ mediocritati à nostro pio Chartophylace renunciatum est, multos ex nostra regione præter eius voluntatem ad episcopos & archiepiscopos qui sunt circum circa magnam hanc ciuitatem accedentes, sacerdotali munere ab eis dignos haberi, deinde rursus reuerti ad hanc nostram regionem cum literis forte commendatitijs quid ibi agendum sit in iis, à nostra intelligere mediocritate postulauit. Dixit enim se non parum dubitare, ne ipse alienis forte iudicijs communicet, permittens eos ad sacra admitti, quos ipse non examinauit, de quibus nec testes, vt ipsimos est, adhibentes interrogauit, nec, an præfinitos annos nati sint, certior factus est, nec eorum vitam examinauit, nec fides sibi facta est ex scripto eorum testimonio, qui illos secundum spiritum pepererunt, eos esse sua professione dignos, idque cum sæpe in nonnullis manifestè aduersetur effectus, quod ad annorum complementum attinet, & qui xxx annos natus esse deberet, ab eo tempore longe absit, corporis constitutione, quæ cernitur, ætatem aperte testante, ipsaque barbæ raritate, cum in aliis quidem pili nullo modo appareant, in aliis verò breues & multò minores quam triginta annorum pilos esse oporteat. Hæc dicens, etiam et occurrentem dubitationem non esse inutilem facti ipsis ostendit, nostra mediocritati synodicè hodie præsenti, quos vel tres, qui hoc erant assecuti & cõstitutione, & ad sacros ordines promoti erant, exhibes, hos quidem à dei amantissimo Dercæ episcopo: illos verò a deo amantibus episcopis Branetæ & Chalcidæ & dicens alios a diuersis sic ordinatos hic esse & versari, & velle vt sacerdotes sacra celebrare. Hanc ergo religiosissimi nostri Chartophylacis

cis quæsitu dignam propositionem, nec nostra mediocritas volens insolutam relinquere, communiter considerandam diuinæ & sacræ, quæ hic agit, fraternitati permisit. Ergo & de proposito disceptare volentes, prius vt discernatur petuimus, quænam sunt Antistitum qui sunt vbique communia munia & quæ sunt specialia, id est, quænam eiusdem regionis episcopi peragere non prohibentur in iis qui ad illos vndecunque accedunt, & quænam extra suæ diœcesis terminos facere prohibentur: deinde de ea re sententiam ferre cupientes inuenimus, eos quidem qui mysterii non sunt initiati fidei rationem docere, & catechizare: deinde sic etiam illuminatione dignari, ac diuina etiam & vnifica mysteria impertiri: fideles uero qui sunt ex quacunque regione, hoc esse commune officium iudicauimus, & in iis qui ex propria regione accedunt, & in etiam qui ex aliena regione veniunt. Manus autem imponere, & sacros ordines conferre, non in quæ vndequaque veniunt, sed in solis qui sunt eius diœcesis. Vnicuique Antistiti canone cautum est, ne inter eos confusio sit vtique versetur à quibus & ordo & pacis bonum altus itaque certa debet regula tradi. Quoniam ergo hæc quæsita sic inuenimus eorum iniquam qui ante fuerunt propemodum exulcerare, & sacerdotalia munera quæ iam obiecerunt infirmare, & vel eos qui ordinarunt segregationi subiicere, vel eos qui ordinati sunt sacerdotali nudare dignitate, durum animo & inhumanum existimauimus: sed eos non amplius ferre, qui in nostrum præiudicium tamen ratione aliena fecerunt, & quæ prius quidem facta sunt humane transmittere, ad autem quod futurum est corrigendo tutum reddere, vt quod nobis ipsis quæ conferat, censuimus & deinceps vnanimes omnes pronunciamus, ne quis deinceps ex finitimis audeat Antistitibus, nec ex vlterioribus, siue ex nostra sint, siue ex aliena synodo, manum sacros ordines conferentem imponere alicui eorum qui sunt huius imp. & magnæ ciuitatis diœcesim, nec vllo sacratorum loco & gradu eos dignos iudicare, sed sciat vnusquisque suæ iura, & is vel solus sit contentus. Episcopalia autem iura, quæ ad alios pertinent, ne impudenter & omnino contemptim inuadant, debentibus fore iis qui quæ à nobis sic canonice constituta sunt, infirmare & negligere ausi fuerint, & iis etiam qui ad eos accedunt & sacerdotio digni habiti sunt, quòd ii quidem, qui præter canones ordinati sunt, huc nullii muneris sacerdotale exercebunt sed in illis regionibus secure sacra celebrabant, in quibus etiam sacerdotii vnctionem acceperunt: qui autem ordinauerunt, ex quacunque sint synodo, non celebrandorum sacrorum pœnæ erunt deinceps obnoxii, vt qui nec post primam vel secundam admonitionem (primam autem dicimus, quæ à sanctissimo nostro prædecessore domino Luca synodaliter de eo facta est, denunciationem) ab ea actione canonibus repugnante desinere voluerint. Quocirca etiam cautum sybbans euitet & dari declarationem. Segregationis autem pœnam ei imponimus, qui primus contra has canonicas ordinationes facientium, hæc à nobis definita conuenerit, nisi ea etiam finitimis suis Antistitibus tradiderit, & quæ decreta sunt iis qui ignorat non fecerit. Quæ quidem in omnibus regionibus, quæ sunt sub sanctissima vbique ecclesia, vel metropolibus, archiepiscopatibus, & episcopatibus exercebuntur, & immutabilia permanebunt. Et nemo eorum qui deinceps sunt sacrandi, ad alium Antistitem vltra regionem accedet, & ab illo sacerdotali vnctione dignus iudicabitur. Deinceps autem ab hinc erunt obnoxii vtrique tam qui ordinauit Antistes, quàm qui ordinatus est sacerdos, iis quæ de his iam prius synodaliter statuimus. Ne autem sit prætextus itaque satis elegans, iis qui volunt hic ordinari, ad religiosum nostrum chartophylacem accedentibus, quòd maiorem fortè subeant tamen molestiam, quàm olim dari fuerit consuetudo, ei quoque rei a nostra mediocritate hodie prouisum est. Cautum est enim, ne antiqua in iis consuetudo transilietur sed illa sola dentur episcopi ministro & religiosissimo huius temporis chartophylaci, quæ ab iis qui ordinantur tam olim dari consuerunt.

Can. lix.

Licere episcopo Carthaginis, vnde velit, clericum ordinare. Aurelius dixit episcopus, Sermonem meum audite fratres: Sæpe euenit vt ecclesiastici diaconos vel presbyteros uel episcopos à me petant. ego tamen, memor eorum quæ cõstituta sunt, illa sequor, vt conueniam episcopum clerici qui petitur, & ea illi ostendam, quòd qui sunt cuiusuis ecclesiæ, eius clericum postulant. Esse autem in præsentia non contradicunt: ne autem posteà contingat, hoc est ne mihi aduersentur, qui in hoc negocio à me petuntur clerici. Quia scitis me multarum ecclesiarum curam gerere, quæcunque consacerdotum conuenero cũ duobus vel tribus testibus nostri conclericatus, si nõ impius & indeuotus inuentus fuerit, æquum est vestram dile-

ctionem iudicare quid facere oporteat. Ego enim, vt ſitis fratres, dei permiſſu multarum eccleſiarum curam gero. Numidius epiſcopus dixit, Hæc ſemper fuit huic throno auctoritas, vt quando vellet, & de quocunque nomine admonita fuerit, conuenienter vniuſcuiuſque eccleſiæ deſiderio ordinet epiſcopum. Bona tua voluntas moderatur poteſtatem. Minus enim audes quàm potes frater, in eo quòd te ipſum omnibus, ô frater, bonum & humanum oſtendas. Nam hoc quoque in tuo iudicio ſitum eſt, vt vniuſcuiuſque epiſcopi perſonam corrigas, idque in primo & ſolo congreſſu, ſi intelligas in huius eſſe cathedræ poteſtate punire, quoniam ipſe neceſſe habeas omnes eccleſias fulcire. Vnde nos tibi facultatem non damus, ſed ea tua voluntate obſignamus, vt ſemper liceat ea obtinere quæ velis, & promouere qui præſint eccleſiis, & reliquos qui quæruntur, vnde ſatius eſſe perſpexeris. Poſtumetianus epiſcopus dixit, Deinde ſiquis vnum eúmque ſolum preſbyterum habeat, num debet etiam ipſe vnus ab eo auferri? Aurelius epiſcopus dixit. Dei permiſſione poteſt vnus epiſcopus multos preſbyteros ordinare. Preſbyter autem aptus epiſcopatui difficiliter inuenitur. Quare ſi quis inuẽtus fuerit vnum ſolum habens presbyterum, eúmque aptũ epiſcopatui, ipſum quoque vnum debet dare ad ordinationem. Ergo ſi alius habet clericorum multitudinem, mihi debet alia multitudo conuenire. Aurelius epiſcopus dixit, Scilicet quomodo tu alij eccleſiæ ſubueniſti, compelletur & qui plures habet clericos, ex ipſis ad ordinationem copiam ſuppeditare.

BALS. *Quia à ſanctis patribus decretum eſt, & in proximo canone, & in alio, non licere epiſcopo clericum ex alia diœceſi accipere ſine voluntate ipſius epiſcopi, dixit Aurelius ad fraternitatem ſynodi, quòd ſæpe cùm clerici qui ſunt ex alia prouincia mihi ſubiecta, à me diaconos vel preſbyteros vel epiſcopos petiuiſſent ex aliena parochia, cum eu idoneorum hominum magna eſſet inopia, volui hoc facere: ſed canonicarum conſtitutionum memor, quæ ſtatuunt non eſſe auferendos clericos præter epiſcoporum voluntatem, & in aliam regionem tradendos, ſecutus ſum ea quæ ſic conſtituta ſunt, & cum clerici qui quærebatur epiſcopo de ea re communicaui: & nunc quidem neminem inueni contradicentem. Vereor autem ne quis in poſterum mihi reſiſtat epiſcopus, & canone vtatur. Hoc autem facio non tanquam canonicu decretu repugnans, ſed quia, vt vos quoque ſcitis, multarum mihi eccleſiarum cura incumbit. Si ergo in idoneorum hominum inopia conſtitutus, ex alia regione clericum petiuero, & non fuero exauditus, cogar deinceps accedere ad eum qui habet talem clericum vel epiſcopum cum duobus vel tribus teſtibus ex noſtro conclericatu, ſeu ex coepiſcopis, vt qui à me quæritur clericus recipiatur ſi non expiandus inueniatur, id eſt dignus, & quonu crimine ſuperior: Porrò ille ne ſic quidem ſuum clericum mihi dare perſuaderetur, ſtatuite quid mihi ſit faciendum. Reſpõdit itaque Numidius, quòd Carthaginenſium cathedra à multis antè ſeculis habet poteſtatem recipiendi clericum ex qua velit eccleſia, & eum ordinandi conuenienter populi deſiderio, qui eum in gradum ſeu in nomen elegit, quod et oblatum eſt. Epigonius dixit, Aurelio etiam ſi hoc tuo arbitratu facere potes: ſed bona tua voluntas te moderatè quodammodo cogit tua vti poteſtate. Indicas enim ab offendiculo alienum fratres tuos ſedare, & non propria auctoritate, ſed cum illorum voluntate clericum eorum recipere. Si ergo per primum ſolumque congreſſum, ſeu teſtimonium epiſcopi, à quo petitur clericus, conſcientia ſubiecta fuerit, hoc eſt clericum dederit, bene eſt: ſin minus, tuere thronum*

tuum

tuum per potestatem quæ illi adest iam multo antè seculo, scilicet accipe clericum, vel eius nolente episcopo. Necesse enim habes omnes ecclesias canonicè stabilire. Ne qui autem ex eo offendêretur, vt potè illo permittente, subiunxit, Hoc ius non tibi nunc datum est à nobis, sed tibi quidem aderat, verum à nobis obsignatur, hoc est, confirmatur. His autem sic discretis & distinctis, dixit Posthumerius, Si quis autem episcopus habeat vnum clericum, is quoque ab eo auferetur? Ad hoc autem respondit Aurelius, quòd presbyterorum quidem ordinatio est facilis. Multi enim ad hoc apti inuenientur & ordinabuntur ex dei permissu seu bona voluntate. Episcoporum autem promotio est difficilis & necessaria. Docendi enim facultate præditum solertisque ingenij esse oportet episcopum: quod difficile inuenitur. Quare si apud aliquem episcopũ fuerit inuẽtus talis sacerdos, etiam si vnus & solus est apud ipsum, ipse quoque deponetur, & ad episcopatus dignitatem promouebitur. Nempe cùm alios ordinare sacerdotes sit ei facile, & pro eo sacra celebrare. Deinde intulit alius episcopus, Deinceps si quis alius multos habet clericos, det non habenti. Aurelius quoque dixit ad hoc, Quemadmodum tu qui habes clericum, cogeris dare ipsum ad ordinationem episcopi, ita & qui habet plures, compelletur, id est cogetur vel inuitus, dare tibi vnum ex ipsis. Hæc cum decernat canon, interrogauerit quispiam, cùm Cõstantinopoli concessum sit à iij. Iustiniani nouella, seu à ij. cap. ij. tit. iij. libri Imp. quo.. extra quoque xxvj. cap. pr. tit præsentis operis posuimus, alienos clericos sine præiudicio suscipi similiter & Archiepiscopo pr. Iustinianæ seu Bulgariæ à cxxxiij. Iustiniani nouella quæ sita est in primo cap. iij. tit. v. lib. Imp. quæ à nobis posita est in v. capitè primi tit præsentis operis, antiquæ Romæ & Carthaginensis ecclesiæ iura cõcessa sunt: Præterea autem & archiepiscopo nouæ Iustinianopolis seu Cypri, data sunt per xxx viij. canonem synodi in Trullo priuilegia Constantinopol. ecclesiæ Cogentur & ij cum scientia episcoporum clericos habentium ipsos suscipere, quemadmodum Carthaginensem quoque episcopatum facere cautum est, an non? SOL. Quidam dixerant, quòd quoniam eis indistinctè permissum est alienos clericos suscipere, non cogentur primum denunciare, sicut præsenti canone Carthaginẽsem episcopum facere oportere constitutum est. Mihi autem videtur debere hæc prima capita, quemadmodum præsenti canone continetur, debere alienos clericos auferre, similiter ac Carthaginensis episcopus: tum quia hoc est ab omni offensione alienum & fraternum: tum etiam quòd præditæ Iustiniani nouella mentionem faciens etiam Iustinianæ Carthaginis ecclesiæ, quæ est in Africa quod ad episcopale ius attinet, eas exæquat. Cùm autem præsens canon decernat, vt qui habet clericorum multitudinem, cogatur dare ei qui non habet, cogetur etiam verbi gratia Constantinopolitanus dare vel inuitus post denunciationem, Heracleæ verbi gratia episcopo, suum clericum, vt eum sacerdotem, vel diaconum, vel episcopum ordinet. SOL. Hoc non puto. Hoc enim concesso, fiet omnium episcoporum exæquatio, quod ad hoc caput attinet: & ad nihilum redibit priuilegium datum Carthagini & reliquis. Debemus ergo dicere, quòd episcopi quidem priuilegiati, non solum in episcopos, sed etiam in presbyteros & diaconos alienos clericos ordinauerint, vt præsenti canone continetur. Reliqui autem episcopi ab ipsis non petent, nec clericos aliter suscipient, nisi eum episcopum ordinare ipsis opus fuerit. Hoc enim vel ex ipso canone probatur qui dicit, non esse adeò necessariam sacerdotum & diaconorum ordinationem, sicut episcoporum: & propterea vel vnum auferri, & in episcopum promoueri. Si autem clericus, qui ad episcopalem dignitatem euocatur, ab ecclesia verbi gratia Constantinopolitana electionem non admittat, cogetur à patriarcha secundum præsentem canonem admitti? SOL. Nequaquam. Neque enim cogetur quispiam vel inuitus fieri Antistes. Hic ergo canon est accipiendus de eo qui electus est, & episcopatum quidem suscepit, sed ei non permittitur.

Vt episcopi qui in parochiis ordinantur, nullam sibi diœ- Can. lx.
ceſin vendicent. Honoratus & Vrbanus episcopi dixerunt, Audiuimus definitum, ne parochiæ episcopos mercantur accipere, nisi ex consensu eorum à quibus constitutæ sunt. In nostra autem regione, ex permissione eius qui diœceses obtinet episcopi, quidam in eisdem parochiis ordinati episcopi, ad huc etiam alias sibi vendicant. Hoc vestri iudicij charitate & prohiberi, & deinceps subuerti debet. Epigonius episcopus dixit, Vnicuique episcopo id quod decet seruatum est, vt ex vnaquaque parochiarum possessione nihil decerpatur ad proprium episcopum habendum, nisi ex consensu eius qui habet potestatem. Si autem ipse permiserit vt ipsa permissa diœ-

cesis proprium habeat episcopum, is qui promotus est ad alias diœceses manum non extendat: quoniam vna ex multorum corpore ablata, vel sola digna habita est, quæ proprij episcopatus honorem acciperet. Aurelius episcopus dixit, Non dubito vestrum omnium dilectioni placere, vt episcopi, qui ex prioris episcopi permissione promoti sunt, eum solum populum obtineant, ad quem sunt ordinati. Quoniam ergo omnia esse tractata existimo, si omnia rationi vestræ congruant, ea vestra sententia confirmate. Omnes episcopi dixerunt, Nobis omnibus hæc placuerunt: & hæc nostra subscriptione confirmamus. Et subscripserunt. Aurelius ecclesię Carthaginensis episcopus præsenti decreto consensi: & lecto subscripsi. Similiter & reliqui episcopi subscripserunt.

BALS. *Ad aliquas, vt est verisimile, parochias quæ non habebant Antistites, electi sunt episcopi voluntate episcoporum qui eas habebant, vt pote quæ essent fortasse populosæ, & proprio episcopo opus haberent. Sed cùm is qui ad eas ordinatus fuerant, non contentus esset eis quæ illis obtigerant, sed etiam alterna sibi iura vendicarent, dixerunt Honoratus & Vrbanus episcopi, quòd quoniam cautũ est episcopos non aliter in parochias eligi, nisi voluntate eorum qui illas habent ab initio, hoc quoque ita factũ est in regione ipsorũ. Quia autem, qui sunt ordinati, alias quoque parochias sua sponte iniuria afficiunt, debent quidem eos qui improbè vendicarunt corrigere, qui autem non canonicè sunt vendicaturi, prohibere. Ad hæc ergo dixit Epigonius, quòd à diuinis canonibus vnicuique episcopo parochiarum regiones limitésque attributi sunt: & ex ipsarum parochiarum possessione nihil potest decerpi seu auferri ab aliquo. Sed nec ipsi parochiæ habitatores possunt sibi sua sponte episcopum constituere, nisi voluntate episcopi qui habet potestatem in parochia. Si autem is quoque hoc permiserit, non debet is qui ordinatus est propter ius huius parochiæ se ad alterum quoque parochiarum administrationem extendere. Sola enim, quæ honorata est parochia erit sub eo qui est ordinatus: reliquæ autem erunt sub capite à quo ablatio facta est. Dixit ergo post hæc Aurelius, eorum fraternitatis esse admittendam sententiam. Et ipse eadem quoque statuit: & propterea petiit, vt quæ constituta erant, subscriberentur. quod etiam factum est. Et hæc quidem ita. Tu autem scias quòd episcoporum quidem regiones immotas manere vt canonicum seruatur. si vt autem episcopos de nouo in parochias quæ sunt alij episcopi subiect sine regio mandato non permittitur, etiam si milites eo senserit qui eam habet episcopus. Synodicè enim constitutum est, vt nec ipsa magna synodus sine iussu regio possit nouare episcopos. Et de eo in alijs canonibus scriptum est.*

In hac synodo constitutum est, vt episcopus sine dimissorijs literis non nauiget, sub Cæsario & Attico illustribus consulibus, sexto Cal. Iulias Carthagini placuit, vt nullus episcopus sine primatu dimissorijs epistolis nauiget. Quæ acta quærit, in authenticis inuenies. Ex hac synodo loci conseruatores ad Imperatores supra scripti episcopi mittuntur. Post consulatum clarissimorum Imperatorum honorij Augusti iiij. & Eutychiani quinto Cal. Maias Carthagine in secreto Restitutæ ecclesiæ in hac synodo loci conseruatores facti sunt Epigenius, & Vincentianus episcopi, vt legem ferre dignentur Imperatores clarissimi de is qui ad ecclesias confugerunt, & cuiuscunque actionibus sunt inuoluti, vt nemo eos possit auellere. In hac synodo legatio mittitur ad Romanum & Mediolanensem episcopos de infantibus qui ab hæreticis baptizati sunt quin etiam ad Imperatorem, vt idolorum reliquiæ auferantur, & de plurimis alijs rebus.

Post consulatum Flauij Stilichonis illustrissimi, xvj. Cal. Iulias Carthagine in secreto Restitutæ ecclesiæ præsidens simul cum suis coëpiscopis, adsistentibus diaconis, Aurelius episcopus dixit, Ecclesiarum dei, quæ in tota Afrorum regione sitæ sunt, necessitates vnà mecum perfectè scit vestra dilectio, fratres sanctissimi: & quia domino præsente vel ex parte congregata est præsentia sancti vestri conuentus, mihi videtur eas-

dem,

dē vt dictū est, necessitates in mediū afferre, quas propria solicitudine inuestigare potui: quas quidem quando vestra confirmabit sinceritas, consequens erit, vt vnum sacerdotem ex nostro numero declaremus, qui dei auxilio debet propter vestras preces easdem necessitates suscipere, & fortiter peragenda deferre in transmarinas Italiæ partes, qui hanc necessitatem laborē & inopiā possit sanctissimis & sacrorū cōministris fratribus nostris ostendere, partim quidē venerando sancto apostolicę cathedrę episcopo, partim autem & sanctissimo fratri Bentio sacerdoti ecclesiæ Mediolanensis. Ab iis enim thronis prohibeatur, quòd communi periculo nouerint magnopere prouidendum, quòd tanta est clericorum inopia, & multæ ecclesiæ adeò sunt desertæ, vt nullus possit diaconus vel illiteratus inueniri. De reliquis autem superioribus ordinibus & gradibus tacendum esse existimo. Nam cum, vt dixi, diaconi ministerium non facile inueniatur, de superioribus honoribus multò est apertius. Et quotidianas diuersorum & ferè emorientium populorum lamentationes deinceps non sufferimus: quibus nisi auxilium ferre velimus, grauissimum & inexcusabile propter perditas animas delictum nos apud deum excipit.

BALS. *Præsenti scripto vult Aurelius certiorem fieri papam & Mediolanensem episcopum, quòd Afrorum regiones sunt in magnas angustias adductæ non solum sacerdotum & episcoporum, sed etiam ipsorum diaconorum, & vt curent aliquam fieri dispensationem seu prouisionem in Christianorum auxilium.*

Vt parui qui à Donatianis baptizantur, in catholica eccle- Can. lxi.
sia ordinentur. Quare quoniam quod in superiore synodo decretum est vnà mecum vestra meminit concordia, vt parui qui à Donatistis baptizantur erroris sui perniciem cognoscere nō valentes, postquam ætas rationis susceptrix adfuerit veritate confirmata, illorum improbitatem abhorrentes, & ad vniuersalem dei ecclesiam, quæ per vniuersum mundum diffusa est, accedentes, per manuum impositionem ex erroris nomine susceptī fuerint, non debeant prohiberi quominus in clericatus ordinem prouehantur: quando veram ecclesiam suam propriam existimarunt ad fidem accedentes, & in ipsa Christo credentes, trinitatis sacramenta susceperunt: quæ quidem omnia vera & sancta esse clarū est, & in iis omnem spem animæ esse sitam. Et si maxime ergo etiam hæreticorum præcedens audacia, ad quædam contraria sub nomine veritatis tradenda prompta sit, ea quoniam sunt simplicia, vt docet sanctus apostolus dicens, Vnus deus, vna fides, vnum baptisma: & quod debet semel dari, non licet rursus recipi, anathematizato erro

ris nomine, per manus impositionem in vnam ecclesiã susci-piantur, quæ vt dictum est, columba, & sola mater Christiano, rũ, in qua omnia sacramẽta salutariter æterna & viuifica accipiuntur. quæ quidem iis qui manent in hæresi, magnam præbent condemnationis pœnam, vt quod erat ipsis in veritate ad vitam æternam clarius sequendum, hoc sit eis in errore tenebricosius & magis condemnatum. Quod quidem nonnulli vitarunt, & ecclesiæ catholicæ matris agnita veritate, omnia illa sancta mysteria à veritate illecti crediderunt & susceperunt. Iis quando bonæ vitæ probatio accesserit, non dubiè & integrè ad sacramentorum ministerium confirmabuntur, & maximè in tanta rerum necessitate, nemo est qui hoc non concedat. Si qui autem huius dogmatis clerici cum multitudine & iisdem honoribus ad nos venire desiderauerint, qui quidem propter honoris amorem ad vitam suadent, & ad salutem retinent. Sed hoc maiore prædictorum fratrum sententiam ferentium intelligentia comprehendendum esse existimo: vt sapientiore suo consilio nostrę relationis rationem discernant, & nos confirmare dignentur ad id quod à nobis de ea re statuendum est. Solum autem de iis qui in infantia baptizati sunt satis habemus, vt si ipsis placet, sententiæ nostræ consentiant de iis ordinandis. Omnia ergo, quæ superius apud sanctissimos episcopos collegimus, facienda esse æquum censet vna mecum vestra veneranda fraternitas.

BALS. *Donatus quidam nomine fuit auctor hæresis, qui non alias diuinorum esse mysteriorum participem docebat, nisi os in manu tenẽs hoc prius salutaret, & sic communicaret. Illius ergo hæresim sequentes, nominabantur Donatistæ. De iis ergo, vt in xlvij. canone huius synodi dictum est, visum est patribus interrogare, an infantes eorum, qui baptizati fuerant à parentibus qui erant ipsi Donatistæ, deinde à catholica ecclesia susceptis sunt, ad ordinationem quoque in clero suscipiendi sint, an non? Hoc ergo rursus quoque introducit synodus, & fert sententiam, vt qui à Donatistis in infantia baptizantur, vt non possent errorũ perniciem agnoscere: quando ad ætatem, rationis hoc est prudentiæ capacem peruenerint, vt possint veritatem intelligere, & illorum improbitatem odisse: si ad ecclesiam accesserint, ij per manuum impositionem suscipiantur ordine quodam & ex forma antiqua, & non impediantur quominus in clerum admittantur Christo purè credentes, & sanctæ trinitatis sacramenta seu dona diuina suscipientes, quæ sunt corpus & sanguis vnius sanctæ trinitatis & vera & sancta nobis à seruatore tradita, qui à patre ad nostram salutem missus est sanctificata autem aduentu sancti spiritus. Quando ergo crediderint, & sacramenta susceperint, si vita quoque ipsorum examinata bona inuenta fuerit, clerici etiam fient. De hac ergo infantium causa & à papa & à Mediolanensium episcopo petiuerunt, an ea ita videatur. Si qui autem, inquiunt, Donatistarum clerici cum populo qui est apud ipsos, & iisdem honoribus seu gradibus, velint ad fidem orthodoxam accedere, qui quidem clerici volentes etiam apud orthodoxos in suo honore permanere, consulunt populo qui eis subest, ea quæ ad vitam & salutem pertinent, quid eis faciendum est? sed hoc inquiunt, prohibebitur ab iis qui ducti sunt fratres. Quare nos quoque statuere oportet quid de iis agendum sit.*

Can. lxij. De Idolorum reliquiis, & templis quæ debent deleri. Quãobrem à religiosissimis Imperatoribus petendum est, vt idolorum reliquas, quæ sunt in omni Africa, omnino excindi iubeant. In multis enim locis maritimis, & diuersis possessioninibus,

bus, adhuc viget huius erroris iniquitas, vt iubeantur & ipsa aboleri, & templa ipsorum in agris & in occultis locis absque vlla honestate cõstituta omnibus modis iubeantur euerti.

BALS. *Per præsentem canonem volunt patres, vt reges euertant idolorum templa quæ post euangelij prædicationem remanserunt.*

Vt clerici pro proprio ipsorum iudicio non cogantur publicè testificari. Oportet præterea petere, vt statuere dignentur, vt si qui in ecclesia quauis causam, iure apostolico, quod in ecclesiis situm est, agitare voluerint, & clericorum decisio vni forte parti displicuerit, non licere in iudicium ad testimonium vocare clericum illum qui prius rem ipsam examinauit, vel in eum qui examinabat incidit, vt nec quis ad personam ecclesiasticam attinens in ius vocetur, vt ferat testimonium. *can. lxij.*

BALS. *Quidam clerici, cum causam ecclesiasticam iure Apostolico egissent, hoc est dicto Apostolico consequenter, quod dicit: Audet quis vestrum habens negocium, sub iniquis iudicio condendere, & non sub sancto? Vel etiam cùm in ecclesiasticum iudicium incidissent, à parte cui displicebat, ab iis qui iudicauerant, ad iudicem appellationis, testimonij gratia, trahebantur. Visum est ergo patribus, vt de iis ad imperatores referrent, vt ipsi statuerent nihil esse eiusmodi in posterum faciendum: sed nec is qui genere vel aliquo alio modo ad aliquem ecclesiasticum attinet, in testimonium trahatur. Ac in iis quidem consistit canon. Nos autem aliqua scripturi eramus de iis qui litigarunt, & de iis qui sunt clericis necessitudine coniuncti, quando trahi debent, & quando non. Quia autem hic canon non est decretum, sed consilium, vt imperatores eius admoneãtur, non est autem prolata definitio, multa prætermisimus. Hoc autem vel solum ex præsenti canone notauimus, quòd iudiciaria officia ecclesiasticorum magistratuum, præsens quoq; nouit synodus, eo quòd dicat clericos alicuius esse causæ iudices.*

Vt auferantur Græcorum conuiuia. Illud præterea à Christianis imperatoribus petendum est: Quoniam præter diuina mandata in multis locis conuiuia sic peraguntur, ex gentili errore deducta, vt etiam Christiani ad paganos clanculum in eorum mysterio adducantur: vt hæc iubeant & in vrbibus & in possessionibus arceri, maximè, quia & in ipsis beatorũ martyrum natalibus in quibusdam vrbibus etiam in ipsis sacris locis eiusmodi peccare deprehẽduntur, & in diebus in quibus vel pudor est dicere, execrãdas saltationes in agris & plateis peragunt, vt cũ sancto die adsint quæ sunt & matres familias honore, & aliæ innumerabiles mulieres venerandæ, intemperantes insolentias aggrediantur. Vt etiam ipsius sanctæ fidei propemodum aufugiat accessus. *can. lxiij.*

BALS. *Sicut hodie in sanctorum memoriis non solum in vrbibus, sed etiam in vicis & pagis fiunt hominum conuentus, choreæque ducuntur, & aliæ fiunt ludicra: sic vt est verisimile, olim quoque peragebantur, sed ea erant execranda. Et ideo dicunt patres, quòd quoniam in multis locis conuiuia peraguntur, quæ habuerunt ex græci erroris principium, vt in eis etiam cõuenirent Christiani, & eadem cum Græcis peragerent, admonendi sint imperatores vt ea prohibeant, & eo magis quòd etiam in sacra loca peccent. Euenit enim vt nec religiosiores mulieres in ecclesiam conueniant, propter ea quæ turpiter & indecorè fiunt: nempe cùm ij qui hæc audent, impudenter & lasciuè eiusmodi mulieres aggrediantur. Atque in iis quidem consistit canon. Tu autẽ scias, quòd etiã si hæc imperial. decretũ non retulit: sed tamen synodus quæ in Trullo habita est, in eos qui hæc audent vehementer animaduertit.*

Ne in dominico, & in reliquis sanctorum festis, spectacula *can. lxiij.*

vllo modo peragantur. Illud quoque præterea petendum est, vt theatralium ludicrorum spectacula in dominico & reliquis festis diebus à fide Christianorum arceantur, maximè quia in sancti Paschæ octaua turbæ magis in hippodromia quàm in ecclesias conueniant, debent præfiniti ipsorum dies transferri quando euenerint, nec debet vllus Christianus cogi ad hæc spectanda.

BALS. *In dominicis, & in reliquis festis diebus, & in magna Paschæ hebdomada, fiebãt equorum curricula, & reliqua spectacula. Cautum est ergo vt imperatoribus suaderetur, vt hæc prohiberentur: & quæ his diebus fiebant, in alios dies transferrentur, lege & syn. in Trullo can. lxvij.*

can. lxv. De clericis, qui condemnantur. Illud quoque petendum est, vt clericum quẽcunque honorem obtinentem, in quocunque crimine episcoporum iudicio condemnatũ, ne liceat eundem vel ab ecclesia cuius fuit, vel ab vllo homine liberari à pœna eo nomine imposita, siue multæ pecuniariæ, siue existimationis, vt nec ætatem, nec naturam excusandam esse iubeant.

BALS. *Clerici qui iam in causis criminalibus condemnati, & nec appellationis auxilium habentes (ita enim est intelligendus canon) restitui satagebant. Placuit ergo patribus imperat. admoneri, vt statuant pœnas pecuniarias & priuationi honoris eos subtici qui eos defendunt ac liberant, siue sint ecclesiastici, siue alij, cuiuscunque sint ætatis & naturæ. Præsentem autem interpretationem scribendo non dilatauimus, idque cum quæ canone continentur, digna sint quæsitu, nõ propter aliud, quam quòd quæ in eo sunt, non sint decretum, sed tantum consilium, vt admoneantur imperatores eorum quæ in eo sunt, & eius quod est agendum proferatur decretum.*

can. lxvj. De mimis qui fiunt Christiani. De his præterea petendũ est, vt si quis ex quocunque exercitio ludicro, ad Christianissimi gratiam venire voluerit, & purus ab illis maculis permanere, ne vlli liceat eum ad eiusmodi exercitium vel adhortari, vel cogere.

BALS. *Spectacula antiquitus peragebantur cum popularium suppeditatione, & propterea habebant quosdam scenicos, & mimos, sæpe & magna ex parte Græcos. Petunt ergo patres, vt imperatores decernant, vt si quis eorum, cùm Græcus sit, baptizetur, non cogatur à populo eadem ludicra exhibere.*

can. lxvij. De manumissionibus quæ fiunt in ecclesiis ab imperatore petendum est. De manumissionibus scilicet in ecclesia proclamandis, si hoc nostri consacerdotes cernũtur in Italia facere, nostra quoque fiducia eorum videlicet ordinem sequitur, ei scilicet qui mittitur loci conseruatoris potestate data, vt quæcunque fide digna pro ecclesiastico statu & animarum salute peragere potuerit, nos quoque ea omnia coram domino laudabiliter suscipiamus. Si vestræ placeat dilectioni, dicite vt & meam relationem firmam esse vobis ostendam, & nostrũm omnium consensum vestra sinceritas iucundè accipiat. Ab omnibus episcopis dictum est, Omnibus placent quæ sunt proposita, & quæ sapienter à tua sanctitate sunt exposita, perfici debent.

BALS

BALS. *Vt eſt veriſimile, dubitabant nonnulli, an ſerui vel aliqui alij in eccleſia manumitti debeant qui ad eam confugerunt, vt qui ſint aliquibus delictu obnoxij, & auxilium quærunt eccleſiaſticum. De his enim etiam huius actionis principium tractat, atque etiam præſentis canonicu collocutio, & propterea dixerunt patres, Interrogentur per loci conſeruatores Italia ſacerdotes, & ſi illi quoque hoc faciant, ſeu proclament, & faciant libertates cum confidentia, ipſi quoque ea quæ ſic fiunt ſequantur, ad animæ ſalutem reſpicientia, & ad iurium eccleſiaſticorum conſeruationem. Hoc autem ſic promiſſo, fiet firma ad Imperatores quoque relatio, & ab eorum ſinceritate ſuſcipietur, quod communi conſenſu relatum fuerit. Ac præſens quidem canon, ea quæ ſpectant ad eos qui ad eccleſias confugiunt, Imperatori audienda remittit. Tu autem lege primi tituli v. lib. cap. xiij. quod ſic dicit. Statuimus nemini licere eos qui confugiunt, cuiuſcunque ſint conditionu, ex ſancta eccleſia orthodoxæ fidei, extra hanc Imperialem ciuitatem extrudere. Si quis autem tale quid moliri vel facere auſi fuerint, ſacrilegij crimini ſubiectantur. Sed neque eos ſic in venerabilibus eccleſijs detineri vel conſtringi, vt illic à rebus eſculentis, vel veſtimentis, vel quiete, vel ſomno prohibeantur. Et xj. caput quod dicit, Vſque ad terminos, qui ſunt ante forum publicum, tuti ſint qui ad eccleſias confugiunt, interioribus lauacris, vel horto, vel aulu, vel porticibus vtentes, & prohibeantur intra templum dormire vel comeſſe. Ne armis autem ſibi ſecuritatem parent, ſed ea apud epiſcopum deponant, vel perſuaſi primum, vel poſtea electi iuſſu epiſcopi, & iudicum. Et xij. caput, Seruus cum armis confugiens, ſtatim eiiciatur. Si autem reſiſtat, maioribus viribus cogatur. & ſi pugnans ceciderit, dominus recedens non teneatur. lege etiam iij. decretum xiij. cap. eiuſdem tituli. quod dicit, Apud competentes iudices litigare oportet eos qui confugiunt, & non ad eccleſiam eorum aduerſarios euocari. Et poſtremum reſponſum eiuſdem cap. quod dicit, Interea autem prudentiſſimos œconomos ſeu eccleſiæ defenſores curam & diligentiam adhibere oportet, vt vniuſcuiuſque eorum qui ad eccleſias confugiunt, nomina & cauſas citra moram inquirant. Præterea autem magiſtratus, vel illi ad quos negocia & perſonæ pertinent, hæc ſcientes, ea quæ par eſt rectitudine diligentius ea quæ conuenit illis ſtatuant. Quare nota quòd qui non deſcribunt, non ſunt ex eorum numero qui confugiunt.*

De Æcytio Epiſcopo cõdemnato. Aurelius epiſcopus dixit, Æcytij præterea, pro meritis iampridem cõmuni ſentẽtia condemnati, negocium non exiſtimo eſſe legationi prętermittendum: vt ſi eum forte in illis partibus inuenerit, curæ ſit ipſi fratri noſtro, pro ſtatu eccleſiaſtico, vt oportet, & vbi licuerit, aduerſus illum peragere. Ab omnibus epiſcopis dictum eſt, Multum placet hæc quoque conſequentia: maximè quia iam olim condemnatus eſt hic Æcytius, & impudens eius inquietudo, pro ſtatu & ſalute eccleſię, magis & magis vbiq; eſt oppugnãda. Et ſubſcripſerunt. Aurelius epiſcopus Carthagin. eccleſiæ præſentis decreto conſenſi, & lecto ſubſcripſi. Similiter & reliqui epiſcopi ſubſcripſerunt. *Can. lxviij.*

BALS. *Æcytius fuit depoſitus, & non quieuit. Dicit ergo Aurelius, Vt ſi eum loci conſeruatores inuenerint, curent vt ſit eis poteſtas aliquid agendi in honorem ſtatus eccleſiaſtici, eo quòd eum ceſſare faciant. Dixerunt autem omnes, hoc eis placere, Multa enim impudentia & turba Æcytij eet aduerſatur, hoc eſt, facit vt ipſi nulla eius miſericordia moueantur. In hoc concilio legitur epiſtola Romani Papæ Anaſtaſij ad ſynodum, de Donatiſtis epiſcopos admonens, Sub Vincentio & Flauio clariſſimis conſulibus, idibus ſeptembris, Carthagine in ſecretario reſtitutæ eccleſiæ, cum ad ſynodum congregati & præſidentes ex omnibus in Africa prouincijs eſſent epiſcopi, Aurelius eiuſdem ſedis epiſcopus cum ſuis familiaribus, quos ſua indicat ſubſcriptio, dixit: Lectis literis beatiſſimi fratris & conſacerdotis noſtri Anaſtaſij Romanorum eccleſiæ epiſcopi, per quas fraternæ vel potius paternæ dilectionis cura & ſinceritate nos adhortatus eſt, vt de hæreticorum, & ſchiſmaticorum, & Donatiſtarum inſidijs, & impudentia, quæ in vniuerſa Afrorum regione catholicam eccleſiam grauiter depopulatur, nullo modo diſſimulemus. Gratias agimus deo domino noſtro, quod piam hanc curam inſpirare dignatus ſit excellentiſſimo & ſanctiſſimo eius ſacerdoti pro membris Chriſti, quæ etſi in diuerſis quidem terræ partibus, ſed in vnà tamen corporis compage & harmonia conſtituta ſunt.*

Vt cũ Donatiſtis clementer agatur. Poſtea tractatis & con- *Can. lxix.*

ſideratis omnibus, quæ ad vtilitatem eccleſiaſticam concurrere videtur, annuente & inſpirante diuino ſpiritu, ſatius eſſe duximus cum memoratis hominibus leniter & pacifice agere, etiam ſi maximè à dominici corporis vnione inquieta diſſenſione abſcindantur, vt quantum eſt in nobis, omnibus omnino notum ſit, qui illorum communione & familiaritate ſunt irretiti in omnibus Africæ prouinciis, qui ſunt miſerabili errore illaqueati, forte, vt dicit Apoſtolus, nobis in manſuetudine congregãtibus eos qui diuerſa ſentiunt, dabit eis deus pœnitentiam ad agnoſcẽdam veritatem, & vt qui diaboli laqueis capti ſunt, ab ipſo ad eius voluntatem deducantur.

BALS. *Præſens canon nihil aliud dicit quàm Patres leniter & placide ſe debere in Donatiſtas agere, etiam ſiꝰ à dominici corporis vnione ſe abſcindant. Domini autem corpus vel eccleſiam intelligere oportet, cuius caput eſt Chriſtus: vel diuina myſteria, vt pote illis à fidelibus in iis diſſentientibus, vt anteà dictum eſt.*

Can. lxx. De literis quæ mitti debent magiſtratibus Africæ, vt clara ſint, quæ inter Donatiſtas & Maximianiſtas acta ſunt. Placuit ergo vt ex noſtra ſynodo literæ ad Africæ magiſtratus dentur, à quibus petere conſentaneum viſum eſt, vt communi matri catholicæ eccleſiç opem ferant, eo quòd epiſcoporum auctoritas in ciuitatibus contemnitur, id eſt, vt ſua poteſtate & auctoritate, ſtudióque & Chriſtiana fide inquirant quæ in omnibus locis fiunt, in quibus Maximianiſtæ eccleſias detinuerunt: præterea autem, & vt qui ab ipſis abſciſſi ſunt, omnem firmam ac ſtabilem de iis cognitionem neceſſario actis publicis inſeri faciant.

BALS. *Hic ſtatuitur vt fiant literæ ſynodales ad magiſtratus qui ſunt in Africa, vt eccleſiæ opem ferant, vbi epiſcoporum auctoritas contemnitur, & per eorum poteſtatem corrigantur audacia Hæreticorum incepta, vel per acta publicè ſcripta, vel per manifeſtam punitionem.*

Can. lxxj. Vt clerici Donatiſtarum in catholicæ eccleſiæ clerum recipiantur. Poſtea placuit, vt mittantur literæ ad fratres & coëpiſcopos noſtros, & maximè ad ſedem Apoſtolicã, cui præſidet memoratꝰ venerãdus frater & coëpiſcopus noſter Anaſtaſius, quoniã ſcit Africam magnã habere neceſſitatẽ, vt propter eccleſiæ pacẽ & vtilitatem, ipſorũ quoque Donatiſtarũ, qui clerici mutato cõſilio, ad catholicã vnionem trãſire voluerint, vniuſcuiuſque catholici epiſcopi volũtate & conſilio, qui in ipſo loco eccleſiã gubernant, ſi hoc Chriſtianorũ paci conferre viſum fuerit, ipſi in propriis honoribus ſuſcipiãtur. Quẽadmodũ in prçcedẽtibus tẽporibus de eadẽ diſſenſione factũ eſſe maniſtum eſt, quod quidem multarum atque adeò ferè omnium in Africa eccleſiarum, in quibus hic error exortus eſt, exempla teſtantur, non ut ſynodus, quæ de ea re facta eſt, in tranſmarinis

nis partibus dissoluatur: sed vt illud maneat apud eos qui sic volunt ad catholicam ecclesiam transire, vt nullam in eo vnionis concisionem efficiat: per quæ autem omnibus modis effici & adiuuari catholicã vnionem, manifesto lucro fraternarum animarum, apparuerit, in iis locis in quibus degunt, ne eos impediat quod aduersus eorum honores in transmarina synodo constitutũ est, quandoquidem salus nulli personæ excluſa est, hoc est vt qui fuerunt ordinati à parte Donatistarum, si ad catholicã fidem correcti transire voluerint, non secundum trãsmarinã synodum non suscipiantur in propriis honoribus: sed ij magis suscipiantur, per quos catholicæ vnitati prouidetur.

Hic quoque canon est specialis. Placuit enim patribus vt qui ex Donatistis ad fidem orthodoxam accedunt, ita suscipiantur vt suos sacros gradus obtineant: etiam si aliter de eo visum sit in trãsmarina synodo, seu in Italia. *can. lxxij.*

Vt legatio mittatur ad Donatistas de componenda pace. *can. lxxiij.*

Postea placuit, vt his actis ex nostro numero mittãtur loci conseruatores pro prædicãda pace & vnione, sine qua Christianorum salus non potest consistere, ad ipsorum Donatistarum siue quos habent episcopos, siue laicos: per quos loci conseruatores omnibus innotescat, quòd nihil habent iustum rationi ve consentaneum, quod dicant aduersus catholicam ecclesiam, maximè vt manifestum sit omnibus per acta municipalia, ad probandum, quòd sicut ij de Maximianistis propriis schismaticis fecerunt, vbi ipsis diuinitus ostenditur, si considerare voluerint, eos tam iniustè tunc ab ecclesiastica vnione abscissos, quam ipsi clamant iniustè Maximianistas à se esse diuulsos. Ex eorum autem numero, quos aperta proprij consilij auctoritate condemnauerunt, postea in propriis honoribus susceperũt: & baptismum, quem, qui apud eos sunt condemnati & electi dederunt, admiserunt, vt ostendatur quomodo stulto corde paci ecclesiç aduersantur, quę in vniuerso orbe diffusa est. Hæc agẽtes pro parte Donati, & dicẽtes seipsos non pollui cõmunione eorũ qui à se propter pacis necessitatẽ susceperi sunt, nobiscum autem cõtendentes, hoc est cum catholica ecclesia, quæ vel in extremis partibus orbis consistit, per pollutam eorum communionem, quos prius omnes accusabãt, ipsos coarguere non potuerunt. *Hic quoque canon dicit de Donatistis.* Visum est vt aliqui mitterentur loci conseruatores pro pace & vnione, & ad ostendendum, quod ij non rectè aduersantur catholicæ ecclesiæ, & quòd aliqui, etiam eos ex Maximianistis, qui ab eis iniustè,

vt ipſi dicunt, deſciuerunt, ſuſcipiunt, & cum illis communicant: & quos ſuo proprio conſilio condẽnarunt, poſtea in propriis honoribus ſuſceperunt: & quòd eos quos qui ab ipſis ſunt condemnati, & ab ipſis ſacerdotio electi, baptizarunt, ſuſceperunt. & quòd hæc agentes non ſe pollui dicunt.

Ca. lxxiiij. Diſt 84. Cũ de quorundã. & diſt. 32. placuit.

Qui clerici debeant ab vxoribus abſtinere. Ad hæc autem dum de aliquorum clericorum in ſuas vxores cõtinentia, mentio fieret, placuit vt preſbyteri, epiſcopi, & diaconi, propriis terminis etiam à ſuis abſtineant vxoribus: quod niſi fecerint, eccleſiaſtico ordine moueantur. reliqui autem clerici ad hoc non cogantur, ſed debent vniuſcuiuſque eccleſiæ conſuetudinem ſeruare.

BALS. *Quomodo debent ſe à ſuis vxoribus continere epiſcopi, & presbyteri, & diaconi tempore vicu ſuæ, etiam in xiij. can. ſyn in Trullo dictum eſt. Præſens quoque canon dicit eos deponendos, niſi tunc ſe continuerint. Hæc autem à reliquis clericis non exigunt, vt qui ſacramenta non contrectent, ſed eos iubent ſeruare eccleſiæ conſuetudinem lege & iij canonem Archiepiſcopi Alexandriæ Dionyſij. Nota ergo, quòd tempore præſentis ſynodi, habebant epiſcopi ſuas vxores ſine præiudicio. Quomodo debeant presbyteri, diaconi, & hypodiaconi à propriis vxoribus abſtinere, in diuerſis canonibus ſcriptum eſt. ſcilicet in xiij. can. ſyn in Trullo, & in alio, quæ in huius canonis interpretatione declarantur. Quia autem mihi nouum eſſe videtur aliquem eorum deponi qui ſe non continuerit, eo quòd ſit incertum, & demonſtrari non poſſit. Quis enim ſcit, quomodo & quando à propria vxore contineat is qui eſt in ſacris, vt non continens deponatur? Dico, quòd omnino comprehenditur eſſe prohibitũ ſacra celebrare eis qui ſunt ſacrati. Propterea enim & in x. canone ſyn. in Trullo patres vicu meminerunt. Magna quoque eccleſia hac ratione ſacerdotum miniſteria diuidit in hebdomadas. Quare qui non per ſeptimanã, ſed ſingulis diebus ſacra celebrant, tenentur canone, vt qui omnino cum propriis vxoribus verſentur, & apertè offendant tanquam non continentes, licet reuera contineant. Quomodo ergo plures ſacerdotes & diaconi non per ſeptimanam, ſed quotidie celebrantes, vel vt ſuperantes, vel vt in oratorio ſeruientes, non puniantur, ignoro, & quæro correctionem. Adiicio autem, quòd propter præſentem conſtitutionem prohibitum eſt, vt eſt conſentaneum, ne quis fiat clericus in multis eccleſiis, & ne fiant ſacrificia & baptiſmata in oratoriis quæ ſunt in domibus, etiam ſi hoc exoleuerit propter aliam rationem, ex Nouella imperatoris Domini Leonis ſapientis, quam etiam lege ſitam in diuerſorum canonum interpretatione.*

Ca. lxxiiij. 8. a. j. placuit.

De iis qui proprios Populos relinquunt. Rurſus placuit vt nulli liceat epiſcopo, relicta ſua ſede principali, ad aliquam eccleſiam in diœceſi conſtitutam ſeipſum ingerere, vel de re propria pluſquam oportet ſollicito, propriæ ſedis curam & ſollicitudinem negligere.

BALS. *Quidam epiſcopi ſuas primitiuas cathedras relinquentes, in aliquas alias eccleſias Parochiarum ad ſe pertinentium, quæ erant forte populoſæ, & maioris redditus, ſe conferebant, & illic ſedebant. Statuerunt ergo Patres nulli licere hoc facere. Sed neque propriæ negociæ gratia diſcedere ab ea quæ illum diu ſortita eſt, & ſic populum aſſidue docendi curam non gerere. Et in hu quidem verſatur canon. Interrogauerit autem quiſpiam, an quæ hoc canone dicuntur, locum habeant etiam in Antiſtitibus, qui ſuas primitiuas eccleſias perdiderunt, vt quæ à gẽtibus occupatæ fuerint, an ij poſſint citra præiudicium migrare in eccleſias ſuarum parochiarum. Quidam dixerunt epiſcopum hoc poſſe, ſi hoc voluerit facere. Alij dicebant eum etiam ſynodali cognitione opus habere. Alij etiam per mandatum imperiale hoc fieri dicebant. Mihi autem videtur, quòd ſi is quidem metropolitanus vult in ſui epiſcopatus ſedem migrare, eo quòd à gentibus ſit occupata primitiua eorum eccleſia, debet cum mandato imperiali, & ſynodali cognitione in ea conſtitui, quemadmodum in Neocæſareæ metropolitano factum eſt, qui pro ſede accepit proprium epiſcopatum Oeneum, in metropolitano Piſidiæ Antiochiæ, qui Sozopolin pro ſede accepit, & in multis alijs. Si autem per ſedem epiſcopalem non fuit honorata parochia, per ſolam ſynodalem cognitionem, vt in ea conſtituatur, & non vt voluerit, quemadmodum quidam dicunt. Vt non aduerſetur canoni Apoſtolico, & reliquis, qui ſtatuunt epiſcopum nihil poſſe*

Posse innouare præter synodalem sententiam. Præterea interrogauerit quispiam, si cum canon hæc decernat, potest episcopus per mandatum imperiale, & synodalem cognitionem, à sua primitiua sede migrare, licet non à gentibus occupata, in cathedram sui episcopatus, vel in ecclesiam suæ parochiæ?

SOL. *Cum imp. mandato, & synodali cognitione, vtrunque episcopo concedetur: alias autem, nullo modo. Propterea enim & episcopus Derci, cum sæpe petiisset vt a Derco migrare liceret in emporium quod dicitur Phileas, eo quòd id esset populosum, non est exauditus. Porro & alij diuersi antistites inopes quidem ecclesias habentes, diuites autem parochias & populosas, cùm hoc petiissent, non fuerunt exauditi propter præsentem canonem. Habe hæc in memoria, propter translationes quæ petuntur ab antistitibus, & fiunt in aliquibus. Quære Carth. syn. can. xij & xvij. qui dicunt debere ecclesiasticos sequi ea quæ decernuntur à potestate imperiali. Quia autè præsens canon statuit nõ debere episcopum peregrinari plusquàm oportet ab ea quæ illum sortitus est, est autem hoc incertum, lege xv canonem syn. quæ habita est in æde sanctorum Apostolorum, & interpretare præsentem canonem secundum leges quæ in ipso sunt positæ.*

De infantibus qui debent baptizari, quoties de iis dubitatur an baptizati fuerint. Similiter placuit de infantibus, quoties non inueniuntur firmi testes, qui eos sine controuersia baptizatos esse dicant, & nec ipsi propter ætatem de tradito eis mysterio aptè possunt respondere, sine vlla offensione posse eos baptizari. Nunquid hæc dubitatio eos priuabit tali sanctificationis lustratione? Hoc enim Maurorum loci conseruatores ideo consuluerũt, quòd multos eiusmodi à barbaris emãt. *Can. lxxv. De consecr. dist. 4. Placuit.*

BALS. *Lege syn. in Trullo can. & inuenies præsentis canonis interpretationem sine vlla immutatione, quemadmodum sunt hic verba canonis.*

Vt dies Paschæ in die synodi annuncietur. Hoc quoque similiter placuit, vt dies venerandi Paschæ per formatarũ subscriptionem omnibus ostendatur. Dies autem synodi idẽ seruetur qui in Hipponensi synodo fuit constitutus, id est decimus calen. Septembris. Debet enim etiam scribi ad primates omnium prouinciarum, vt quando synodum ad se euocant, eũ diem seruent. *Can. lxxvi.*

BALS. *Alij quoque diuersi canones statuerunt, quando debeat fieri synodus à prouincialibus, vt soluantur ecclesiasticæ quæstiones. Dicit autem etiam præsens canon, vt tempore synodi: id est autem x. calend. Septembris. xxj scilicet mensis Augusti, Calendæ enim sunt primus dies mensis, dies Paschæ declaretur, vt cognoscatur ab omnibus qui sunt in Africa. Ac in hu quidem consistit canon. Quia autem nec à præsenti canone, nec ab alio cognoscitur dies Paschæ institutio. Nam lxxvij. canon sanctorum Apostolorũ statuit, vt nos post vernum æquinoctium Pascha celebremus: & nihil aliud, existimauimus oportere nos per præsentis canonis interpretationem docere eos qui velint, quomodo inuentatur dies legalis seu Iudaici & Christiani Paschæ. Sed etiam tempora quo abstinetur à carnibus. Consentaneum enim est, fieri posse, vt orthodoxus quispiam, in loca vbi hæc non curantur, nec cognoscuntur incidat: & per ignorantiam non conuenienti tempore vel à carnibus abstineat, vel pascha celebret. quod non est condonandum. Ante omnia ergo sciendum est, quòd nisi quis legalis Paschæ diem nouerit, non potest scire quando Christianum Pascha fieri debeat. Præterea sciendum est, quòd legale Pascha fit à xxi mensis Martij, vsque ad xxviij Aprilis. Christianum autem à xxij Martij vsque ad xxv. mensis Aprilis. Hu autem sic primum consideratu, si velis Iudaici Paschæ diem exactè scire, & itidem Christiani, quære primum & inuenti circulum lunæ, qui sic inuenitur: Numera annos à creatione mundi, & in xix ea subtrahe: & quæ remanserint, lunarem circulum declarabunt. Deinde etiam inuenti solarẽ circulum hoc modo: Numera annos à creatione mundi, & ea subtrahe in xxviij. & quæ restant dic ea solarem circulum declarare. Circuli quidem lunæ, qui sunt xix. incipiunt à mense Ianuario. Circuli autem solis, qui sunt xxviij. numero, incipiunt à mense Octobri. Cùm ergo circuli lunæ & solis sic inuentiantur, multiplica vndecies tunc currentem lunæ circulum. Deinde adde vsque ad xi. circulum pro temporibus quæ præterierunt, sex dies qui epacta, seu adductiũ dicuntur. Post xvj. vsque ad xix. circulum, adite similiter septem dies. & postquam feceris vniuersorum horũ die-*

rum vnionem, ſubtrahe eas in xxx. & poſtquam veneris ad minorem quantitatem xxx. dierum, tu eos tene manibus, & contunge in iis ex menſe Martio vel etiam Aprili dies quot ſufficiant vt fiat quantitas l. & dic ſtatim in fine quinquagenarij debere eſſe Paſcha legale. Vt autem quod dicitur fiat per exemplum apertius, quære incipiendo anno domini Chriſti clxxxvi. Paſchales dies, & dic hoc modo: Circulus lunæ eſt eo anno xvij. qui per vndecim multiplicatus efficit dies 187. Vndecies enim xvij. ſunt, clxxx vij. Hu adiecto pro temporibus, vt dictum eſt, diebus quoque ſeptem, efficitur quantitas dierum cxciiij. Qua quidē quantitate ſubducta in xxx. relinquūtur dies xiiij ſexies enim xxx. ſunt clxxx. Vt ergo fiat quantitas dierum l. quo inueniatur dies Paſchæ legalis, iunge dicto xiiij. diebus xxxi. diem Martij, & Aprilis dies quinque. & ſic cum l. dierum quantitatem effeceris, dic debere fieri Paſcha legale, quinto die menſis Aprilis. Quia autem menſis quidem dies ſic comprehenditur, ſeptimanæ autem dies incertus eſt, opus eſt te quoque eam doceri. & quia hoc anno circulus ſolis eſt xxij. circularem hanc quantitatem tene tuis manibus, & iunge ei pro vnoquoque triennio propter biſſextum diem vnū, ſcilicet pro xxij circulis dies quinque, qui etiam epactæ dicuntur. Ita iunge hu, ſiquidem legale Paſcha inuenitur in menſe Martio, ratione præteritorum menſium, qui numerantur à mēſe Octobri, dies xi. ſcilicet pro Octobri dies tres: eo quòd habeat hic menſis dies xxxi. pro Nouēbri, duos dies, quòd u habeat dies xxx. & pro Decembri & Ianuario dies vi. quòd vtraſquiſque eorum habeat dies xxxi. pro menſe autem Februario nihil adicies, eo quod ei deſit. Si autem inuenitur Paſcha legale menſe Aprilis, vt ſit in præſenti tempore, adice etiam tres alios dies pro menſe Martio: vt ſint pro menſibus dies xiiij. Legitimo ergo Paſchæ die inuento, vt diximus, in quinto menſis April. iunge hu xxij. dies ſolaru circuli: & ex biſſexto quinq; qui etiā dicuntur epactæ, & xiiii. mēſiū, & redige eos omnes in quantitatem dierū xlv. & eos rurſus reſolue in ſex ſeptimanas ſic dicēdo, ſexties ſeptēquadraginta duo, inuenies reliquos dies iiij. fieri ſcilicet Paſcha legale quinto die mēſis April. qui eſt quartus dies ſeptimanæ. Quia ergo traditio eſt eccleſiaſtica poſt Paſcha legale fieri chriſtianum, in vna & eadē ſeptimana in primo die, dic debere neceſſario fieri Paſcha Chriſtianū, ix. die April. Hu ergo ita ſe habentibus, ſi à die Paſchali dies lvi. ſubduxeru, inuenies tēpus abſtinendi à carnibus. Si autē nolu cognoſcere tēpus abſtinendi à carnibus, ſubductione lvi. dierū, ſed cū maiori facilitate, quia nūc eſt biſſextus, adice dies iiii. & dic, ix. & iiij. tredecim. Vt ſit tempus abſtinendi a carnibus Februarij xiij. Hoc autē fit propter biſſextum. Si enim non eſt biſſextus, non adiiciuntur dies iiij. ſed tres. Quia autem in diuerſis locu biſſexti meminimus, debes ſcire quod vnuſquiſque annus habet ccclxv. dies. Qui ergo annos & menſes in quantitatem redegerunt, ſtatuerunt vt menſi Februario adiiciantur ſuperabundantes horæ vltra ccclxv. dies. Et ideo habet menſis Februarius poſt vnūquodque quadriēnium, numeratum à primo ſolari circulo, dies xxix.

Can. lxxvij. Non debere epiſcopum hoſpitio exceptum ſedere in cathedra, in qua hoſpitio excipitur. Similiter placuit, vt nulli liceat interceſſori tenere cathedram cui interceſſor datus eſt, propter quæcunque populorum ſtudia, vel diſſenſiones: ſed ſtudere eis intra annum epiſcopum prouidere. Si autem prēter hęc fecerit, poſt anni finem, alius interceſſor eligatur.

BALS. *Cùm olim vacaſſet epiſcopus, pro pacificando populo mittebatur aliquis, quem etiam mediatorem nominabant. Dicit ergo canon eum non debere epiſcopatum ſibi vendicare. Sed niſi potius ſtudium adhibuerit, vt fiat epiſcopus, eum debere à mediatoru munere remoueri, & alium eligi. Quæ autem de eo mediatore dicuntur, hodie non ſunt in vſu: ſed omnino neceſſe eſt, vt ſi fieri poteſt mox eligant eccleſiæ: & ideo nec nos plura ſcripſimus. Hic autem mediator erat epiſcopus, vt apparet ex titulo canonis.*

Ca. lxxviij. De defenſoribus eccleſiarum qui debent peti ab imperatoribus. Omnibus viſum eſt petere ab imperatoribus, propter pauperum vexationem, propter quorum oppreſſiones aſſiduè moleſtia afficitur eccleſia, vt iis defenſores cum epiſcoporum prouidentia eligantur aduerſus diuitum tyrannidem.

BALS. *Neceſſe habent omnino epiſcopi eos qui iniuria afficiuntur defendere. Quia autem nonnulli, vt eſt veriſimile, epiſcopi, cum de pauperibus & afflictis dicerent, non exaudiebantur, ſtatuerunt patres vt Imp. admonerētur, vt cum epiſcoporum electione ab eu darentur defenſores pro repri menda diuitum tyrannide. Vt ſi ceſſet aſſidua eccleſiarum perturbatio, qua ab eu afficiuntur qui ad eas accedunt, quòd à potentioribus iniuria affecti ſint. Ac in hu quidem conſiſtit canon. Tu autem*

ſciat

ſciat quòd defenſorum datio, qui ἔκδικοι Græcè dicũtur, ſiue à præſenti canone cœpit initium, ſiue etiã antea cognoſcebatur, per vniuſcuiuſque vrbis incolas fiebat. Eſt autẽ etiam iuſtiniani nouella xv. quæ eorum electionem ac promotionẽ deſcribit, & ſtatuit vt vnaquæq; ciuitas ex epiſcopo & clericis & ciuibus paulo melioris exiſtimationis defenſores ſufficientes ad quantitatem multitudinis ciuitatis, vt ipſi dicent vſque ad quantitatem triginta numiſmatũ. & criminales cauſas & leuiores, nec permittant potentibus vt imbecilliores & pauperes opprimant, & reprimant publicorum exactores, qui plus quam par eſt exigunt. Cognitam hæc quoque nouella, quæ eis alia priuilegia largitur, adiecit, vt poſt biennium deſiſtant qui hoc munus tanto tempore obtinuerunt, & alij promoueantur. Hæc autem nouella hic ſita non eſt, eo quòd in non vſu nec dicuntur eſſe in vlla ciuitate eiuſmodi defenſores. A ſolo autem Conſtantinopolis epiſcopo charactherem ſuſcipiunt defenſores, & qui primi defenſores dicũtur. A reliquis autem antiſtitibus, ſoli primi defenſores. Atque in quidem nullum habent priuilegiũ ex iis quæ nouella continentur. Solus autẽ primus defenſor ſanctiſſimæ dei magnæ eccleſiæ, & qui eũ ſubſunt defenſores, ſolas libertatum cauſas iudicant. Dicunt autem quidam, quòd ex dicta nouella primus defenſor tantus habet iudicandi omnes qui ad eum accedunt de cauſis ciuilibus & criminalibus leuioribus, cuiuſcunque ſint ſtatus & conditionis actores & rei, & maximè quando cauſæ quantitas non excedit xxx. numiſmata, & licet eis reprimere iure eccleſiaſtico potentiorum iniurias, & in ſuũ forũ trahere omnes qui dicuntur iniuria afficere eos qui ad eccleſiam confugiunt: nec coguntur eos ad ciuile forum mittere, vt fit hodie. Sed & liber qui [illegible] ſeu de primo defenſore legitur, dat ei multa priuilegia. Atque ipſi quidem hæc dicunt. Quæ autem nobis de primo defenſore videntur, tractata ſunt in tomo à nobis ſcripto de chartophylacio & protecdicio, & de iure ipſorum, quem quæſo, & lege diligenter cum bonus ſis.

De epiſcopis qui in ſynodis non ſe ſiſtunt. Similiter placuit vt quotieſcunque ſynodum conuenire oportuerit, epiſcopi, qui nec ſenectute, nec imbecillitate, nec vlla grauiſſima neceſſitate impediuntur, vt par eſt, ſe ſiſtãt: & ſuæ cuiuſque prouinciæ primatibus de omnibus epiſcopis oſtendatur, vel duæ vel tres claſſes fiant: & ex vno quoque numero vicißim, quicunq; ad diem ſynodi electi fuerint, ſe inſtantiſſime ſiſtant. Si autẽ ſe ſiſtere nõ poſſint, cum multę ſimul exoriantur neceſſitates, niſi ſui impedimenti rationẽ ſuo primati reddiderint, debeãt ij ſuæ eſſe eccleſiæ communione contenti. *can. lxxix. Diſt. 18. vt quotieſcũq.*

BALS. *Petit hic canon vt epiſcopi vniuſcuiuſque prouinciæ ad præfixas ſynodos conueniant, qui non propter ætatem, vel valetudinem, vel aliam neceſſitatem impediuntur. & cum congregati fuerint, ſignificent metropolitano prouinciæ in qua eſt vnuſquiſque & ex vnoquoque numero, ſiue duæ, ſiue tres fiant congregationes. Forte enim ne vel in habitationibus vel in rebus neceſſarijs in anguſtias adducerentur, non in vnam vrbem conuenerunt, ſed in duas vel tres metropoli propinquas. Præfixè autem ſe ſiſtere, hoc eſt ſine vlla dilatione. Vicißim autem. Neque enim in vno die ſoluuntur ſynodi, ſed in pluribus. Si autem ſe ſiſtere non poßint, quòd à repentina neceßitate impediantur, exponant primati rationem impedimenti. Si autem hoc non fecerint, ſola ſuæ eccleſiæ communione contenti ſint, alius vnà cum ipſis non communicantibus. Et in hu quidem conſiſtit canon. Tu autem nota nouum excommunicationis genus. Alij enim canones accipiunt excommunicationem, quod quidem attinet ad epiſcopos, vt nihil ſacerdotale obeant. Præſens autem canon eos a ſacro miniſterio non impedit, ſed ſeparat à reliquorum fratrum communione.*

De Creſconio. De Creſconio Balarecenſio hoc omnibus viſum eſt, vt is ſimiliter Numidię primati ſignificetur, vt ipſe ſciat ſe debere ipſum memoratum Creſconium ſuis literis ad conueniendum adhortari, vt non differat ſuam exhibere præſentiam ſynodo Africanæ. Si autem venire neglexerit, ſciat eſſe aduerſus ſe ferendam ſententiam. *can. lxxx.*

BALS. *Per Creſconium imponit canon neceßitatem epiſcopis, vt in ſynodu inexcuſabiliter conueniant: & in qui conuenire negligunt, condemnationem comminatur. Eius autem formam non dicit. Sed vj. canon vij. ſynodi, magiſtratus quidem qui impediunt, quominus fiant annuæ ſynodi, ſegregan*

dos decernit. Metropolitanos autem qui sine iusta causa hæc negligunt, canonicis pœnis subiiciendos. Quænam sint autem ea pœna, expresse scriptum non est. Vt est ergo verisimile, ea sunt quæ in superiore canone continentur. Lege & dicti vj. can. syn. vij. & vj. can. syn. in Trullo, & quæ in hu scripta sunt.

Can. lxxxi.

De curatoribus ecclesiæ Hipponensis. Rursus placuit, quoniam ecclesiæ Hipponensis curatorum destitutio non est diutius negligenda, & quia ecclesiæ quę illic sunt, detinentur ab iis qui prodigiosam Æcytij communionem recusarũt, missis ex præsenti synodo episcopis, Rhegino, Alypio, Augustino, Materno, Theasio, Euodio, Placiano, Vrbano, Valerio, Amœbio, Fortunato, Quodvultdeo, Honorato, Ianuario, Apto, Honorato, Ampelio, Victoriano, Euangelio, & Rogatiano: & congregatis ac correctis iis, qui vituperabili pertinacia eiusdẽ Æcytij fugam expectandam esse existimauerunt, cum omniũ votis is episcopus eligatur. Si autem nolint illi de pace cogitare, re præsulis electioni impedimentum afferant, quominus ordinetur ad vtilitatem ecclesiæ quæ tandiu destituta est.

BALS. *Duæ sunt vrbes in Africa, quæ Hippones vocantur. In vna earum erat Æcytius episcopus, & quia nonnulli aduersus eum insurrexerunt, & cum eo communionem recusarunt, quæ incerta seu informa atque adeò iniusta dicitur, visum est ipsos per quosdam antistites refrænari. Si autem pacem nolint, alium eligi per eos episcopum.*

Can. lxxxij 11. q 3 Rursus constitutum est.

De clericis qui non curant suum intra annum negocium peragere. Rursus decretum est, vt quoties clericis accusatis, & aliquorum criminum in eos dicto testimonio, siue propter probrum ecclesiæ, siue propter reuerentiam, quibus nominibus eis parcitur, siue propter insolentem hæreticorum & gentilium exultationem, si, vt par est, negocium suum defendere & suæ probandæ innocentiæ curam gerere voluerint, hoc intra anni excommunicationem faciant. Si autem intra annum causam suam purgare neglexerint, nulla eorum deinceps vox omnino admittatur.

BALS. *Præsens canon statuit, vt qui propter crimina sunt accusati, siue aduersus quos testimoniũ dictum est ex præsumptione, curent vt causa aduersus eos intra annum peragantur. Si minus, excludantur. Hæc autem hodie non sunt in vsu: eo quòd ex diuersis nouis criminalis causa in perpetuum tempus extendatur.*

Can. lxxxiij Dist. 58. si quis de alterius.

Vt eos qui ex alieno monasterio susceptí sunt, nec monasterij prefectos, nec clericos ordinare liceat. Similiter placuit, vt si quis alieni monasterij aliquem susceperit, & vel ad clericatum adducere, vel monasterij præfectum constituere voluerit, episcopus qui hoc facit, à reliquorum communione seperatus, sit sola sui populi communione contentus. Ille autem nec clericus, nec præfectus permaneat.

BALS. *Præsens canon punit episcopum, qui monachum ex alieno monasterio susciþit, & eum in clerici gradum promouit, vel in sui monasterij præfecturam, & eiusmodi monachum, qui in clerum admissus est, vel etiam monasterij præfectus creatus est, clero & præfectura expellit. Ne ubi autem repu-*

repugnare videatur iiij. non syn. quæ in sanctorum Apostolorum æde constituta est, statuens esse in episcoporum potestate, non solum monachos ex hoc monasterio in aliud transferre, sed etiam eos secularibus adibus præficere. Sed dic, quòd hic quidem prohibitum est episcopo, ex aliena regione recipere, vel cum etiam præfectum, vel clericum constituere. Illic autem episcopo permissum est monachos à propria regione transferre, vel ab hoc monasterio in aliud, vel etiam in seculari administratione constituere: quod præter mentem propriorum episcoporum nequit fieri. Præsens autem canon tunc locum habebit, quando monachus non affert ex aliena regione dimissorias literas episcopi. Tunc enim citra impedimentum fiet in aliena regione monasterij præfectus & clericus. Quod autem fit hodie à monasterij præfectis, vt eos qui sibi subsunt cum literis dimittant, vt possint esse monachi in alieno monasterio, non est vt mihi videtur, firmum & accuratum. Episcopalibus enim dimissoriis magis opus est et qui migrare voluerit, non autē monasterij præfecti. Episcopo enim magis subiecti sunt monachi quàm monasteriorum præfecti. Hæc autem locum habebunt in cæteris episcopis, non autem in patriarcha Constantinopolitano. Ei enim, vt sæpe dictum est, permissum est monachos & clericos ex regionibus alienis, nec eius sedi omnino subiectis, accipere. Sed non itidem Antiocheno throno, vel Hierosolymitano.

De episcopis hæreticos vel Græcos hæredes relinquentibus. Similiter definitum est, vt si quis episcopus, hæreticos aut Græcos, siue sint cōsanguinei, siue à consanguinitate alieni, hæredes ecclesię prætulerit, etiam post mortem ei dicatur anathema: & nomen eius inter dei sacerdotes minimè referatur: nec possit excusari, si intestatus excesserit, quoniam cum factus est episcopus, iustam debet facere rerum suarum dispositionem, suę professioni conuenientem. *Ca. lxxxiiij*

BALS. *Omnis episcopus, postquam electus fuerit, debet res suas describere: & si hoc fecerit secundum canonem Apostolicum, potest secundum leges de rebus suis disponere. Dicit ergo præsens canon, quòd si episcopus, qui res suas descripsit, moriens testamentum fecerit, & hæreticos hæredes suos subscripserit, sive sint eius cognati, sive alieni, & ecclesiam prætermiserit, anathemati etiam post mortem subiicietur: & nomē eius è sacerdotū memoria delebitur. Ac ipse quidē sic punietur: eius autē testamentum, vt iniustum, & contra leges factum, infirmabitur. Porro hæretici quoque hæredes nihil accipient, tanquam nec episcopus videatur mori intestatus: & quæ sequuntur. Hoc est, si eius testamē tum infirmetur, vt dictum est, non poterit inuenire defensionem, vt non ex eius voluntate sua administrentur. Videlicet si in vitu esset, sui testamenti infirmationem non incusaret. Cùm enim factus esset episcopus, debebat secundum leges & pro sui reginiis dignitate disponere, non autem contra leges & dignitatem antistitis. Quæ est enim communio orthodoxo cum hæretico? Hæc est canonis interpretatio, vt mihi quidem videtur, & lege xxiiij can. syn. Antioch. & cap. viij. x. titu præsentis operis & cap. x. iij. titu. v. lib. Impe. quod est cxxxij. nouella, quæ docet, episcopū & clericū qui intestati moriuntur, ab ecclesijs succedi. Nec tibi repugnare videatur nouella imperatoris domini Constantini Porphyrogennetæ, quæ tractat eu qui sine libris ab intestato moriuntur, non succedere ex linea transuersa cognatos: sed tertiam partem bonorum eorum qui sic moriuntur, ad pias animæque salutares elargitiones procedere, cum eo etiam collectu precio seruorum eius qui mortuus est, vt pote is eo ipso liberatus. Hæc enim nouella de laicis loquitur & solis, sicut prædicta Iustiniani nouella locum habet in episcopis & clericis, qui ab intestato moriuntur.*

De manumissionibus. Similiter placuit, vt de manumissionibus quæ fiunt in ecclesia, ab imperatore petatur. *Ca. lxxxv.*

BALS. *Serui propter aliquas causas ad ecclesias accedentes, episcopali cognitione manu mittebātur. Sed quia eorum domini ipsos in seruitutem redigere conabantur, visum est vt imperator de iis admoneretur, vt reprimeretur dominorum potentia. Atque in hu quidem consistit canon. Tu autem scias quòd ex libro qui est recōditus in secreto primi defensoris, qui habet ea quæ sunt cōstituta à claro sanctissimæ magnæ ecclesiæ extructore imperatore Iustiniano, magna habēt priuilegia serui qui à parte ecclesiæ sunt manumissi. Lege & xxvi. titu. xl viij. libri, qui docet de seruis qui manumittuntur. Et nouellam clari imperatoris domini Alexij Comneni, quæ statuit non habere locū leges de contraria testium productione, quando quis contendit de libertate: sed solam fieri testium productionem ab eo qui in seruitutem ducitur, vel in libertatem proclamat.*

Ca. lxxxvi De consecr. Dist. 1. Placuit.

De fictis martyrum monumentis. Similiter placuit, vt omnia per agros & vineta altaria, veluti in memoriam martyrum constituta, in quibus nec reliquiæ vel corpus martyrum situm ostenditur, à loci episcopis, si possit fieri, subuertantur. Si autem hoc propter populares tumultus non permittitur, admoneatur tamen populus, ne in ea loca turbæ deducantur: & vt qui rectè sentiunt, nulla eorum locorum superstitione alligẽtur. & omnino martyrum memoria non peragatur, nisi vtique vel corpus, vel aliquæ sint reliquiæ, vel alicuius habitationis, vel possessionis, vel passionis antiquitas fideli antiquitati tradita est. Quæcunque enim per somnia & vanorum hominum reuelationes vbilibet constituuntur altaria, ea omni modo reprobentur.

BALS. *Canone cautum est, ne aliter vsquam oratorium excitetur, nisi episcopali permissione, vel etiam præsentia, eo in loco fundamenti oratio peracta, & crucu fixio posita sit, & per sanctorũ martyrum reliquiarum depositionem templum sit consecratum. Quia autem nonnulli, vt est verisimile, per somnia & fictas reuelationes in agru & vinetu præter episcoporum sententiam altaria excitabant, & per improbos hominum cœtus, & falsa somnia, simpliciores decipientes, fidem orthodoxam subuertebant, placuit vt eiusmodi altaria in memoriam forte martyrum constituta, & corpora vel reliquias martyrũ non habentia, neque à principio excitata, quòd sancti in eis habitarint martyres, vel quòd sint eis possessiuncula, vel quòd martyres in ipsis passiones sustinuerint, vel à regionu episcopis, vt dictum est, consecrata non fuerint, subuertantur. Si autem populi, inquit, tumultuantes resistãt, admoneantur, ne in illa loca turbas deducant: neque orthodoxi eorum superstitione alligentur: neque in eis martyrum memoriam celebrent. Nota præsentem canonem, qui est valde vtilis ad rusticanas ecclesias. Multa enim eiusmodi fiunt à vicanis homunculis mulieres diabolico instructu bacchantes & futura forte diuinantes, hominésque quasi à demoniaco spiritu afflatos simulant accipientibus, & ea facientibus quæ ne dicere quidem decet in eiusmodi ecclesiis.*

Ca. lxxxvij

Vt reliquiæ idolorum radicitus extirpentur. Similiter placuit peti à clarissimis imperatoribus, vt reliquiæ idololatriæ nõ solum quæ sunt in statuis, sed quæ sunt in quibusuis locis, vel lucis, vel arboribus omnimodo deleantur.

BALS. *Patres imperatores admonent, vt quæ adhuc relicta sunt idolorum imagines, & vbicunque ea sint, abolcantur.*

Canon. lxxxviij

Vt scribantur & subscribantur, quoties opus fuerit, ab episcopo Carthaginensi nomine omnium episcoporũ epistolæ. Ab omnibus episcopis dictum est, vt si placuerit debere in synodo dictari epistolas, venerandus episcopus in hoc throno præsidens, dignetur sub nomine omnium dictare & subscribere quæ placuerint. Præterea episcopis loci conseruatoribus, qui mitti debent in prouincias Africæ, propter Donatistas, dari literas, quæ mandatum contineant. Quam potestatem ne transgrediantur: & subscripserunt Aurelius episcopus Carthaginensium ecclesiæ, Præsenti decreto consensi, & lecto subscripsi. Similiter & reliqui presbyteri subscripserunt. In hac synodo præcedentia decreta confirmantur. sub clarissimis imperatoribus Honorio & Arcadio Augustis consulibus, vj. cal. Septem-

Septẽbris in ciuitate Mileuitana, in secretario ecclesię, Aurelius episcopus Cartha. ecclesiæ, præsidens in vniuersa synodo, adsistentibus diaconis, dixit, Quoniã sanctissimæ ecclesiæ corpus vnũ est, & omniũ est membrorũ vnum caput, accidit deo volẽte, & nostrã infirmitatem corroborante, vt nos ad hanc ecclesiam accederemus, dilectionis & fraternitatis gratia persuasi. Et ideo vestram dilectionẽ adhortor, quoniã ita credendũ est, nostram ad vos accessionem neq; superuacaneã, neq; esse omnibus ingratam; vt vester omniũ consensus declaretur consentire decretis, quæ olim simul placuerunt, siue in Hipponensi synodo confirmatis, siue postea in Carthaginensi synodo meliore definitis, similiter autem & nunc vobis ordine lectis. Tunc enim vestrę fraternitatis consensus luce clarior apparebit, si ea quæ à nobis in superioribus synodis legitimè definita sunt, nõ solum nostris in præsentibus actis consensibus, sed etiam subscriptionibus declaraueritis. Xantippus primæ Numidiæ sedis episcopus dixit, Credo quod vniuersæ vestræ fraternitati placuit. nos autem nostro signo subscribentes placere confirmamus. Et quæ decreta fuerant, propria manu confirmarunt. Ægytius episcopus primæ cathedræ Mauritaniæ Sitifensis dixit. Lecta decreta quoniam non carẽt ratione, & ab omnibus confirmata sunt, meæ quoque præterea paruitati placent, quæ propria scriptura confirmabo.

BALS. *Cùm Aurelius episcopus Carthaginensis æquum cẽsuisset, vt omnes episcopi in quæ decreta erant consentirent, vel se consentire ostenderent, dixerunt omnes se ea recipere quæ in diuersis synodis constituta sunt: & propterea propria scriptura ea confirmauerunt.*

De ordine episcoporum. Vt qui posterius ordinati sunt, prioribus non se audeant præponere. Valentinus episcopus dixit, Si vestræ patientiæ bonum permittat, narrabo quæ priori tempore in Carthaginensium ecclesia facta, & fratrũ subscriptionibus apertè confirmata sunt, nos etiam seruaturos profiteor. Illud itaque scimus inuiolatam ecclesiasticam semper seruari disciplinam, vt nullus ex fratribus audeat vnquã se iis præponere qui ante ipsum fuerunt. Sed & quæ charitatis ordinibus, semper prioribus præbita sunt, ea consequẽtes libenter susceperunt. Hunc ergo ordinem iubebit vestra sanctitas melius vestris edictis confirmare. Aurelius episcopus dixit, Nõ oportebat nos hæc quidẽ repetere, nisi forte insipiẽtes aliquorũ cogitationes exortæ essent, quæ nostros sensus ad hæc decreta excitarẽt. Sed quia hęc cõmunis causa est quã nũc ostendit frater & coadiutor noster, vt vnusquisq; nostrum cognoscat ordinem sibi à deo decretũ: & vt posteriores prioribus

Canon lxxxix.

deferãt, & nõ audeant præter eorum ſententiã aliquid agere. Propterea dico quẽadmodũ mihi venit in mentẽ, eos qui illos contẽnunt qui ante ſe ſunt, & aliqua temere audent, conuenire ab omni ſynodo arcere. Xãtippus epiſcopus primæ cathedræ Numidię dixit, Audiuit omniũ fratrũ prẽſentia conſequẽtiã confratris & conſacerdotis noſtri Aurelij, quid adhæc reſpondetur? Diatimus epiſcopus dixit, Quæ ab antiquorũ ſuffragio definita ſunt, ea veſtro conſenſui tradẽtur, vt quæ cõtinentur in actis priorũ ſynodorũ in Carth. eccleſia, veſtro conſenſu cõpleta, firma apud omnes ſeruẽtur. Omnes epiſcopi dixerunt, Ipſe ordo à patribus & ab antiquis ſeruatus eſt: & à nobis dei permiſſione ſeruabitur, ſeruato vtiq; iure primatũ Numidiæ & Mauritanię ex indice & matrice Numidię. Deinde placuit epiſcopis, qui in hac ſynodo ſubſcripſerunt, vt matrix & archetypus Numidiæ ſit etiam in prima cathedra, & in Metropoli Conſtantini.

BALS. *Vt videtur, non erant ordinati, nec conſtituti throni eccleſiarum: & propterea ſtatuerunt patres eos præponi qui prius ordinati fuerant. Hoc autem hodie locum non habet: ſed ſecundum declarationem factam ab imperatore domino Leone ſapiente, quæ in ſanctiſſimæ magnæ dei eccleſiæ Cartophylacio repoſita eſt, eccleſiarum throni honorantur. Ius autem prioritatis, ſi ita dici poſſit, in clericorum ordinibus locum habet. Honoratur enim vnuſquiſque prout eſt prior tempore: in gradu autem omnium eccleſiaſticorum officiorum hoc non ſeruatur: ſed ex voluntate antiſtitum qui eos ordinant ſtatus eorum honoratur, quod officia gradus abuſiuè vocentur. Gradus enim & ordines propriè dicimus ſacerdotum coordinationem, diaconorum, ſubdiaconorum, & lectorum.*

Can. xc. De Quodvultdeo epiſcopo. Præterea de Quodvultdeo Cẽturiato, quoniã cũ aduerſarius eius petiuiſſet vt ad noſtrã ſynodũ deferretur, interrogatus an velit cum ipſo apud epiſcopos experiri, primũ quidem eſt pollicitus: alio autem die hoc ei nõ placere reſpondit, & receſſit placuit: omnibus epiſcopis vt nemo ipſi Quodvultdeo cõmunicet, donec eius negociũ finem acceperit. Ei enim auferri epiſcopatũ, ante ſui negocij exitũ, nulli poteſt Chriſtiano videri.

BALS. *Accuſauit quiſpiam dictum epiſcopum. Et accuſatus interrogatus eſt, an velit cum aduerſario apud ſynodum litigare. Is autem pollicitus paulo poſt recuſauit, & receſſit: & ſynodus decreuit neminem ei communicare, donec fuerit iudicatus. Epiſcopatum autem ei nõ auferre, donec fuerit ſolutum aduerſus eum iudicium. Eſt enim epiſcopus, nec ex epiſcopatu detruditur.*

Can. xcj. De Maximiano epiſcopo. De Maximiano autẽ epiſcopo Bagatenſe placuit literas dari ex ſynodo, & ad ipſum, & ad populum, vt & ille cedat epiſcopatu, & illi alium ſibi quærant.

BALS. *Hic canon eſt perſonalis & interpretatione non eget.*

Can. xcij. Vt epiſcopi qui ordinãtur ab iis qui ipſos ordinãt, epiſtolas accipiãt, in quibus dies & cõſul proferatur. Deinde placuit, vt qui poſthac ordinãtur per Africæ prouincias, ab iis qui illos ordinant, literas accipiant ipſorum manu ſubſcriptas, cõſulem & diem continentes: vt nulla de poſterioribus vel prioribus cõtro-

trouersia exoriatur.

BALS. *Hic quoque canon est inutilis, eo quòd prior creatio non adiuuet episcopos: in aliis autẽ gradibus ecclesiasticis est vtilis. Fiunt enim, vt hoc canone comprehenditur, in qui ordinantur pittacia cum mensium ac dierum supputatione ad prioris creationis declarationem. Lege etiam lxxxix. can. præsentis synodi, & eius interpretationem.*

Vt qui semel in ecclesia legerunt, non possint ab ecclesiis promoueri. Similiter placuit, vt quicunque in ecclesia vel semel legerit, ab alia ecclesia ad clericatum non detineatur. Et subscripsit Aurelius episcopus ecclesiæ Carthaginensis, Præsenti decreto consensi, & lecto subscripsi. Similiter & reliqui episcopi subscripserunt. Can. xciij.

BALS. *Nonnulli quidem dicunt de hoc canone, quòd vult clericum, qui est in ecclesia ordinatus, non admitti nec ordinari ab alio episcopo, si vel semel tantum in ecclesia legerit. Ad suam enim causam defendendã allegabant, quod non existimaretur clericus eccl sia, qui in ea semel legit. Alii autem dicunt hanc non esse satis firmam rationem. Ex eo enim quòd ordinatus fuerit & characterem susceperit, fit quispiam clericus, etiam si in ecclesia non legerit: & interpretantur canonem de iis qui solam tonsuram ab antistite acceperunt, & ex consuetudine tanquam pro forma lectionis dixerunt epistolam ad Timotheum, seu, fili Timothee sis sobrius in omnibus: & dicunt ex præsenti canone non posse eos à manu eius qui illos ordinauit, propter solam episcopi tonsuram, sine eius voluntate transire, & ad aliam ecclesiam transilire. Etsi enim non sunt in clerum ordinati, sed tamen episcopalem tonsuram susceperunt: & existimantur esse pars ecclesiæ eius qui illis manus imposuit. Et ij videntur canonem accuratius interpretari.*

In hac synodo declarantur quæ gesta sunt à legatis episcopis vltra mare missis, sub clarissimo Imperatore Theodosio Augusto, & Rumorida illustrissimo consule, viij. calend. septembris, Carthagi. in ecclesia Secundi.

Aurelius episcopus in tota synodo præsidens, adstantibus episcopis dixit, Ratione exigente vestra fraternitas à mea mediocritate in hanc synodum deducta est. Iam olim enim, vt vestra meminit sanctitas, dicta synodo misimus fratres nostros vltra mare legatos: quos oportebat in vestræ sanctitatis conuentu progressum obitæ legationis narrare. Nam & si hesterno die de re eadem sedentes ex rebus ecclesiasticis diligẽter ea quæ fecerunt tractauimus, oportet tamen hodie hesternæ diei tractatum actis ecclesiasticis confirmare, propter episcopos prouinciarum Africæ, qui in præsenti synodo non aderant. Rerum itaque ordo exigit, vt in primis à fratribus & cõsacerdotibus nostris, qui ad hanc synodum, siue ex Bizacio, siue ex Mauritania accesserunt, quæramus, quomodo conferre statuant præsenti synodo. Et cùm attulissent Flogius, Getabinustianus, Felicianus episcopi Byzacenæ regionis literas legationis, quę & lectæ sunt. præterea autẽ cũ attulissent Lucianus & Siluanus legati Mauritaniæ regionis Sitifensis literas legationis, eæq; lectæ essent, Aurelius episco. dixit, Horum scriptorum contextus actis cõiungatur. De Byzacij episcopis Numidius episcopus dixit, Animaduertimus confratres & coëpiscopos nostros Byzacenæ regionis, & Mauritaniæ Sitifensis ad

synodũ legatos misisse: nũc quæramus an legati Numidiæ accesserunt, vel Tripolitanę scilicet regionis, vel etiã Cęsarianæ Mauritaniæ. De Mauritaniæ Sitifensis episcopis, Lucian⁹ & Siluanus episcopi, Mauritanię Sitifensis regionis legati dixerunt, Sero ad Cæsarianæ fratres nostros synodica peruenit. Illi enim deinceps anticipassent, omnino tamen venient: & de eorum animis confidimus, quòd si quid vnquam in hac synodo fiet, ipsi quoque sine dubio priuatim assentientur. De Numidiæ episcopis Alypius Numidiæ ecclesiæ episcopus dixit, Nos quidem ex Numidia venimus, ego & sanctissimi fratres, Augustinus & Posidius. Sed legati è Numidia mitti non potuere, quòd sint in maximis perturbationibus. Tyronati etiam episcopi propriis necessitatibus in suis ciuitatibus impediti retinentur. Nam & vestræ sanctitatis synodalem sanctissimo seni Xantippo postquam detuli, statuit pro pręsenti quæstione synodum indicere, vt plena legatio mitteretur ad hanc synodum. Sed cum ego binis ei literis id in memoriã reuocassem, respondit per proprias literas de impedimento Tyronorum, vt dixi. Aurelius episcopus dixit, Non est dubium quin prædicti fratres & coëpiscopi ex Numidia, quando synodi acta acceperint, statim quoque proprios consensus prębebunt, & ad finem deducere studebunt quæcunque placuerint. Necesse est ergo hoc huius sedis sollicitudine prouideri, vt fiat prædictis manifestum. De Tripolitanis episcopis. De fratribus nostris ex Tripoli cognoscere potui, quòd Dulcitium fratrẽ nostrum miserunt legatum. Sed quia se sistere non potuit, quidam ex nostris filijs hoc affirmarunt, qui ex prædicta regione venerant, quòd prædictus Dulcitius nauem ingressus est: & credendum est aliquam ei moram ex tempestate euenisse, quæ cogit eum tardius venire: tamen de eo quoque, si vestrę dilectioni placeat, eadem forma seruetur, vt quæ synodo visa fuerint ad synodum mittantur. Ab omnibus episcopis dictũ est, Quæ à tua sanctitate definita sunt, placẽt.

BALS. *Multa quidem hæc scriptura persequitur de iis qui loci conseruatores ad synodum non miserunt. Cùm autem aliqui pro eu responderint, visum est eu veniam esse dandam, si illi quoque ea susceperint quæ placent synodo.*

Can. xciij. De conueniẽdis Donatistis. Aurelius episcopus dixit, Quod venit ad vestræ dilectionis tractationem, existimo debere ecclesiasticis actis confirmari. Vestrum enim omnium suggestio hoc proposuit, debere vnumquẽque nostrum in propria ciuitate per se cum Donatistarum principibus congredi, vel sibi alium vicinum adiungere, vt his similiter in vnaquaque ciui-

ciuitate, & loco, per magistratus, vel eos qui primas partes ferunt, in iisdem locis conueniant. Hoc si omnibus placet, edicatur. Ab omnibus dictum est, Omnibus placet: & hoc omnes nostra subscriptione confirmauimus. Petimus præterea, vt epistolis, quę debēt à synodo mitti ad magistratus tua pro omnibus sanctitas subscribat. Aurelius episcopus dixit, Si videatur vestræ dilectioni, forma cōgressionis cū iluis legatur, vt hunc prosecutionis tenorē omnes si placet teneamus. Ab omnibus episcopis dictū est, legatur. Lætus notarius legit.

BALS. *Forma congressionu cum Donatistu, & quæ in præsenti synodo dicta sunt, sunt Donatistis specialia.*

Aurelius episcopus dixit, Quid ab auctoritate amplissimæ illius sedis nobis permissum sit, petimus à vestra veneratione vt legatur, eaq; id ad effectū deduci iubeat. Lecta autē iussione, & actis coniuncta, dixit episcopus vniuersalis ecclesiæ, Quod per vestrā venerationē debet ad Donatistas deferri mandatum, audire, & actis inserere, & ad ipsos deportari curare velitis, & eorū rursus responsionē per vestra acta nobis ostēdere. Vobiscū congredimur authenticè, missi à nostra authentica synodo, cupientes de vestra correctione lętari. Scimus enim dilectionē domini qui dixit, Beati pacifici, quoniā ipsi filij dei vocabūtur. Nos quoq; per prophetā admonuit, vt ijs etiā qui nolunt dici fratres nostri dicamus, Fratres nostri estis. Hanc ergo nostram ex pacifica dilectione ad vos proficiscentē admonitionem pro nihilo ducere non debetis: vt si quid nos veritatis habere existimatis, id apprehendere ne dubitetis, i. l est, vt nostra coacta synodo eligatis ex vobis ipsis quib⁹ vestrę eiusmodi causę probandæ negociū committi debeat. Vt nos quoq; hoc ipsum facere possimus, & ex nostra synodo eligantur, qui debent cum iis qui ex vobis electi fuerint, statuto loco & tēpore, quidquid est cōtrouersiæ, quod nostrā à vobis cōmunionem separat, pacificè examinare, vt vel tandē aliquando auxilio domini nostri antiquus finē error accipiat, ne vtiq; propter hominū persuasionem, imbecillæ animæ, & imperiti populi, sacrilega aliqua separatione pereant. Si hoc enim fraternè admiseritis, veritas facile apparebit. Si hoc autem facere nolueritis, infidelitas vestra statim cognoscetur. Et hac forma cognita, ab omnibus episcopis dictū est, Hoc valde placet. fiet. & subscripserūt. Aurelius episcopus Carthag. ecclesiæ præsenti decreto cōsensi: & lecto subscripsi. Similiter & reliqui episcopi subscripserūt. Hæc synodus aduersus Donatistas legatos ad imperatores misit. clarissimo imperatori Honorio Augusto sextū consuli vj. can. lxxx

cal. Iulias Carthagine in ecclesia Basilicæ Secũdi. In hac synodo legationẽ acceperunt Theasius & Euodus aduersus Donatistas: in qua synodo compositum est commonitorium.

BALS. *Nec ea quæ sunt in præsenti collocutione, interpretatione indigent. Sunt enim Donatistarum specialia.*

Can. xcvi. Commonitoriũ quod acceperũt qui legati fuerũt aduersus Donatistas. Commonitoriũ fratribus Theasio & Euodio, missis legatis à synodo Carthaginensi ad clarissimos & religiosissimos imperatores. Quando dei auxilio ad religiosissimos imperatores accesserint, eis aperiat, quomodo plena libertate in superioris anni synodo Donatistarum primates ad acta ciuilia conuenire admoniti fuere, vt si suũ dogma tueri confiderent, aliquibus idoneis ex eodem numero electis, nobiscũ pacificè contenderent, & mãsuetudine Christiana nobis citra dubitationẽ ostenderent, si quid veritatis tenerẽt. Vt ex eo catholica sinceritas, quæ iã olim superioribus illuxit temporibus, nunc quoq; similiter per contradicentiũ ignorantiã & peruicaciam cognoscatur. Sed quia nõ satis fidebant, ferè nihil ausi sunt respondere. Quare quoniã episcopale & pacificum in eos impletum est officiũ, & illi veritati respondere non valentes, ad execrandas violẽtias conuersi sunt, vt multos episcopos & multos clericos, vt de laicis taceã, insidiis appetant, & præterea etiam aliquas ecclesias inuaserunt, & alias inuadere conati sunt, eorũ est deinceps humanitatis prouidere, vt catholica ecclesia, quæ eos pio in Christo vtero genuit, & fidei cõfirmatione aluit, eorũ quoq; prouidentia muniatur, ne forte audaces & temerarij homines, in religiosis eorum temporibus, terrore aliquo in bonos populos dominatum obtineant: quoniam eos persuadentes corrumpere non possunt. Cognitum enim est, & legibus sæpe proclamatur, quęnam eorum qui separatã habent congregationẽ execranda faciat multitudo, quæ etiã sæpe prædictorum religiosissimorũ imperatorũ decretis condemnata sunt. Aduersus ergo illorũ insanias possumus diuina auxilia consequi, nõ insueta, nec aliena, sed à sanctis scripturis. Quãdo Paulus Apostolus, vt veris Apostolorũ actibus declaratũ est, insolentium & factiosorũ hominũ cõspirationem militari auxilio depulit. Nos ergo hoc petimus, vt vniuersalibus ecclesiarũ ordinibus, in vnaquaq; ciuitate, & in diuersis locis vicinarũ quarumq; possessionum, sine mora custodia & præsidiũ prębeatur. Simul hoc quoq, petendũ est, vt legem latam à piæ memoriæ eorũ patre, Theodosio de decẽ libris auri aduersus hæreticos qui ordinãt & ordinantur, seruẽt. Præterea autem & aduersus

* Ἀγωνιστῶν, circumcellionum.

pos-

possessores, apud quos illorū inuenta fuerit congregatio. Dein de sic eam legē confirmari iubeant, vt aduersus eos valeat, propter quorum insidias, ij qui catholicæ ecclesiæ curam gerebāt per testimonium depositi sunt, vt hoc saltem terrore à faciendis schismatibus & ab hęreticorum improbitate cessent, qui ęterni supplicij contemplatione purgari & corrigi differunt. Illud præterea petendum est, vt eorum pietate lex quæ hucusque durauit, renouetur, quæ nec ex donationibus, nec ex testamentis possint quid quam capere, vel relinquere, & vt semel dicam, propria vel capere vel relinquere tollit potestatem iis qui in propriæ persuasionis insania excæcati sunt, & in Donatistarum errore volunt permanere. Eos autem qui vnionis & pacis contemplatione, seipsos volunt corrigere, supra positæ legis apertus sit sensus, vt accipiant hæreditatem, si iis adhuc ipsis in hæreticorum errore constitutis aliquid ex donatione vel hæreditate obuenit, iis scilicet exceptis, qui postquam in ius vocati fuerint, existimarunt se debere ad catholicam ecclesiam transire. De iis enim credendum est, eos non metu cælestis iudicij, sed terrenæ amplitudinis insatiabili cupiditate catholicam vnionem desideraſſe. Ad hæc autem omnia, auxilio opus est in Donatistis vniuscuiusq; prouinciæ. Porrò & si quid aliud animaduerterint ecclesiasticæ vtilitati conferre, hoc peragendi & perficiendi liberam decernimus legationem. Illud quoque ad hęc placuit, vt literę ex vestro conuentu ad clarissimos imperatores & supereminentes potestates mittantur, quibus certiores fiant omnium nostrum consensu ad beatissimū comitatum missos esse à nobis legatos. Sed quia iisdem literis vos omnes subscribere est tardissimum, ne vniuscuiusque nostrum subscriptionibus eædem literæ onerentur, petimus frater Aureli, vt in his tua dilectio nomine omnium subscribere dignetur. Et subscripserunt Aurelius episcopus ecclesiæ Carthag. Prædicto decreto consensi, & lecto subscripsi. Similiter & reliqui subscripserunt. Literæ præterea ad magistratus mittendæ sunt, vt donec dominus voluerit legatos ad nos redire, præsidium per ordines ciuitatum & possessores prædiorum vniuersalis ecclesię distribuant. Præterea adiungere quoque oportet de Æcytio vt eius impudētia & improbitas à diœcesi extrudatur, quam à curatoribus Hipponensis ecclesię sacerdotali iure sibi vendicat. Porrò literæ quoque ad episcopum Romanæ ecclesiæ de mittendis legatis, mitti debent & ad alios vbi est imperator. Et subscripserunt. Aurelius episcopus

Carthaginenſis eccleſię, preſenti decreto cõſenſi, & lecto ſubſcripſi, ſimiliter & reliqui ſubſcripſerunt.

BALS. *In præſenti quoque ſermone, quæ à patribus aduerſus Donatiſtas ſtatuta ſunt, ſunt ſpecialia, & ad eccleſiarum conſtitutionem non extenduntur. Et ideo nec interpretatione quidem indigent. Quæ in hac ſynodo definita ſunt breuis adiectio declarat. Sub ſtelechione rurſus & Anthemio clariſſimis conſulibus XVij. Cal. Septembru Carthagine, in eccleſia Secundi climatis. Acta præſentis ſynodi propterea integre ſcripta non ſunt, quoniam magis quæ erant pro tempore neceſſaria, quàm vtilia generalia, conſtituta ſunt, propter quæ breuis compoſitio eorum quæ in hac ſynodo ſtudioſe acta ſunt, expreſſa eſt.*

Can. xcvij. Breuiculum capitum. Vt libera legatio ex omnibus prouinciis ad ſynodum mittatur in Mizonium. Legati quoque literas mittere iuſſi ſunt. Quòd debeant emittere liberam legationem, vt quia Carthagine ſolũ vnio facta eſt, literæ mittantur ad magiſtratus, vt in aliis quoq; prouinciis, & ciuitatibus, ipſi magiſtratus iubeant ſtudium adhiberi vnioni. Vt gratiarum actiones ab eccleſia Carthaginenſi pro tota Africa de eiectis Donatiſtis cum literis epiſcopi in comitatum mittantur. Literæ lectæ ſunt Innocentij Papæ, vt epiſcopi temere ad tranſmarinas regiones abire non poſſint. Quod & ipſum epiſcoporum literis confirmatur. Vt pro gratiarum actione de perſequendis Donatiſtis duo clerici Carthaginenſis eccleſiæ in comitatum mittantur.

In hac ſynodo, quædam ex iis quæ ſuperius decreta ſunt, corriguntur, ſub clariſſimis imperatoribus Honorio ſeptimum, *&* Theodoſio ſecundum auguſtis conſulibus.

Rurſus idibus Iuliis Carthagine in eccleſia Secundi climatis, Aurelio epiſcopo ſimul cum ſuis coepiſcopis præſidente, adſiſtentibus diaconis. Quia olim ſtatutum eſt in Hipponenſi ſynodo, vt ſingulis annis plena cogatur ſynodus Africæ, non ſolum hic Carthagine, ſed & in diuerſis prouinciis, & proprio ipſorum ordine hoc quoque ſeruatum eſt, vt nos quidem aliquãdo eam in Numidiam indicamus, aliquando autem in Byzacium, hoc omnibus fratribus laborioſum viſum eſt.

BALS. *Breue ſeu breuiculum dicitur compendioſa ſcriptura. Quæ autem in canone ſequuntur, vt quæ non ſunt vtilia, ne interpretatione quidem digna viſa ſunt.*

Can. xcviij. Synodum non fieri communem & integram, niſi ex neceſſitate. Placuit non eſſe neceſſe fratres ſingulis annis conteri: ſed quoties communis vſus Africæ exegerit, vndique datis literis ad hanc cathedram, debere ſynodum fieri in ea prouincia in qua vſus & commoditas impulerit: cauſæ autẽ quæ nõ fuerint communes, in propriis prouinciis iudicentur.

BALS. *Cùm diuerſi canones ſtatuant quotannis fieri oportere ſynodos, præſens canon non eſſe neceſſe ſtatuit in qui ſunt ſub Africæ ſynodo annuatim Carthaginem conuenire, ſed tum demum quando vſus exegerit, epiſcopu per literas accerſitis, ne conterantur fratres. tanquam autem dixiſſet quiſpiam, A quo autem ſoluentur, quæ emergunt eccleſiaſticæ quæſtiones, dicit, Quòd ſi hæ ſint quidem communes, ſcilicet dogmaticæ, epiſcopi per literas accerſentur: & facta ſynodo ſoluetur dubium. Si autem nõ ſint eiuſmodi, ſed ſpeciales ſeu priuatæ, vt quæ ſunt fortaſſe exortæ inter clericos & epiſcopos, de iis in*

vna-

vnaquaque prouincia quæretur. Quære nota, quòd prouinciales quidem necesse habent singulis annis ad suum primatem conuenire. Reliqui autem, quoties accersiti fuerint. Et ideo ad patriarcham quoque Constantinopolitanum, qui suas habent prouincias seu metropolitani, non coguntur non accersiti singulis annis conuenire, vt qui apud suas ecclesias debeant celebrare synodos, lege vij. canon. syn. in Trullo, & quæ in eo sunt.

Ne ab electitiis iudicibus appellare liceat. Sinautem emissa sit appellatio, & qui appellauit iudices elegerit, & cum illo is quoque aduersus quem appellauit, abhis deinceps nulli appellare liceat. De diuersarum prouinciarum loci conseruationibus diuersarum prouinciarum legationes simul repræsentatæ lubéter admisse sunt, hoc est Numidiarum, Byzacenorum, Maurorum Sitifensium. Similiter autem & Cæsarianorum, & etiam Tripolitanorũ. De exactoribus ecclesiæ. Placuit præterea, vt exactores in omnibus, quæ fuerint ecclesiæ necessaria, quinque eligi petantur, qui in diuersis prouinciis diuidantur. *Can. xcix. 2. q. 6. si antè pronocatum.*

BALS. *Alia quidem præsentis canonis sunt inutilia: quòd autem dicit de electitiis iudicibus, est eiusmodi, Electiui sunt iudices, qui etiam electi dicuntur, qui ex litigantium voluntate iudicant. Dicit ergo canon, quòd si quis fuerit iudicatus, & cum appellauerit, voluerit ab hoc, quisquis sit, episcopo de sua appellatione cognosci, & nec aduersarius ei contradixerit, nulli eorum deinceps licebit appellare aduersus sententiam iudicis, quem vterque aduersarius elegit. Ac in hu quidem consistit canon legibus ciuilibus conuenienter, quæ sicæ sunt in ij. tit. lx. lib. Imperial. & quæ statuunt aduersus electitiorum iudicum sententiam non dari appellationem. Ne dixeru autem hos electitios iudices constitui cum datione pœnæ instar arbitrorum. Si quis autem dixerit, quòd nisi pœnæ stipulatio interceserit, condemnatus sententiæ non parebit, citra vllum præiudicium, audiet quòd si quis cum qui iurisdictionem non habet elegerit, nec pœnam promiserit, si non stet eius sententiæ, sine vllo præiudicio poterit eius sententiam pro nihilo ducere. Quis autem iudicem elegit, ab eius sententia appellare non potest, sicut id ex præsenti canone ostenditur. Hæc autem, vt mihi quidem videtur, seruabuntur in causis ecclesiasticu, vt vult hic canon lex enim ciuilu permittit ei qui iudicem petierit, vel aliquo alio modo elegerit habentem iurisdictionem, à sententia eius appellare.*

Vt ab imperatoribus petatur patronorum assumptio pro capitibus ecclesiæ. Placuit præterea, vt nomine prouinciarum legati qui proficiscentur, Vincẽtius, & Fortunatianus, petant à glorioſissimis imperatoribus, vt detur facultas constituendi defensores scholasticos, quibus hoc ipsum munus negociorũ defendẽdorum curæ sit, & vt tanquam prouinciæ sacerdotes, iidem ecclesiarum defensione susceptа, facile possint pro negociis ecclesiæ, quoties necessitas exegerit ad resistendum iis quę vrgent, & necessaria exponenda, secreta iudiciorum ingredi. *Can. c.*

Liberam esse legationem. Placuit vt liberam legationem habeant, qui ad comitatum missi sunt delecti legati Mauritanorum sacerdotum de Primoso protestatio. Adhęc manifestum est Mauritanos & Cęsarianos suis esse literis per ciuitatis Thẽbesiæ primores testatos esse Primosum esse conuentum, vt secundum imperial. constitutiones sui præsentiam exhiberet, & vt oportuit quę situs ipse Primosus non inuentus est, vt diaconi renunciarunt. Sed quoniam iidem Mauri petiuerunt *Can. cj.*

debere ex omni ſynodo literas mitti venerabili fratri ſeni Innocentio, placuit mitti, vt ſciat Primoſum in ſynodo quæſitũ, & non inuentum.

BALS. *Quæ ſunt in præſenti canone, ſunt inutilia, vtpote ſpecialia, & propterea non ſunt explicata.*

Can. cij. De populis qui nunquam habuerunt epiſcopos. Illud quoque placuit, vt populi qui nunquã proprios epiſcopos habuere, niſi ab vniuerſa ſynodo vniuſcuiuſque prouinciç & primate fiat decretum, & conſenſu illius ſub cuius diœceſi conſtituitur hæc eccleſia, nequaquam admittantur.

BALS. *Hæc in aliu quoque diuerſarum ſynodorum canonibus decreta ſunt, ne fiat ſcilicet epiſcopus in parochia, in qua non conſueuit olim fieri niſi metropolitanus voluerit. (u enim eſt primas prouinciæ) & epiſcopus conſenſerit, ad quem forte pertinet parochia, vt quæ ſit in eius diœceſi. Ac prouinciæ quidem decernet ſynodus, niſi Rex pro ſibi data à ſuperis poteſtate aliquid aliud voluerit. Tunc enim fiet quod eſt decernendum, quemadmodum in diuerſis canonibus ſcripſimus.*

Can. ciij. De populis & diœceſibus, quæ à Donatiſtis conuertuntur, vt ſcilicet illi populi, qui à Donatiſtis conuertuntur, & præter ſynodi ſententiam epiſcopos habuerunt, vt eos ſine cõtrouerſia habeant digni cenſeantur. Qui autem populi epiſcopum habuerunt, & eo mortuo proprium epiſcopum habere noluerunt, ſed ad alicuius alius epiſcopi diœceſin recurrere, id non debet eis negari. Verum enim vero hoc quoque relatum eſt, quòd epiſcopi qui ante legem imperatoriam de vnione allatã populos ad catholicam eccleſiam conuertunt, quos ipſi habebant eos tenere debent. Poſt legem autem vnionis & vltra, oportet omnes eccleſias, & earum diœceſes, & ſi vlla ſint fortaſſe iura, quæ ad ipſas eccleſias pertineant, à catholicis epiſcopis diiudicari, qui ſunt in illis locis in quibus ab hæreticis detinebantur, ſiue ad catholicam eccleſiam deinceps conuertantur, ſiue non, & ſi aliqua eorum poſt legem imperatoriam vſurparunt, debent & hæc reſtitui.

BALS. *Eos qui à Donatiſtarum hæreſi conuertuntur, ſtatuit canon eſſe ſub ſuis epiſcopis, ſi ipſi etiam conuertantur. Alia quoque dicit quæ ſpectant ad ſalutem Donatiſtarum & ſuarum eccleſiarum poſt correctionem.*

Can. ciiij. De relatione Maurentij. Ad relationem & petitionem epiſcopi Maurentij, lecta ſchedula, quam attulit Placentinus epiſcopus, qui Numidiarum legati perſonam ſuſtinebat, quæ ex ipſius Placentini ſententia coram epiſcopis lecta eſt: & quæſitis pro foribus iis qui adeſſe dicebantur, ſenibus ſcilicet ex noua Germania, & nequaquam inuentis, propterea iudicauit ſancta ſynodus vt literæ ad ipſum Xantippum mittantur, vt ſciat quòd pro memorati populi voluntate epiſcopus non fuit contumelia affectus: Maurentius epiſcopus dixit, Quoniã quæſiti ſunt ſenes ex noua Germania ſemel atque iterum, & non ſunt

inuenti

inuenti: quibus erat à Primate denunciatum, vt ad venerãdam synodum quę idibus fieret, se sisterent, omnes suam absentiam procurarunt, & proprerea vestra sanctitas de hac re iudicabit, me non esse conterendum peruicacia illorum calumniæ. Sancta synodus decreuit debere quidem secundum sacerdotale iudicium ab hac synodo aduersus contumaces ferri sententiam. Sed quia mansuetudo ecclesiastica omnibus in rebus seruanda est, promissæ sunt literæ ad senem Xantippum, vt cognoscat iudices electos à synodo, qui deberent sine mora rem examinare in ciuitate Thuberficente, vt ab eis conueniens ferretur sententia. Maurentius episcopus dixit, Iudices peto sanctissimum senem Xantippum, Xãpsichion, Secũdum, & Posidium, hoc mihi decerni iubete. Sancta synodus iudices petitos annuit, reliquos autem necessarios iudices ad numeri complementum ab ipsis ex noua Germania senibus eligi decernit senex Xantippus.

BALS. *Quæ sunt etiam in præsenti canone, sunt specialia, & idcirco non sunt interpretata.*

Vt pacificetur Romana ecclesia & Alexandrina. Placuit præterea vt de dissensione Romanæ & Alexandrinæ ecclesiæ ad sanctissimum Papam Innocẽtium scribatur, vt vtraque ecclesia pacem inter se seruent, quam dominus præcipit. *Can. cliij.*

De iis qui vxores, & iis quæ maritos dimittunt, vt sic maneant. Placuit vt ex euangelica & apostolica disciplina, neque qui ab vxore relictus est, nec quæ à marito dimissa est alij coniungatur: sed sic maneant, vel sibi reconcilientur, quod si neglexerint, ad pœnitentiam cogantur. Qua in re imperialem legem edi petendum est. *Can. clv. 31. qu. 2. Placuit vt secũdum.*

BALS. *Præsens quidem synodus, quæ statuit alij non esse coniũgendam, quæ à suo coniuge discesserit, & contra, nec maritum cum alia cohabitare, sed vel coniugij expertes manere, vel reconciliari, suadet vt iussu imperatorio omnes sic cogantur facere. Tu autem scias quòd cxvij. Iustiniani Nouella, quæ sita est in vij. tit. xxviij. lib. aliter de matrimonij solutionibus statuit, & lege lxxxvij. can. syn. in Trullo, & quæ in eo sunt. Quæ enim in hoc canone continentur, cum sint multo antiquiora, exoleuerunt.*

De precibus quę debent fieri ad altare. Hoc quoq; placuit, vt precationes quæ in synodo confirmatæ sunt, siue præfationes, siue commendationes, siue manus impositiones ab omnibus peragantur, & omnino aliæ aduersus fidem nunquam proferantur: sed quæ à sapientioribus collectæ sunt dicentur. *Can. clvj.*

BALS. *Vt est verisimile, quidam episcopi aggrediebantur dicere precationes insuetas, vel in initio glorificationum, vel in commendationibus, seu in medio, vel etiam tempore manuum impositionu. Hoc ergo vetantes patres, dicunt eas solas debere dici precationes, quæ prius constitutæ sunt, seu quæ sunt consuetæ. Et hæc quidem præsens canon in synodo autem huius reginæ vrbium diuersa fuerunt edicta, significantia eos sacrorum celebrandorum suspensione esse obnoxios Antistites, qui in nobilium & procerum defunctorum memoriis sacrificant, & dicunt laudatorias preces cum tambu, vel etiam soluta oratione. Multi enim hæc facere deprehensi sunt. Similiter & synodali edicto excommunicati sunt lectores quoque, qui in iisdem memoriis musica & organica cantica cantillãt, & pro*

epitaphio epithalamium celebrant. Atque ij quidem recte segregati sunt. Qui autem per pia cantica, naturæ vim non afferentia, & alleluiaria, artificiosam vocu dulcedinem præ se ferentia, hæc faciunt, iniuria segregantur. Non enim luctuose, sed festiue ac panegyrice memorias hodie celebramus, Deo gratias agentes, cui placuit vt is qui defunctus est, cum fide orthodoxa migrare, & qui efficere dignatus sit, vt aperte & cum omni libertate, eos qui ex nostro excedunt sepeliamus, & non vt prius, in angulo abiciamur, quando hæretici quidem vigebant, nostra autem abiecta & afflicta erant. quemadmodũ dicit etiam magnus Gregorius in suo in Iulianum inuectiuus orationibus. Et ideo suffitibus, & lampadibus, & magnifica congregationibus, defunctum excipimus, vt qui sit per baptismum sanctificatus. Psallimus autem & in ipso immaculatum, dicentes ex eius persona. In toto corde meo quæsiui te domine, in corde meo celaui eloquia tua. In via testimoniorũ tuorũ ambulaui, & reliqua, quæcunque dicunt electi eius deo. Nota præsentem canonem propter Antistites qui dicunt insuetas precationes in memoriis, & de alleluiariis qui cantant super mortuos.

Can. cvij. j. q. j. Placuit vt quicũque.

De iis qui publicorum seu secularium iudiciorum cognitionem ab imp. petunt. Placuit vt quicunque publicorum seu secularium iudiciorum cognitionem ab imperatore petiuerit, proprio honore priuetur. Sinautẽ episcopale iudicium ab imperatore petiuerit, nihil ei obstabit.

BALS. Præsens canon clarus est. statuit enim, vt sacrati deponantur, qui iuri suo renunciant, & ab imp. petunt vt publici seu ciuiles iudices causas eorum iudicent: eos autem qui imp. mandata obtinent, vt ab episcopis iudicentur, non vult detrimẽto affici. Lege etiam xv. canonem præsentis synodi, & eius interpretationem: ibi enim de hac fusius loquitur. Et nota, quòd nec cum mandato imperiali. potest sacratus ecclesiastico iuri renunciare: sed si hoc faciat, deponitur. Quid autem si laicus. imp. mandato, in ciuile iudicium, cum qui est sacratus traxerit, ei ne fiet præiudicium? SOL. Dicunt nonnulli eum nullo præiudicio affici, nec locum hic habere fori præscriptionem. Mihi autem videtur, quòd qui sic actionem intentauit laicus, per mandatum scilicet imperiale, præiudicio quidem non afficietur, tanquam qui sacratum ad iudicium incompetens traxerit: cogetur tamen, si causa est ecclesialtica, se in ecclesiastico iudicio sistere, quia imp. mandata secundum leges & canones accipiuntur. Ita mihi intellige etiam xvij. cap. primi tituli, iij. lib. Sed nec pro vlla pecuniaria vel criminali causa episcopum ad magistratũ ciuilem, vel militarem inuitum vel productum vel sisti permittimus sine imp. mandato.

Can. cviij.

De iis qui in Africa non communicant, & volunt transmare se subducere. Quicunque in Africa non communicans, in transmarinas partes ad communicandum se surripuerit, iactu ram clericatus sustinebit.

BALS. Eos qui ab ecclesiis in Africa clanculum defecerunt, & in transmarinis ecclesiis, seu Romæ, sacrificant, deponi iubet canon. Nota ergo, quòd qui sine commendatitijs & dimissorijs literis in aliena regione sacrificant, erunt excommunicati, id est, prohibebuntur celebrare.

Can. cix.

Vt qui in comitatum proficiscuntur, & Carthaginensi & Romano sacerdoti causam suam curent ostendere. Placuit vt quicunq; in comitatũ proficisci voluerit, in dimissoria, quæ ad ecclesiam Romanam mittitur, sit manifestus, & vt illinc præterea accipiat literas in comitatum. Quare si quis, accepta dimissoria, Romam tantum, prętermissa necessitate, propter quã oportet eum in comitatum proficisci, voluerit recta ire in comitatum, communione mouebitur. Sinautem illic Romæ repentina exorta fuerit necessitas eundi in comitatum, ipse Romano episcopo necessitatem ostendat: & deferat exemplum ipsius Romæ episcopi. Dimissoriæ autem, quæ à Primatibus, vel quibuscunque episcopis dantur propriis clericis, diem Paschæ habeant, si autem dies Paschæ eius anni non sit euidens,

eius

eius quod præcessit adiũgatur, quomodo solet scribi post consulatum in iis quæ publicè gesta sunt Placuit & illud, vt aduersus Donatistas, & Græcos, & eorũ superstitiones, missi legati ex hac venerabili syn. quicquid vtile animaduerterint, ab illustrissimis Imperatoribus petãt. Placuit præterea omniũ episcoporum rogatu, vt omnibus quæ dari debent ex hac syn. epistolis tua sanctitas sola subscribat, & subscripserunt. Aurelius episc. Carth. ecclesiæ præsenti decreto consensi, & lecto subscripsi.

BALS. *Præsens canõ decernit, cũ literæ dimissoriis primatu seu metropolitani, proficisci episcopos in comitatum, seu vbi est comes, vel Imperator. Alia quoque decernit specialiter, & quæ non sunt in commune vtilia, & propterea nunc expositæ quidem sunt.*

SYNODVS DE COGNITIONE EPISCOPI.

Sub Basso & Philippo clarissimis consulibus xvj. cal. Iulias Carth. in secreto Restitutę ecclesię. In hac syn. legationem susCan. ex. cepere Restitutus & Florẽtinus episcopi aduersus Græcos & hæreticos, in illo tẽpore quo Seuerus & Macari⁹ depositi sunt: & propter eorũ causam Euodius, Theasius, & Victor episcopi cęsi sunt. Sub clarissimis Imp. Honorio septimũ, & Theodosio tertium Augustis consulibus xvj. cal. Iulias Carth. in Secunda ecclesia. In hac syn. placuit vt vnus episcopus non vendicet sibi cognitionem. Acta præsentis syn. non scripta sunt, propterea quòd in ea regione, & non in commune peracta sunt.

BALS. *Quæ in præsenti canone scripta sunt, vt specialiter prolata, expositione nõ egẽt. Quod autẽ dictũ est, vnũ episcopũ sibi nõ debere vẽdicare cognitionẽ, est accipiẽdũ secũdũ canonẽ xj. præsentis syn.*

SYNODVS ADVERSVS DONATISTAS.

Post cõsulatũ clarissimorũ Imp. Honorij, viij. & Theodosij tertiũ Augustorũ, xvij. cal. Iul. Carth. in ecclesia regionis Secũdæ. In hac syn. legationẽ acceperũt aduersus Donatistas Florẽtin⁹, Posidius, & Melãthius episc. In hoc tẽpore lex data est, vt libera electione vnusquisq; Christianitatis exercitationẽ suscipiat.

BALS. *Duodecimus canon Neocæsariensis syn. eum qui fuerit in periculo, & sic baptizatus fuerit, dicit non promoueri ad sacerdotiũ. Hi quoq; patres decernunt, vt hæretici spõte liberáq; electione ad fidem accedant, non autẽ vi, nec necessitate. Christianitatis autẽ dixit exercitationẽ, indicans quòd Christianus qui virtutem omnem non exercuit, nomine solo dicitur Christianus, sed non re.*

SYN. ADVERSVS HÆRESIN PELAGII ET CELESTII.

Sub clarissimis imperatorib⁹ Honorio Augusto xij. & Theo Can. ex. dosio viij. cõsulibus, cal. Maiis Carth. in secreto Fausti ecclesię, Aurelio episcopo cũ vniuersa syn. prędidente, adstantibus diaconis. Placuit omnibus episcopis in sancta Carthaginẽsiũ syn. constitutis, quorum nomina & subscriptiones insertæ sunt, quòd Adã mortalis à deo factus nõ est, vt si quis dixerit protoplastũ Adã ita hominẽ factũ esse mortalẽ, vt siue peccasset, siue nõ, esset in corpore morituru⁹, id est è corpore excessurus, non propter meritũ peccati, sed per naturę necessitatẽ, sit anathema.

De consecr. dist. 4. placuit vt quicunque.

BALS. *Deus Adam nec mortalē fecit, nec immortalem, sed mediū inter magnitudinē & humilitatē, & cùm eum suæ potestatu liberique arbitrij compotē feciſſet, dimiſit: vt vtrolibet, ſiue ad virtutē, ſiue ad vitiū inclinaſſet, vel immortalitatē, vel mortalitatē ſortiretur. Niſi enim carnem tunc quoque habebat homo, ſed non qualem nunc, & hoc dicit Gregorius Theologus cùm dicit, Pelliceas quoque veſtes induit, forte denſiorē carnē & mortalē, & reſiſtentem. Quare ante tranſgreßionē nec denſa erat caro Adami, nec natura mortalis. Fuerunt autē qui dicerent eum & mortalem ab initio factū eſſe, & moriturū fuiſſe etiā ſi mandatū non eſſet trāſgreſſus: et nō propter peccatū ingreßā eſſe mortē, ſed propter naturā, quæ fuit talis ab initio. Eos ergo qui ita ſentiūt, huius ſyn. patres damnarūt anathemate.*

Can. cxij. De conſer. diſt. 4. placuit vt qui parvulos.

Quòd infantes in peccatorū remiſſionē baptizātur. Similiter placuit, vt quicunq; paruos & recens natos infantes, qui ex vtero matris baptizantur, neget in remiſſionē peccatorū baptizari, neq; ex primi parētis Adā peccato quidquā trahere, quod debeat lauacro regenerationis purgari, vnde eſt cōſequēs, q; in his forma baptiſmatis in remiſſionē peccatorū nō vera, ſed ficta intelligitur, ſit anathema. Neq; enim aliter intelligere oportet quod ab Apoſtolo dictū eſt, Per vnū hominem peccatū introiuit in mundū, & per peccatum mors: & ſic in omnes homines peruaſit, in quo omnes peccauerūt, niſi quomodo catholica ecclesia, quæ vbique diffuſa eſt, & ſemper eſt ſimplex, intellexit. Per hunc enim fidei canonem infantes quoque qui nullum ex ſe peccatum committere potuerunt, verè in peccatorum remiſſionem baptizantur, vt per regenerationem in eis verè mūdetur, quod ab antiqua origine contraxerunt.

BALS. *Dicebant quidā recens natos infantes in remißionē peccatorū non baptizari: eos enim non habere peccatū, cùm per naturā adhuc peccare nō poßint, vt qui bonū & malum diſcernere nequeāt. Hoc ergo prohibet ſyn. & eos qui ita ſentiūt, & dicūt illos qui ab ipſo deſcenderūt, nihil ex primi Parentis Adā trahere, vt infantes ex ſancto baptiſmi lauacro mūdatione opus habeāt, anathemati ſubiicit, dicēs, quòd ex hoc cōſequens eſt intelligere, quòd forma baptiſmatis in remißionē peccatorum, non eſt vera, ſed ficta, in his ſcilicet infantibus. Deinde ſuā quoque rationem cōfirmat, ex magno Paulo ſententiā adducens. Quomodo enim, inquit, aliter eſt intelligendū, quòd peccatum per vnū hominem ingreſſum eſt in mundum, & per peccatum mors, & ſic in omnes homines pervenit, in quo omnes peccauerunt, niſi quemadmodum hoc intellexit catholica eccleſia, quæ vbique diffuſa eſt & ſimplex, in toto ſcilicet mundo diſperſa fidelium multitudo?*

Can. cxiij. De conſecr. diſt. 4. Quiſquis dixerit.

Quòd dei gratia nō ſolū largitur remiſſionē peccatorū, ſed etiā præbet auxiliū vt non amplius peccetur. Similiter placuit, vt quicunq; dixerit dei gratiā, qua iuſtificamur per Ieſum Chriſtū dominū noſtrū, valere ad ſolā iam commiſſorū peccatorū remiſſionem, & non habere præterea auxiliū, vt non deinceps peccetur, ſit anathema. Quòd dei gratia non præbet ſolā cognitionem eorū quæ oportet facere, ſed dilectionem præterea nobis inſpirat, vt quod cognoſcimus etiā implere valeamus. Similiter quicunq; dixerit eandē dei gratiā, quæ eſt per Ieſum Chriſtū dominū noſtrū ad hoc ſolū adiuuare, ne peccetur, quia per eā reuelatur & manifeſtatur cognitio peccati, vt cognoſcātur quę quęri & quæ vitari oporteat: non autē per eā præberi, vt quod faciendū cognouimus, etiam facere diligamus, & valeamus, ſit anathema. cùm enim dicit Apoſtolus, Sciētia inflat, chari-

De conſecr. diſt. 4. Quiſquis dixerit.

charitas autẽ ædificat, valde impiũ est credere, ad nos quidẽ inflãdos habere nos dei gratiã: ad ædificationẽ autẽ non habere, quãdo vtrunq; est donũ dei, & scire quid facere oporteat, & amare bonũ quod facere oportet, vt charitate ædificãte, sciẽtia inflare nõ valeat. Quẽadmodũ enim de deo scriptũ est, Qui docet hominem scientiã, sic etiã scriptũ est, Charitas ex deo est.

BALS. *Gratiam quæ nobis in baptismate per dominũ nostrũ Iesum Christum suppeditatur, credimus non solũ dare nobis remissionẽ peccatorũ tam factorũ, sed etiam potestatẽ ne amplius peccemus, nisi nos ipsos per socordiam peccatis tradiderimus. eos autẽ qui non sic existimãt, & dicunt peccatorũ tantum remissionẽ diuinam dare lauacrum, non autẽ etiam auxilium ad futurũ, anathemate condemnarunt patres. Hoc quoque dicebãt nõnulli, quòd dei gratia nobis nõ ferat auxilium ad non peccandũ. Per eam enim cognitionem accipimus eorum quæ facere & fugere oportet: non autẽ etiã ad ingenerãdam honestã virtutisq; dilectionẽ, vt bonũ quod cognouerimus, id & amemus & facere valeamus. Eos ergo qui hæc opinantur synodus anathematizat, dicẽs, vtrunq. esse donũ dei, & scientiã & charitatem, quemadmodũ scriptum est, Qui docet hominem scientiam, & rursus, Charitas ex deo est. Alioqui impium est dicere, quòd bonũ quidem nosse det nobis dei gratia, charitatem autem non immittat, nec nobis det vires nósque cõfirmet, vt bonũ in eius dilectione faciamus. Affert autẽ & in dicti sui confirmationem quod dicit Apostolus, Scientia inflat, charitas verò ædificat. Quomodo ergo non est impium dicere, ad inflandum quidem, seu ad vanam ingenerandum opinionẽ diuinam nobis gratiam cõferre, sed ad ædificandum nihil dare auxilij?*

Quod sine dei gratia nihil possumus perficere. Similiter placuit, vt quicũq; dixerit propterea datã esse iustificationis gratiam, vt quod per liberum arbitrium facere possumus, facilius per gratiã peragamus, perinde acsi etiam si non data esset gratia, difficiliter quidem, sed tamen etiam sine illa, diuina præcepta exequi possemus, sit anathema. De fructibus enim mandatorum dixit dominus, Sine me nihil potestis facere. *Can. cxliij. De consec. dist. 4. placuit vt quicunque.*

BALS. *Innumerabiles erant peruersæ opiniones quarũ vna erat etiã quæ dicebat, quòd deus dedit nobis liberum arbitrium, vt possemus etiam sine diuina gratia dei mandata cõplere: diuina autem gratia ad ea facilius perficienda suum nobis præbet auxiliũ. Possemus enim illa etiam sine diuina opẽ ferente gratia, sed difficilius exequi. Eis ergo qui hæc dicunt, anathema inducit sancta synodus.*

Quòd non solũ humilis, sed etiã vera est hęc vox sanctorũ, Si dixerimus quòd peccatũ nõ habemus, nos ipsos seducimus. Similiter placuit vt quod dixit sanctus Ioãnes Apostolus, Si dixerimus quòd peccatũ non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est, quicunq; sic accipiendũ existimauerit, vt dicat per humilitatẽ debere nos dicere non habere peccatũ, nõ quòd verè ita est, sit anathema: cõsequitur enim Apostolus, & sic subiungit, Si autẽ peccata nostra confessi fuerimus, fidelis est & iustus qui peccata nobis remittet, & purgabit nos ab omni iniustitia. Vbi plane ostẽsum est nõ solum humiliter, sed etiam verè dici. Poterat enim Apostolus dicere, Si dixerimus quòd peccatum non habemus, nos ipsos extollimus, & humilitas nõ est in nobis. Sed cum dixit, Nos ipsos seducimus, & nõ est in nobis veritas, aperte ostendit eum qui dicit se non habere peccatum, non verum dicere, sed mentiri. *Can. cxv.*

BALS. *Quid dẽ id quod dicit Apostolus, Si dixerimus quòd peccatũ nõ habemus, nos ipsos seducimus, sic acceperũt, q̃ per humilitatẽ hoc oportet dicere, nõ per veritatẽ. Eos ergo qui Apostoli dictum sic in-*

terpretantur, patres anathemate condemnant. Quis ex proximè sequentibus verbis Apostoli clare ostenditur Apostoli sententia, subiungentis, Si nautem confiteamur peccata nostra, & quæ deinceps sequuntur. Iam verò Dauid quoque dicit, In peccatis cōcepit me mater mea. Nisi enim lex nuptiis opem ferret, coitus peccatum existimaretur, libidinem carnisque appetitionem habens quæ ipsum incitaret, etiam si liberorum gratia fieret. Et ideo In peccatis, dixit Dauid, concepit me mater mea. Si enim carnis cupiditatem causam habeat corporum generatio, talia sunt & quæ ex ipsis generantur.

Can. cxvj. Quòd in oratione dominica sancti pro seipsis dicūt, Dimitte nobis debita nostra. Similiter placuit, vt quicunque dixerit propterea dicere sanctos, Dimitte nobis debita nostra, non quòd pro seipsis hoc dicant, quandoquidem ipsis deinceps nō est necessaria talis petitio, sed quòd pro aliis peccatoribus, qui sunt in suo populo, dicat vnusquisque sanctus, non dimitte debita mea, sed dimitte nobis debita nostra, tanquam pro aliis hoc magis quàm pro se iustus intelligi postulet, sit anathema. Sanctus enim & iustus erat Iacobus Apostolus, quando dixit, In multis enim offendimus omnes. Cur enim additū est illud, omnes, nisi vt ea sententia psalmo quoque conueniat? quando legitur, Ne introeas in iudicium cum seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens: & in oratione sapientissimi Solomonis, Non est homo qui non peccauerit. Porrò in libro quoq; sancti Iob, illud, In manu omnis hominis, signat, vt sciat omnis homo imbecillitatem suam. Vnde præterea sanctus quoque Daniel cum in oratione pluraliter diceret illud, Peccauimus, iniquè egimus, & reliqua quæ illic humiliter & verè cōfitetur, ne existimaretur, vt nonnulli quidem hoc intelligunt, non de propriis, sed de populi potius dicere peccatis, postea dixit, Oraui, & confessus sum peccata mea, & peccata populi mei domino deo meo. Noluit dicere peccata mea, sed ipsius populi dixit, & sua, quoniam futuros qui malè intelligerēt veluti præuidit propheta.

BALS. *Arrogantia est dicere, quòd sancti precantes, dicunt, Dimitte nobis debita nostra, non pro se, sed pro populo. Et ideo eos qui ita sentiunt, patres anathemate feriunt, dicentes iustos non pro aliis solis petere remissionem peccatorum, sed etiam pro se ipsis: & adducunt testimonia sacræ scripturæ, vnū quidem ex epistola Iacobi fratris domini, reliqua autem ex veteri testamento.*

Can. cxvij. Quòd à sanctis verè dicitur, Dimitte nobis debita nostra. Similiter placuit, vt quicunque hæc verba vocis & orationis dominicæ vbi dicimus, Dimitte nobis debita nostra, sic volunt dici à sanctis, vt ea humiliter, non verè dicta sint, sit anathema. Quis enim ferat precantem, & non hominibus, sed deo mentientem, qui labris dicat velle sibi remitti, sed corde dicat se non habere peccata quæ sibi dimittantur?

BALS. *Præsens quoque canon est eiusdem sententiæ, cùm dicit, Quis enim eum ferat qui verbis quidem petit remissionem peccatorum, corde autem se non habere peccata existimet, & non hominibus, sed deo mentitur?*

Can. cxviij. De populis, qui à Donatistis conuertūtur. Similiter placuit, quo-

quoniam ante aliquot annos, in hac ecclesia, plena synodo definitum est, vt quæcunq; ecclesiæ in diœcesi sitæ, ante leges de Donatistis editas catholicę factę fuerint, ad illas sedes pertineant, per quarũ episcopos perfuasæ catholicæ vnioni cõmunicarunt. Post leges autẽ, quæcunq; cõmunicarunt, ad illas pertinẽt, ad quas tunc quoq; pertinebãt cum stabãt à parte Donati. Et quoniã multæ contentiones de diœcesibus inter episcopos exortæ sunt & exoriũtur, quibus tũc nõ perfectè prouisum esse visum est, nũc in hac sancta synodo placuit, vt vbicunq; fuit catholica, & pars Donati, & ad diuersas sedes pertinebãt: in quocunque tempore illic facta est vel erit vnio, siue ante siue post leges, ad illam sedem pertineãt, ad quam olim pertinebat cùm esset catholica.

Quomodo inter se diœceses diuident episcopi, partim quidem catholici, partim verò qui à Donato conuersi sunt, sic videlicet, vt si quidem episcopi à Donatistis ad catholicam vnionem cõuersi fuerint, ex æquo inter se inuicem diuidãt quæ sic inueniuntur diœceses, in quibus erãt vtræq; partes, id est, vt alij loci ad illũ, & illi ad hunc pertineãt, sic vt antiquior in episcopatu diuidat, minor autem eligat. Sinautẽ erit fortasse vnus locus, ad illã pertinebit cui vicinior reperitur. Sinautem vtrisque sedibus ex æquo sit vicinus, illi cedat quem populus elegerit. Si autem antiqui forte catholici proprium voluerint, & qui erant ex parte Donati, conuersi proprium, plurium sententia præferatur sententiæ pauciorum. Sinautẽ sint partes æquales, antiquiori episcopo adscribatur. Sinautẽ plurima loca inuenta fuerint in quibus sunt vtræq; partes, vt nõ possint ex æquo diuidi, cùm numerus ipsorum locorum sit inæqualis, primũ quidem diuidantur æquales numeri: & in loco qui restat, seruetur id quod superius dictum est, quando de vno loco quærebatur. can. cxix.

BALS. *Exponere hos duos canones non est necessarium, vt qui nec ad communem œconomiam conferant, sed ad episcopos, qui in Africa à Donatistis ad catholicam ecclesiam accesserunt.*

Vt si aliquam diœcesin ab hæresi episcopus liberauerit, & triennio possederit, nemo eam repetat. Similiter placuit, vt si quis post leges locum aliquem ad catholicã vnionẽ conuerterit, eumq; triennio, nullo repetente, detinuerit, deinceps ab eo ne petatur, si quidem intra ipsum triennium fuerit episcopus qui debebat petere, & quieuit. Sinautem non erat in matrice, præiudicium ei non afferetur, sed quando vacans locus episcopũ acceperit, liceat ei ab ipso die intra triennium petere. Similiter autem & si à partibus Donati ad catholicã ecclesiam conuersus can. cxx.

fuerit nullo præiudicio afficietur in matrice de tempore præfinito, sed à quo die conuersus est, facultatem habeat intra triennium petendi loca quæ ad suam sedem pertinent.

BALS. *Vt est verisimile, leges de regionum finibus prius latæ fuerant, sed quia postquam editæ fuerunt, emersérunt controuersiæ, statuerunt patres, vt si quis episcopus ad fidem orthodoxam conuertat locum aliquem seu parochiam, quæ habet Hæreticos, & eam triennio detineat, idque, vino, qui in ea ius habet, episcopo, & tacente, de ea ne amplius turbetur. Si autem in episcopatu, ad quem dicitur locus pertinere, non erat episcopus, lapsus triennij non impediet eum qui postea electus est, quo minus parochiam suam reuocet. Id ipsum autem seruatur & in Donatistis qui cõuertuntur. Ac in iis quidem consistit canon. Tu autem scias quod iura ecclesiastica, quæ sunt scilicet de regionum finibus, & alia, si aduersus quidem ecclesiam competunt, xxx. annis excludúntur: si autem aduersus personas, quadraginta annis, & lege in caput ij. tit. v lib. & vltimũ caput ij. tit. eiusdẽ libri, quòd dicit, Omnis actio quæ ad venerabiles domos pertinet, siue sit personalis, siue hypothecaria, xl. annos nõ excedit, cõuenientibus vnicuiq; etiamsi diuersæ sanctæ domui tẽporalibus præscriptionibus, sua tempora seruãtibus. Quãobrem quæ in præsenti canone cõtinentur, propter hoc caput exoleuerũt, quod est ex Iustiniani nouellis.*

Can. cxxj. 16. q. 3. Placuit vt qui.

De iis qui inuadunt populos, quos putant ad se pertinere, præter voluntatem eorum qui illos possident. Similiter placuit, vt quicunque episcopi, populos, quos ad suam sedem pertinere existimant, non sic repetunt vt aliis episcopis iudicãtibus hoc agant, sed populos inuadant qui ab aliis detinentur, siue velint, siue nolint, causæ suæ iactura multentur, & si qui vtiq; hoc fecerunt, si non inter episcopos consensu negocium definiatur, sed adhuc de eo contendant, is ab eo discedat quẽ ostẽsum fuerit neglectis iudicibus ecclesiasticis in eum impetũ fecisse. Nec sibi quispiam blandiatur, si à primate de possidendo literas acceperit. Sed siue habet literas, siue non, cõueniat eum qui possidet, & ab eo literas accipiat, vt is videatur pacificè, quæ ad ipsum pertinet, ecclesiam possidere. Si autem ille contrariam quæstionem referat, ipsa quoque inter episcopos iudicantes finiatur, siue quos primas ei dederit, siue quos cum essent vicini, elegerunt.

BALS. *Lex quoque ciuilis statuit, vt qui sine magistratus auctoritate rem propriã abstulerit, is ab ea excidat. Præsens quoque canõ decernit, vt qui se plebu vel parochiæ ius habere existimant, ne eam sua auctoritate apprehendãt, siue hoc velint populi, siue nolint: sed quæ ab aliis episcopu detinentur, parochias & regiones, cum episcopali iudicio euincant. Si autem sibi ipsis ius dixerint, rei propriæ iacturam sustineant, scilicet à iure suo excidant. Hoc quoque eis euenit, qui post cœptum iudicium episcopalem sententiã non expectauerint, sed sua auctoritate parochiam apprehẽderint. Nec quis, inquit, sibi ipsi blandiatur, hoc est seipsum seducat, quòd à primate seu metropolitano literas acceperit. Siue enim habet literas, siue non habet, nisi eius de quo est controuersia, populi literas acceperit, per quas appareat se ex illius sententia, eam quæ ad ipsum pertinet, parochiã pacificè detinuisse, à iure suo excidet. Si autẽ rem contrariã quæstionẽ inferat, hoc est, eum qui in ipsum actionẽ intendit recõueniat, seu recriminetur, vt ipsa quoque causa finiatur iudicantibus episcopis: qui autẽ iudicant, vel à Primate dabuntur, vel ex consensu aduersariorũ eligẽtur. Interrogauerit autem quispiam, cùm diuersi canones definiant eos deponẽdos, qui in alienis diœcesibus episcopale quid exercent, quomodo præsens canon, sola iuris quod forte habet priuatione eum condemnat qui inuaserit? SOL. Sapponе episcopũ, qui sibi ius dixit, ius habere diœcesis. Et propterea depositioni quidem non subiicitur, sed proprio iure excidet. Si enim re vera apparuerit alienam esse diœcesin, ex vexatione episcopi, qui violentã inuasionem passus est, deponetur, qui se insolenter & superbè gessit. Præterea interrogauerit quispiã. Cùm is qui inuasit episcopus, iure suo ita excideri, qui eã detinet, vtè tanquã in propria diœcesi episcopatũ gerat, an punietur, vt qui in conscientia alienã diœcesin detinet, & in ea sacra celebrat? SOL. Lex est quæ dicit, iubente magistratu iustè possidemus, & quia episcopus, qui vim passus est, à canone ius accepit,*

accepit, vt pote cum is qui se insolenter & immoderatè gessit, nullum ius in diœcesi habuisse reputatus sit, absque vllo præiudicio iura episcopalia exercebit in prouincia quam detinet, & si aliquando erat aliena. Quid verò, vis & insolentia condemnati episcopi ecclesiæ iura detrimento afficiet? & excludetur qui post eum ordinandus est episcopus, quo minus possit reuocare iura ecclesiæ suæ. an non? SOL. Mihi videtur non læsi ecclesiam, propterea quòd peccet episcopus & propterea ritè parochiam reuocabit successor eius qui inuasit, etiam si multum temporis præterierit. Tale quid autem dictum est in tempore patriarchæ sanctissimi domini Lucæ. Cum enim quidam episcopus magnæ Bryssis litigaret cum archiepiscopo paruæ Bryssis, & protulisset scriptam transactionem antistitis & archiepiscopi, de non reuocanda ab ipso parochia, quæ ab episcopo detinebatur, pronunciauit synodus facto prædecessoris non læsi archiepiscopatum, præter sententiam suorum clericorum & magnæ synodi. Fuerunt & multa huiusmodi alia synodalia iudicia.

De iis qui populos ad se pertinentes negligunt. Similiter placuit, vt quicunque contemnunt loca, quæ ad suam cathedram pertinent, quod ad ea lucrifacienda attinet, à vicinis eorum industriis episcopis ad catholicam vnionem euocentur, ne hoc facere differat. Quare si intra terminum sex mensium à die huius conuentionis, nihil effecerint, ei deinceps qui illos possit lucrifacere assignentur. Sic tamen, si ille, ad quem ij pertinere ostenduntur, de industria propter aliquam œconomiã negligere visus sit, cum hoc maluissent hæretici, vt ipsos absque vllo strepitu acciperet, & interea eius ab alio anticipata est industria, qua quidem si esset vsus, ipsos hæreticos magis læsisset: eo inter iudicantes episcopos cognito, loca eius sedi restituantur. Cùm autem iudicantes episcopi sint ex diuersis prouinciis, primas ille iudices dabit, in cuius regione idem est locus de quo contenditur. Sinautem communi consensu vicinos iudices elegerint, vel vnus eligatur, vel tres: & si tres elegerint, vel omnium sententiam sequentur, vel duorum.

can. cxxij. 16. q. 1. placuit vt quicunque.

BALS. *Alij quidem acceperunt canonem, de episcopis qui negligenter se gerunt in iu locũ quæ iure dominij ad ecclesias pertinent, vendicandis. Ego verò ipsum secundum canonis titulum interpretans, dico, quòd patribus placuit, vt si episcopi aliqui negligant eos docere qui sunt in suis diœcesibus, vt eorum animas lucrifaciant, debent ad catholicam vnionem, seu ad annuam synodum euocari, seu denunciari à vicinis industriis episcopis, ne sint socordes, sed suum populum doceant. Sinautem postquam facta fuerit denunciatio, interpellati non corrigantur, nec doctrinæ intendent intra sex menses, tunc debent eiusmodi loca alij vicino episcopo assignari, qui possit eos lucrifacere, seu per doctrinam sibi familiares reddere. Si autem episcopus qui eum præcessit, eam habens diœcesin, dicat œconomia aliqua & quodam consilio se populum suum docere negligere, vt pote quòd hæretici qui in eo fortè sunt, velint sine vlla reprehensione conuerti, & æquum censeant vt veritatis rationem tacitè susciptant, & propterea docere negligit: ne ea vtens hæreticos magis ad improbitatem incitet, vt qui reprehendi ægre ferant: & hoc ipsum ab episcopo verum cognitum fuerit, ad eundem episcopum parochia reuertetur. Quia autẽ consentaneum erat dicere aliquos, qui nam hanc causam iudicabũt? sic tuerũt patres eos episcopos dari iudices à primate prouinciæ, seu metropolitano quos ipsi visum fuerit, vt pote cùm is locus situs sit in eius prouincia. Sin autẽ qui de diœcesi seu parochia cõtendũt, ex vicinis episcopis iudices elegerint, nõ multos eligãt, sed vnum, vel tres. Si vnus enim electus fuerit, illius sententiã sequentur. Cùm sit enim electus iudex, in eũ non cadit appellatio. Sin autẽ sunt tres, vel erũt concordes, & eorũ sententia necessario valebit: vel dissentient, & plurium, valebit sententia. Atque hic quidẽ canon sic eos punit qui non docent sibi subiectos populos. Liij. autem canon sanctorũ Apostolorũ expresse dicit, episcopus, vel presbyter, qui clerum vel populũ negligit, & eos pietatem non docet, segregetur: in socordia autem permanens, deponetur. Et mihi magis videtur seruandus canon Apostolicus. Iniquum enim est, propter episcopi negligentiam, episcopatum ad se pertinente parochia*

regione ve priuari. Sed id quòd in Apostolico canone dicitur, fiet postquam episcopo denunciatum fuerit, vt vult hic præsens canon. Quæ autem in præsenti canone continentur pro dispensatione, in aliis quoque causis accipe. Non enim negligens reputabitur episcopus qui agrotat, vel qui in maioribus causis ecclesiasticis versatur. Lege & cxxiij. can. præsentis synodi, qui condemnat negligentem episcopum conse quenter dicto canoni Apostolico.

Can. cxxiij. Quòd electorum iudicum non debet sententia nihili pẽdi. Iudicibus autem qui communi consensu electi sunt, non licere appellare. Quicunque autẽ ostensus fuerit propter peruicaciam nolle iudicibus parere, hoc sciens primæ cathedræ episcopus, dabit literas, vt nullus ei episcopus communicet, donec paruerit.

BALS. *Clarus est canon. statuit enim neminem appellare debere aduersus sententiam episcoporũ qui ex partium electione iudicant: eum autem qui hoc fecerit excommunicatione condemnari à primate seu metropolitano. Hæc cum à canone decernantur, dixerunt quidam nonnulli hoc fieri consequenter xix. capitis ij. tituli lx. libr. quod dicit, Electitius iudex quod sibi videtur decernit, nec prætor vllum de eius sententia curam gerit. Mihi autem videtur non de eiusmodi electitio loqui canon: pœnæ enim datio eos iudices constituit, cum sint primati sed de episcopis, qui habent iurisdictionem. Esse autem hoc ecclesiasticarum causarum, earúmque solarum proprium sicut & multa alia. Leges enim ciuiles ab omni iudice appellare permittunt, etiam si quis ex partium electione iudex constitutus fuerit.*

Can. cxxiiij Vt episcopus, qui propriam diœcesin contemnit, priuetur communione. Si in matricibus seu in cathedris fuerit episcopus negligens aduersus hæreticos, admoneatur à vicinis indu strijs episcopis: & ei propria ostendatur negligentia, ad hoc ne excusationem habeat. Si autem à quo die commonitus fuerit, intra sex menses in eadem prouincia degens, non eorum qui debent ad catholicam vnionem conuerti curam gesserit, cum eo non communicetur, donec id impleuerit. Si autem executor in iis locis non adfuerit, episcopo ne adscribatur.

BALS. *In cxxj. canone satis scripsimus de episcopis, qui nullam curam gerunt docendorum suorum populorum: de quibus præsens quoque canon dicit, adiiciens consequenter canoni Apostolico, excommunicationi subiici eos qui post denunciationem illos docere contemnant, qui in matricibus seu in eorum sunt cathedris seu ecclesijs hæreticos. Si autem executor, inquit, ab episcopo admonitus vt ad locum accederet, & hæreticos vocaret, hoc non fecerit, culpæ non erit affinis episcopus. est enim hoc quoque causa probabilis, sicut morbi, & cæteræ. Est autem executor regionis exarchus, qui ea administrat, vel magistratus regionis, qui in rebus eiusmodi necesse habet episcopo opem ferre, & magis quàm defensor regionis, de quo agitur in nonagesimo septimo capite præsentis synodi.*

Can. cxxv. De episcopis qui mentiuntur Donatistas communicasse. Sin autem ostensum fuerit eum mentitum de illorum communione, dum dicit, eos communicasse, quos ostenditur eo sciente non communicasse, episcopatum quoque perdat.

BALS. *Cùm definiissent patres, quomodo sint puniendi ij qui negligunt per doctrinam conuertere hæreticos qui sunt in eorum diœcesi, & adiecissent iis ignoscendum qui impediti fuerunt, nunc inferunt, quòd si qui ex eis dixerint, se cũ hæreticis qui sunt in sua regione, docendi gratia communicasse, & ostensum fuerit eos mentiri, non solum segregationi, sed etiam depositioni subiicientur, propter summam eorum negligentiam, & fraudem.*

Can. cxxvj. 2. q. 6. placuit vt presbyteri. De presbyteris & clericis, ne vocẽtur nisi ad synodos Africæ. Similiter placuit, vt presbyteri, diaconi, & reliqui inferio-

res

res clerici, si in iis quas habent causis, de propriorum episcoporum sententia querantur, vicini episcopi eos audiãt, & quę inter eos intercedunt, terminent ij qui ab ipsis ex propiorum episcoporum consensu assumuntur. Si autem etiam ab eis appellare voluerint, ne appellent, nisi ad synodos Africæ, vel ad suarum prouinciarum primates. Qui autem ad transmarina loca appellare voluerit, à nullo in Africa ad communionem admittatur.

BALS. *Dicunt patres, quòd si quis clericus à proprio episcopo condemnatus fuerit, & grauetur, non debet ad alterius prouinciæ synodum, quæ est longius, appellare, sed ad vicinorum episcoporum audientiam prouocare: etiam cum consensu eius qui condemnauit episcopi, scilicet sui. Si autem eorum quoque ad quos appellauit sententia ei displiceat, non debet ad transmarinas synodos appellare, quæ Romæ scilicet fiunt, sed ad propinquiores, nempe ad synodos Africæ, vel ad prouinciarũ metropolitanos, eorum qui primum iudicarunt episcoporum. Si quis autem præter hæc fecerit, excõmunicationis segregatione condemnabitur. Nota ergo ex hoc præsenti canone, quòd consequenter legi ciuili, patres quoque concesserunt hu appellare eos qui condemnantur. Nota præterea, quòd tempore præsentu synodi non habebant metropolitani tale ius in suos episcopos quale nunc habent: poterant enim clerici ab episcopu condemnati vicinorum episcoporum audientiam appellare. Quod nunc non admittetur, propterea quòd in quarta synodo prouinciarum metropolibus prouisum sit. Cùm autem lex dicat eos lædi, qui ad incompetentem iudicem appellauerint, præsens canon damnum ad excommunicationem extendit.*

De paruis adhuc virginibus velandis. Similiter placuit vt quisquis episcopus, propter necessitatem virginalis pudicitię in periculum adductæ, quãdo vel potens amator, vel raptor aliquis suspectus fuerit, vel ipsa etiam propter mortiferum aliquod periculum compuncta fuerit, adhortantibus vel eius parentibus, vel iis qui eius curam gerunt, vt non sine habitu cõsumetur, velauit, vel velauerit virginem intra vicesimũ quintum annum, nihil eum lædet de eo annorum numero constituta synodus. *Can. cxxvij*

BALS. *Consecrari quidem virgines tractat vj. canon præsentis synodi, & xliij. vt in conuenienti ætate ipsæ etiam diaconissæ constituantur. habitũ autem sumere à præsenti canone accipimus post xxv. annum. Dicunt enim patres, vt si episcopus vel velauit, hoc est induit virginem deo consecratam, vel velabit, ante ætatem xxv. annorum. Forte enim eius pudicitiæ insidiabatur potens aliquis, vel periculum erat ne raperetur ab aliquo qui vesano eius amore captus erat. vel mortifero morbo correpta ne è vita migraret timebatur, & ne nõ perfecta remaneret, adhortati sunt parẽtes, vel qui alioqui eius curam gerebant, ne ea sancto habitu priuaretur. Et propter eiusmodi iustas causas eam ante iustum tempus induit, nulla in re præiudicio afficiatur apud synodum quæ huiusmodi causas debet obseruare, tanquam qui forte ante xxv. annos completos virginem induerit, & canonum transgressor reputetur. Et in hu quidem consistit canon. Tu autem lege xl. canonem syn. in Trullo & dic secundum illum, eos qui ad deum accedunt, transformari habitúmque mutare, siue sint viri, siue mulieres, scilicet post decennium. est enim ea synodus præsenti posterior & sancti etiam Basilij canonibus. Si autem velis præsentem canonem valere, vt non præiudicio afficiantur episcopi, qui propter iustam causam aliquos etiam ante decennium vestiunt, nemo est qui prohibeat. Nota autem, quòd etiam ex hoc præsenti canone non permittitur alicui, homines monastico vestitu induere sine episcopali permissione.*

Vt ne episcopi diu in synodo detineantur, ex vnaquaque prouincia tres iudices eligantur. Similiter placuit vniuersæ synodo, ne episcopi ad synodum collecti vniuersi detineantur, circa tres eligi iudices. Et electi sunt ex Carthaginensi ecclesia, Vincentius, Fortunatus, & Clarus. Ex Numidica prouin *Ca. cxxviij.*

cia Alypius, Augustinus, & Restitutus. Ex Byzacena prouincia, cum sancto sene Donatiano primate, Cresconius, Iucundus, & Æmylianus. Ex Mauritania Sitifensi, Siderianus, Asiaticus, & Donatus. Ex Tripolitana prouincia, Plautius, qui erat ex more in legationem missus. Qui omnes cum sanctissimo sene Aurelio omnia considerabunt. A quo petiuit vniuersa synodus, vt omnibus actis, quę iam perfecta erant, siue epistolis, ipse subscriberet, & subscripsit. Aurelius episcopus Carthaginensis ecclesiæ præsenti decreto consensi, & lecto subscripsi. Rursus in prima synodo aderat Romanæ ecclesiæ legatio. Post consulatum clarissimorum imperatorum Honorij x. & Theodosij viij. Augustorum, Carthagine in secreto Restitutę ecclesiæ, cum Aurelius episcopus simul cum Faustino Piceni Potentianæ ecclesiæ Italorum prouinciæ legato Romanæ ecclesiæ, Vincẽtio Colusitano, Fortunatiano Neapolitano, Mariano Vripanzitensi, Adeodato Simidecita, Pentadio Carpitano, Rufiano Muzuensiano, Prætextato Sicilibensite, Quodvultdeo Verensi, Candido Abbiritano, Gallonio Vticẽsi, legatis proconsularis regionis, Alypio Thagamẽsino, Augustino Hipporegitano, Posidio Calamersẽno, legatis Numidicæ prouinciæ: Maximiano Acerogensi, Iucundo Suphetulentiano, Maximiano ex eodẽ, & Hilariano, ex Orreoceliis, legatis Byzacenę prouinciæ: Nouato Sitifensi, & Leone Optẽsiano legatis, Mauritanorum prouinciæ Sitifensis, Ninello Rusurpensi, Laurentio Icositano & Numeriano Rufugoniensi, legatis Cęsariensis Mauritanorum prouinciæ, ex vniuersa synodo electis iudicibus, adsistentibus diaconis, præsideret: & nonnullis peractis, multi episcopi à reliqua peragenda rẽ extrahi ægre ferrent, & sufferre non possent, eo quòd ad proprias ecclesias festinarent, placuit vniuersæ synodo, vt ex omnibus eligerentur ex vnaquaque prouincia, qui sedere deberent reliquorũ finiendorum gratia, & factum est vt ij adessent, quorũ subscriptiones eos adfuisse testificantur.

Can. cxxix. 4. q. 1. Definimus.

Quòd qui communione moti sunt, admitti non debent ad accusationem. Placuit ergo omnibus, quoniam superioribus synodorum decretis, de personis clericorum, quę non debent ad accusationem admitti, definitum est: & nõ pertractatum est quænam personæ non admittantur, propterea hoc rectè statuimus vt ad accusationem non admittatur quisquis postquam communione motus fuerit, in eadem est adhuc segregatione, siue sit clericus, siue laicus, qui velit accusare.

BALS. Sextus c non vniuersalu sexta synodi, fusius tractat qui nam sint admittendi ad accusationem episcopi. Pre ns enim canon dicit de solis segregatu accusationem aduersus aliquem instituẽtibus. Lege ergo dictum canonem.

Quòd serui, & liberti, & omnes infames personæ accusare non debent. Similiter placuit, vt omnes serui, & liberti proprij ad accusationem non admittantur: & omnes quos ad accusanda crimina leges ciuiles non admittũt: & omnes præterea infamiæ labe aspersi, hoc est mimi, & quæcunque personæ turpitudini sunt obnoxiæ. Pręterea hæretici, siue Iudæi, siue Græci. Sed tamen omnibus, quibus hæc negatur accusatio, in propriis causis accusandi facultas non negetur.

Can. cxxx. 4.q.1.c. Definimus eũ rite.

1.q.6. Omnibus.

BALS. Hic quoque canon ab iu quæ in vj. canone secundæ synodi scripta sunt declaratur. Tractat enim non posse seruos, & infames, & hæreticos, & omnes omnino quos leges prohibent, criminalia iudicia instituere, & sacratos accusare. Sed hi omnes, inquit, si habeant quod priuatim eorum interest, non prohibebuntur criminale iudicium mouere aduersus episcopos & clericos. Quamobrem crimina quæ ad ipsos non pertinent, seu publica, à quolibet autem moueri possunt, ij intentare prohibentur: & nota hoc. Quia autem etiam libertorum meminit canon, scias quòd liberti de his aduersus alios quidem criminalia iudicia possunt intendere: aduersus eos autem qui illos manumiserunt, patronos scilicet, non possunt. Et lege viij. ix. j. xj. cap. xxxiij. titu. lx. libri, & intelliges quinam ij sunt qui criminalia iudicia possunt mouere: & quomodo liberti de his aduersus proprios patronos non agunt. Dicit enim, Præter prohibitos alij possunt publica mouere. Prohibentur autem aliqui propter naturam, vel sexum, vt mulier & impubes. Alij, vt qui in armis militant. Alij, vt magistratus. Alij, vt infames, vel turpu lucri captatores, & qui accipiũt vt vel accusent, vel nõ accusent. Et duo accusatores qui se aduersus alios inscripserunt. Alij propter suã conditionẽ, vt liberi patronos. Alij propter calumniæ suspitionẽ. Vt qui falsum testimoniũ dixerunt. Alij propter paupertatẽ, vt qui non habent l. librarum facultates. Hi autẽ proprias iniurias & cognatorũ cædem persequi non vetantur. Ilij autẽ, & liberti, à patre vel liberto possessione vi ejecti, non possunt de vi iudicium mouere: sed agunt de recuperanda possessione. Nam & filius aduersus matrem de suppositio partu agit, nõ autem eam falsi accusat. Mimos autem illos dicit, qui personas induunt, seruorum forte, vel mulierum: non autem omnes Thymelicos. Illi enim qui tractant instrumenta musica, bonæ sunt existimationis. Turpitudini autem sunt obnoxiæ personæ secũdum canonem, lenones, qui meretricibus præsunt, & alij eiusmodi. Infames autem sunt cum aliis & qui pugnant cum belus, qui mercedem accipiunt vt pugnent cum bestiis, & pro lucro vitam suam proiiciunt, non autem illi qui virtutis ostentatione gratia concertant cum bestiis. Non enim actio, sed animi institutum punitur. Nam & ipsi reges pugnant cum bestiis.

Vt qui vnum crimen probare non potest, ad alterum non admittatur. Similiter placuit, vt quotiescunque clericis ab accusatoribus multa crimina obiecta fuerint, & vnum ex iis, de quo primum actum est, probari non potuerit, ad reliqua non admittantur.

Can. cxxxj. 3.q.1.c. Placuit.

BALS. Aduersus sacratum quempiam diuersa quis crimina intendit: & ex multis vnum tractãdum suscepit. Cùm hoc autem probare non potuisset, noluit reliqua quoque adgredi. Dicit ergo canon eum non esse admittendum, dum vult de alio quæri eorum quæ proposuit. Et hoc merito à patribus definitum est. Qui enim primũ propositum crimen non probauit, & ex eo ipso est condemnatus, vel dedit prius inscriptionem: & lege talionis punitur, scilicet fit infamis: & reliqua patitur, quæ qui accusatus est erat passurus. Si autem est condemnatus, criminale propterea iudicium mouere non potest, vt qui sit infamis. Vel prius inscriptionem non dedit: & rursus fit infamis vt calumniator. Sed præsens quidem canon tunc locum habet vt existimo, iudex pronunciarit, crimen de quo prius actum est, falsò à condemnato sycophanticè obiectum. Si enim prolatum fuerit non esse probatum, quia condemnatus non fit infamis, recte alterum quoque crimen eorum quæ obiecit persequetur. Lege cap. x. primi tit. lx. libri, quod dicit, Tribus modis fit calũnia, & tripliciter fit persecutio. Vel calumniatur quispiam vt ficte accusans: vel fit suæ causæ proditor, vera crimina occultans. Vel iudicium perfecte deserit ab accusatione desistens. Non est autem omnino calumniator, qui non probat quod intendit: sed est in potestate iudicis, postquã reum absoluerit de eo quærere. Et si dixerit quidem

Non probaſti, ei pepercit. Si autem dixit, ἐσυκοφάντησας seu calumniatus es, eum condemnauit, etiam ſi de pœna nihil dixerit. Sequitur enim, Cauſæ enim inquiſitio, non legis tranſgreſſio, iudici permiſſa eſt. Si autem dixerit, temere vel leuiter feciſti, hoc eſt non probaſti, non facit ipſum calumniatorẽ, nec in pœnam ſubit.

*ἐπιξιάσας

Can. cxxxiij 4. q. 2. Teſtes autẽ ad teſtimoniũ.

Quos oportet ad teſtimonium admittere. Teſtes autem ad teſtimonium non admittendos, quos nec ad accuſationem admitti præceptum eſt, vel præterea quos ipſe accuſator è domo propria produxerit. Teſtimoniũ autem intra quatuordecim annorum ætatem non admittatur.

BALS. Poſtquam ſynodus dixit de accuſatoribus, nunc etiam de teſtibus ſtatuit. & dicit, eos qui aduerſus ſacratos ferre volunt teſtimonium in cauſis criminalibus, tales eſſe debere quales etiam canones ad accuſationem admittunt. Eos autem qui non admittuntur ad accuſationem, nec ad teſtimonium admitti. Adhæc domeſticos quoque teſtes canon reprobat. similiter & impuberes, qui ſunt ſcilicet xiiij. annu minores. Ac canon quidem hos & ſolos non eſſe ad teſtimonium admittendos dicit. Primus autem titulus xxj. lib. Imperial. multos quoque alios a criminalis iudicij teſtimonio repellit. Et lege eum titulum. Domeſtici autem teſtes accuſatoru dicuntur, omnes qui cum eo habitant, & quibus ipſe poteſt imperare. Dicit enim vj. caput primi titu. & lib Non eſt teſtis fide dignus, cui ego poſſum in accuſando imperare, & cap xxiiij. Accuſator teſtes domeſticos non poteſt producere. Et cap. xxvij. Domeſtica teſtimonia reprobantur. Et themat. xj. cap. lj. titu. lx. lib. quod dicit, Barta domeſtica ſi ſint vtilia, non ſunt in publicam quæſtionem referenda. Sunt autem domeſtica, quæ ſerui faciunt dominu, & liberti patronu, mercenarij iu qui conduxerunt, apud eos degentes. Cùm autem præſens canon dicat eos qui ſunt xiiij. annu minores, non dicere teſtimonium, ſed eos qui ſunt vltra illam ætatem: & xx. cap primi titu. xxj. lib. dicat expreſsè, Non poteſt accuſator vocare in teſtimoniũ cum qui publicè accuſatur, nec eum qui eſt minor xx. annu, rogauerit quiſpiam quid ſit ſequendum. & mihi vi letur lex eſſe magis ſequenda. In teſtimonium enim cauſæ criminalis, qui minor eſt xx. annu, licet ſit maior xiiij. annu, non erit admittendus, vt qui nec ſummum iudicium, nec adhuc conſtantem prudentiam habeat. Eſt autem lex multo canone poſterior, eo quòd poſt multa tempora præſentis ſynodi id in imperialium repurgationem ſuſceptum ſit. Lege ſanctorum Apoſtolorum ſeptuageſimum tertium canonem.

Ca. cxxxiij. 6. q 2. Placuit.

De epiſcopo, qui eum à communione remouit, qui ſibi ſoli proprium crimen confeſſus eſt. Similiter placuit vt ſi epiſcopus dicat aliquem ſibi ſoli propriũ crimen eſſe confeſſum, & ille negat, ne exiſtimet epiſcopus id ad ſuam iniuriam pertinere, quòd ei ſoli fides non habetur: etiam ſi propriæ conſcientiæ ſcrupulo dicat ſe nolle ei qui negat communicare.

BALS. Vt eſt verißimile, quidam laicus, vel clericus, proprio epiſcopo confeſſus eſt de aliquo à ſe commiſſo peccato, & cùm cauſa publicè acta eſſet, qui confeſſionem quidem fecerat, crimen inficiabatur: epiſcopus autẽ eũ redarguebat. Et ideo volebat eum qui confeſſus fuerit punire, tanquã qui ipſum iniuria affeciſſet, eo quòd non annueret iis quæ ab ipſo dicebantur. Dicit ergo canon epiſcopum iniuria non affici, ſi ei non credatur dicenti eum qui accuſatur, crimen ei ſoli depoſuiſſe: etiam ſi dicat epiſcopus, nolo eum ad communionem admittere, cùm mea in eo conſcientia offendatur, propterea quòd crimen confeſſus eſt. Interrogabit autem quiſpiam, cum canon non eſſe admittendum ducat epiſcopi teſtimonium, tanquam vnius hominu, ſecundum legem quæ dicit, Non eſt vnius admittendum teſtimonium, etiam ſi ſit ſenator, audietur ne epiſcopus, tanquam ei qui accuſatur, rectè non communicans, propter confeſſionem, an non? SOL. Mihi videtur, quòd etiam ſi vera confeſſus eſt qui accuſatur, ex eo ſolo non poterit epiſcopus eum à communione ſeparare, vt qui non ſit condẽnatus. Si autem hoc fecerit vt qui ſine ratione hominem à ſpirituali communione ſeparauerit, ſeparabitur & ipſe à maiori antiſtite, eo qui confeſſus eſt abſoluto. Nota ergo præſentem canonem, propter epiſcopos & monachos, qui peccatorum hominum ſupputationes audiunt, & teſtimonium ferunt aduerſus eos qui dicuntur feciſſe apud eos confeſſionem criminu. Quod autem eſt iniuſtum vnius teſtimonium, lege etiam lxxv canonem ſanctorum Apoſtolorum. Sanctiſſimus quidem certe patriarcha dominus Lucas excommunicationis pœnæ ſubiecit monaſterij gerotrophij præfectum, qui fuerat archiepiſcopus Heraclææ, quòd tale teſtimonium tuliſſet aduerſus ſuum ſpiritalem filium. Nota de antiſtitibus & monachis qui hominum peccatorum ſupputationes audiunt, & ea in lucem profe-

proferunt quæ dicuntur ab iis qui confitentur, & adhibe animum iis quæ interpretatione scripta sunt.

Ne episcopus temere quempiam priuet communione. ca.cxxxiij
Quandiu segregato non communicat proprius episcopus, eidem episcopo alij non communicabunt episcopi, vt magis caueat episcopus, ne aduersus aliquem dicat id quod documẽtis probare apud alios non possunt.

BALS. *Quod superior canon prætermiserat, hic in apertum protulit. Id autem erat, Si noluit episcopus ei communicare qui à se segregatus est, vt qui ipsi aliquod crimen dixerit, quid ei fiet episcopo qui iniuria ante condemnationem hominem segregauit? Dicit ergo quòd si aliquem iniuria segregauit, quandiu ei qui segregatus est non communicat, nec illi qui segregauit scilicet alij communicabunt episcopi. Subiungit etiam causam, ne præcipites sint & inconsiderati in accusatione, & infligenda segregatione: & ne dicant aduersus aliquos, quæ probare non possunt, & à præsenti quidem canone sic punitur episcopus, qui iniustè segregauit. Ego autem existimo quòd si episcopus, non solum sic punietur: sed & dicta segregatione maiori antistiti exposita, is quidem qui est segregatus, à segregatione soluetur: qui autem segregauit punietur secundum Iustiniani nouellam, seu secundum xxiij. cap. primi tituli tertij libri quod etiam in diuersis canonibus situm est, & secundum tertiũ canonem septimæ synodi. Et lege hunc canonem, & nouellam sitam in eius interpretatione: & xiiij. can. Sard. synodi.*

Aurelius episcopus dixit, Secundum ea, quæ totius sy- Can.cxxxv
nodi congregatæ, meæque mediocritati sententia definita sunt, placet omnium rerum prius declarati perfecti tituli facere conclusionem, & præsentis diei constitutionis tractatum acta præsentia suscipiant. Quæ autem nondum sunt pertractata, die sequenti per fratres nostros, Faustinum episcopum, Philippum, & Asellum presbyteros venerando fratri & coëpiscopo nostro Bonifacio rescribemus. Et subscripserunt. Præsentibus decretorum actis à nobis susceptis subscripsi. Valentinus episcopus primæ cathedræ Numidicæ regionis præsentibus actis subscripsi. Faustinus episcopus Potentianæ ecclesiæ, prouinciæ Piceni, legatus Romanæ ecclesiæ præsentibus actis subscripsi. & deinceps omnium qui conuenerunt episcoporum subscriptiones.

Incipit ab vniuersa Africana synodo ad Bonifacium Romanorum episcopum, per Faustinum episcopum, Philippum & Asellum presbbyteros, Romanæ ecclesiæ legatos missa epistola. Domino beatissimo & venerabilissimo fratri Bonifacio Aurelius Valentinus primæ sedis Numidicæ prouincię, & reliqui qui adfuerunt numero CCXVII. ex vniuersa Africana synodo. Quoniam deo placuit, vt de iis quæ nobiscum peregerunt, sanctissimi fratres nostri, Faustinus coëpiscopus, Philippus, & Asellus, non beatæ memoriæ Zosimo episcopo, à quo ad nos literas & mandata attulerunt, sed vestræ veneratio ni, quæ in illius locum diuinitus constituta est, nostra

breuitas reſcribat, quæ vtrorumque noſtrum concordia finita ſunt, debemus ea paucis clara reddere: ſed non ea quę prolixis actorum inuolucris detinentur, quæ ſeruata quidem charitate, ſed non ſine magno dubitationis labore deduximus, hoc agentes vt quæ ad rem conferunt actis inferantur. Ille enim, ſi adhuc eſſet in hoc corpore, lubenter acciperet quod pacificè finitimũ videret, domine frater. Apiarius preſbyter, de cuius ordinatione & excommunicatione & appellatione exortum eſt, non ſolum Sicę, ſed & in vniuerſa Africana eccleſia non paruum ſcandalum, de omnibus, in quibus errauit, petita venia, communioni reſtitutus eſt. Primus enim coëpiſcopus noſter Vrbanus Sicę quicquid erat à ſe corrigendum, ſine dubitatione correxit. Et quia eccleſiaſticæ paci & quieti, non ſolum in præſentia, ſed in futurum etiam tempus prouidendum eſt, quoniam multa eiuſmodi præceſſerunt: vt à ſimilibus, vel etiam grauioribus, in poſterum caueamus, placuit, vt Sicẽſi eccleſię moueatur Apiarius, ei ſcilicet ſeruato gradus ſui honore: & accipiens epiſtolam, vbicunque alibi voluerit, & potuerit, preſbyteri officium obeat & ſacra celebret. Quod quidem ipſi Apiario, cum id propriis literis petiuiſſet, abſque vlla difficultate conceſſimus. Antequam autem cauſa ipſa tali fini traderetur, inter alia quæ aſſiduis diſceptationibus verſabamus, cùm ipſa ratio poſtularet, vt à fratribus noſtris Fauſtino coëpiſcopo noſtro, & Aſello, & Philippo preſbyteris peteremus, vt eccleſiaſticis actis afferrẽt, ſi quid eis eſſet commiſſum, quod vnà nobiſcum eſſet agendũ, nonnulla quidem ſine ſcriptis verbis perſecuti ſunt. Cum nos autem poſtulaſſemus commonitorium, quod ab eis in ſcriptis proferebatur, id produxerunt quod à nobis lectum, actis præterea inſertum eſt, quæ etiam ad vos per eos in pręſentia ferũtur: in quo quatuor ab eis nobiſcum agenda inſerta erãt. Vnũ de appellationibus epiſcoporum ad Romanæ eccleſiæ ſacerdotem. Secundũ, ne epiſcopi ad comitatum temere nauigarẽt. Tertium autẽ vt preſbyterorum & diaconorũ cauſę à finitimis epiſcopis examinẽtur, ſi à propriis temere communione moti fuerint. Quartũ de Vrbano epiſcopo excommunicando, vel Romam citando, niſi quæ corrigi oportet corrigat. Ex quibus omnibus de primo & tertio, id eſt vt liceat epiſcopis Romam appellare, & vt cauſæ clericorum ab ipſarum prouinciarum epiſcopis finiantur, anno præcedente noſtris quoque literis eidem venerandæ memoriæ Zoſimo oſtendere ſtuduimus, vt

cõcil. Sard. can. 7. & 2. q. 6. Si quis epiſcopum ac cauſam.

ea

ea sine vlla illius iniuria aliquantisper seruaremus, donec Nicenæ synodi decretorum facta esset inquisitio. Et nunc à tua sanctitate petimus, vt quomodo ea à patribus Nicææ facta sunt, sic ea à nobis seruari: & illic apud vos quæ sunt in ipso commonitorio posita exerceri facias. Hoc est, vt si episcopus accusatus fuerit, & congregati eiusdem prouinciæ episcopi eum iudicauerint, & eum è suo gradu deposuerint: quando appellare visum fuerit, & ad beatissimum Romanæ ecclesiæ episcopum confugerit. Si eum esse audiendum censuerit, iustúmque esse duxerit vt renouetur iudicium, finitimis episcopis & in propinqua prouincia constitutis scribere dignetur, vt ipsi omnia diligenter inquirant, & ex veritatis fide finiant. Si autem is qui causam suam à principio audiri rogat, sua supplicatione Romanum episcopum mouerit, vt ex proprio suo latere presbyterum mittat, erit in potestate episcopi quid velit & quid iudicet. Et si statuerit quinam debeant cum præsentibus episcopis iudicare, habentes eius auctoritatem à quo missi sunt, eius iudicio relinquetur. Si autem crediderit sufficere episcopos ad finiendum negocium, faciat quod sapientissimo suo consilio visum fuerit. Similiter de presbyteris & diaconis. Si quis episcopus iracundus, quod esse non debet, celeriter & aspere aduersus presbyterum vel diaconum motus fuerit, & velit eum ex propria ecclesia segregare, prouidendum est ne sine causa condemnetur, vel perdat communionem. Et is qui electus est, potestatem habeat accedendi ad finitimos, & causa eius audiatur, & diligentius examinetur: quia non debet ei roganti auxilium denegari. Iam & ille episcopus, qui iustè vel iniustè eiecit, toleranter ferat rem examinari. vt vel cõfirmetur vel corrigatur eius sentẽtia. Hęc scilicet, vsq; ad præsentiam verissimorum exemplarium Nicenæ synodi, actis inserta sunt. Quę quidem, si illic quomodo in ipso cõmonitorio cõtinetur, quod nobis per missos fratres à sęde Apostilica ostẽsum est, apud vos quoq; in eodẽ ordine in Italia seruantur, nos quoq; nequaquã eorũ meminisse volumus, vel nõ sufferre contendimus: sed credimus quòd diuina nobis auxiliũ ferente misericordia, tua sanctitate Romanæ ecclesiæ præsidente, hunc deinceps metum non suscipiemus. Seruabuntur autem etiam erga nos, quæ nobis quoque nolentibus seruari debent dilectione fraterna, quæ pro sapientia & iustitia, quam tibi dedit altissimus, ipse quoque sentis seruari debere, si forte aliter

cõcil. Sard. can. 17. & 2. q. 3. Si forte episcopus iracundus.

habẽt canones Nicenæ ſynodi. Nos enim, qui in plures libros incidimus, nunquã legimus in Nicena ſynodo in libris Romanis, quomodo in prædicto cõmonitorio iſti hinc ſcriptum eſt. Similiter quoniã hic in nullo libro Græco hęc inuenire potuimus, ex eccleſiis Apoſtolicis, vbi ipſa decreta authentica dicũ tur adhuc poſſe inueniri, ad nos deferri valde deſideramus. Quare tuã etiam veneratione rogamus, vt ipſe præterea ſcribere digneris ad illarũ partium antiſtites, id eſt Antiochiæ, Alexandriæ, & Conſtantinopoli, & aliis, ſi tuæ ſanctitati videatur, vt illinc ad nos Nicęæ à ſanctis patribus conſtituti canones mittantur, te præcipuè hoc beneficium occidentalibus omnibus eccleſiis dei auxilio cõferente. Quis enim dubitat deſcripta exempla eſſe veriſſima in Græcis, ſynodi Nicęæ congregatæ, quæ à tam diuerſis locis & inſignibus Græcis eccleſiis deportata & collata conſentiunt? Quod quidem donec factum fuerit, quæ in dicto commonitorio nobis allata ſunt, de epiſcopis qui appellant ad Romanæ eccleſiæ ſacerdotem, & de cauſis clericorum, quæ debent à ſuarum prouinciarum epiſcopis finiri, nos etiam ſeruaturos profitemur vſque ad probationem: & veſtram beatitudinem, deo volente, nobis ad hoc auxilium laturam confidimus. Reliqua autẽ, quæ in noſtra ſynodo acta & confirmata ſunt, quia prædicti fratres noſtri Fauſtinus coëpiſcopus, Philippus & Aſellus preſbyteri ſecum deferunt, ſi vobis viſum fuerit, ea veſtræ ſanctitati nota facient. Et ſubſcripſerunt. Dominus noſter te nobis in multos annos conſeruet. Et ſubſcripſerunt ſimiliter.

Ἀποστολικῶν. Legendũ fortaſſe ἀκουμενικῶν, id eſt œcumenicis.

BALS. *Cùm Zoſimus Papa Romanus, qui loci conſeruatores ad præſentem ſynodum miſerat eſſet mortuus, Bonifacius eius loco conſtitutus eſt: ad quem ſynodus ſcribit, quæ in ipſa ſcripta ſunt in compendium redigens. declarat autem & quæ de Apiario preſbytero acta fuerant, atque etiam eos ſeruaturos appellationes quæ petebantur ad Romanam eccleſiam, donec allati fuerint canones qui à Nicena ſynodo expoſiti fuere.*

Sequuntur reſcripta Cyrilli Alexandriæ epiſcopi in quibus authentica Nicenæ ſynodi è Græco tranſlata per Innocentium presbyterum miſit. Quæ quidem epiſtolæ cum Nicena ſynodo per memoratum Innocentium presbyterum, & Marcellum ſubdiaconum eccleſiæ Carthaginenſis, ſanctiſſimo Bonifacio Romanæ eccleſiæ ſexto calendas Decembris miſſæ ſunt.

Cyrillus dominus venerabiliſſimis & ſanctiſſimis fratribus & coëpiſcopis, Aurelio, Valentino, & vniuerſæ ſanctiſſimæ ſynodo Carthagine congregatæ. Salutamus in domino veſtram dilectionem, quæ à veſtra reuerentia ſcripta ſunt, multam pietatem continentia, cum omni lætitia per filium noſtrum Innocentium preſbyterum ſuſcepi. Cùm hæc autem à nobis ſperata fuerint, nos ex noſtræ eccleſiæ ſcrinio veriſſima deſcripta exẽpla authenticæ ſynodi, quæ habita fuit Nicęæ, quæ eſt vrbs Bithyniæ, ea quæ à ſanctis patribus definita & confirmata ſunt ſuper cõfeſſione noſtræ fidei, veſtræ charitati miſſuros, neceſſariũ duxi domini fratres in primis venerabiles, ſalutatione præcedẽte, per eundẽ filium noſtrũ Innocentiũ preſbyterũ fideliſſima exemplaria authẽticæ ſynodi, quę Nicęæ quę eſt vrbs Bithyniæ, habita eſt, veſtræ charitati mittere. Quod etiã in eccleſiaſtica hiſtoria quærẽtes inuenietis. De Paſcha autẽ vt ſcripſiſtis,

stis, renunciamus vobis, xvii. calendas Maias nos peracturos ingredientis indictionis. *Subscriptio.* Deus & dominus noster sanctam vestram synodum custodiat. Quod oramus venerabilissimi fratres.

INCIPIT EPISTOLA ATTICI EPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI AD EOSdem. Dominus venerabilissimis & beatissimis fratribus & coëpiscopis, Aurelio, Valentino, & reliquos qui in Africana synodo conuenerunt.

PER filium vestrum Marcellum subdiaconũ vestrum literas vestræ dilectionis cũ omni lætitia accepi, deo gratias agẽs, quòd dignatus sum frui tantorum fratrum benedictione. Domini beatissimi fratres, scripsistis, vt verissimos canones, qui Nicææ, quę est Bithyniæ metropolis, a patribus constituti sunt, post fidei expositionẽ mittam. Et quis est qui cõmunem fidẽ, & decreta à patribus cõstituta, propriis fratribus deneget? Vnde per eundem filium nostrũ Marcellum subdiaconum vestrum valde festinantem, quemadmodũ canones Nicææ à patribus definiti sunt, integrè, vt iussistis, misi, rogãs vestram synodum vt pro me plurimum orare dignetur. *Subscriptio.* Dominus noster custodiat vestram sanctitatem & synodum sanctam, quod oramus sanctissimi fratres. Incipiunt descripta exempla Nicenæ synodi missa vi. calen. Decemb. post consulatum clarissimorum imperatorum, Honorij xii, & Theodosij ix. Augustorũ, Bonifacio Romano episcopo. Credimus in vnum deum. Et deinceps sanctum symbolum, vt in prima synodo scriptum est.

INCIPIT EPISTOLA SYNODI AFRICANÆ, AD PAPAM CELESTINVM.

DOMINO dilecto & in primis venerabili fratri nostro Celestino Aurelius, Palatinus, Antoninus, Tutus seruus dei, Terentius, & cæteri qui in vniuersali Carthaginensi synodo interfuerunt. Optaremus vt quomodo tua sanctitas non de Apiarii præsentia lætos reddidit, missis literis per presbyterum nostrum Leonem, sic & ad vos similiter de eiusdem purgatione præsentes literas cum gaudio mitteremus. esset enim scilicet nostra & vestra alacritas tutior, & nec credibilis videretur de nunc audiendo, quæ tanquam de audito præcesserat. Cùm ergo ad nos accessisset sanctissimus frater & coëpiscopus noster Faustinus, synodum coëgimus: & credidimus ipsum propterea cum illo esse missum, vt quemadmodum is ipsius studio presbyterio erat redditus, sic & eiusdem opera posset à tot criminibus illi ab Enthabracensis obiectis purgari. Cuius tot & tam magna scelera nostræ synodi multitudo percurrens, inuenit, vt & memorati patrocinium, potius quàm iudicium, & tanquam defensoris studium, potius quàm cognitoris, vicerit. Primum enim toti synodo valde restitit, varias contumelias ingerens, tanquam qui Romanæ ecclesiæ priuilegia defenderet, & vellet se à nobis in communionem admitti, quem tua sanctitas cùm credidisset appellare, quod quidem probare non potuit, communioni restituit: hoc tamen ei non processit, quod adhuc ex actorum lectione melius cognoueris. Triduano enim moto laborioso iudicio, in quo diuersa quæ ei obiiciebantur executientes quærebamus, deus iustus iudex, fortis & longanimis, & coëpiscopi nostri Faustini protelationes, & ipsius Apiarii frustratorias in dicendo tergiuersationes, quibus nefarias suas turpitudines velare conabatur, magno compendio amputauit, silentio scilicet premenda & longe fœtidissima obstinatione abolita, negationi iq; impudentia, per quam tantum voluptatum cœnum obruere volebat. Cùm enim deus eius conscientiam in angustias deduxisset, & quæ occulta erant in corde peccata, tanquam in criminum cœno iam condemnata, omnibus etiam hominibus iam publicasset, repente ad confessionem omnium sibi obiectorum criminum fraudulentus inficiator erupit: & vix tandem omnium incredibilium probrorum ipse seipsum sua sponte arguit: & ipsam similiter spem nostram, cui ipsum commiseramus, & orabamus,

vt à tam pudendis maculis posset purgari, conuertit in luctus: nisi quòd hanc nostram tristitiam vno eoque solo solatio mitigauit, quòd etiam nos à mœroris perpetuo labore liberauit, & suis literis, etiam si inuitus & propria repugnante conscientia, confessus, eis medelã qualẽcunque prouidit, domine frater. In primis ergo officio debitæ venerationis impleto, supplices petimus, ne deinceps ad vestras aures eos qui hinc veniunt facile admittatis, nec qui à nobis excõmunicati fuerint in cõmunionẽ velitis deinceps recipere. Nam hoc quoque in Nicena synodo definitũ vestra facilè inueniet beatitudo. Si enim etiam de inferioribus clericis & laicis illic seruari videtur, hoc vult multo magis etiam de episcopis seruari. Ne ergo qui in propria prouincia à cõmunione suspensi sunt, à tua sanctitate, dedita opera, & vt non oportet, communioni restituti videantur. Presbyterorum autem similiter & consequentium clericorum impudentes fugas, vt te dignum est, persequetur tua sanctitas. Nam neque per vllum patrũ decretũ hoc Africanæ ecclesiæ est prohibitum, & Nicenæ synodi statuta, siue clericos inferioris gradus, siue ipsos episcopos propriis metropolitanis apertissimè cõmiserunt. Sapienter enim & iustè perspexerũt, quæcũq; fuerint exorta negocia, ea in propriis locis terminari debere. Neq; enim vnicuique prouidẽtiæ sancti spiritus gratiã deesse putarunt: per quam iustitia à Christi sacerdotibus & videtur prudenter, & stabiliter tenetur. maximò quòd vnicuique concessum est, si ei videatur de iudicũ sententia ad synodos propriæ prouinciæ, vel præterea etiã ad vniuersalem synodum appellare. Nisi vtiq; est aliquis qui credat, vni cuipiam, quicunque is sit, posse deum nostrũ iudicii iustitiam inspirare, innumerabilibus autem sacerdotibus in synodum congregatis negare. Quomodo ergo firmum erit hoc transmarinũ iudicium, ad quod testiũ necessariæ personæ, vel propter naturæ, vel propter senii imbecillitatem, vel propter multa alia impedimenta deduci nõ possunt? Nam de mittendis quibusdã veluti a latere vestræ sanctitatis, à nulla patrum synodo constitutũ inuenimus. Nã quod olim per hunc ipsum coëpiscopum nostrum Faustinum, tanquam ex parte Nicenæ synodi isthinc missum fuerat, in vetioribus descriptionibus Nicenæ synodi, quas à sanctissimo Cyrillo Alexandrinæ ecclesiæ coëpiscopo, & à venerando Attico Constantinopolis episcopo ex authenticis missas accepimus. Quæ quidẽ ante hac per Innocentiũ presbyterum & Marcellũ subdiaconũ per quos ad nos de illis missa fuerãt, veneradæ memoriæ Bonifacio episcopo prædecessori vestro à nobis missæ sunt, nihil eiusmodi inuenire potuerim*. Executores ergo vestros clericos perẽtibus aliquibus ne velitis mittere, nec permittere vt fumosum mũdi fastũ Christi ecclesiæ inducere videamur, quæ simplicitatis lucẽ & humilitatis diẽ offert iis qui deũ videre cupiunt. De defendo enim Apiario, iã à fratre nostro Faustino pro suis nefãriis nequitiis Christi ecclesia moto, solliciti nõ sumus, quòd eũ vestræ sanctitatis probatione & correctione in seruanda fraterna charitate, Africa nequaquam amplius sustinebit. *Subscriptio.* Deus noster sanctitatem vestram in longissimum tempus custodiat, pro nobis orantem, domine frater.

BALS. *Apiario à synodo Africana segregato, cum is ad Papam Celestinum accessisset, & segregatio soluta esset. Faustinus vnà cum illo Carthaginem missus est, negocium eius examinaturus. decisa autem causa misit synodus Celestino hanc epistolam. Et primum quidem accusauit Faustinum quòd Apiarium praetervationem defenderet. Deinde subiunxit, quòd ex eius confessione causa fuit decisa. & orauit vt non facile admitteret Celestinus eos qui dicunt aduersus synodum, & ab ea segregati sunt. Addiderunt autem quòd nec patres Nicenæ synodi statuerunt, à Papa in Africam mittendos, qui causam simul cognoscerent, & nec hoc inuenitur in missu ab Alexandrino & Constantinopolitano episcopo.*

EX ACTIS CONSTANTINOPOLI DE AGAPIO ET GABADIO, VTROQVE VENDICANTE EPISCOPATUM BOSTRÆ.

IN consulatu religiosissimorum & dei amantissimorum imperatorum nostrorum, Arcadii Augusti tertium, & Honorii secundum, tertio calend. Octobris in illuminatorio sanctissimæ Constantinopolitanæ ecclesiæ, sedentibus sanctissimis episcopis, Nectario Constantinopolitano, Theophilo Alexandrino, Flauiano Antiocheno, Palladio Cæsareæ Cappadociæ, Gelasio Cęsareæ Palæstinæ, Gregorio Nyssæ, Amphilochio Iconii, Paulo Heracleæ, Arrabiano Ancyræ, Ammone Adrianopolis, Phale-

Phaletio Tarſi, Lucio Hierapolis, Elpidio Laodiceæ, Paulo Alexandrorum, Dioſcoro Hermopolis, Probatio Beronices, Theodoro Mopſueſtiæ, Dizo Seleuciæ, Epagatho Marcianopolis, Gerontio Claudiopolis, & aliis diuerſis epiſcopis, & omni ordine ſacerdotali, Nectarius epiſcopus Conſtantinopolitanus dixit: Hac ſynodo dei gratia in hoc ſancto loco collecta, Si hæc ſanctorum fratrum & in ſacris comminiſtrorum ſynodus ita cenſet, quia adſtare video eos qui contendunt de Boſtrenorum epiſcopatu, fratres noſtros Gabadium & Agapiũ, hi ſua interſe inuicẽ iura incipiãt proponere. Et poſtquam aliqua ab eis pro hac cauſa acta eſſent, & dicti Gabadij depoſitionem à duobus ſolis epiſcopis iam mortuis factam oſtenſum eſſet, Arrabianus Ancyræ epiſcopus dixit: Non propter hoc iudicium, ſed de tota deinceps vita metuens, cupio ſanctam ſynodum de hoc ſtatuere, licet ne à duobus epiſcopis fieri depoſitionem, an non, & aduerſus abſentem licet, an non? Ad præſentem quidem cauſam nihil eſt prę iudicij. Vereor autem ne ex his actis aliqui poteſtate accepta talia audeant, velim ergo vos reſpõdere. Nectarius epiſcopus Cõſtantinopolitanus dixit, Laudabiliter intulit religioſiſſimus epiſcopus Arrabianus. Sed cum non poſſit iudicium recuſare, id quod eſt præteritum non condemnãtes, quod eſt deinceps futurum ſtabiliamus. Arrabianus Ancyrę epiſcopus dixit, Id quod eſt præteritum, beatorum patrum, qui Nicææ conuenerunt, damnat ſynodus, iubens non eſſe pauciores tribus qui ordinent, nec abſente metropolitano. Sed de futuro ego metuens feci interrogationem. Velim ergo vos apertè edicere & nec ſuſpenſe, nec dubie, vt à duobus hominibus nec ordinari nec deponi epiſcopum liceat, Nicenæ ſynodo conuenienter. Et poſt alia Theophilus epiſcopus Alexandriæ dixit, Aduerſus eos qui excellerunt, fieri non poteſt vt indignationis ſententia feratur, quoniam præſentes non fuere condemnati. Sed ſi quis de iis qui in futurum debent deponi conſideret, mihi videtur non ſolum tres debere accedere, ſed ſi fieri poſſit, omnes prouinciales, vt multorum ſententia accuratior condẽnatio reddatur eius qui dignus eſt deponi, præſentis, & iudicati Nectarius epiſcopus Conſtantinopolitanus dixit, Cùm de legitimis inſtitutis & decretis agitur, conſequens eſt non propter perſonarum cauſas aliquas talia decerni. Quamobrem, ſicut ſanctiſſimus epiſcopus Arrabianus intulit, volens futura ſtabilire, conſequenter & humanè ſanctiſſimi epiſcopi Theophili ſententia decreuit, nõ licere in poſterum, nec à tribus quidem, nedum à duobus, cum qui reus examinatur, deponi: ſed matoris ſynodi & prouinciæ epiſcoporum ſententia, ſicut Apoſtolici definiere canones. Flauianus epiſcopus Antiochiæ dixit, Quę expoſuerunt ſanctiſſimus epiſcopus Nectarius & ſanctiſſimus Theophilus epiſcopus aperta ſunt. Et omnes eccleſiaſtici his acquieſcimus.

BALS. *Cùm Gabadius Boſtrorum epiſcopus eſſet à duobus epiſcopis depoſitus, agitatum eſt in ſynodo Cõſtantinopolitana, an ea rectè facta eſſet depoſitio, cum electus Agapius iudicium tueretur: & pronunciatum eſt depoſitionem non fuiſſe canonicã, vtpote cùm non duo, ſed multi, eberẽt ea quæ aduerſus epiſcopos dicuntur diiudicare. Tu autem ſcias hanc conſtitutionem hodie nõ eſſe vſitatam. Axij. enim canone Carth. ſynodi, quæ eſt multo poſterior, criminalia epiſcoporum iudicia à xij. epiſcopis exercentur, & lege eum canonem. Scias autem quòd hæc quidem ſynodus ſub Arcadio Imperatore facta eſt, Carthaginenſis verò, regnante Theodoſio Parua.*

SYNODVS ANCYRANA.

DIXIMVS paulo antè quòd synodus Carth. est omnium prima, & ij. Antiochena, & post eas, ea quæ in Ancyra Galatiæ metropoli ante primam Nicenam synodum coacta est. Huic autem præfuerunt, Vitalis episcopus Antiochiæ Syriæ, Agræcolaus Cæsareæ Cappadociæ, & Martyr Basilius episcopus Amaseæ, & quæsierunt an eos oporteat admittere, qui idolis sacrificauerũt, & ad ecclesiam accedunt.

CANONES BEATORVM PATRVM, QVI Ancyræ conuenerunt: qui sunt quidem antiquiores iis qui Nicææ editi, secundum tamen locum obtineat propter œcumenicæ synodi auctoritatem.

Can. j. ἐκ μεθόδου πως.

Presbyteros, qui sacrificarunt, deinde contrà reluctati sunt, non fraudulenter & insidiosè, sed verè: nec hoc prius machinati sunt, nec consulto ac de industria id fecerunt, & persuaserunt, vt tormentis subiici viderentur, cum ea specie & opinione tantum inferrentur, visum est eos cathedræ quidem honoris esse participes, non licere autem ipsis offerre, sed ἑρμηνεῖν sermonem conferre, vel omnino sacerdotale aliquod munus obire.

BALS. *Tempore persecutionu Christianorum, quidam sacerdotes idolu sacrificare coacti sunt, & hi quidem ad mortem vsque puniti, martyrij coronam acceperunt: illi verò cum ad finem vsque tormenta perferre non potuissent, victi sunt, & fidem abnegarunt, & etiam idolis sacrificarunt, alij autem etiam antequam torquerentur omnino cesserunt. Ne autem sua sponte sacrificare viderentur, pecuniis, vel suasione, vel aliqua alia ratione operam dederunt, vt magnorum tormentorum minæ illis intentarentur, statuunt ergo patres, vt illi qui verè torti fuerunt, propter supplicij autem acerbitatem, ad perfectionu quoque coronam accipiendam non sustinuerunt, sed sacrificauerunt, deinde reluctati sunt, idest, satanam vicerunt, qui eos in lucta prostrauerat, & cum pura confessione pœnitentiam egerunt, ad solum honorem & cathedram recipiantur, neque offerant, neque sermonem conferant, id est, ne doceant, neque aliquid aliud sacerdotale exequantur. Quamobrem argumẽto à contrario sumpto, alij præter hos, qui non renera, sed simulatè tormenta prætexuerunt, & denm negauerunt, nec honore quidem vel cathedra digni habebuntur. Quid verò, num vt Christiani simpliciter, cum lachrymis pœnitentiam agentes, & peccatum confitentes, suscipientur? Mihi certè videtur. Non est enim peccatum, quod vincat dei misericordiam, sed & ij, & qui ad honorem solum admittuntur, punientur, vt volũt dicti canones.*

Can. ij

Diaconos similiter, qui sacrificarunt, postea autem reluctati sunt, alium quidem honorem habere, ipsos autem ab omni sacerdotali ministerio cessare, & panem vel calicem offerendi, vel prædicandi: sed si ex episcopis aliqui, in iis vel afflictionem aliquam, vel humilitatem ac mansuetudinem viderint, & aliquid amplius dare vel offerre voluerint, in eorum potestate id esse.

BALS. *Præsens quoque canon eadem de diaconu decernens, adiicit, quòd si regionis episcopi, animaduerterint, eos qui verè torti sunt, esse misericordia dignos, propter lachrymas & eorum humilitatem, vel contrà maiore supplicio, propter impudentiam facient pro vt eu videbitur, idest, vel pœnam augebunt, vel potius consolationem afferent. Ea enim in eorum potestate & iudicio sita sunt. Si quu autẽ dicat præsentem canonẽ dei gratia locũ hodie non habere, quia tyrãnus non præest: audiet quòd apud Agarenos & infideles multa eiusmodi fiunt, & canones nunc quoque effectum sortientur Nota etiam ex hoc præsenti canone quòd omnis animæ medela dependet ab episc. iudicio ac prudentia.*

Eo-

Eos qui fugientes comprehensi sunt, vel sunt à suis tradi- Can. iij.
ti, vel suis alioqui facultatibus priuati, vel tormenta perpessi, vel in carcerem coniecti sunt, clamantes se esse Christianos, & diuulsi ac distracti sunt, vel iis qui vim afferebant in manus immittẽtibus, vel cibo aliquo per necessitatem suscepto, se tamen esse Christianos perpetuo fatentes, & eius quod accidit dolorem, & amictu, & habitu, & vitæ humilitate, præse ferentes, à communione non arceri. Si autem etiam ab aliquo sunt prohibiti, maioris cautionis gratia, vel etiam propter aliquorum ignorantiam, statim admittantur. Hoc autem similiter in clericis & aliis laicis. Hoc quoque est examinatum, an possint etiam laici qui in eandem necessitatem inciderunt ad ordinem promoueri. Visum est ergo, & eos, vt qui nihil peccassent, si etiam præcedens eorum vitæ instituendæ ratio recta inueniatur, promoueri.

BALS. *Quidam clerici & laici manus tyrannorum fugientes, & comprehensi, vel ab aliquibus proditi, & in quæ habebant priuati, & nonnunquam etiam torti, & in carcerem coniecti, se esse Christianos fatebantur. Quia autem à lictoribus in manus eorum thus forte iniectum est quod idolis sacrificatur, vel in ora eorum cibus aliquis idolis immolatus, à fidelium cõmunione arcebantur, quòd scilicet idolis sacrificassent. Dicunt ergo patres, id quod illis vi factum est, non esse illis impedimento fatẽtibus perpetuò se esse Christianos, vt cũ cõpunctione id deflẽtibus quod in ipsos à tyranno vi factũ est. Nihil enim peccarunt vt etiam à nobis puniantur. Sin autem ab aliquibus, propter maiorem cautionem, vel propter eius quod fieri oportet ignorationem, à communione sunt prohibiti, vt statim recipiantur sententiam tulere. Perinde autem ac si dixisset aliquis, canonem in solu laicu locum habere: clerici enim ex prædictorum canonum sententia recipientur, intulerunt non solum eiusmodi laicos, sed etiam clericos nobiscum communicare. Hoc autem dictum est, eo quòd sit magna differentia eorũ qui deum sponte negarunt, quoniam supplicia perferre non poterant, & eorum qui tale quid non fecerunt, facto proprio, sed inuiti & per vim idolothyta susceperunt, vel thus, & ea despuerunt. Illi enim peccarunt, vt qui cesserint Debebant enim mori propter Christum. Qui verò vi thus susceperunt, nullum impium opus fecerunt. Quoniam ergo nihil peccarunt, laici quoque clerici fient, si digni inueniantur, omnino autem etiam clerici ad maiores gradus propter eandem rationem prouehentur. Quoniam autem nonnulli eos accusabant vt qui martyrium fugissent & cunctati essent, dixerunt patres eos non ideo læsi. Et omnino id optimè sanxerunt. Dicit enim magnus in theologia Gregorius, nõ esse sua sponte ad certamen procedendum, vt & persequentibus & imbecillioribus parcatur. Et dominus dixit in euangeliis, Quando vos ex hac ciuitate persequentur, fugite in aliam. Et in hu quidem expositus est canon. Cùm autem dominus Nicolaus Muzalon, qui Amyclæus episcopus dictus est, vi à magistratu tonsus esset, & supplex contenderet vt quod vi in eum factũ erat tolleretur, & episcopale tursus munus obiret, sanctissimus ille patriarcha dominus Lucas, videns eum synodicè cum vestibus episcopalibus præsentem, eum non admisit dicens, quòd si synodalem quidem sentẽtiam & correctionem expectasset episcopus, canonicum auxilium inuenisset. sed quia vestes monasticas, quibus vi indutus fuerat, inordinatè exuit, & sibi ipsi ius dixit, auxilium non assequetur. Sed cum sanctissimus patriarcha ad dominum migrasset, vi quidam factam tonsuram tanquam non factam reputans, abolenit. Episcopum autem, vt qui negligens fuisset, & sibi ius dixisset, ad tempus celebrandi officio priuauit. Quin & alij multi vi ab Agarenis circuncisi, & qui alia multa impia vel fecerant vel passi erant, post puram & conuenientem pœnitentiam, ab ecclesia recepti sunt, & pœnis impositis medelam acceperunt. Porrò & Comnenam dominam Theodoram, quæ dicta est Laparde, illius domini Andronici coniux, vi illius tyranni Andronici tonsam, Constantinopolitana synodus non sinit mutare habitum, nec cum Crate Hungariæ qui hoc vehementissime petebat, contingi, eo quòd post eius viri mortem processisset tonsura, etiam si vi facta esset, & in cœnobiaco monasterio vitam egisset. Iam verò & alias quoque nobiles fœminas sic tonsas æquum censuit hac synodus ad pristinum habitum reuerti, vel quòd eorum mariti superessent, vel quòd tonsuram omnino non admisissent post mortem tyranni.*

De iis qui vi sacrificarunt, & præterea ad idola pransi sunt, Can. iiij.

quicunque abducti quidem, & lætiore habitu ac[illegible]erunt, & veſte ſumptuoſiore vſi ſunt, & parati prandij non ægrè id ferentes participes fuerunt, viſum eſt anno audire, tribus autem annis ſubſterni ac ſupplices eſſe, ſoli autem orationi duobus annis communicare, & tunc ad id quod eſt perfectum accedere.

* Lacunam.

BALS. *Cùm expoſitus tertius canon indiſtinctè ignouiſſet iis qui vi idolothyta ſuſcepiſſent: quoniam dicebant nonnulli eis etiam ignoſci, qui ea vi comediſſent, vel etiam ſacrificaſſent, per hunc canonem & v. ſtatuerunt ſancti Patres, quòd quicunque quidem abducti ad idolicum prandium, lætiũ vultum oſtenderunt, & cum ſplendidioribus veſtibus diſcubuerunt, & eorum quæ idolis immolata ſunt participes fuere, punientur, vt qui omnino impietati ceſſerint. Quamobrem anno vno diuinas ſcripturas audient in ferula, & poſtea triennio ſubſternentur ſeu ſupplices erunt, id eſt in eccleſia erũt poſt ambonem, ſtantes vſque ad catechumenorum exitum, tunc enim ipſi quoque egredientur. Completo autem his quoque tribus annis, vnà cum fidelibus biennio communicabũt, & ab eo tempore ad id quod perfectum eſt deuenient, tunc enim etiam diuinorum erunt ſacramentorum participes. Quicunque autem vi abducti mœſti fuerunt, & cum lugubri veſte accubuerunt & comederunt, poſt ſubſtrationis triennium, in eccleſiaſticam communionem ſuſcipientur, ſed non etiam diuinu digni ſacramentu habebuntur. Id enim eſt, ſine oblatione ſuſcipi. Si autem accubuerunt quidem, non autem comederunt, biennio ſubſternentur, & ad tertium annum, vnà cum fidelibus in eccleſia erunt ſine oblatione: poſt eius enim lapſum, erunt diuinæ communionis participes. Hæc autem omnia epiſcopali iudicio patres reliquere, vt iuxta eius qui peccauit conuerſationem, & ſocordiam, vel augeantur pœnæ, vel diminuantur. Examinatur autem etiam prior eorum conuerſatio, vt vel humanitatem vel ſeueritatem conſequantur. Rogauerit autem quiſpiam, & cur clerici quidem, vel laici, qui vel thus, vel idolothytum ſuſceperunt, non puniuntur, vt qui non erranerint: ſed etiam ad gradus eccleſiaſticos promouentur: quamquam in quinti canonis fine cõtinentur, & vi accubuerunt, puniuntur, vt qui peccarint, idque cum lachrymas funderent, & nec idolothyta quidem guſtauerint? SOL. Differentia eſt eorum qui vi ſuſceperunt dona profana, & ex facto proprio nihil deliquerunt, & eorum qui aliquid impium vi fecerunt: quod eſt videlicet, ad prandium accumbere. Vnde illis quidem, vt qui mali nihil fecerint: ab alio enim in os vel in manus ipſorum iniectum eſt idolothytum, non puniuntur. Hæc autem definita ſunt conſequenter iis quæ à legibus ſtatuta ſunt. Dicitur enim in lib. x. imp. quod id quod ab aliquo quidem vi ablatum eſt, rurſus manet eius dominij, nec vllius vnquam dominio tenetur, vt vult lex quæ dicit, Furtiua & vi poſſeſſa nunquam vſu capiuntur, ſine dominio tenentur. Quod autem alicui ab aliquo metu datum eſt, à bonæ fidei poſſeſſore vſu capitur, etiam ſi metus quoque vi in ſit. Vis enim domini proprio facto tranſlata eſt. Iure ergo qui nihil impium fecit, non punitur, quemadmodum & ei ignoſcitur, cui vi ſuum ablatum eſt, ſi id ad triginta annos vſque renocat. Qui autem aliquid impium fecit, punitur, vt qui in profano prandio vi accubuit, quemadmodum ei non ignoſcitur qui metu manu propria quod ſuum eſt alicui tradidit. Poſt decẽnium enim perdit eius dominium.*

Can. v. Quicunque autem cum veſte lugubri acceſſerunt, & accũbentes comederunt, interea toto accubitus tempore lachrymas fundentes, ſi triennale ſubſtrationis tempus impleuerint, ſine oblatione recipiantur. Si autem non comederunt, cũ duobus annis ſupplices ſubſtratiſque fuerint, tertio anno communicent ſine oblatione, vt id quod perfectum eſt triennio accipiant. Statuimus autem vt epiſcopi, modo conuerſationis examinato, poteſtatem habeãt vel vtendi clementia, vel plus temporis adiiciendi. Ante omnia autem & præcedens vita, & quę conſecuta eſt, examinetur, & ſic eis clementia impertiatur.

BALS. *De præſenti canone tractauimus in interpretatione iiij. canonu, & ne quid amplius quære.*

Can. vj. De iis qui ſupplicij minis, & bonorum ablationis, vel exterminationis tantum ceſſerunt & ſacrificauerunt, & ad præſens

* penuriæ.

vſque

vſque tempus pœnitentiam non egerunt, nec conuerſi ſunt, nunc autem circa tempus ſynodi proceſſerunt, & conuerſionis cogitationem induerunt, viſum eſt ad magnum vſque diem eos ad auditionem admitti, & poſt magnum diem tribus annis eſſe ſupplices & ſubſterni: & pos alios duos annos communicare ſine oblatione: & ſic ad id quod eſt perfectum venire, vt totum ſexennium impleant, ſi qui autē ante hac ſynodū ad pœnitentiam admiſſi ſunt, ab illo tempore eis ſexennium reputari. Sed ſi periculum, mortiſque expectatio, ex morbo vel aliqua alia occaſione euenerit, ij ° ſub definitione recipiantur. ° Vide pp.

BALS. Poſtquam dixerunt ſancti patres quid debeat fieri in eos qui ſacrificarūt, eo quod tormenta ſuſtinere non poſſent, nunc de iis tractant, qui propter ſolas minas ſupplicitorum, vel eorum quæ habent ablationem, vel exilium ſacrificarūt, & vſque ad tempus ſynodi pœnitentiam non egerunt. Decernunt ergo, quòd quoniam nuper ad eccleſiam veniunt, vt debent puniri, & primum quidē audire ſcripturas ° in ferula vſque ad magnum diem, ſcilicet Paſchæ, & poſtea tribus annu ſubſterni, & ſic eſſe ſacramentorum participes, tanquam tam impleto ſexennio. Quoniam autem quidam ex iis ad pœnitentiam ſuſcepti ſunt, debet eis reputari ſexennium ab eo tempore quo ad pœnitentiam admiſſi ſunt. Quicunque autem ex iis veniunt in periculum ne moriantur ex morbo vel aliqua alia cauſa, diuinorum ſacramentorum participatione digni habebuntur. Quòd ſi ipſos non mori contigerit, ne amplius communicent, tanquam pœna ſoluti, niſi præfinitum ſexennium præterierit. Hoc enim eſt illud, ſub definitione, ſcilicet ſub diſtinctione recipi ad diuinorum ſacramentorum participationem. Nota ergo quòd ij magis puniuntur, qui non ſunt tormentu affecti, & ſacrificarunt, quam qui tormenta paſſi ſacrificarunt. ° ὡ ταξθεντι.

De iis qui in feſto ethnico, in loco gentilibus deputato conuiuati ſunt, & proprios cibos attulerunt, & comederunt, viſum eſt, cùm biennio ſubſtrati fuerint, eſſe recipiendos. An vnum quenque autem cum oblatione recipere oporteat, eſt epiſcoporum examinare, & aliam vitam in vno quoque inquirere. Can. vij

BALS. Quidam fideles in alienarum gentiū regionibus inuenti, in aliquo tempore feſti ethnici, cum eis comederunt in loco quodam ad hoc ipſum deputato. Quia autem non erant gentilium cibi, ſed ſui, ſe ab omni reprehenſione alienos conſeruari volebant. Dicunt ergo patres, quòd & ſi execrabilibus cibu non ſunt inquinati, ſed tamen quia cum infidelibus accubuerunt, & per communem menſam cum illis feſtum agentibus communicarunt, per biennium in ſubſtratione punientur, & poſtea ſecundum epiſcopi examinationem, vel ad ſolam communionem, vel ad ſanctam etiam participationem recipientur. Quid autem, ſi poſt tempus feſti, in alio die, & in alio loco, cum infidelibus comederunt, nunquid pœnæ non erunt obnoxij? SOL. Nequaquam. Nam ſic quoque puniuntur. Si enim ſæpe cum infidelibus comederunt, vt qui ſint fortaſſe legati vel captiui, mediocri medicamento curabuntur. Si autem ex contemptu vel parui penſione ac temeritate, magis punientur. Sed non vt illi qui cum eis feſtum celebrare viſi ſunt. Quemadmodum & pluſquam illi quoque puniuntur ij, qui non ſuos cibos ſed feſti comederunt. Hæc autem omnia epiſcopi iudicio ſunt relinquenda. Nota hæc quæ valde vtilia futura ſunt aduerſus eos qui vnà cum Sarracenis comedunt, vel cum aliis gentilibus. Iberes autem nihil referre dicunt an cum orthodoxo an cum hæretico comedatur. Et quomodo hoc fiat neſcio.

Qui autem ij. & iij ſacrificarunt per vim, triennio ſubſternantur, duobus autem annis ſine oblatione communicent, & ſeptimo perfectè ſuſcipiantur. Can. viij.

BALS. Cùm dixiſſent ſancti patres de iis qui ſemel ſacrificaſſent, nunc etiam de iis dicunt qui bis vel ter ſacrificarunt. Quoniam autem dicebant quidam idem eſſe & ſemel & ſæpe ſacrificare, definierunt patres eos magis puniri qui bis vel ter per vim ſacrificarunt. Quare propter mali multitudi-

nem etiam augetur ſupplicium, & hoc quoque omnino deinceps progredietur.

Can. viiij. Quicunque autem non ſolum deſciuerunt, ſed etiam inſurrexerunt, & fratres ſuos coëgerunt, & cauſæ fuerunt vt cogerentur, ij annis quidem tribus auditionis locum ſuſcipiant, alio autem anno ſine oblatione communicent, vt decennio expleto, eius quod eſt perfectum ſint participes. Eorum autem in eo quoque tempore vitam examinare oportet.

BALS. *Fideles quidam adeò propter tormenta timidi ignauique euaſerunt, & ab orthodoxis defecerunt, vt etiam aduerſus illos procederent, aliquando quidem cogentes eos idem ſentire cum tyranno, aliquando verò eos etiam qui latebant indicabant. Eos itaque ſancti patres decennio definierunt &c. Ne dicas autem fideles adeò à fide Chriſtiana fuiſſe abalienatos, vt etiam infideles & Chriſtianorum perſecutores fuerint. Eos enim eccleſia alio quodammodo ſuſcipit, ſicut & eos qui ſunt à natiuitate infideles, potius autem etiam cum maiore examinatione, ſed dic eos quidem adhuc Chriſtianè & orthodoxè ſentire ſed propter tormenta ceſſiſſe, ita vt videretur cum iu qui malè ſentiunt ſentire, adeò vt qui eos videbant hæretici non offenderentur, ſed & ipſos quoque iis ſimiliter credere exiſtimarent. Propterea enim & pœnu ſubiiciuntur, & non ſuſcipiuntur vt idololatræ & infideles.*

Can. x. Quicunque diaconi conſtituti, in ipſa conſtitutione teſtificati ſunt, & dixerunt, oportere ſe vxores ducere, cùm non poſſint ſic manere, ij ſi vxorem poſtea duxerint, ſint in miniſterio: eò quòd hoc ſit illis ab epiſcopo conceſſum. Si qui autem hoc ſilentio præterito, & in ordinatione vt ita manerent ſuſcepti ſunt, poſtea autem ad matrimoniu venerunt, ij à diaconatu ceſſent.

BALS. *Hunc canonem ne ſequaris, qui definit diaconos poſſe cum mulieribus matrimonio coniungi poſtquam ordinati fuerint, quando dum ordinarentur teſtificati ſunt, id eſt ait erũt, ſuu epiſcopis neceſſe eſſe vt ad matrimonium veniant, & veluti permiſſionem acceperunt. Sine enim hoc prædixerint, ſiue ſilentio præterierint qui ordinantur, non permittetur eis vt poſt ordinationem cum mulieribus coniungantur: ſextus enim canon ſynodi in Trullo, deponendos decernit diaconos & preſbyteros, & ſubdiaconos, qui poſt ordinationem matrimonium contraxerint. Quod ſit autem* ἀ διαταῦτα *contra canones, nec ex permiſſione epiſcopali, nec ex eo tantum quòd nõ tacuerint, concedetur. Lege etiam ſi xtã nouellam Imp. domini Leonu ſapientis, dicentis quòd etiam ſi ex conſuetudine poteſtatem habeãt ij qui ſunt ſacrati, intra biennium poſt ordinationem præfinitum ducendi vxores legitimas: hoc tamen vt à canonibus prohibitum obſeruari non debet.*

Can. xj. Deſponſas aliis puellas, & ab aliis poſtea raptas, viſum eſt iis quibus deſponſæ erant reddi, etiam ſi vim paſſæ ſunt.

BALS. *De iu qui quiſlibet puellas rapiunt, ea quæ ſunt conſentanea tractata ſunt in xxx. cap. ix. tit. præſentis operis, & lege ipſum. Similiter lege & xcij can ſynodi in Trullo, & lviij. tit. totum lx. lib. Cùm autem audu can. dicentem raptas reddendas iu quibus deſponſæ fuerant, ne dicas eos cogi illas accipere, ſed ipſos quoque velle eas quærere. Hoc enim etiam in mulieribus adulteris dictum eſt, in libro xxviij. tit. j. cap j. quod quidem eſt Iuſtiniani nouella cxvij. Si autem velis dicere, eas ſponſos vel inuitos accipere, canonem interpretare conuenienter epiſtolæ ſancti Gregorij Thaumaturgi, quam etiam lege in principio.*

Can. xij. Eos qui ante baptiſmum ſacrificarunt, & poſteà baptizati ſunt, viſum eſt ad ordinem promoueri, vt qui abluti ſunt.

BALS. *Infideles quidam prædicationem quidam ſuſceperant, & Chriſto credebant, baptizari autem differebant. Poſtquam ergo ij vt reliqui infideles ſacrificaſſent, vbi baptizati fuerant, volebant ſacru initiari, & non ſinebantur, eo quòd nonnulli dicerent eos non eſſe ad gradus eccleſiaſticos promouendos ex prædictis canonibus eos punientibus qui idolu ſacrificarunt, ſtatuerunt patres vt ij ad ſacerdotium proueherentur, vt qui per ſacrum baptiſmum abluti & ab omni peccati ſorde mundati eſſent. Interrogauerit autem quiſpiam, quamnam ob cauſam, hos quidem qui ſua ſponte & non vi ſacrificarunt ſuſcipimus & baptizamus, & clero coordinamus: Chriſtianos autem qui vi ſacrificarũt, non ſolum ſacerdotio dignos non exiſtimamus, ſed pœnu etiam ſubiicimus, vt prius dictum eſt.*

SOL.

BOL. *Illi quidem qui erant Christiani, & tormenta non expectarunt, deum abnegarunt, & vt qui grauissimè deliquissent, ad sacerdotium non admittuntur. sed puniuntur. Hi autem qui erant infideles à natiuitate, & ante diuinum baptismum sacrificarunt, deum non negauerunt. Quomodo enim eum negassent quem nondum susceperant, quòd baptizati non essent, & ideo non peccarunt, vt qui suæ superstitionis ritui conuenienter seruierunt, & ideo ad ecclesiam accedentes, suscipiuntur vt infideles, & quoniam ij baptizati etiam sacerdotio digni habentur cum episcopali examinatione: nec ipsi ad sacra admitti prohibebuntur, sed in iis fient omnia, quæ à sanctis patribus constituta sunt, de infidelibus baptizatis, & volentibus ad sacros ordines promoueri. Nota autem quòd præsenti canone vsus ille quoque sanctissimus patriarcha dominus Polyeuctus, primum quidem ex sanctissimæ dei magnæ ecclesiæ sacro ambitióso Imp. dominum Ioannem Tzimischen expulit, vt qui Imp. Phocam interfecisset: postea autem susceperit. Dixit enim cum sancta synodo in synodalibus actu quæ tunc habita fuerunt, quæ in chartophylacio seu tabulario reposita sunt, quòd quoniam sancti baptismatis vnctio, omnia quæ ante baptismum fuerunt, qualia & quantacunque sunt peccata delet, omnino Imp. quoque vnctio, eadem, quæ ante eam ab Tzimische facta est deleuit. ei ergo actioni consequenter quicunque sunt quidem paulò misericordiores, & dei misericordiam ante iudicium corripiunt, per episcopalem vnctionem quæ ante eam commissa sunt peccata deleri dicunt. & pulchrè instant de animæ peccatis ante sacerdotium commissis sacerdotes non postulari. Si enim Reges Christi domini appellati sunt, & sunt, sic etiam antistites & sunt & nominantur. Dictum autem suum ex hoc quoque confirmant, quòd eiusdem sint potestatis preces quæ leguntur quando Imper. coronantur, & quando ordinantur antistites. Pro oleo autem quo antiqua lege inungebantur Reges & sacerdotes, dic antistitibus sufficere euangelij trutinam collo eorum impositam, & eius qui ordinat characterem, cum sancti spiritus inuocatione. Ad inconfutabilem autem horum omnium & solidissimam comprobationem magni quoque Gregorij Theologi sermone vtuntur, qui post eius ordinationem ad patrem suum scriptus est, cuius principium est, Et rursus super me vnctio & spiritus. lege ergo eum, & disces, quòd nihilominus sancti spiritus gratia dignus censetur, qui indignè electus, in puritate post ordinationem vitam transigit, quàm is qui digne electus, post suam puritatem vitam nostram reliquit. Hæc de antistitibus. De sacerdotibus verò & alijs clericis, quære Nicenæ synodi canonem xviij. Synodi Neocæsariensis canonem viij. xj. Basilij canonem xxvij. Theophili ex commentario canonem iij. v. viij. & nota ex omnibus, quòd antistitum quidem ordinatio & Regum vnctio, quæ ante ordinationem fuerunt peccata, qualiacunque ea fuerint, delent. Propterea enim habent potestatem episcopi dimittendi peccata, vt qui cùm primum ordinati fuerunt audiuerint, Quæcunque ligaueritis super terram, erunt ligata & in cælis, & quæcunque solueritis super terram, erunt soluta & in cælo. Sacerdotum autem & aliorum qui sunt in sacris ordinatio, parua quidem peccata delet, consensum dico, & mendacium, & eiusmodi alia, quæ depositionem non inducunt: fornicationem autem non delent. Vnde nec sacerdotes possunt peccata remittere, & lege Neocæsar. synodi canon. ix. qui eadem dicit de sacerdotibus. In hu autem ne tibi contrarius esse videatur xvij. canon sanctorum Apostolorum qui dicit, Qui duobus matrimonijs post baptismum fuit colligatus, vel habuit concubinam, non potest esse episcopus, presbyter, vel diaconus, vel omnino ex sacerdotali ordine, neque xviij. eadem propemodum asserens, sed accipe illud esse, hoc est fieri, & dic, quòd nullus qui sic lapsus est, episcopali vel sacerdotali honore dignus censebitur. Quòd si præter ea quæ decreta sunt dignus fuerit habitus, si est quidem episcopus, non postulabitur propter dictas causas, & quòd sacerdotes cum primum sunt ordinati, non solum Apostolica gratia digni censentur, sed etiam prophetica. Sic enim & Saul inter prophetas, & Caiphas inuitus prophetizauit, dicens de deo & seruatore nostro Iesu Christo, expedire vnum mori pro vniuerso populo. Erat enim, inquit, pontifex anni illius. & lege xxix. cap ix. tituli præsentis operis, & inuenies in eo leges diuersas, quæ multa de sacerdotibus & iis qui sunt in sacris tractat: episcopi autem omnino mentionem non facit*

Chorepiscopos non licere presbyteros, vel diaconos ordinare, sed neque vrbis presbyteros, nisi cum literis ab episcopo permissum fuerit, in aliena parochia. Can. xiiij.

BALS. *Si velis scire quinam sint chorepiscopi, & quenam eorum priuilegia, lege Neocæsariensis synodi canon. xiij. Antioch. canon. x. sancti Basilij epistolam ad chorepiscopos. statuunt autem & præsentes synodi patres chorepiscopum non ordinare presbyteros vel diaconos sine scripta epistola proprij episcopi, sed neque vrbis presbyterum. Ac de præsenti quidem canone volebamus quædam scribere, sed quoniam chorepiscoporum gradus omnino exoleuit, neque nos manem frustra laborem suscipere voluimus.*

Can. xiiij. Qui in clero ſunt preſbyteros vel diaconos à carnibus abſtinentes, viſum eſt eas attingere, & ſic, ſi velint, ab eis abſtinere. Si autem nolint olera, quæ cum carnibus apponuntur, comedere, & canoni non cedant, ab ordine ceſſare.

BALS. *Quæ in apoſtolico lj. canone continentur, de iis qui à nuptiis, & vino & carnibus abſtinent, illic ſunt expoſita. Quoniam autem in eo canone tractatum eſt eos non puniendos qui propter exercitationem ieiunant, ſed eos eſſe coercendos, qui aduerſus dei œconomiam maledicè blaſphemèque loquuntur. eſt autem veriſimile dixiſſe nonnullos, & vndenam à nobis cognoſcentur qui bono more & qui malo ieiunant? præſentes ſynodi patres hoc quoque facile diſſoluerunt. Dicunt enim, quòd ſi volunt qui ieiunant omnem offenſionem tolli, carnes tantum attingant, & ieiunent ſi velint. Si autem hoc non faciunt: ſed neque olera quæ ſunt cum carnibus iniecta comedunt; omnino ab epiſcopo coacti ex aliquorum denunciatione deprehenduntur non bono more à carnibus abſtinere, & deponantur, vt qui canoni non obediant. Rectè autem dixit illic canon, eos vel ceſſare, vel deponi. Hic autem eos ab ordine ceſſare patres definiere. Cùm enim dubium adhuc non eſſet ſolutum, debebat omnino, qui accuſabatur, iuberi veſcendo carne tollere ſcandalum, & ſic condemnari. Hic autem ablata ſuſpitione per œconomiam à patribus deſcriptam, neceſſario qui non facit et conuenienter, eo ipſo deponitur. Quoniam autem preſbyterorum & diaconorum ſolum meminit præſens canon, dictus autem canon Apoſtolicus omnium hominum meminit, debes in quoque quæ illic dicta ſunt ad omnes trahere. Vt eſt ergo conſentaneum, ij quoque qui Bogomilicæ hæreſis accuſantur, præſenti canoni conuenienter coguntur carnibus vel caſeo veſci, & Bogomilici ieunij ſuſpitionem tollere. Sed & paulo religioſiores complures monachi, nolentes* piſcibus ieiunium ſoluere, propter ſanctæ quadrageſimæ honorem, huic vtique canoni conuenienter ab eis quidem abſtinent, eorum autem* iura comedunt, & olera quæ cum eis coquuntur. Et quod ſic quidem ſit in eos qui Bogomilicæ hæreſeos accuſantur, rectè fieri dixerit quiſpiam, quemadmodum & ſi quis carnem guſtet vel caſeum in hebdomadibus, in quibus Armenij, vel alij hæretici ieiunant, & maximè quando in ſuſpecta regione verſatur. Hoc enim facit, ne vnà cum hæreticis ieiunare reputetur, quod autem ſit ab iis qui in ſancta quadrageſima ieiunant, & ieiunium ſoluunt, non videtur mihi eſſe ignoſcendum. Oportebat enim eos ieiunantes in iis ieiunium non ſoluere, & quadrageſimam deſpicatui habere. Canon autem dixit illud, olera comedere, non vt ſuadens à carnibus quidem abſtinere, quæ ſunt autem in eis olera comedere, ſed vt eos odio habens, qui propter carnium odium & abominationem, oleribus quoque veſci recuſant, quæ coquuntur cum carnibus. Eius ergo qui ieiunium frangit, vel non frangit, affectio conſideratur. Latini autè monachi, qui à carnibus quidem abſtinent, earum autè adipem cum oleribus indiſcriminatim comedunt, non mihi videntur facere conuenienter huic canoni. Non enim, ne accuſentur quòd à carnibus abſtinent, adipe ieiunium frangunt: ſed vt ventrem impleant, & gulæ medeantur. Nota præſentem canonem, & quæ in eum ſcripta ſunt, propter eos qui carnem non comedunt, propter odium & abominationem, & eas tantum attingere coguntur.*

* κατανύσεις ἐις ἰχθύας. * ἀπόθεσιν.

Can. xv. Ex iis quæ pertinent ad dominicum, quæcunque dum nõ eſſet epiſcopus preſbyteri vendiderunt, reuocare dominicum, epiſcopi autem iudicio relinqui an oporteat precium recipere an non, vt pote quòd eorum quæ ſunt vendita redditus, eis ipſis maius precium reddiderit.

BALS. *In xxj. can. ſyn. Nicenæ ſecundæ, ſatis tractauimus de alienatione immobilium eccleſiaſticorum. Cùm autem præſentes ſynodi patres intellexiſſent, immobilia epiſcopalia, quæ etiam dominica appellantur, vt quæ domino ſint dedicata, vocante eccleſia fuiſſe à ſacerdotibus alienata, rati non eſſe ferendum quod factum eſt, iuſſerunt ea reuocare dominicum, ſeu domini populum, vtpotè cùm venditio non potuerit conſiſtere, cum propter multa alia, tum etiam quòd vidua eſſet eccleſia tempore venditionis. Perinde autem ac ſi dixiſſet quiſpiam, & quid fiet de precio quod datum eſt ab eo? qui enim pronunciarunt patres id eſſe ſitum in iudicio epiſcopi, & ipſe examinabit, an oporteat emptorem accipere precium quod ab eo datum eſt, an non. Si enim ex redditu eius quod venditum eſt, et ſatis factum fuerit, ipſum immobile non reddita pecunia ad epiſcopatum redibit. Sin minus, argumento à contrario ſumpto, precium ab epiſcopo recipiet. Et in his quidem canon conſiſtit. Interrogauerit autem quiſpiam, quamobrem canon preſbyterorum tantum meminit, & non etiam reliquorum clericorum? SOL. Nomine preſbyterorum omnem quoque clericum innuit canon.*

canon. Cùm enim eorum meminerit, vt qui in gradu ante cellant, de aliis quoque tractare visum est. Si enim subuertatur venditio facta à presbytero, multo magis subuertetur quæ fit ab aliis clericis. Quamobrem existimauerim per argumentum à contrario sumptum, venditionem, quæ hoc modo fit ab aliis clericis, esse validam. Cùm autem subuertatur venditio vt quæ consistere non possit, quomodo dicunt patres in iudicio episcopi esse situm, an pretium reddatur an non? Omnibus omnino emptor pretium non repetere, cùm sit vniuersalis iuris regula quæ dicit, Qui dat propter contractum qui fit contra legis, non habet actionem vt repetat quod datum est. SOL. Non statuerunt patres necessario reuerti pretium aduersus dictam legem: imo si attentius legas canonem, inuenies eos negauisse pretij reditum. Cùm enim id episcopi iudicio relinquerint, benignioris etiam ratione dixerunt, quòd verum antistes ad ecclesiæ indemnitatem respiciet, & etiam emptoris, & faciet quod et æquum bonum videbitur, & quod non sit condemnandum. Quòd id non sit accurate & exacte, visi sunt pronunciare non habere emptorem efficacem actionem aduersus ecclesiam, & propterea debere ipsum admonere, non autem agere. Lege etiam caput iiij. epistolæ sancti Cyrilli ad dominum. Carthag. syn. can. xxvj. Nicenæ syn. ij. can. xij. similiter & eorum interpretationes.

De iis qui °rationis expertia animalia inierunt, vel ineunt, quicunque prius quam sedecim quidem annos nati essent, peccarunt, postquam xv. annis subiti rati ac supplices fuerint, communionem ad preces assequantur. Deinde & cùm in communione quinque annis perseuerauerint, tunc etiam oblationem attingant. Examinetur autem & eorum in substratione vita, & ita humanitatem consequantur. Si qui autem improbè ac malignè in peccatis fuerunt, longam substrationem habeant. Quicunque autem hanc ætatem transgressi, & habentes vxores, in hoc peccatum inciderunt, xxv. annis substrati, communionem ad preces assequantur. Deinde cùm in precum cõmunione quinque annos peregerint, oblationem assequantur. Si qui autem & mulieres habentes, & quinquagesimum annum transgressi, peccauerunt, in vitæ exitu communionem assequantur. Can xvj. °ἀλογοκτονημάτων.

BALS. *Admirabilem & magna laude dignam diuisionem hic patres faciunt. Decernunt enim vt qui cum ratione carentibus animalibus coierint, vel etiam coeunt, dicendum est autem, & etiam coituri sunt, vt si sint quidem viginti annos nati, xv. annis substernantur & sint supplices, & postea digni qui cum fidelibus orent, quinquennio habeantur: eo autem expleto, diuinorum quoque sint sacramentorum participes. Debente episcopo se in eos humanius gerere, si forte pia eorum conuersatio & pœnitentia id suadeat. Hæc autem dicunt in eos debere fieri, qui naturali quandoque necessitate peccant. Qui enim ad satietatem, id est plusquam vsus sit, & indiscriminatim, ferino hoc & à ratione abhorrente peccato vsi sunt, longo tempore substernantur supplices. Qui autem vigesimũ annum excesserint, & vxores habentes in hoc peccatum inciderint, vigintiquinquennium supplices substerni oportere decernit ur: & sic communionem cum fidelibus quinquennio dignos haberi. Hi autem etiam impletis, diuina quoque sacramenta assequi. Qui autem l. annum transgressi, in tale quid inciderint, diuina nunquam digni communione habebuntur, nisi in ipso vitæ exitu. Quoniam autem sancti patres eos qui peccant in tria diuiserunt, & inferunt aliter puniri eos qui ad vigesimũ annum non peruenerunt, & aliter eos qui l. annum attigerunt: & aliter eos qui l. annum excesserunt. In enim, qui sunt ætate minores, peccantibus ignoscunt, propter naturæ necessitatem, & propter rationis & consilii infirmitatẽ. Qui autẽm maiores sunt ætate, & ideo firmioris & stabilioris rationis, eos magis puniũt, sicut & eos qui sunt ætate prouectiores, quia tale quid fecerunt, grauius puniunt vt sapientiores, & qui non possint naturæ necessitatẽ prætexere. Interrogauerit quispiam, cur eos quidem, qui xx. annũ & quinquagesimũ excesserũt vxores habẽtes, & peccauerũt, patres puniunt qui xx. ante annũ non impleuerũt, etiã si vxores non habeãt, puniũt? SOL. In eo qui propter florentẽ ætatem sunt ad malũ vehementiores, itémque insipientiores, patres humanius affecti sunt: nec de vxoribus astrictionem admiserunt, nihil referre arbitrati an vxores habeãt, an nõ.*

Reliquos autem magis grauantes, vt quibus neque propter perturbationum vehementiam, [illegible] ætatis instabilitatem venia detur, intulerunt eos etiam magu puniri, siqui tem vxores habent. Scias tamen quòd etiam qui vxores non habent, pœnas non effugient: sed similiter punientur. Longam autem subſtrationem dixerunt nonnulli, tempus xx annorum, hoc ex lege probantes quæ dicit, longo tempore, id est xx. annis, à bonæ fidei possessore vsucapi & dominio acquiri, eius qui est absens rem immobilem, eò quòd etiam longum tempus dicatur decennium, quo bona fides possessor dominium acquirit rei immobilis quæ ad præsentem pertinet, sed audierunt longum esse tempus, quod ab episcopo definitur. Cùm autem audu canonem dicentem, per vnam pœnam, scilicet à sacramentu abstinentiam, eos puniri, qui sic in senectute deliquerunt, ne dicas alias pœnas non induci, vt quæ fuerint silentio preterite. Hanc enim horrendam pœnam reliqua quoque necessario consequuntur, si non plures. Sed ad xxx. annos vsque ipsi pœnis seruire cogentur. Non sunt à patribus adiecti tot anni, quòd pauci admodum homines viuant xxx. annis computatis post quinquaginta.

Can. xvij. *χμαζομένους.

Eos qui rationis expertia animantia inierunt, & qui leprosi sunt vel fuerunt, iussit sancta synodus inter *hyemantes orare.

BALS. De iis qui ratione carentia animalia ineunt, quos ἀλογοκοίτους dicunt, in prætorio canone satis diximus. Præsens autem canon eos leprosos nominans, siue immundos & pollutos, iuxta legem Mosaicam, decernit vt oremus inter hybernantes. Dixerunt autem nonnulli eos hybernantes appellari, qui sunt à dæmone correpti. Non est autem hoc verum, vt mihi videtur. Qui enim à dæmone corripiuntur, vel perpetuò insaniunt, & nunquam precantur: vel ex interuallo, & communicare eis permittitur, quod iis qui cum bestiis coierint ex hoc loco non conceditur. Hybernantes ergo appellabuntur propriè, qui sunt *sub ferula, & diuinas scripturas audiunt: qui locum eorum tenent qui hyeme seu tempestate agitantur, & in ecclesiasticum salutis portum ingredi non sinuntur. Quòd autem ita sit, ex iis manifestum est quæ in canonem superiorem dicta sunt. Quoniam enim in illo, de aliis quidem, scilicet de subſtratione, & communione, quæ conferanea fuerunt patres tulerunt: de additione autem nihil penitus tractarunt, hic de hoc quoque loco definierunt, vt illic subaudiantur. Neque enim fieri poterat, vt qui sic puniretur, non staret in eorum loco qui audiunt ante subſtrationem.

*ὑπὸ τὴν ῥάβδον.

Can. xviij.

Si qui constituti episcopi, & ab illa parochia in quam nominati fuerunt, non susceptí, alias velint parochias inuadere, & iis qui cõstituti sunt vim afferre, & seditiones aduersus illos excitare, eos segregari. Si autem velint in presbyterio residere, in quo prius erant presbyteri, ipsos honore non moueri. Quòd si aduersus eos, qui illic constituti sunt, episcopos seditiones excitauerint, honorem quoque presbyterij ab eis auferri, & illos abdicatos effici.

BALS. Quartus decimus canon sanctorum Apostolorum, & xv. & xxxvj. quin etiam xvij. xviij. canon Antiochenæ synodi, multa tractant de episcopu qui ordinantur, & à suu parochiis non ſsciptuntur, & lege eos. Præsens verò canon decernit, vt episcopi qui non sunt susceptí in parochias in quas sunt nominati, in alias non abeant, nec earum præsulibus vim afferant: neque aduersus eos clericos suos & laicos excitent: iij verò qui tale quid faciunt segregentur. Tanquam verò dixerit aliquis, & quisnam erit eu locus habitationu ſsubiunxerunt patres, quòd si velint quidem qui ordinati sunt, in alienu parochiu degere, scilicet in suis prioribus habitationibus, & in presbyteri loco residere sustinent, non prohibebuntur, & si sic agant, omnis molestiæ expertes conseruabuntur, eum honorem habentes. Sed si cum illius loci episcopo seditiones dissensionesque excitauerint, presbyterij quoque ei honor detrahetur. Hæc cum canon decernat, ne dixeru episcopos, qui susceptí non sunt, in locu presbyterorum sedere, vt deprimatur honos episcopalis dignitatis: sed quòd non sit alius locus maior presbyteratu. Si quu enim forte eorum sit Heracleanus, & eò vedierit, presbyteri quidem quorum vnus erat & ipse electus, sacerdotum locos obtinebunt: Hic verò ad epiſcopalem dignitatem promotus, cum reliquis Heracleæ episcopu sedebit, *septa autem transiliens, hoc est metropolita locum sibi vsurpans, non exaudietur. Eum enim tunc cum presbyteris sedere, quando est aliorum episcoporum sedes, est ignominia episcopatus. Debes ergo facti speciem

*ὑπὲρ τὰ ἐκκλίνια πηδῶν.

sic

hic hoc in loco ponere, quòd eius loci episcopus non habebat alios episcopos qui vnà cum eo agerent, sed solos presbyteros, qui etiam simul sedebant. Presbyteri autem honorem ab eo qui sic agit inferri, & abdicatum fieri, ne intellexerit de depositione accipi, sed de eius solà honoris ablatione: scilicet, ne vt cum sacerdotibus quidem sedeat dignus habebitur.

Can. xix.

Quicunque virginitatem profitentes, professionem suam irritam reddunt, ij bigamorum definitionem impleant. Virgines quidem certè, quæ cum quibusdam tãquam cum fratribus congrediuntur, prohibuimus.

BALS. *Eos qui suam deo professionem votúmque de virginitate seruanda irritum reddunt, patres digamorum definitioni, hoc est pœnæ subiiciunt. Quia autem nonnullæ virgines se futuras professæ multos offendebant, eo quòd cum quibusdam viris habitarent, qui dicebantur esse earum fratres, hoc quoque patres prohibuerunt. Voti autem virginitatis infirmationem ne hîc esse fornicationem dixeris, sed legitimum matrimonium. Propterea enim & eos sola digamorum pœna afficiunt, si qui enim ex ipsis fornicati fuerint, punientur pœnis quæ fornicatoribus infliguntur. Debes autem hic virgines dicere, viros scilicet & fœminas, non qui mundo renunciauere, & vitam monasticam elegere, sed alios quosdam cum laico habita ad deum accedentes, & virginitatem profitentes. Qui enim vitam monasticam elegerunt, suam deo professionem irritam facientes, & se matrimonio coniungentes, digamorum pœnis non subiicientur: sed diuulsò & separato matrimonio, vt quod non potuit consistere, valde punientur: & monasterio, in quo tonsi sunt, tradentur, sicut in aliis canonibus diximus. Quia autem magnus Basilius in suo xviij. canone definit eam vt adulteram condemnantur, quæ suam virginitatis promissionem fecit irritam, lege eam, & vj. syn. can. vj.*

Si alicuius vxor adulterata fuerit, vel quis eam adulterauerit, oportet eum in septem annis quod perfectum est assequi, per gradus qui eò deducunt. Can. xx

BALS. *In lxxxviij. & in xcviij. canone synodi in Trullo, de adultero & adultera sufficienter tractauimus. Præsens autem canon eos sancta communione dignos esse habendos decreuit post septem annos in gradus pœnarum dispertitos, lege & xxj. & xxij. canonem sancti Basilij.*

De mulieribus quæ sunt fornicatæ, & fœtus in vtero perimunt, & fœtuum necatoriis medicamentis faciendis dant operã, prior quidem definitio vsque ad vitę exitũ prohibebat, & ei quidam assentiuntur, sed humanitate tamen vtentes, decreuimus vt decennium per gradus præfinitos impleant. Can. xxj.

BALS. *Antiquiore ecclesiastica definitione, in sola vltima respiratione diuinorum sacramentorum participatione dignæ habentur eæ quæ cùm clam concepissent, ne id cognosceretur, suos fœtus in vtero necabant quouis modo. Huius autem synodi patres, vsi humanitate, post decem annos in pœnarum quatuor gradus dispertitos scilicet eius qui deflet, eius qui audit, eius qui supplex° substernitur, & eius qui ad preces fidelium congregatur, eas posse sacrmentis communicare statuerunt. Quod latinè est, fœtuum necatoria medicamenta, Græcè est φθόρια· φθόρια autem dicuntur omnia medicamenta, quæ quod in vtero conceptum est perimunt, lege ij. canonẽ sancti Basilij, & xcj. syn. in Trullo, & eorum interpretationem.* °al. euntibus.

De inuoluntariis cædibus prior quidem constitutio iubet in septennio per præfinitos gradus esse perfecti participes secũda verò septennium implere. Can. xxij.

De voluntariis cædibus, supplices quidem substernantur: eo autem quod perfectum est in fine vitæ digni habeantur. Can. xxiij.

BALS. *Voluntariarum cædium pœnas lvj. canon sancti Basilij describit, & magè mentem adhibe iis quæ in eo scripta sunt.*

Can. xxiiij. Qui vaticinantur,& gentium consuetudines sequũtur,vel in suas ædes aliquos introducunt,ad medicamentorum inuẽtionem,vel lustrationem,in quinquennij canonẽ incidant,secundum gradus præfinitos,tres anni substrationis,& duo anni orationis sine oblatione.

BALS. *Non solũ præstigiatores & vates puniunt canones, sed & eos etiam qui illis vtuntur. Quoniam ergo nonnulli ægrotantes & artibus magicis se ita affici existimantes, velcùm etiam quædam quæ habebant perdidissent, incantatores in ædes suas accersebant, qui pollicebantur se artes magicas inuenturos, ex quibus scilicet ij qui ægrotabant, decumbebãt, vel eorum abominationem expiaturos, vel id etiam quod amissum erat indicaturos: alij verò gentilibus consuetudinibus mentem adhibentes, de felicibus & infelicibus euentis interrogabant astrologos, & alios qui dæmoniaca opera tractant, statuerunt patres vt ij quinquennio pœnas darent, vt tribus scilicet annis essent substrati ac supplices, duobus autem annu precarentur cum fidelibus, & postea diuina sacramenta percipere digni existimarentur, lege lxj can. syn. in Trullo & quæ in eum scripta sunt, & lxxxiij. can. sancti Basilij eos sexennio puniendos. Memento autem eos etiam iisdem pœnis subiiciendos, qui° incantatricibus & iis quæ cum hordeo diuinant fidem adhibent.*

°μὴ διπλοῦσθαι ἢ χρῆσθαι Can. xxv. °ὡς διαφόρα σημ.

Quidam cui erat puella desponsa, eius sorori vitium attulit, ita vt ea etiam conciperet. Sponsam autem postea vxorem duxit. Ea autem cui vitium erat allatum, se suffocauit. Qui conscij fuerant, iussi sunt decennio in eos qui consistunt recipi, per gradus definitos.

BALS. *Ex facto quodam moti sunt patres vt præsentem canonem ederent. Eis enim nunciatum est quendam hominem cui puella desponsa erat, eius sorori vitium intulisse, vt etiam eius vterus ex eo conciperet: illud enim significat quod Græcè est διαφορίσαι, & postea matrimonij societate sponsæ suæ coniunctus est. Eius autem soror, cum incestus crimine, sibi ipsi mortem conscisit. Definierunt ergo vt qui horum malorum fuerant conscij, post decennium quod debebat per gradus consuetos procedere, ad orationem vna cum fidelibus admitterentur. Ne tibi autem esse ad hæc contrarius videatur vlij. can. sancti Basilij, decernens, post vij. annos, qui diuina sacramenta percipiat dignum laberi, eum qui legitimo matrimonio duabus sororibus coniunctus est. Hic autem multa nefaria commisse sunt, fornicatio, illicitũ matrimoniũ, cædes. Illic autẽ, tantũ nefarium matrimoniũ, & propterea grauior hic pœna decreta est. Interrogauerit autẽ quispiã, cur ij qui sunt conscij æque puniuntur ac ij qui agunt? SOL. In illicitu ac nefariu nuptiu, magu puniri debent, ij qui sunt conscij, quàm ij qui agunt. Hoc enim amoru impotentia, sæpe etiam nolentes, ad id quod est illicitum nefariumque deducit. Illis autem non est danda venia, qui absque vlla necessitate malo auxilium tulere, & benè secum intelligant, quòd æquè ac ij qui fecerunt puniantur. sunt autem conscij ij qui opera iunerunt, auxiliúmque tulerunt, non autem ij qui solam habent conscientiam, & prohibere nequeant.*

SYNODVS NEOCÆSARIANA.

Synodus quæ Neocæsareæ, quæ est vrbs Ponti, congregata est, est quidẽ secunda ab Ancyrana, reliquis autem antiquior, atque adeò ipsa etiam prima vniuersali Nicena. Patres ergo, qui in ea coacti sunt, cum quibus etiam erat & sanctus Martyr Basilius Amaseæ episcopus, canones propter ecclesiasticam constitutionem ediderc, qui sunt hi.

CANONES SANCTORVM PATRVM qui Neocæsareæ conuenerunt.

Can. j. Dist. 28. presbyter. Presbyter si vxorem duxerit, ordine suo moueatur. Si autem fornicatus fuerit, vel adulterium commiserit, penitus extrudatur, & ad pœnitentiam deducatur.

BALS.

BALS. *Apostolicus xxvj. canon, eos qui sunt ecclesiastici ordinis, si legitimo matrimonio post ordinationem coniungantur, deponi iubet. Præsens quoque canon ei similiter decernit. Subiungit autem, quòd si quis ex eis fornicatus fuerit, vel adulterium commiserit, non solum deponetur, sed etiam à fidelium communione eiicietur: & quatuor pœnitentiæ loca peruadere cogetur: & sic esse diuinorum sacramentorum particeps. Quæ autem hoc canone continentur, sublata sunt à xxvij. can. Carthag. syn. & à xxxj. canone magni Basilij dicentis, Clerici, qui peccatum quod est ad mortem peccant, è gradu deiiciuntur: sed à laicorum communione non arcentur. Non enim vindicabuntur in idipsum.*

Fœmina si duobus fratribus nupserit, extrudatur vsque ad mortem. Sed in morte propter humanitatem, si dixerit, quòd conualuerit, soluet matrimonium, habebit pœnitentiam. Sed si mortua fuerit mulier existens, vel eius maritus, in tali cõiugio difficilis est pœnitentia. *Can. ij.*

BALS. *Præsentis synodi sancti patres ab ecclesia ad mortem vsque expellunt, scilicet donec ei vita supersit, eam quæ legitimo matrimonio duos fratres acceperit, & à nefario matrimonio non desisterit. Tanquam autem dixisset quispiam, Si autem ad mortem peruenerit, ne tunc quidem diuina sacramenta percipiet, subiunxerunt, quòd si quidem inter morsiendum, eiusmodi mulier, se postquã conualuerit, separandum esse affirmet, tunc quidem communionis esse particeps fiet. Sed postquã à morbo liberata fuerit, & à nefario coniugio separata, ad pœnitentiam admittetur. Et hoc quidem procedet, quando in vita eorum fuerit diuortium. Si autem vna ex personis in nefario matrimonio decesserit, ei qui relictus est, est admodum difficilis pœnitentia. Qui enim agit pœnitentiam à peccato desistens, creditur pœnitentia duci. Qui autem ad mortem vsque ab eo non desistit, ostendit quòd etiam si illa pars adhuc supereset quæ est mortua, à peccato non desistisset. Quia ergo qui vixit, videtur adhuc in eo malo perseuerare, difficilem habebit pœnitentiam. Ne dixeris autem præsenti canoni aduersari magni Basilij canonem, dicentem, eum qui duas vxores duxit in matrimonio, post septẽnium dignum haberi qui diuina sacramenta percipiat. Præsens enim canon decernit de muliere, quæ nefarium matrimonium contraxit, & ab eo tota vita non est seiuncta, & propterea non est ad pœnitentiam admittenda. Dictus autem canon, ponit eum, qui nefarium matrimonium contraxit, à peccato destitisse: & eum propterea ad pœnitentiam admittit. Lege etiam xxxix. canonem sancti Basilij, qui eam vocat adulteram, quæ cum adultero adhuc cohabitat. Nota ergo, quòd ei qui peccat, & à pœnitentia desistit, dantur pœnæ, non autem ei qui perseuerat, ipse enim est omnino eiiciendus. Interrogauit autem quispiam, si autem nolit dicta mulier affirmare se, postquam conualuerit, à nefario coniugio separandam, an non erit sanctæ communionis particeps? SOL. Præsens quidem canon de eo nihil dicit. Existimo autem hoc esse nimium à misericordia remotum, si ea, cùm sit orthodoxa, ne in extremo quidem spiritu, honesto viatico digna censebitur. Quare si nec hoc quidem affirmauerit, nihilo secius sanctæ erit communionis particeps, & si postquam conualuerit soluat nefarium coniugium, ad pœnitentiam admittetur: sin minus, ab ecclesia omnino exterminabitur, vt quæ in malo perseueret.*

De iis qui in plurima matrimonia incidunt, tempus quidẽ præstitutum esse manifestum est. Sed conuersio & pœnitentia eorum tempus contrahit. *Can. iij. 31. q. 1. De iis qui.*

BALS. *Eos qui multas vxores duxerunt, dicit canon præfinito seu præstituto tempore esse puniendos ex consuetudine: sed est in episcopali iudicij potestate hoc tempus contrahere, propter bonam eius qui peccauit conuersionem. Sed quia ex hoc non ostenditur, quinam sunt qui multas vxores duxerunt, quos polygamos appellant: neque vllum est tempus præstitutum: & hoc aliter & aliter hinc & inde tractatum est: nec nos hic aliter scribere potuimus. Sed in iij. magni Basilij canone deo dante dicemus quæ sunt consentanea de trigamis & polygamis, & de tempore pœnarum quæ dantur vnicuique ipsorum.*

Si quis proposuerit concupiscere mulierem ad dormiendum cum ipsa, eius autem desiderium ad opus non venerit, videtur esse à gratia liberatus. *Can. iiij.*

BALS. *In peccatis esse quatuor gradus dicunt sancti patres, obiectionem seu primum motum, luctationem, assensionem, & actum. Quorum duo quidem prima non esse pœnæ obnoxia: in duo autem quæ sequuntur, pœnam cadere: neque enim obiectio seu primus motus, neque luctatio iudicatur, si*

ratio obiectione ſuſcepta, & cum ea collectata, cogitatum repudiauerit. Aſſenſio autem iudicatur, & accuſatur, & actio punitur. Si ergo mulieru deſiderium alicui obiectum eſt, & u victus aſſenſus eſt vt cum ea rem haberet, ad opus autem non venit, id eſt actum non impleuit, videtur eſſe dei gratia ſeruatus. Sed non impune abibit. Pœna enim in aſſenſionem cadit. Hoc quoque manifeſtum eſt ex lxx. can. ſancti Baſilij, qui dicit, Diaconus labru pollutus, ſiue qui vſque ad oſculum mulieru peruenit, & ſe hucuſque peccaſſe confeſſus eſt, miniſterio ei interdicetur, id eſt, ad tempus prohibebitur. Sed ſacramentis vnà cum diaconis communicare non indignus habebitur. Itidem & presbyter. Si quis autem vltra peccaſſe deprehenſus fuerit, in quocunque ſit gradu, deponetur. Labru autem eſſe pollutum nonnulli aliter interpretantur & de eo dicetur in lxx. can. ſancti Baſilij.

Can. v. Catechumenus, ſi in dominicum ingrediens, in catechumenorum ordine ſteterit: is autem peccat: ſi genu quidem flectens, audiat, non amplius peccans. Si autem etiam audiens adhuc peccet, extrudatur.

BALS. Duo ſunt ordines catechumenorũ. Hi enim nuper acceſſerunt, & vt imperfectiores, poſt ſcripturarum, & diuinorum euangeliorum, auditionem ſtatim exeunt. Illi verò iampridem acceſſerunt, & perfectiores facti ſunt. Vnde & orationem quæ ſit ſupra catechumenos expectantes, in ea genu flectunt. Quando autem pronunciatum fuerit, atechumeni procedite, Ctunc & ipſi exeunt. Dicit ergo canon, quòd ſi catechumenus peccat, ſi eſt quidem ex perfectioribus, ſi à peccando abſtinuerit, veniat ad locum imperfectiorum, id eſt, ſtet in templo vſque ad euangelium. Si autem ex imperfectioribus, qui ſola etiam auditione digni habentur, & à peccato non abſtineat, extrudatur, id eſt, ſtet extra eccleſiam cum deflentibus. Quid verò ſi imperfectior à peccato abſtinuerit, non punietur, quẽadmodum perfectiores, ſed in primo loco ſtabit? SOL. Duo ſunt loci catechumenorum, vt dictum eſt, hic quidem, qui eſt vſque ad lectionem diuinorum euangeliorum. Ille verò vſque ad exitum catechumenorum. Qui ſunt itaque perfectiores, ſi peccant & abſtinent, parum dimittentur in locum imperfectiorum: ſi autem non abſtinent, in deflentium loco ſtatuentur. Si ij autem qui ſunt imperfectiores, peccent, nec deſiſtant, in locum deflentium abducentur: ſi autem deſiſtant, non habebunt locum in quem deducentur: ſi dixerimus enim eos cum flentibus ſtare oportere, eos deſperationu grauitate obruemus: nec vlla eſt differentia eorum qui abſtinent & non abſtinent. Et ideo tanquam qui à malo deſiterint, ſtabunt rurſus cum audientibus.

Can. vj. De ea quæ vterum gerit, quòd eã oporteat illuminari quãdo velit: neque enim ea quæ parit, cum fœtu qui paritur, ea in re habet aliquid commune, quòd proprium vniuſcuiuſque inſtitutum ac propoſitum in confeſſione oſtendatur.

BALS. Quidam dicebant non debere baptizari grauidas, quæ ex infidelium eccleſia accedunt, ſed expectare fœtus in lucem exitum, ne dum ea baptizatur, videatur quoque vnà baptizari fœtus quẽ in vtero gerit, vt qui ſit ei omnino vnitus: quò ſit vt poſt quam natus fuerit, vel non illuminatus relinquatur, vel ſi baptizetur, rurſus baptizari reputetur. Patres itaque hac contradictione non admiſſa, ſtatuerunt vt ſine vllo præiudicio baptizentur prægnantes mulieres, quando voluerint, eò quòd nihil habeat commune puerpera cum fœtu qui paritur, quod ad illuminationis rationem attinet, maximè, inquiunt, cùm ſit vnicuique ſua in baptiſmate neceſſaria promiſſio. Fœtus autem qui eſt in vtero, cum ſit affectione deſtitutus, non poteſt, quæ in baptiſmate requiruntur, profeſſiones & vota facere. Adiectum eſt autem canoni illud, quando velint, propter eos qui dicunt. Antequam fœtus formetur in hominem, poſſe mulierem prægnantem ſine periculo baptizari: non rectè autem baptizari poſtea: eo quòd id quod habetur in vtero, in ea eſt conſtitutione, in qua infantes qui modo nati ſunt, qui polliceri non poſſunt. & ideo dixerunt patres, eſſe in mulieru grauidæ poteſtate, baptizari quando velit. Quomodo enim ſe habeant fœtus, nemo poteſt perquirere, veleos ſuſcipere. Infantes autem, per eos qui illos ſuſcipiunt, affirmant: & actu illuminati, diuina illuſtratione digni cenſentur. Lege & quæ in x. cap. iiij. titu. præſentis operis à nobis ſcripta ſunt.

* καπνίζου-σα.

Can. vij. 31. q. 1. De iis qui. Presbyter in nuptiis eius, qui duas vxores ducit, ſeu digamus efficitur, ne conuiuetur. Cùm enim requirat pœnitentiã digamus, quis erit presbyter, qui eoquòd ſit cõuiuio acceptus, nuptiis aſſentiatur?

BALS. Laicus qui digamus eſt effectus, non finitur, niſi anno præterito eſſe diuinorum ſacramẽtorum particeps. Dicit ergo canon, quòd quoniam hæc pœna à ſacerdote digamo inducitur, non debet

cum

cum eo in nuptiis conuiuium fuire. Videtur enim veluti per suam præsentiam consentire, nec poterit eum qui duas vxores duxit punire. Rectè autem definierunt, ne sacerdos cum eo conuiuetur tempore nuptiarum. Post nuptias enim, non prohibebitur cum eo accumbere, vt qui non sit omnino excommunicatus. Cùm autem dixisset aliquando quispiam, debere eum qui secundam vxorem duxit, postquam à secundo matrimonio diuerterit, ad pœnitentiam recipi, & puniri. Adhuc enim cõstante matrimonio, hæc locum non habent secundum vniuersalem regulam. audiuit non esse illicitum matrimonium, vt separari debeat. & propterea est quidem confirmatum: modice ant. in punitur, vt dictum est. Præsens septimus canon Neocæsariana synodi, prohibet presbyteros conuiuari cum digamis: & per hoc puniri ostendit secundum matrimonium. Idem autem apparet & ex tertio canone synodi Neocæsariæ, & ex iiij. canone sancti Basilij. Quia autem videmus offensos aliquos, eo quod nullis eorũ qui secundum matrimonium contraxit, aliquando puniatur, nec eu sacramentorum participatio impediatur, sed potius etiam chartophylacu pittacium permittatur. Vidimus autem & patriarchas, & alios antistites, comedentes cum Impera. qui secundas vxores ducunt, & reliquu, dicimus, quòd etiã si temporalis excommunicationis pœnæ ex prædictis canonibus digami subiecti sunt, vnicus tamen decisio, quæ à nobis facta est in iij. canone sancti Basilij, quam legę, quæ primo matrimonio secundum omnino æquauit, & dixit, quando ij omnino puniuntur pœnam dissoluit, hac præcisè dicens etiam de tertio matrimonio At qui nec secundum nec primum sine securitate reliquimus. Sed & illa sic constituenda decernimus, vt nullam improbam causam habeant vel ex raptu, vel ex clandestino præcedente coitu: sed sint legitima, & ab eiusmodi inquinamentis sordibus que aliena, & quæ sunt quidem eiusmodi punit. reliqua verò pœnæ non obnoxia conseruat.

Si alicuius vxor, cum esset laicus, adulteratam fuisse conuicta fuerit, is non potest ad ministerium accedere. Si autem etiam post ordinationem adulterata fuerit, debet eam dimittere. Quòd si cohabitet, non potest sibi commissum ministerium exequi. Can. viij.

BALS. Didicisti ex diuersis legibus licere sine periculo vxorem adulteratam recipere, & peccati veniam dare. Et lege librum imperial. xxviij. titu. vij. cap j. qui dicit maritum posse intra biennium, sine vllo periculo, suam vxorem ex monasterio recipere, quæ vt adultera condemnata est, & inclusa: ab eo enim tempore tondetur. Dicit ergo etiam canon, quòd & si vir hoc facere potest. sed tamen quoniam canon Apostolicus xviij. non permittit, vt in sacerdotalem catalogum adscribatur, qui vxorem fornicatricem, vel dimissam, vel scenicã duxerit: ne hic quidem ad sacrũ ordinẽ promouebetur. Atq; id quidem ita habet si laici vxor adulterata fuerit. Sinautem eius qui est sacratus, ipse quidẽ vt qui nihil deliquerit, si exinde ab ea separetur, erit in proprio gradu. Sinautẽ hoc facere noluerit: sed vnà cũ adultera cohabitat, deponetur, vt qui sit inquinamẽti particeps. eo quòd cum adultera rem habuerit. Interrogauerit autem quispiam, cur cùm patres de mulierũ adulterio dixissent, non satis habuerunt, nisi etiam adderent adulterium fuisse apertè conuictum? SOL. Diuersæ leges iubent mulierem nõ aliter condemnari vt adulteram, quàm per apertas probationes, id est per quinque testes iurantes, se vidisse in ipso actu fieri adulterium. Hac ratione nec omnes possunt crimen adulterij intendere: sed quinque solum personæ: Maritus, Pater, Frater, Patruus, Auunculus. Sednec ipsa mulier se adulterij commisisse confitens, condemnatur, quod est nouum. Adiecerunt ergo patres, eam damnari vt adulteram, quæ est apertis probationibus conuicta, vt dictum est, non autem eam quæ fuit suspecta propter collocutionem, vel consuetudinem, ac familiaritatem, vel aliquam aliam causam. Quid autem, an laicus, postquam eius vxor fuit adulterata, ad gradum promouebitur sicut non deponitur is qui est sacratus, dimissa vxore sua, quæ commisit adulterium? SOL. Axvij. canone Apostolico prohibetur ad gradum promoueri, qui duxit vxorem fornicatricem: multo ergo magis non promouebitur, qui cum adultera vel insciens rem habuit. Propterea enim patres nullam in laico diuisionem fecere, de dimittenda adultera, vel non dimittenda: sed indistinctè definierunt, non posse eius maritum venire ad ministerium. In sacerdote autem diuisionem introduxere. Est autem differentia eius qui nõdum est sacratus, & eius qui est sacratus, sed propter delictũ est deponendus. Qui enim non est maius aliquid assecutus, non tantũ ægre ferret sed æquo potius animo pateretur & lætabitur quòd canonem non offenderit. Is autem, cui propter alterius delictum, aufertur, ea quam habet dignitas, admodum ægre feret. Id enim quod iam expertus est, molestum est si auferatur.*

Si presbyter, qui corpore prius peccauerat, promotus fuerit, & si ante ordinationem peccasse confessus fuerit, ne offerat, manens in aliis, propter aliud eius bonæ vitæ studium. Can. ix.

Reliqua enim peccata dicunt multi manuũ impositione tolli. Quod si ipse non confiteatur, apertè autem conuinci non potuerit, illius quoque ei fiat potestas.

BALS. Sacerdos, qui ante ordinationem fornicatus erat, peccatum sua sponte fassus est. Dicunt ergo patres, eum vt qui sua sponte fassus sit, à sacrificij quidem celebratione cessare, habere autem alia sacerdotum priuilegia, scilicet cum sacerdotibus cathedram, sacramentorum in altari participationem, & alia quædam, & maximè si sit virtutis studiosus. perinde autem ac si dixisset quispiã, alia quoque peccata sequi fornicationis vitium, consensum, manus contrectationem, oscula, & huiusmodi alia: & ab iis impediri eum qui fassus est ne habeat sacerdotij honorem, subiunxerunt patres, quòd quoniam ab huiusmodi delicto non impeditur quispiam quominus ad sacerdotium prouehatur, quoniam hæc ab ordinatione soluantur, non impedietur ab iis quominus alia habeat priuilegia. Et hæc quidem quando sacerdos suum peccatum confessus fuerit. manentem nec confessus, nec aperte conuictus fuerit, nullo modo labefactabitur: sed in eius potestate erit sacra celebrare, vel cessare, prout ei sua dictauit conscientia. quemadmodum si conuictus fuerit, exinde deponetur, & nec honore nec alio priuilegio dignus habebitur. Adiecerunt autem patres apertam probationem, eo quòd nemo deponatur, nisi per apertas probationes, scilicet per affirmationem quinque testium tantum. Licuit autem etiam lex ciuilis. Melius est peccata relinqui impunita, quàm aliquos sine causa puniri. Lege & xxvij. canonem sancti Basilij, & lxxix. nouellam domini Leonis philosophi, & ex interrogationibus factis in synodo Constantinopol. interpretationem responsi dicentis, laicorum loco censeri eos qui depositi fuerint, & dic paucis quòd est differentia eius qui peccauit ante ordinationem, & confessus est, & eius qui propter crimen condemnatus est post ordinationem. Similiter & eius qui fuit digamus post ordinationem, & eius cui sacerdotium ablatum est. Qui enim quod ante ordinationem commisit, peccatum confessus est, ab offerendo tantum remouebitur, sed sacerdotali cathedra dignus habebitur, & reliqua, vt vult hic canon, & canon sancti Basilij. Qui autem secundam vxorem duxit, & se eo modo sacerdotio mouit, ministerijs quæ sunt extra sacrum tribunal dignus habebitur. Vt est nouella imp. domini Leonis philosophi. Sed qui est condemnatus, ne hæc quidem exercebit sed in laicorum locum reiicietur. Lege syn. in Trullo canonem xxi. & xxvi. & quæ sunt in ipsis. Lxxix. autem imp. domini Leonis sapientis nouella, sic habet ad verbum. Quæ deo semel sunt consecrata, ea non esse auferenda constitutæ oportet, idque non solum in rebus pretiosis consecratis, sed multo etiam magis in hominibus, quibus per clericatum deo dedicatio accessit, etiam si cuiusmodi multa sunt humana delicta, ab eo ordine, in quo vt se honestè præclaréque gererent electi sunt, tyrannidem exercens eos peccatum detruserit. Veterum itaque legislatorum institutum non admittimus. qui vult presbyterum, vel diaconum, vel subdiaconum, qui postquam ei manus est imposita, cum muliere coitum gitur ab eo habitu omnino excidere, & ad vitam laicam redire. & eius decretum ratum habemus. Decernimus autem, vt sola ordinis cessione, in quo ante matrimonium cognoscebatur, supplicij status sit Clerici autem habitus, & alius in ecclesiis ministerij, quod nefas non est attingere. alienatione non ominò condemnetur.

Can. x. 23. q. 1. Similiter & diaconus, si in idem peccatum inciderit, ministri ordinem habeat.

BAL. In ix. canone, de presbyteris qui peccarunt tractatum est: in præsenti autem de diaconis. Nam & ij confessi a diaconi dignitate excidunt: in ministri autem ordinem deprimentur, hypodiaconi scilicet qui non est ordinatus, vel lectores.

Can. xj. Dist. 78. Presbyter ante. Presbyter ante xxx. annos non ordinetur, etiam si fuerit homo valde dignus, sed reseruetur. Dominus enim Iesus Christus in xxx. anno baptizatus est, & cœpit docere.

BALS. Præsens canon, sine vlla mutatione, in xlix. canone synodi in Trullo situs est, & illic est expositus.

Can. xij. Dist. 77. Si quis ægrotans fuerit illuminatus, non potest in presbyterum euehi. Fides enim eius non est ex instituto, sed ex necessitate: nisi forte propter consequens eius studium, & fidem hominúmque raritatem.

BALS. Infidelis quidam, cùm esset sanus, illuminationem non postulabat. cùm autem ægrotaret, illuminatus est. Vt qui ergo à morbi necessitate fuit stimulatus, vt fidelis quidem, postquam conualuerit, recipietur: sed ad sacerdotij gradum non promouebitur, nisi forte & virtutis studiosus, & dei mã-

da-

datorũ egregius obſeruator fuerit, & hominũ aptorũ ſacerdotio magna fuerit penuria, tunc enim ſacerdos efficietur Nota ergo quòd vtramque debet concurrere, virtutis ſcilicet ſtudium, & raritas hominum. Si enim vnum eorum deſit, canon obſeruabitur. Præterea nota ex hoc præſenti canone, quòd ſicut in baptiſmate, ita etiam in tonſura, qui in extremo ſpiritu tonſus eſt, in aliquo quidem, vt monachus reputabitur, in aliquo autem tanquam monachus non admittetur: eo quòd tonſura ſecundus baptiſmus exiſtimatur. Si enim ſuperuixerit, qui ſic tonſus eſt, & tonſura dignam pœnitentiam, ſeruitutémque acceperit, non reputabitur tanquam qui non ſponte tonſus eſt. Si autem cum primum tonſus fuerit, commune mortis poculum hauſerit, apud deum quidem certe, vt ego exiſtimo, vt qui in ſanitate monachus factus eſt, recipietur. Sancti enim etiam quæ caſu vel ex aliqua circunſtantia dantur, tonſuras amplectuntur: & veluti voce diuina incitati, dicunt, Vbi te inuenero, illic te iudicabo, apud homines autem non videbitur eſſe tonſus Quare ſi et aliquid relictum eſſet, ſub hac conditione, ſi tonſus eſſet, & cùm in vita eſſet, tonſus non eſt, ſed in extremo ſpiritu vitam monaſticam elegit, & ſic mortuus eſt, non accipiet eius hæres quæ ei relicta ſunt, tanquam impleta fuerit conditio. Sed condemnabitur, vt pote quòd defunctus non tonſus fuiſſe viſus ſit, & ideo conditio nullas vires habuerit. Lege & Iuſtin. lib. cap. v. in medio primi cap. ix. titu præſentis operi redactum: & ſecundum præſentem interpretationem illud caput expone, & dic, quòd ſi is qui ſub liberorum conditione rem aliquam grauatã acceperit, in ſanitate tonſus fuerit, bona gratia, recte vt eã ad pias cauſas relinquat, & reſtitutio ceſſabit Si autem in extremi ſpiritus tempore, eam ad pias cauſas non tranſmittet, quòd inualida fuerit conditio, & locum habebit reſtitutio.

Vicani autem presbyteri, non poſſunt in dominico offerre, præſente epiſcopo, vel vrbis presbyteris: neque panem dare precationis, neque calicem. Si autem abſint, & ſolus ad precationem vocatus fuerit, dat. Can. xiij.

BALS. *Eccleſiaſtica pacis conſtitutio patribus omnino cura fuit. Et ideo, inquiunt, quoniam alij presbyteri ad eccleſias, quæ ſunt extra ciuitatem ordinantur, & alij in dominico ciuitatis, ſiue in epiſcopatu, non debent regionis epiſcopi, ciuitatis, presbyterorum, & epiſcopi auctoritatem ſibi vendicare, nec præſente epiſcopo, vel ſacerdotibus in ciuitate dominico conſecratis, ſacra celebrare. Hoc enim ſpectat ad confuſionem, & ad epiſcopi & presbyterorum contemptum & iniuriam, vt qui condemnentur. Sed ſi peregre abſint presbyteri & epiſcopus, & regionis ſacerdos à populo vocatus fuerit, citra vllam prohibitionem ſacra celebrabit. Et ſic quidem expoſitus eſt canon. Sic autem ſcriptum eſt, propter eos qui dicunt, Quoniam ſtatutum eſt vnumquemque debere ordinari in aliqua eccleſia, & non abſolutè, vocant autem ſacerdotes, in eccleſijs quæ ſunt extra ciuitatem ordinatæ ſunt, non debent ſine permiſſione epiſcopi in vrbana eccleſia ſacra celebrare, etiam ſi accerſiti fuerint: ſicut nec alterius diœceſis antiſtites. Hanc ergo dubitationem ſoluentes patres dicunt, quòd præſentibus quidem epiſcopis vel presbyteris, non poteſt regionis ſacerdos in vrbe ſacra celebrare Hæc autem de ſolis ſacerdotibus intellige, quia & hi ſunt ex illa parochia, & ſunt ſub illius regionis epiſcopo. Alius autem parochiæ epiſcopus, in vrbe quæ non eſt eius diœceſis non celebrat, niſi permittente eius regionis epiſcopo, etiam ſi ab eius populo accerſatur. Exiſtimo autem, quòd neque ſacerdos in aliena diœceſi celebrauerit, præter ſui epiſcopi ſententiam.*

Chorepiſcopi autem ſunt quidem in figura ſeptuaginta. Vt autem comministri, propter ſtudium in pauperes, offerũt honorati. Can. xiiij.

BALS. *In figura diſcipulorũ domini, duodecim ſcilicet Apoſtolorũ, qui etiam ſpiritus gratiã acceperunt, vt ligarent & ſoluerent, promoti ſunt vniuſcuiuſque regionis epiſcopi. Quia autem ſalutaris prædicationis tempore, non ſufficiebant xij Apoſtoli ad doctrinam euangelij, & reliqua miniſteria eorum qui ad deum accedebant, aſſumpti ſunt etiam ſi ptuaginta viri qui docebantur quidem miniſtri & diſcipuli domini, non habebant autem facultatem dimittendi peccata, vt qui neque ſpiritus gratiam accepiſſent. Viſum eſt patribus, in figura eorum ſeptuaginta diſcipulorum, chorepiſcopos ab epiſcopis promoueri. Vt per eos fieret pauperibus diſtributio & expenſa dominicarum pecuniarum, & eorum quæ κοιμικὰ, ſeu pauperum bona dicuntur. Quamobrem nec poſſunt quidem presbyteros vel diaconos ordinare, ſed nec peccata dimittere, quemadmodum nec ſeptuaginta. Quia autem æquũ erat vt ij propter ſuos labores honorarentur, ſtatuerunt patres vt ij nihil aliud facerent, quam vt tanquam comministri ſacra ſolum celebrarent. In x. autem canone ſynodi Antiochenæ cautum eſt vt chorepiſcopi faciant lectores, ſubdiaconos, & exorciſtas. Nota ex hoc præſenti canone, quòd ſacerdotes non poſſunt peccatorum confeſſiones excipere, & peccata remittere, niſi ea ab epiſcopo illis conceſſa fuerint: quando quidem nec hoc poſſunt chorepiſcopi, qui plura habent priuilegia quàm ſacerdotes.*

Quòd autem septuaginta discipuli domini non habebant facultatem remittendi peccata, clarum est ex libro Actorum Apostolorum: in quo scribitur Philippus septem diaconorum unus, cessenciisse in Samariam & baptizasse multos: ad quos miserunt Apostoli Petrum & Ioannem: qui quidem eo profecti, imposuerunt manus iuqui baptizati fuerant, & acceperunt spiritum sanctum: in nullum enim eorum adhuc ceciderat.

Can. xv. Dist. 93. Diaconi septem.

Diaconi septem esse debent ex canone, etiam si sit magna ciuitas, eius autem rei fidem faciet liber Actorum.

BALS. *Præsens canon est expositus in xvj. can. vj. & non oportet de eodem amplius incassum laborare.*

GANGRENA SYNODVS.

SYNODVS, *quæ in Gangra Paphlagoniæ ciuitate est habita, post Nicenam primam synodum, aduersus quendam Eustathium, & eos qui erant eiusdem cum illo sententiæ, coacta est. Qui quidem legitimas nuptias criminantes, dicebant, nulli eorum, qui sunt in matrimonio, a deo vllam esse spem salutis. Quibus fidem habentes viri & mulieres, illi quidem suas vxores eiiciebant: hæ verò proprios maritos relinquentes, continenter viuere volebant. Deinde vitam coniugij expertem non ferentes, in adulterium prolabebantur. Docebant autem Eustathiani tum alia præter ecclesiasticam traditionem & consuetudinem tum etiam ecclesiarum fructus sibi vendicabant, & mulieres virilibus apud eos vestibus induebantur: & comam tondebant, & diebus dominicis ieiunandum esse tradebant, & ieiunia ecclesiæ decreta aspernabantur, & carnes abhorrebant, & in ædibus eorum qui vxores duxerãt, neque orare, neque communicare permittebant. Porro & sacerdotes, qui vxores duxerant, auersabantur, & loca, in quibus martyrum positæ erant reliquiæ, vt communia contemnebant, & eos qui pecunias habebant, & non eas contemnebant, condemnabant, perinde ac si nulla eis relicta esset spes salutis, & multa alia decernebant & docebant. Aduersus eos ergo sancti patres congregati hîc subiectos canones exposuerunt: & ideo vnicuique canoni anathema adiecerunt ad subuersionem hæresis, docentes sic oportere Eustathianos ad ecclesiam accedentes vnamquanque suam opinionem anathematizare. Ac præsens quidem synodus, occasione malorum, quæ fiebãt ab Eustathio, aduersus ea quæ rectè decreta sunt ab vniuersali ecclesia, statuit vt ij anathematizentur qui sunt eiusdem cum illo sententiæ. Sancta autem Calchedon. synodus, in ij & vij. canone, statuit laicos anathematizandos, qui vt aliqui pecunia ordinentur interce iunt. Similiter monachos & clericos qui militant, & non agũt pœnitentiam. Lingua autem aureus, orbis terrarum doctor, præcipiẽs ne homo fidelis anathematizetur, hæc dicit expresiè Quid autem aliud est hoc quod dicit anathema, quam hoc? Diabolo dedicetur, & nullum salutis locum habeat. Sit à Christo alienus. & quis es tu? Hæc sunt auctoritatis & magnæ potentiæ. Tunc enim collocabit & statuet dominus oues quidem à dextris, hædos verò à sinistris. Cur hanc ergo dignitatem arripuisti? Et paulo post: Apostolus quidem certè in duobus tantum locis necessariò hanc solam vocem dixisse videtur, sed non eam definitiuo modo protulit, vt qui in epistola ad Corinthios dicat, Si quis non amat dominum nostrum Iesum Christum, sit anathema: & si quis vobis euangelizet aliud quàm accepit, sit anathema. quid ergo, quia nullus eorum, qui potestatem acceperunt fecit nisi solus qui accepit, tu ea facere audes, aduersus domini præceptum? & tu imp. iudicium anticipas? Anathema enim a Christo penitus excindi. Doce ergo in lenitate: & quæ sequuntur. Propterea ergo, vt est verisimile, exoleuit etiam synodalis decisio facta sub imp. domino Constan. Porphyrogeneta, & tempore patriarchæ domini Alexij, de anathematizando defectoribus & *Multerio, & qui aduersus imp. arma excitant, & tyrannidem moliuntur. Si autem, quæ à magno patre & doctore nostro, Chrysostomo scripta sunt, debent esse superiora iis quæ à Calched syn & Gãgrensi definita sunt, quid dicent, qui horum habent componendorum & ordinandorum potestatem? Hæc autem decisio, vel potius eius effectus, situs est in xij. can. præsentis synodi.*

* μουλτέριον. puto hoc vocabulũ deductũ à latino vocabulo multi, & eos significare qui cogũt multitudinem.

Can. j. Dist. 31. si quis vitupe ret.

Distin. 30. si quis nuptias

CANONES SANCTORVM PATRVM qui Gangræ conuenerunt.

Si quis matrimonium vituperet, & eam quæ cũ marito suo dormit, quæ est fidelis & religiosa, abhorreat & insimulet, tan-

tanquam quæ non possit regnum ingredi, sit anathema.

BALS. *Dicit magnus Apostolus, Honorabiles nuptiæ & cubile immaculatū. & alibi rursus, In postremis temporibus desicient quidā à fide in simulatione mendacium, qui cauteriatam habent conscientiam, prohibent matrimonia contrahere, & iubent à cibis abstinere, quæ deus creauit ad percipiendā cū gratiarum actione, &c. Et rursus, Omnia munda mundis, inquinatis autē & infidelibus nihil purum, sed polluta est eorū anima & conscientia. Hæc sequēs præsens quoq; synodus, eos qui nuptias immūdas existimāt, & legitimū coitum abhorrent, anathematizat. Lege & ij can sanctorū Apostolorū, & dic argumento sumpto à contrario, nō punire eos qui abhorrent & persequūtur adulteros & infideles eorū uxores.*

Si quis eum qui carnem, præter sanguinem, & idolothytū, & suffocatū, cum pietate & fide comedit, condemnat, tanquā eo quòd ea vescatur, spem non habeat, sit anathema. *Can. ij. Dist. 30. Si quis carnē.*

BALS. *Scriptum est in libro Actuum, quod cùm orta esset controuersia de circuncisione & obseruatione legis, Petrus quidem Apostolorum summus, ea dixit, quæ illic diuinus scripsit Lucas. Deus autē frater Iacobus, dixit non esse molesta afficiendos eos qui erant ex gentibus, sed oportere eos abstinere ab idolothytis, & fornicationes, & suffocato, & sanguine. Consequenter ergo præsens quoque canon eos anathematizat, qui eos condemnant, qui carnes comedunt sine condito sanguine, vel idolothyto, vel suffocato. Lege & lxix. can sanctorum Apostolorum, & vj. syn. can. lxvij.*

Si quis docet seruū pietatis prætextu dominū cōtemnere, & à ministerio recedere, & non cū benevolentia & omni honore domino suo inseruire, sit anathema. *Can. iij. 17. q. 3. Si quis alienū.*

BALS. *Magnus Paulus scribens ad Timotheum, inquit, Quicunque sunt sub iugo serui, dominos suos omni honore dignos putent. Qui autem fideles habent dominos, ne contemnant quòd fratres sint, sed magis seruiant, quoniam sunt fideles, qui bono eorum opere fruuntur & insequens sit præcipiēs quid docere oporteat, præter alia hoc quoque dicit seruos suis dominis subiici, & in omnibus bene placentes, non contradicentes, non arrogantes, sed fidem omnem bonam ostendentes. Eos ergo, qui seruos contraria suggerunt, forte propter exercitationem, canon anathematizat. Iam verò lxvj. imp. domini Leonis philosophi nouella iubet vt plagiarius non subeat pœnā capitis, vt volebat lex antiqua: sed cū serui restitutione det loco pœnæ in duplum pretium eorū quæ à seruo forte furto surrepta sunt, & omnis eius rei quæ domini interest, quinctam ipsam seruum, & eius precij. Et canon quidem eos sic punit, qui seruos suggerunt, non esse parendum dominis etiam si hoc fiat prætextu religionis. Quæ autem, mense Iulio, ix. indict. anno 6534. ab imp. domino Constantino Porphyrogeneta facta est nouella, sanctissimo quoque patriarcha domino Alexio, & synodo assentiente, quæ decisionis locū obtinet, vt quæ ab imperatore & synodo descripta est, & quæ decernit eos anathematizari, qui defectionem ab imp. moliuntur, vel tyrānidem inuadere, & ea ratione subiectos aduersus eorum magistratus incitant & ad insurgendū prouocant, inter alia hoc quoque circa finem expressè definit. Tu qui ab hoc deinceps tempore insidias eius machinaturi vel tumultū excitaturi, anathema. Tu qui ipsi opem ferunt, & in defectione sunt socij, anathema. Tu qui cōsulunt vel ad huiusmodi incitant, anathema. Tu qui ipsos ad pœnitentiam suscipiunt cū defectionis pœnitentiam non agant, nec eam relinquant, anathema.*

Si quis de presbytero qui vxorē duxit contendat, nō oportere eo sacra celebrante oblationi communicare, sit anathema. *Can. iiij. Dist. 24. Si quis extra.*

BALS. *Præsens canon eos anathematizat, qui non indistinctè communicant sacris sacerdotum qui habent vxores.*

Si quis docet domum dei esse contemnendam, & quæ fiunt in ea congregationes, sit anathema. *Can. v. συνάξεις.*

BALS. *Hæreticus ille Eustathius docuit ab ecclesia recedere, & seorsum orare. Canon ergo eos anathematizat, qui propter diuinarum congregationum contemptum, priuatos secessus permittunt.*

Si quis præter ecclesiā vult ecclesiā habere, & contemnens ecclesiā, vult ea quæ sunt ecclesiæ agere, non conueniente presbytero, de episcopi sententia, sit anathema. *Can. vj.*

BALS. *Tricesimus primus canon sanctorum Apostolorum, & ij. canon synodi Antiochenæ, valde puniunt separatas congregationes, præsens autem canon eos anathematizat, & eos qui in sacra domo sacra celebrare adgrediuntur, sine episcopi scientia.*

Can. vij. *καπηλείας

Si quis vult fructus ecclesię oblatos accipere, vel dare extra ecclesiam, præter episcopi sententiam, vel eius cui cura eorum tradita est, & non cum eius sententia ea velit agere, sit anathema.

BALS. *Fructus qui ecclesiæ offeruntur, per episcopos diuiduntur. Quoniam ergo in eorum contemptum quidam illos sibi diuidunt, canon eos anathematizari statuit, qui sine scientia episcopi tale quid faciunt.*

Can. viij.

Si quis dat vel accipit fructus oblatos præter episcopũ, vel eum qui est constitutus ad beneficentiæ dispensationẽ, & qui dat, & qui accipit, sit anathema.

BALS. *Hic canon præcedenti æquiualet.*

Can. ix. Dist. 30. Si quis vel virgo.

Si quis virgo sit, vel continens, à matrimonio, tanquã abominando recedens, & non propter ipsam virginitatis pulchritudinem, & sanctitatem, sit anathema.

BALS. *De iis qui legitimas nuptias auersantur, non propter pietatem & virtutem, scripsimus in primo canone, & lege ea.*

Can. x.

Si quis eorum qui sunt virgines propter dominũ, insultet in eos qui vxores duxerunt, sit anathema.

BALS. *Et nouus & præsens canon, continentiam, quæ est propter virtutem, & virginitatem suscipiunt; veruntamen legitimum matrimonium non auersantur. Vnde & eos qui propter insolentiam in eos inuehuntur qui habent coniuges, anathemati subiecunt.*

Can. xj. Dist. 41. Si quis despicit.

Si quis contemnat eos qui agapas ex fide faciunt, & propter dei honorẽ fratres conuocant, & nolit vocationibus cõmunicare, quòd id quod fit vilipendat, sit anathema.

BALS. *Aliis canonibus vetitum est fieri agapas, id est, fraternitates & conuiuia. Quia autem nonnulli, vt est verisimile, eos etiam reprehendebant, qui bono instituto, & propter dei honorem, faciebant agapas, & egentium fratrum miserabantur: & nolebant eis communicare bona opera agentibus, vilipendentes id quod fit in dei honorem: statuerũt patres eos anathematizari. Quare ex hac dispositione condemnatur quispiam qui facit agapas, vel non. Et hinc fit, vt qui in ecclesiis faciunt fraternitates, & modicum panis & fructuum recreandi animi gratia gustant, nõ sint puniendi.*

Can. xij. *ἀμειλιτάριον

Si quis vir, propter eam quæ existimatur exercitationem *amiculo vtitur, & tanquã habens ex eo iustitiam, eos cõdemnet qui cum pietate beros ferunt, & alia communi & cõsueta veste vtuntur, sit anathema.

*ῥακοδυτῶν

BALS. *Eustathiani præter alia* pannos quoque induere docebant, tanquam eorum discipuli sint ex eo sanctificandi. ἀμειλίτριον enim, id est amiculum seu pallium, quæ alii superponitur vestem vocabant. Eos ergo, qui propter arrogantiam & hypocrisin pannos induunt, & eos qui beros, seu ex serico vestes contextas, propter professionis honorem, non propter mollitiem vel arrogantiam, ferunt, contemnunt, canon anathemati subiicit.*

Can. xiij. Dist. 30. Si quis virorũ.

Si qua mulier, propter eam quæ existimatur exercitationẽ, vestem mutet, & pro consueto muliebri indumento virile accipiat, sit anathema.

BALS. *Mulieres, quæ virorum vestes forte propter exercitationem induunt, & muliebri sexui vestem conuenientem abiciunt, canon anathematizat. Pulchrè autem subiunxerunt patres illud, propter eam quæ existimatur exercitationem. Ea enim quæ non propter hypocrisin & fraudem sed vtrè, & propter puram ac syncerã exercitationis modum, tale quid fecerit, non solum non anathematizabitur, sed etiam laude digna censebitur. Multæ enim mulieres per virilem habitum exercitatorium curriculum peregerunt, & ad salutis fastigium peruenerunt, vt sancta Melane, sancta Eugenia, & alię.*

Si qua

Si qua mulier relinquit maritum, & vult recedere, matrimonium abhorrens, sit anathema. Can. xiiij. Dist. 30.

BALS. Magnus Paulus dicit coniugibus, Ne priuetis vos inuicem, nisi vtique ex consensu. Et rursus, Mulier non habet potestatem proprij corporis, sed vir. Quamobrem, quæ virum reliquit, vt legitimum matrimonium abhorrens, anathemati subiatur, vt quæ dei præcepto aduersatur, quod tori consortes in carnem vnam vnit: & cæterum scripturæ. Idem etiam de viro. Et hæc quidem, quando quis à sua coniuge defecerit, propter eiusmodi causam. Si enim propter monasticæ vitæ desiderium hoc fecerit, ei victus non dabitur.

Si quis suos liberos relinquit, nec eos alit, nec quantũ in se est, ad cõuenientem pietatem religionémque adducit, sed exercitationis prætextu negligit, sit anathema. Can. xv. Dist. 30. Si quis dereliquerit.

BALS. Ecclesiæ doctor magnus Paulus, de viduis præcipiens, hæc dicit, Si qua autem vidua habet filios, discant primum in domum suam esse pij. Hoc est enim deo acceptum. & paulo post, Si quis autem suorum, & maximè domesticorum curam non gerit, fidem negauit, & est fideli deterior. Deinde quasnam oportet viduas in ecclesiæ catalogum referri, docẽs, præter alia dicit, si liberos nutrierit. & rursus alibi de vetulis loquens, vult eas recta docere, vt iuuenes instituant ad diligendos maritos & liberos. Et alibi, Patres nutrite filios in disciplina & admonitione domini. Quia autem Eustathiani legem ferebant, vt qui liberos habebant, eos relinquerẽt, & ad exercitationem abirent, eos qui hoc agunt, canon anathemate percussit. Et hoc quidem definitum est propter pios mores, & propter eos qui fictè ac per hypocrisin vt dictum est, pietatem docent, & qui in mundo vtique versantur. Si quis autẽ tonsus, & qui in monasterio habitare cogitur, dicit se habere liberos, & nõ posse abstinere quominus in mundo versetur, & ipsos nutriat, non exaudietur: sed audiet se non recte dicere. Deo enim cura erit qui est pater orphanorum filiorum eius educatio.

Si qui filij à parentibus, maximè fidelibus, prætextu pietatis recesserint, & parentibus quẽ par est honorẽ nõ tribuerint apud eos scilicet præposita in deum pietate, sint anathema. Can. xvj. Dist. 30 Si quis dereliquerit.

BALS. Quemadmodũ parentes cogit canon liberos educere & nutrire: sic etiam vult filios parẽtes in senectute alere, & parentes honorare. Et ideo filios qui hoc non faciunt, sed prætextu religionis à seculo recedunt, & egẽtes suos parentes nulla de eis cura habita relinquũt, anathemati subiicit. Adiicit autem præferri pietatẽ, seu orthodoxam sententiam. Si enim parentes male sentiant, eos fugere oportet, & illorum honori diuinum cultum præferre.

Si qua mulier, propter eam quæ existimatur pietatem, tondeat comã, quã deus ei dedit ad recordationem subiectionis, vt quæ subiectionis præceptum dissoluat, sit anathema. Can. xvij. Dist. 30. Quæcũque mulier.

BALS. Magnus Apostolus Paulus ad Corinthios scribens dicit, Maritus est mulieris caput. Hoc autem dixit, quoniam is ipsius auctor & causa est, vt quæ ex eo facta sit. Ex Adam enim Eua. Et post nõnulla, Si enim non velatur mulier, tõdeatur. Si autẽ turpe est mulieri tõderi vel radi, veletur. Et paulo post, Mulier si comam nutriat, gloria est ipsi, quia coma pro amiculo illi data est. Et hæc quidẽ magnus Paulus. Eustathius autem comas tonderi docuit perinde ac si ipsa tonsura ad pietatem conferat, & ne aduersus quidem naturam legem ferre eum puduit. Natura enim comam mulieribus adeò esse cõuenientem nouit: vt nec eu vnquã calumniã naturaliter insit. Si ergo tondeatur mulier, vt quæ se aliquid facere existimet quod deo acceptum sit, & subiectionis recordationem tollat: & hoc etiam ex epistola ad Corinthios sumptum est à synodi patribus. Dicit enim illic Apostolus, Debet mulier habere potestatem in capite, scilicet symbolum subiectionis, id est tectum habere caput. Anathema sit illi, vt quæ soluat & transgrediatur subiectionis præceptum. Hæc ita se habentibus, ne dixeris ex præsenti canone prohiberi mulierem, si tonsuram monasticam elegerit. Ea enim vel inuito marito, si vitam tori expertem elegerit, exaudietur, & tondebitur.

Si quis propter eam quæ existimatur, exercitationẽ, in dominico ieiunet, sit anathema. can. xviij.

BALS. Multis canonibus cautum est, ne ieiunemus, & tristitiam præ nobis feramus, in festo ac lето die dominico, propter domini resurrectionem, sed celebremus, & deo gratias agamus, vt qui ex peccatis lapsi surrexerimus. Eustathianos ergo docentes esse in diebus dominicis ieiunandum, propter exercitationem scilicet, canon anathemate percutit. LXV. autem canon Apostolicus segregat

laicos qui sic ieiunant, quemadmodum clericos deponit. Quare & lv. can. syn. in Trullo.

Can. xix. Dist. 30. Si quis per superbiam. Συνοδικῶν.

Si quis eorum qui exercentur, absque corporali necessitate, se insolenter gerat, & tradita ieiunia, quæ communiter seruantur ab ecclesia, dissoluat, perfecta in eo residente ratione, sit anathema.

BALS. *Bogomilica est hæresis, ad aliquod tempus omni die ieiunare, vt eos qui post tantum tempus ieiunãt, dicant esse in perfectione, & ieiunia soluere & peccare indiscriminatim posse, & omne vitiũ tanquã à perfectione ab igne exuri. Huiusmodi ergo etiã docebant & Eustathiani, & ideo fuerũt anathemate percussi. Debemus enim fideles in traditu ieiunio ieiunare, & rursus festos dies celebrare, nisi forte propter morbũ ieiunia soluere coacti simus. Dicit enim lxix. can. Apostolicus, In omni quarta, & quinta feria, & in Paschæ quadragesima nos ieiunium non frangere, nisi propter corporalem imbecillitatẽ. Cùm autem audissem dixisse quẽpiam, ex hoc canone apparere, nõ esse vnũ ieiunium quadragesimale, sed diuersa, dixi non esse verum. Ex hac enim nuda ratione eiusmodi traditio non introducitur. Ieiuniorum autem meminit hic canon traditorum, quartarum scilicet & quintarũ feriarum, & ieunij quadragesimalis.*

Can. xx.

Si quis arrogantia vtens, & martyrum congregationes abhorrens, & sacra quæ in eis celebrantur, & eorum memorias accuset, sit anathema.

BALS. *In sanctorum martyrum memoriis fiebant conuentus quidam, & congregationes in quibusdam templis, sicut [illegible] hodie. Eustathiani ergo, pietatis prætextu eos qui hæc in dei honorẽ faciebant damnabant, & ideo etiam anathemati subiecti sunt. Nota ergo quòd quæ in solennibus martyrũ festis fiunt, cantica, chorea, & populi confluxus, quoniam in dei fiunt honorem, non reprobantur, cùm de iis hæc patres scripserint.*

Can. xxj. Dist. 3. Hæc autem scripsimus.

Hæc autem scribimus, non eos abscindentes qui in dei ecclesia volunt secundum scripturas in cõtinentia & pietate exerceri, sed eos qui prętextum exercitationis ad arrogantiam assumunt, aduersus eos qui simplicius viuunt se offerẽtes, & præter scripturas ecclesiasticosq; canones nouitates inducũt. Virginitatẽ itaque vnà cum humilitate admiramur, & continentiam quæ cũ pietate & grauitate exercetur, admittimus: & à secularibus negociis secessum cũ humilitate suspicimus: & honorabilem matrimonij coniunctionẽ honoramus, & diuitias cum iustitia & beneficentia non vilipendimus: & vestium vilitatem, propter corporis tantum curã minimè curiosam ac operosam, laudamus: dissolutas autem & molles in vestibus incessus auersamur, & domos dei honoramus, & qui fiunt in iis conuentus vt sanctos & vtiles recipimus, non pietatem in domibus includentes, sed omnem locũ in dei nomine ædificatũ honorãtes, & quę fit in ipsa ecclesia cõgressionẽ ad publicivtilitatẽ recipimus, & insignes fratrũ beneficentias, quæ tanquã secundũ traditiones fiunt per ecclesiã in pauperes laudamus, & vt semel dicamus, quæ à diuinis scripturis, & Apostolicis traditionibus tradita sunt, in ecclesia fieri optamus.

Dist. 41. Parsimoniã cũ veste.

BALS. *Cùm quædam opera, quæ bona & ex virtute existimantur, huius synodi patres à fidelibus fieri prohibuerint, vt virginitatẽ seruare, vtpote cum matrimonio ad salutem animæ impedimentum afferat. non ieiunare diebus quibus prohibitũ est ieiunij, soluere matrimoniũ propter eam quæ videtur exercitationẽ, non alere liberos vel parẽtes, propter virtutis exercitiũ, & quæcũq; sunt eiusmodi:*

nunc pro iis omnibus respondent dicentes, Hæc decreuimus, non eos qui volunt exercere amputãtes, sed eos qui propterea superbi & insolentes fiunt & eos qui noua quædam præter diuinas scripturas intro ducũt, corrigentes. Nos enim & hoc & illud recipimus, & hoc admiramur, & eodẽ quo illi ordine habemus, & omnia fieri optamus secundum diuinas scripturas & traditiones Apostolicas, per diuinas scripturas & omnia quæ in scriptis fidelibus mandata sunt significantes. Per traditiones autem, non scriptos mores innuentes. Non scriptos enim moris tempore approbatos & confirmatos, leges quoque ciuiles obseruari & valere decernunt, & diuini canones. Et magnus etiam in rebus omnibus Basilius de eorum obseruatione in multis suis orationibus fusè loquitur.

ANTIOCHENA SYNODVS.

ANTIOCHIÆ, quæ est ciuitas Syriæ, duæ fuere synodi. Vna quidem sub Aureliano imperatore Romanorum, aduersus Paulum Samosatenum, qui dicebat dominum nostrum & deum Iesum Christum, solum hominem, filium dei autem, esse verbum prolatitium. Huic autem synodo interfuerunt, & multi alij, & sanctus Gregorius Thaumaturgus. conuenerunt autem Antiochiæ, cuius erat episcopus Paulus Samosatenus. Quem quidem Paulum, cũ admonitionibus, & ex scripturis demonstrationibus, à blasphemia desistere non persuasissent, communi sententia deposuerunt & anathematizarunt. Is verò ab Antiochenæ ecclesiæ throno non recessit. Patres itaque synodi de eo ad Aurelianum Imperatorem retulerunt. Ille verò Romanorum episcopo & eius antistitibus iussit de Paulo inquirere, & si iustè depositus fuit, eum ex Christianorum eccl sia expellere, quod etiam factum est, vt scribit Eusebius Pamphili. Alia verò synodus rursus coacta est Antiochiæ sub Constantio filio magni Constantini, quinque annis post mortem patris, & canones edidit, qui sunt hi:

CANONES PATRVM QVI ANtiochiæ conuenerunt.

Omnes qui audent dissoluere decretũ sanctæ & magnæ synodi, quę Nicææ coacta est in præsentia pietatis religiosissimi imperatoris Constantini de sancto festo salutiferi Pascha, esse excommunicatos, & ecclesia eiectos statuimus, si aduersus ea quæ rectè decreta sunt contentiosius insistere perrexerint. Et hęc quidem de laicis dicta sint. Si quis autem eorũ qui præsunt ecclesiæ, episcopus, vel presbyter, vel diaconus, audebit post hoc decretum, ad populorum subuersionem, & ecclesiarũ perturbationem, seorsum agere, & Pascha cum Iudæis peragere, sancta synodus eum abhinc alienum esse ab ecclesia iudicauit, vt qui nõ sibi solum peccati, sed & multis, exitij & subuersionis causa fuerit: & non solum eos à ministerio deponit, sed & eos qui audẽt iis communicare post depositionem. Depositos autem etiam externo honore priuari, cuius sanctus canon, & dei sacerdotium fuit particeps. *can. 1.*

BALS. De festo Paschæ, quando debet fieri, satis tractatum est in septimo canone Apostolico & lege eum, & quæ in ipsum scripta sunt. Præsentes autem synodi sancti patres dicunt, de hoc festo à prima synodo fuisse definitum. Atqui hoc in canonibus patrũ Nicenæ synodi non inuentũ est, sed in actu primæ synodi inuenitur. Eos ergo qui audẽt quæ de Pascha sic definita sunt soluere, & cũ Iudæis festum agere, si sint quidem laici, & ad ecclesiasticam traditionem non facile redigantur, sed contentiosè resistãt, decernũt absolutè excõmunicationis pœnis subiici, eos verò qui sunt sacrati, deponi: & non solũ ipsos, sed & eos qui illis post depositionẽ cõmunicant. Quin etiã eos ipsos, vnà cũ sacrorũ celebrandorũ prærogatiua, honoré quoq; canonicũ qui ad illos, vtpote sacratos, extra sacrũ tribunal pertinet, adimunt.

Neque enim cathedræ, neque vocationis honore digni habebuntur. Sed nec alio sacerdotali priuilegio. Nota ergo ex hoc, quòd si non est magnũ crimen, propter quod quispiam est depositus, sed leue (forte enim duxit vxorem post depositionem) habebit etiam externum honorem. Lege & ix. canonem Neocæsariensis synodi, & vj. synodi can. xxi. & xxvj.

Can. ij. Omnes qui in ecclesiam ingrediuntur, & sacras scripturas audiunt, orationi autem cum populo non communicant, vel sanctam Eucharistiæ participationem, propter aliquam insolentiam auersantur, eos ab ecclesia expelli, donec postquã confessi fuerint, fructúsque pœnitentię ostenderint, & imploraverint veniam assequi possint. non licere autẽ communicare cum excõmunicatis, neq; in domibus conuenientes orare pro iis qui in ecclesia non cõmunicant, neque in alia ecclesia recipi, qui in alia ecclesia non conueniũt. Si quem autem ex episcopis, vel presbyteris, vel diaconis, vel quis ex canone, excommunicatis cõmunicare apparuerit, eum quoque esse excommunicatum, vt qui canonem ecclesiæ confundat.

*BALS. In viij. & ix. canone Apostolico, expositum est, quinam sunt, qui orationem non expectant, & participationem: & quomodo puniuntur. Similiter & in decimo canone de iis qui excõmunicatis communicant. Consequenter ergo, præsens quoque canon decernit, vt ij segregentur, qui in ecclesiam ingrediuntur, & orationem non expectant, vel se ad sanctam participationem non conuertunt propter insolentiam. & sint electi, donec dignam confessione pœnitentiam ostenderint. Quia autem verisimile erat iis qui sic sunt segregati, communicare quosdam, seu vnà cum eis orare, non in ecclesia, ex qua electi sunt, sed in priuato domus oratorio, vel in alia ecclesia, & dicere in se pœnam non cadere, eo quòd segregatus sit ab vna ecclesia electus, in qua ius habet is qui eum segregauit, dicit canon vnam esse ecclesiam, ades & templa, quæ sunt vbicunque, nec debent vlli clerici, cũ eo qui est segregatus, orare, etiam si sint ex alia regione: ij autem qui præter hæc faciunt, eidem excõmunicationis pœnæ subiacebunt. Et hæc quidem dicit canon. Tu autem lege quæ in dicto Apostolicis canonibus scripta sunt, & secundum illa præsentem quoque canonem intellige, & dic quòd ij nõ existimabuntur sacram participationem auersari, qui eam odio habent & abominantur: vel qui, vt nõnulli dicebant, propter pietatem & humilitatem eam fugiunt. Illi enim non solum segregabuntur: sed etiam vt hæretici exterminabuntur. Hi verò propter pietatem venia digni habebuntur, & propter condignam sacramentorum reuerentiam: sed illi qui præcontemptu & arrogantia, ex ecclesia, ante sanctam participationem inordinatè exeunt, & nec initium sustinent. Cum autem audis canonem dicentem, esse excommunicatos episcopos, & reliquos sacris initiatos, qui vnà cum excõmunicatis præcantur, ne dixeris, argumento à contraria distinctione sumpto, laicos nullis esse pœnis affines qui præter canonẽ faciunt. Nam & ij segregabuntur secundũ decimũ can. Apostolicum, qui nõ distinguit clericos & laicos. Quære & ix. can. Carth. syn. Nota autem quæ in præsenti canone & ix. sanctorum Apostolorum scripta sunt, de iis qui non permanent in ecclesiastica oratione, seu dimissione. & dic hæc defuncta esse de sacra celebratione, non de vespertina & matutina laudatione. Canon enim in hu locum non habet. Puto autem ex hoc canone esse inuentam & excogitatam *antidori distributionem, vt necesse haberent ij etiam qui non possunt sanctorum & vinificorum mysteriorum esse participes, ad finẽ vsque diuini ministerij perfruerare, & ipsum è manu sacerdotis ad sanctificationem accipere. Quoniam autem audiui aliquem dicentem, Et quomodo patriarcha die dominico non permanet in sede vsque ad dimissionẽ: sed post euangelium recedit? idque quod sit reprehendentem? dico, quòd propriè diuinum sacrificium fit post euangelium. Quoniam enim omnia ecclesiastica cantica, quæ fiunt in dei honorẽ, in duo diuiduntur, scilicet in ea quæ sunt veteris testamẽti & noui. Statim enim post principiũ cantur Dauidica Laudatio, quæ est legis veteris: post sanctũ autẽ euangelium, incipit sacrificium & sacrũ ministerium: rectè patriarcha post euangelium recedit, & canonem non offendit. Si autem post mysterium, & sanctarum orationũ lectionem recessisset, in canonem incidisset. Quare si quis ante euangelium, vel etiam statim post euangelium recesserit, pœnæ erit obnoxius.*

*ἀντίδωρον.

Can. iij. 7. q. Si quis presbyter. Si quis presbyter, vel diaconus, vel quis omnino ex sacerdotali ordine, relicta sua parochia, in aliã abierit: deinde omnino cõmigrans, in alia parochia longo tẽpore versari conatur: ne-

am-

amplius celebret, maximè si proprio vocanti episcopo vt in suam parochiam redeat, exhortantique non pareat. Si autem in insolétia omnino perseuerat, is omnino à sacro ministerio deponatur. Si autem eum qui propter hanc causam depositus est, alius episcopus receperit, ille quoque à communi synodo puniatur, vt qui ritus ecclesiasticos dissoluat.

BALS. *De iis qui suas parochias relinquûnt, & in alias recedunt, quæ canonem sanctorum Apostolorum XV. primæ synodi, can. XVI & IIII. can. V. & dicet ex iis quæ illic scripta sunt, etiam ea quæ hoc canone constituta fuere. Quia autem nonnulli presbyteri, diaconi, & subdiaconi, qui sua sponte & propria voluntate sacris non erant operati, rursus sacrificare volentes sunt prohibiti, quæsitum est quantum tempus est quod sacrorum celebrationem ei admittit qui eam non exercet. Dico, quòd multum tempus ex lege est triennium. Si ergo sacerdos quispiam toto triennio non celebret, nec morbo impeditus, nec alia iusta causa, vtpote quòd fuerit fortasse captiuus, non amplius celebrare sinetur. Si enim, vt vult hic præsens canō, deponitur qui longo tempore, triennio scilicet, in aliena parochia versatur, licet etiam fortasse illic celebret, quanto magis post triennium celebrare non sinetur, qui tanto tempore suum ministerium auerterit, vel suam etiam indignitatem condemnauerit. Probo etiam hoc ex edicto facto mense Martio tertiæ indictionis tempore sanctissimi patriarchæ domini Nicolai, de diaconis qui absunt ab hebdomadibus, quod sic præcisè dicit, Sed communiter definitum est de omnibus quæ in omnibus hebdomadibus deseruiunt sacerdotibus & diaconis, de iis quidem qui sunt in gradu, quod & olim definitum est. De superfluis autem, eum qui è magna vrbe peregre est profecturus, aliquam ob causam necessariam, significantem archidiacono, & iis qui in hebdomade primas gerunt, peregre proficisci adfore menses, ne alium quidem loco suo subsistentem, postea autem ad finem vsque triennii, alterum pro se seruitio subiicientem, vt ecclesiæ ministerium propter eius absentiam deficiens supleatur per substitutum. Deinde si post integrum triennium redierit, procul controuertatur, & ab hebdomade omnino excidat, nihil eum iuuante substituti datione, vel restitutionis spem præbere valente. Si autem etiam quidam sint in vrbe simpliciter in hebdomadis ministerio vocare non sinuntur, sed ab eo qui præest debent hebdomadis admoneri, & non omnino à suo officio recedere. & si non ad sex vsque menses ad ministerium surrexerint, extrudantur, nullum alium nisi seipsos accusare volentes, quòd præsentes sex menses dormierint, & socordiæ se dederint in ecclesia.* dimittuntur. vicarium.

Si quis episcopus à synodo depositus, vel presbyter, vel diaconus à proprio episcopo, sacrum celebrare ausus fuerit, siue episcopus secundum præcedentem consuetudinem, siue presbyter, siue diaconus, nullam amplius spem restitutionis in alia synodo, neque defensionis locum ei habere liceat. Sed & omnes qui ei communicant, ex ecclesia eiiciantur, & maximè si cùm sententiam aduersus prædictos prolatam didicerint, eis communicare ausi fuerint. can. iiij.

BALS. *Vicesimus octauus canon Apostolicus abdicat eos qui iustè depositi fuerint, & rursus prius ministerium attingunt. Præsens autem canon dicit eos non habere spem restitutionis per iudicium alterius synodi: & eos qui illis scientes communicant, ex ecclesia eiici. Videntur ergo canones non exequari: puto autem eos in omnibus conuenire. Definiunt enim vt duobus modis puniantur ij qui post perfectam condemnationem aliquid sacerdotale exercent. Apostolicus itaque canon dicit eos qui iustè depositi fuerint, scilicet qui non habent appellationis auxilium, & aliquid sacerdotale exercent, abdicari. Præsens autem canon illis consimiliter, primum quidem decernit ab alia synodo non admittendos eos qui à perfecta synodo, Constantinopolitana verbi gratia, depositi fuerint, aduersus quam non est appellandum, nec eos etiam qui hi appellauerint, & hi victi sunt, & postquam appellationis auxilium eis denegatum fuerit, aliquid sacerdotale exercent. Deinde per id quod dicit, eos ex ecclesia eiici qui ipsis communicant, debere ipsos etiam abdicatos fieri, sic interpretare canones. nec dixerim eum qui est à synodo depositus, & habet auxilium appellationis, si post depositionem aliquid sacerdotale exerceat, esse abdicatum, & appellationis auxilium perdere, vt nonnulli dixerunt. Dices enim repugnare & canonibus, & diuersis legibus, quæ statuûnt, eos qui sunt cōdemnati, integrum & inuiolatum statum habere, donec de appellatione cognitū fuerit, præcipuè*

autem quarto canoni Sardic. syn. quẽ etiã lege, & xv. can. præsentis syno. & Sardic. syn. can. iiij. qui hoc tollit, & in libro iij. Imper. titu. j. cap. l cuius principium est, Si autem aliqui sanctissimi episcopi: & scies, quomodo, & à quibus de causis criminalibus iudicantur episcopi & clerici: & quãdo, & à quibus appellant condemnati.

Can. v. 11. q. 3. si quis à proprio episco.

Si quis presbyter, vel diaconus, proprio contempto episcopo, ab ecclesia seipsum segregauerit, & priuatim cõgregationem effecerit, & altare erexerit, & episcopo accersente nõ obedierit, nec velit ei parere nec morem gerere primò & secũdò vocanti, is omnino deponatur, & non amplius curationem assequi, nec suum possit honorem capere. Si autem perseuerat perturbare, & ecclesiam euertere, is per externam potentiam, vt seditiosus castigetur.

BALS. Eadem cum xxxj. canone Apostolico hic præsens canon decernit, & sufficiunt quæ illic scripta sunt. Adiecit autem vt & qui turbas excitant, & sententiæ aduersus eos latæ quæ quidem perfecta est, non stent, per ciuilium magistratuum potestatem corrigantur. Quare nota ex præsenti canone, sicut etiam ex ix. can. synodi quæ habita est in æde Apostolorum, quòd multare, seu vt vocant, pœnitentiam dare debent episcopi delinquentibus, non autem eos torquere. Si enim non pareant, tradent ciuilibus magistratibus. Lege & Carthaginensis synodi cano. x. synod. vj. can. xxxj. & sanctã Eusebij & Basilij can. xij. xiij. xiiij. & xv. Considera ergo, nunquid etiam ex præsenti canone, ij qui propter falsi, vel læsæ maiestatis, vel sacrilegij crimen, vel causam ad religionis decreta pertinentem, vel aliquam aliam causam deponuntur, nec purè eloqui ac proferre, & de conscio fateri persuadentur, examinentur à localibus magistratibus: scimus enim hoc aliter fieri.

*ita Sanctus.

Can. vj.

Si quis à proprio episcopo fuit excommunicatus, ne prius ab aliis suscipiatur, quàm fuerit à proprio episcopo susceptus, vel facta synodo accedens se defenderit, & persuasa synodo, aliam sententiam retulerit. Idem autem decretum, aduersus laicos, & presbyteros, & diaconos, & eos qui sunt in cleri catalogo, obseruetur.

BALS. De iis quæ hoc canone comprehenduntur, satis scripsimus in aliis diuersis canonibus, & in xij. & xiij. can. Apostolico.

Nullus externus sine pacificis suscipiatur.

Can. vij. Dist. 71. Nullũ absq; formata.

BALS. In xxxiij. canone Apostolico, & xiij. Calched. syn. de pacificis tractatum est, & commendatoriis epistolis, & quòd ij sunt externi qui ab aliis diœcesibus veniunt. Lege ergo quæ in illis scripta sunt.

Can. viij.

Nec presbyteri qui sunt in pagis, dẽt canonicas epistolas, vel ad solos vicinos episcopos epistolas emittant. Chorepiscopi autem nulli reprehensioni affines dent pacificas.

BALS. Didicisti quænam sunt pacificæ vel dimissoriæ epistolæ, & quænam sunt quæ dicuntur commendatitiæ & canonicæ. Quia autem nonnulli asserebant presbyteros, qui sunt in pagis, seu protopapas, dare epistolas pacificas: eo quòd ipse non haberent ius aliquod ordinationis: sed pietatis & Christianæ communionis: statuerunt patres eas quoque dare in solis episcopi potestate esse situm. Chorepiscopus autem ab omni reprehensione alienus, quorum scilicet existimatio nulla accusatione quæ labem afferat tentata est, concessum est dare literas pacificas: quia eis alia quoque priuilegia data sunt.

Can. ix.

Episcopos, qui sunt in vnaquaque prouincia, scire oportet episcopum qui præest metropoli, etiam curam suscipere totius prouinciæ: eo quòd in metropolim vndequaque cõcurrunt omnes qui habẽt negocia. Vnde visum est, eum quoq; honore præcedere: reliquos autẽ episcopos nihil magni momẽti ag-

aggredi ſine ipſo, vt vult qui ab initio obtinuit patrum canonis vel ſola, quæ ad vniuſcuiuſque parochiam conferunt, & regiones quæ ei ſubſunt. vnumquenque enim epiſcopum habere ſuæ parochiæ poteſtatem, & adminiſtrare pro vnicuique conueniente religione, & totius regionis curam gerere, quæ ſuæ vrbi ſubeſt. Vt etiam ordinent preſbyteros & diaconos: & vnaquæque cum iudicio tractent, & nihil vltra facere aggrediantur, ſine metropolis epiſcopo: neque ipſe ſine reliquorum ſententia.

BALS. *Quæ in præſenti canone continentur, expoſita ſunt in xxxiiij. canone Apoſtolico, & lege eum.*

Ii qui ſunt in vicis vel pagis, vel qui dicuntur chorepiſcopi, etiam ſi epiſcopi ordinationem manuum ve impoſitionem acceperint, viſum eſt vt ſuum modum ſciant, & ſibi ſubiectas eccleſias adminiſtrent, earúmque cura & ſollicitudine gerenda contenti ſint: conſtituant autem lectores, hypodiaconos, & exorciſtas, & eorum promotionem ſufficere exiſtiment, nec presbyterum, nec diaconum ordinare audeant, abſque vrbis epiſcopo, cui ſubiicitur ipſe & regio. Si quis autem ea quæ definita ſunt tranſgredi audeat, ipſe quoque deponatur ab eo honore quem habet, fiat autem chorepiſcopus ab epiſcopo ciuitatis cui ſubiicitur. *Can. x.*

BALS. *Prohibitum eſt à canonibus ne fiãt epiſcopi in paruis vrbibus & vicis, & propterea preſbyteros in eis ordinabant, ſeu protopapas & chorepiſcopos. Quia autem nonnulli chorepiſcopi conabantur ordinare ſacerdotes, & alia quædam iura epiſcopalia exercere: & accuſati dicebant ſe hoc rectè facere, quòd epiſcopi manuum impoſitionem accepiſſent: ſtatuerunt patres eos non ex eo adiuuari, vt priuilegia, quæ illis à canonibus conceſſa ſunt tranſgrediantur: nec ordinent diaconũ, vel preſbyterum ſine epiſcopo, ſed ſolos lectores, ſubdiaconos, & exorciſtas, ſine catechiſtis, & adminiſtrent res eccleſiaſticas, quæ ſunt illis attributæ. alioqui propter eorum quæ definita ſunt tranſgreſſionem depoſitioni ſubiiciantur, & à ſuo honore excidant. Quia autem nonnulli contendebant, propter arrogãtiam, à metropolitano vel etiam patriarcha, chorepiſcoporũ ordinationem accipere, epiſcoporum regionis nullam curam gerentes, hoc quoque prohibitũ eſt, & ordinatum vt ab vrbis epiſcopo fiat chorepiſcopus, vt ei ſubiiciatur, & ne eum aſpernetur: vt qui ei dignitatis ordinẽ nõ dederit. Rectè autem de ſolis chorepiſcopis verba ſemper fecerunt patres, nõ autem de presbyteris. neque enim erat de iis dubium, vt qui nullum aditum accepiſſent vt vllam ordinationem facerent. Interrogauerit antẽ quiſpiã, cur verbo depoſitionis additum eſt, ab honore quoque deponi? SOL. Nonnulli inſtabant chorepiſcopum quidem debere deponi, ſed tamen chorepiſcopalem honorem habere cathedram, & reliqua, vt vult ix. canõ Neocæſar. ſyn. & xxj & xxvj. vj. ſyn. Propterea ergo dicit canon eum quoque vtrũque amittere, vt eſt in fine primi canonis præſentis ſynodi. Illud autem, ſine epiſcopo qui eſt in vrbe, nõ accipitur pro eo quod eſt, ſine eius mandato, ſed pro eo quod eſt, ſine illius ordinatione ſeu conſecratione. Et ſi enim fuerit chorepiſcopo mandatum, vt presbyterum ordinet, & hoc fecerit, irrita erit ordinatio, quòd nõ ſit ei à canonibus data presbyterum ordinãdi poteſtas. lege & xiiij. canonem Neocæſar. ſyn. Et nota, quòd ordinationes quæ fiunt à metropolitanis, in præfectos, vel in aliquos alios aliis regionibus ſubiectos, infirmantur. ſed & conſtitutiones, quæ factæ ſunt ab aliquibus, de non conſecrãdis, ſeu charactere donãdis ipſorum monaſteriorum præfectis ab ipſo patriarcha, ſed ab alio epiſcopo, vel de omnino non ordinandis ſunt penitus irritæ.*

Si quis epiſcopus, vel presbyter, vel omnino ex canone, citra ſententiam & literas epiſcoporum prouinciæ, & maximè metropolitanorum ad Imp. proficiſci aggreſſus fuerit, is abdi- *Can. xj. 13. q. 8. ſi quis epiſc.*

cetur & eiiciatur,nõ ſolum à communione,ſed etiam à dignitate cuius eſt particeps, vt qui religioſiſſimi Imp. noſtri auribus moleſtiam afferre audeat præter ritum eccleſiæ: ſi autem neceſſarius vſus exigat,vt ad Imp.ſe conferat,id agat cum deliberatione & ſententia metropolitani prouinciæ,& eorum qui ſunt in ea,eorúmque literis munitus iter inuadat.

BALS. *Præſens canon decernit,non ſolum ſegregari,ſed etiam deponi epiſcopos vel clericos,qui ad Imp.proficiſcũtur,ſine literis epiſcopi regionis,& maximè metropolitani, vt qui Imp. auribus moleſtiã exhibeat præter ea quæ ſunt ab eccleſia decreta: ſi autẽ neceſſaria ſit cauſa propoſita,cõcedit vt ad Imp.proficiſcatur cum literis mandata permiſſione ſynodali. Lege Sardic.ſynodi can.vij. viij.xxj.& Carth.can.cvj.Quia autem nonnulli verbu canonu hærentes (longè enim abſunt à ſententia) volunt antiſtites,qui in regina vrbium verſantur,cum ſcientia & permiſſione patriarchæ, & non aliter,ad Imp ſalutandũ proficiſci,dicimus,quòd quæ hoc canone continentur,& reliqua quorum hic fit mentio,locum habent,quando antiſtes a ſua regione ſeu diœceſi ſua ſponte ad Imp.profectus ſit. Si enim in regina vrbium verſetur,vel Imp. iuſſu,vel patriarchali permiſſione,citra vllum impedimentum Imperatorem conueniet,& eum illorum quæ voluerit admonebit. Imp. autem iuſſu proficiſci antiſtites quòd iuſſi fuerint,etiam ſine ſynodali conſenſu,in diuerſorum canonum interpretatione declaratum eſt, nec ſunt ea à nobis repetenda.*

Can.xij. 11.q.5 ſi quis à proprio.

Si quis à proprio epiſcopo depoſitus, presbyter, vel diaconus, vel epiſcopus à ſynodo, auſus fuit Imp. auribus moleſtiam exhibere,cùm oporteat ad maiorem ſynodum conuerti,& ius quod ſe habere putat ad plures epiſcopos referre,eorúmq; examinationem & iudicium ſuſcipere: qui itaque his contemptis Imper. moleſtus fuerit, is nulla venia dignus, neque ſui defendendi locum habeat, nec reſtitutionis futuræ ſpem expectet.

BALS. *Cuiuis condemnato,qui ſe iniuria affectum putat,appellationis auxilium datum eſt.Dicit ergo canon, quòd etſi hoc epiſcopu datum eſt,ſimiliter & clericu,non tamen eu permiſſum eſt aures regias de ea re obtundere.Si quu ergo,relicto ad maiorem ſynodum aditu,prætermiſiſque iuru ſui coram ea allegationibus per appellationem,de ea re Imperatori moleſtus fuerit, non ſolum non iuuabitur,ſed perinde ac nulla venia dignus,omnem ſui iuris proponẽdi iannam ſibi occludet,& nec ſpem quidem reſtitutionu habebit.Dixerit autem quiſpiam,cum canon dicat depoſitos non debere ad Imp. accedere,ſed ad maiorem ſynodum,vt u qui forte ab Epheſino vel Theſſalonicenſi depoſitus eſt,ad patriarcham vniuerſalem rectè audire cogetur,qui à patriarcha condemnatus eſt, cum non habeat quo confugiat,ad Imp.accedens punietur, an non? SOL. Nonnulli dicebant in eorum quoque ſententias locum habere ea quæ à canone dicuntur,præterquam in vniuerſali,quoniam Hieroſolymitani ſententia ab Antiocheno diiudicetur,& Antiocheni ab Alexandrino,& ſic deinceps ſecundum maiorem vniuſcuiuſque ordinem.Mihi autem videtur canon eſſe editus propter ſententias aliorum epiſcoporũ & metropolitanorum,non etiam patriarcharum. Eorum enim ſententiæ appellationi non ſubiiciuntur.Et ideo,qui Imp.adierit,vt de eorum ſententia per appellationem quæratur, vt vult hic præſens canon,punietur.Dicit enim cxxxviij.Iuſtiniani nouella,quæ in ij.lib Imp.ſita eſt tit.primo cap.xlv. ſic expreſsè,Si qui autem ſanctiſſimi huius ſynodi epiſcopi, aliquam inter ſe controuerſiam habeant, ſiue de iure eccleſiaſtico,ſiue pro aliquibus aliis forenſibus iuribus,prius eorum metropolitanus cum aliis duobus eiuſdem ſynodi epiſcopu,rem iudicet, & niſi vtraque pars ſtet iis quæ iudicata fuerint, tunc beatiſſimus patriarcha illius diœceſis inter eos audiat,& illa definiat,quæ eccleſiaſticis canonibus & legibus conueniunt,nulla parte eius ſententiæ valente contradicere. Quia autem ſæpe tractatum eſt,an oportet Cõſtantinopolitani ſententiam eſſe appellationi ſubiectam,viſum eſt oportere quod mihi videtur de eo dicere,& ea quoque quæ de ea re ab aliis dicuntur.Dicunt nonnulli, quòd quoniã ſententiã præfecti prætorio,& ſententiã præfecti vrbis,leges apertè ſtatuũt, appellationi non ſubiici: Patriarchalẽ autẽ ſententiã eo priuilegio dignã non iudicauere,quemadmodũ a multis & quibuſlibet iudicibus, ita etiam ab eo prouocabitur.Ad ſui autẽ dicti confirmationem vtuntur & iij. Iuſtiniani nouella,quæ in iij.libro ſita eſt.Imp.tit.ij.quæ decernit patriarcham Imperatori rationem reddere,ab Imp. corrigi, ſi clericum vltra numerum elegerit. Alij patriarchalis magnitudinis poteſtatem veluti*

Deno-

venerantes, dicunt nec omnino à patriarchali sententia penitus excludendam esse appellationem, nec omnino concedendam, sed si partes quidem, quæ in iudicio contendunt, sunt vel clericorum vel monachorum ordinis, prolata aduersus aliquem eorum sententia, nō rursus examinabitur, sed si altera pars, vel vtraque sint laicæ ordinis, extra vllam controuersiam appellabitur. Alij verò dicunt causam esse appellationis genitricem (causa enim ecclesiastica non parit, inquiunt, fœtum appellatorium, pecuniaria autem, parit appellationem) tanquam viperinam quandam abortionem parentis viscera lacerantem. Alij in qui hæc dicunt os occludentes, ceu sint patriarchalem sententiam tunc solum appellationi subiici, quando mandato Imp. præsidet patriarcha cum alio coniudice, vel cum sua synodo. Mihi autem videtur, quòd quoniam leges, antequam ecclesiasticus status constitueretur, conscriptæ sunt, & complures eorum à Græcis, recte nullam patriarcharum mentionem fecere. Si quis autem dicat etiam ab orthodoxis Imp. facta fuisse nouellas, postquam sedes patriarchales honore affectæ sint, primum quidem audiet, quòd orthodoxo Imp. nunquam in mentem venit, futurum vt quis hoc auderet, & diceret quod à tanta auctoritate prædito támque honorato iudicatum sit, esse rursus in iudicium reuocandum. Deinde & Iustiniani nouellam sitam ad præsentis canonis interpretationem, sufficere ad os eis penitus occludendum, qua cauetur ne quis patriarchalis sententiæ contradicat. ab eo autem, de iis quæ ab eo facta sunt supernumerarijs ordinationibus, rationem exigi, non introducit eius iudicatorum de integro examinationem. Illud enim est factum proprium: hoc verò, sedu priuilegium. Quia autem statutum est, nullum per alium iniuria afficiendum, ipse quidem ab Imp. qui ecclesiæ habet potestatis sententiam, iudicabitur forte vt sacrilegus, vel male de fide sentiens, vel alicuius alius criminis reus. Hoc enim nos iudicialiter actum esse vidimus diuersis temporibus. Eius autem iudicium in disceptationem non reuocari, nec de eo ratio postulari debet, propter sedis excellentiam. Aduersus hanc nouellam quidam peruersam linguam immitémque exacuunt, & dicunt tunc non posse patriarchæ iudicio contradici, quando patriarcha audit per appellationem, antistitis sententiam: eo quòd nolit nouella causam in duobus iudicijs agitatã ad tertium deduci, non autẽ quãdo primo loco iudicat, & maximè laicos, dico me posse quidem multa ad hæc dicere, & ostendere ipsos nõ rectè dicere. Quia autem iij. canon Sardic. synodi, decreuit licere ei qui est condemnatus, bis appellare, & vltimam appellationem fieri ad Papam Romanum, & nõ sinit hoc eis procedere, alia quidé praetermitto, hoc autem dico, quòd quoniam sancti Constantini sanctum decretum ad papam Siluestrum factum, a nobis in primo capite ix. tit. præsentis operis situm, statuit papam habere omnia iura Imp. Secunda autem vniuersalis synodus & iiij. dederunt patriarchæ Constantinopolitano priuilegia papæ, & statuerunt vt quemadmodum & ille in omnibus honoretur, necessario in eius sententiam appellatio non cadit, quemadmodum nec de Imp. sententia quæritur. Propterea enim, vt est consentaneum, & synodalia edicta instar priuilegiorum regalium electorum emittũtur. Cùm hoc autem ita se habeat, reliquæ quoque eorum cessant allegationes. Nam siue clericos, siue laicos iudicauerit patriarcha, siue laicum cum clerico, siue iussu Imperatorio, siue iure proprio, & siue cum coniudice, siue solus, erit quacunque examinatione & iudicatione superior, & qui ausus fuerit ad Imp. appellare, vt de patriarchæ sententia rursus iudicetur, erit præsenti canoni obnoxius. Si enim non permittitur Imp. molestiam afficere, pro rursus reuocanda in iudicium alicuius metropolitani sententia, multo magis non permittetur patriarchalem sententiam ad Imp. introduci.

Nullus episcopus audeat ab vna prouincia in aliam transire, & aliquos in ecclesiis ordinare, ad sacrorum celebrationem, nec si alios vnà secum inducat, nisi venerit literis accersitus metropolitani, & episcoporũ qui sunt cum ipso, in quorum regionem accedit. Si autem nullo vocante, ad aliquorũ ordinationem & ecclesiasticarum rerum ad se non pertinentium constitutionem inordinate insolentérque processerit, sint quidem irrita quę ab ipso geruntur, ipse autem suæ insolentię, & præter rationem factæ aggressionis det pœnas, à sancta scilicet synodo exinde depositus.

Can. xiij. 9. q. 2. Nullum.

BALS. *De iis quæ in præsenti canone tractata sunt, in xxxv. canone apostolico satis tractauimus, & alibi. Et lege ea quæ in illis scripta sunt.*

Si quis episcopus ob aliqua crimina iudicetur: deinde contingat episcopos qui sunt in prouincia, de ea disserire, illis quidem eum de quo fertur sententia, innocentẽ pronunciãtibus:

Can. xiiij. 6. q. 4. si quis episcopus criminaliter.

his vero, reum: pro tota componenda controuersia visum est sanctæ synodo, vt metropolitanus episcopus ex propinqua prouincia alios euocet iudicaturos, & controuersiam decisuros, & cum prouincialibus quod probatum fuerit confirmet.

BALS. *Episcopum qui ab episcopis prouincialibus iudicatur, & ab aliquibus quidem absoluitur, ab aliis vero condemnatur, non alias condemnari, vel absolui statuit synodus, nisi synodi metropolitanus propinquos episcopos accersierit, debentes id quod quæritur iudicare, & sententiam confirmare. Ne dicas ergo xij. canonem huic canoni aduersari dicentem, dubiam sententiam à maiore synodo rursus iudicari, & non à primo examinari cum finitimis episcopis. Illic enim prius fuerat prolata sententia, nec potest amplius iudicare qui illam protulit, & propterea illius sententia vt dubia appellationi subiicitur. Hic autem non est prolata sententia: & canon metropolitanum admonet, vt finitimos episcopos accersat, vt tollatur dissensio, & sic omnis condemnati suspicio & tergiuersatio reiiciatur: sed si hoc quoque facto, condemnatus sibi factam iniuriam esse putet, recte appellauerit, vt xij. canone continetur, & iij. Sardic. syn. si autem apud patriarcham litigauerit, præsens canon, & sequês locum habebit.*

Can. xv. Si quis episcopus aliquorum criminum accusatus, fuerit ab omnibus prouinciæ episcopis condemnatus, & omnes vnam consentientem aduersus eum sententiam tulerint, is ne amplius ab aliis iudicetur: sed prouinciæ episcoporum firma maneat sententia.

BALS. *Præsens canon sublatus est à iiij. can. Sardic. syn. Si autem eum hoc nolu dicere, interpretare canonem vt superius dictum est: & dic fieri condemnationem à synodo, in quam non cadit appellatio, vt à Papa, & à patriarcha Constantinopolitano.*

Can. xvj. Dist. 91. si quis episcopus vacans. Si quis vacans episcopus in vacantem ecclesiam irrumpens, sedem arripuerit absque perfecta synodo is sit eiectus etiam si omnis populus quem inuasit eum elegerit. Sit autem illa perfecta synodus, cui vnà quoque adest metropolitanus.

BALS. *Episcopus quidam vacans, seu ecclesiam non habens vt potè quæ à gentibus tenebatur, sua auctoritate tenebat vacantem ecclesiam, quæ scilicet episcopum non habebat, & eius sedem inuaserat, & iura archiepiscopalia exercebat. Cùm autem reprehenderetur, & interrogaretur, quomodo hoc esset ausus, hoc se modo defendebat, non propter aliquid aliud fuisse prohibitam in alia regione seu diœcesi operationem seu exercitium, quàm ne iniuria afficeretur, & contemneretur huius regionis diœcesis ve præsul. Cùm autè non sit antistes in vacante ecclesia, & ipse & eam quæ illi obtigerat non habet, vt quæ à gentibus detinebatur, nec quæ de iniuria dicta sunt locum habebunt, nec vllum ei præiudicium afferetur, tanquam qui vltra ea quæ habet, aliena sibi vsurpet. Dicit ergo canõ eum qui tam temere à spiritu sancti gratia non sibi datum thronum arripit, cùm & ipse ecclesia vacet, esse eiiciendum. Perinde autem ac si dixisset quispiam, ea locum habere, quando is qui vacat, pradonis more vacantem ecclesiam inuasisset: non autè quando eius populus eum qui vacat vel inuitum ad eam trãstulerit, adiicit canon ne propterea quidem esse illi ignoscendum, qui in vacantem ecclesiam aliquid episcopale exercuit absque synodali permissione. Cum autè vt est cõsentaneum, permissum esset a prouincialium episcoporum dispensatione vacanti cuipiam in vacante ecclesia celebrare, & hoc damnaretur, eo quòd non esset etiam assensus metropolitanus, dicebant quidam esse & vocari synodum, prouincialium episcoporum conuentum, & ideo firmum esse quod ab eu fit sine metropolitano, quoniam episcoporum sententiæ etiam sine metropolitano contradici non potest: dixerunt patres in hac causa eam esse perfectam synodum, quæ habet etiam metropolitanum præsentem: est autem sententia singularis: quæ sunt autem singularia, non trahuntur ad exemplum. Nota ergo ex præsenti canone, quòd cũ synodali decreto permittitur vacanti episcopo in vacante ecclesia celebrare, & in ipso eius throno sedere. Sæpe enim audiui, quòd Imperatorio quoque mãdato ad id opus est. Interrogauerit autem quispiam quomodo intelligi debeat illud, esse eiiciendum eum qui illam sic inuasit ecclesiam. & dicebant quidem nonnulli hoc de segregatione accipi. Mihi autem videtur esse accipiendum de depositione, secundum canonas qui dicunt eos esse deponendos qui ordinant vltra suas diœceses. Si enim qui ad iniuriam vnius antistitis qui est in regione, episcopale quidpiam exercuit, deponitur: multo magis punietur qui ad perfectæ synodi iniuriam tale quid fecit. Nota quòd sæpe in synodo quæsitum est, quis est is qui vacat, & quænam dicatur vacare ecclesia. At de vacãte quidem ecclesia nulla fuit dubitatio. Omnes*

enim

enim dixerunt eam esse vacantem ecclesiam, quæ antistite orbata est. Sed de vacante antistite multa fuit controuersia, & placuit omnibus eum dici vacare, qui non potest proficisci ad eam ecclesiam ad quam renunciatus est, eo quòd vel à gentibus impiis vel etiam hæreticis occupetur, & fortasse etiam prophanetur cõmunisque reddatur, nec sinatur antistes pedẽ in eã immittere, cuiusmodi est hodie Hierosolymitana ecclesia, Antiochena, Tarsensis, & aliæ. Hierosolyma enim ab impiis Sarracenis polluta sunt, thronus Antiochenus à patriarcha Latino detinetur, & Tarsus ab Armenijs. Reliquæ autẽ Hierosolymorum, Antiochiæ, & quædã orientales Constãtinopolis ecclesiæ, non reputãtur vacare, quia sultanus, Latini, & reliqui Agareni permittunt antistitibus suas ecclesias episcopaliter administrare, & Christianorum qui illic sunt curam gerere. Vnde & eiusmodi ecclesiarum euocati antistites debẽt proficisci. Quòd autem dantur quibusdam antistitibus non vacãtibus, sed paupertate laborantibus orbatæ seu vacantes ecclesiæ, est dispentationis ratio. Canon quoque qui dicit, Vacantem dandam esse vacanti, locum non habet. Et ideo qui synodaliter permittunt cuipiam, vt possit sedere in sede illius ecclesiæ quam habet cum ea quæ illi data est ex ratione dispensationis, faciunt contra canones rem cui venia danda non est. Iis enim qui vacant debet dari thronus, non autem is qui habent sedem episcopalem. Propterea enim & qui vacantem ecclesiam accipit, non amplius vocatur episcopus illius ecclesiæ ad quam primum renunciatus est, sed eius quæ illi vt vacans data est, quemadmodum magnus Theologus nõ amplius dictus est Nazianzenus, sed Constantinopolitanus episcopus, nec qui proximè ordinatus est ad Amaseam, & Cerasuntem trãslatus, quia qui prius fuerat depositus, est restitutus, Amaseæ episcopus vocatus est, sed Cerasuntius Claudiopolitanus autẽ proprium episcopatum Heracleã Ponticam vt vacantem adeptus, & in ei quoque coniuncta sede sedere permissus, quomodo Claudiopolitanus appelletur nescio.

Can. xvij. Dist. 92. si quis episcopus per manus.

Si quis episcopus, accepta ordinatione & manuum impositione episcopi, & populo præesse iussus, munus non susceperit, nec vt ad sibi concreditam ecclesiam proficiscatur persuaderi possit, is sit excommunicatus, donec coactus suscipiat, vel perfecta synodus episcoporum prouincialium de ipso aliquid decernat.

BALS. *Lege xxxvj. canonem apostolicum, & disces quæ decreta sunt de episcopis qui ad eas ad quas ordinati sunt ecclesias non proficiscuntur. Consequenter ergo præsens quoque canon eadem decernit, adiciens eum esse segregatum, qui non proficiscitur ad eam quæ ipsum sortitus est donec aliquid de ipso statuerit synodus quæ cum eligit, forte enim eum admittet aliquã causa probabilem affuturã. Quia autẽ illic diximus, non accipi, vt dicunt aliqui, manuũ impositionem pro electione, eo quòd canon vtique de susceptione meminit, debes præsentem quoque canonem sic intelligere.*

Can. xviij. Dist. 92. si quis episcopus ordinatus.

Si quis ordinatus non ierit in parochiam ad quam est ordinatus, non sua quidem culpa, sed propter populi recusationem, vel aliquam aliam causam, quæ à se non oritur, is sit & honoris & muneris particeps, dum modo nullam rebus ecclesiæ in qua conuenit, molestiam afferat: is autem id suscipiat quod perfecta prouinciæ synodus, eo quod ad se allatum est iudicato, statuerit.

BALS. *In xiij can. patres eum puniunt qui ordinatus fuerit, & non persuadetur ad ecclesiam proficisci, quæ illum sortitus est. In præsenti autem canone ei dant veniam qui ordinatus est, & vult quidem ad eam ad quam ordinatus est parochiam proficisci: non sinitur autem, vel propter populi impudentiam, vel propter gentium incursionem, & ideo permittunt vt in qua innouitur prouincia, honore dignus habeatur, cathedra scilicet & vocatione, & episcopalu officiũ exercitio, cum scientia scilicet & permissione episcopi illius regionis, nec tamen se omnino ingerat in negocijs illius ecclesiæ in qua habitat, scilicet ne doceat, ne ordinet, neque aliquid aliud episcopale exerceat, sine illius regionis episcopi permissione, sed quiescat donec quid sit agendum didicerit à perfecta synodi sententia.*

Can. xix. Dist. 65. episcopus nõ est ordin.

Episcopus ne ordinetur, absque synodo & præsentia metropolitani prouinciæ. eo autem præsente, omnino melius est omnes vnà cum eo adesse, qui sunt in prouincia eiusdẽ muneris officiique socij, & oportet per epistolam metropoli-

tanum

tanum eos cõuocare,& ſi omnes quidem acceſſerint,bene eſt: ſinautem hoc fuerit difficile, plures omnino adeſſe oportet, vel per literas vna cum illis ſuffragium ferre, & ſic cum plurium præſentia vel electione fieri conſtitutionem.Sinautem aliter præter hæc quæ decreta ſunt fiat,non valeat ordinatio.Sinautem ex præfinito canone facta fuerit conſtitutio, aliqui autem propter ſuum contentionis ſtudium contradicant, vincat plurium ſuffragium.

BALS. *Quomodo oporteat eligere antiſtites,ex iiij.canone primæ ſynodi decretum eſt, & præſens canon eadem præcipit. Adiecit autem electionem quæ præter hæc facta fuerit quæ hic comprehenſa ſunt,eſſe irritam & invalidam,& quòd cum ij qui eligunt in plures ſententias diuiduntur,plurium vincent ſuffragia. Audiens autem canonem dicentem,non fieri electionem ſine præſentia metropolitani,ne dixeris eum debere adeſſe in electione(hoc eſt enim prohibitum, ſicut in aliis canonibus dictum eſt)ſed dic hic præſentiam eius permiſſionem vel ſuaſionem, ſine qua fieri non poteſt electio.*

Can. xx. Diſt.18 propter eccleſiaſticas.

Propter vſus eccleſiaſticos, & pro componendis controuerſiis, rectè habere viſum eſt, vt ſynodi epiſcoporũ in vnaquaque prouincia fiant bis in anno: ſemel quidem poſt tertiã hebdomadẽ feſti paſchę,vt quarta hebdomade pẽtecoſtes perficiatur ſynodus,metropolitano prouinciales epiſcopos admonente ſecundam ſynodum idibus octobris futuram qui eſt decimus hyperberetęi,vt in his ipſis ſynodis accedant preſbyteri & diaconi,& omnes qui ſe iniuria affectos putant, & à ſynodo iudicium aſſequantur,nec vllis liceat ſynodos per ſe facere, ſine iis quibus ſunt creditæ metropoles.

BALS. *De ſynodis quæ debent fieri annuatim ſatis dictum eſt, in xxxvij. apoſtolico canone & in viij.canone ſyn.in Trullo,& lege quæ in ipſis ſcripta ſunt.Præſens autem canon aducit, non fieri ſynodos ſine præſentia metropolitani.*

Can.xxj. 7.q 1 epiſcopũ de diœceſi.

Epiſcopus ab alia parochia in aliam ne tranſeat, nec ſe ſua ſponte ingerens, nec à populis vi adactus,nec ab epiſcopis coactus, maneat autem in ea quam à deo ſortitus eſt eccleſia, & ab ea non recedat, ſecundum decretum prius de ea re editum.

Can.xxij. 9.q. 2. Epiſcopum non debere.

Epiſcopus in alienam ciuitatem quę ei ſubiecta non eſt,nõ aſcendat,nec in regionem quæ ad eum non pertinet,ad alicuius ordinationem, nec preſbyterum vel diaconum conſtituat in locis alij epiſcopo ſubiectis, niſi cum voluntate proprij illius regionis epiſcopi.Si quis autem tale quid auſus fuerit,infirma ſit ordinatio,& ipſe à ſynodo puniatur.

BALS. *Lege xiiij.can.apoſtolicum,& xv.Nicenæ primæ ſynodi, & diſces ex illis, & ex duobus præſentibus canonibus,quinetiam ex multis alijs,quomodo puniantur qui vltra ſuæ regionis fines ordinant & ordinantur,ſine permiſſione illius regionis epiſcopi. Lege & xxxv. canon apoſtolicum.*

Can.xxiij. 8. q. 1. epiſcopo nõ liceat.

Ne liceat epiſcopo alium pro ſe ſucceſſorem conſtituere, etiam ſi ſit in fine vitæ.Si quid autem fiat eiuſmodi,irrita ſit cõſtitutio,ſeruetur autem ritus eccleſiaſticus qui continet nõ aliter debere fieri,quàm cum ſynodo & iudicio epiſcoporũ, qui

poſt

post defuncti dormitionem potestatem habent dignum prouehendi.

BALS. *Sextus decimus sanctorum apostolorum canon, dicit non licere episcopo quem velit loco suo eligere. Eadem ergo præsens quoque canon decernit addictens non aliter fieri episcopum, quàm mortuo episcopo, dignũ prouinciæ synodus elegerit.*

Rectè habet vt ea quæ sunt ecclesiæ, ecclesiæ seruẽtur cum omni & bona conscientia, & fide in omnium præsidem & iudicem deum, quæ etiam administrari conuenit cum iudicio & potestate episcopi, cui est omnis populus creditus, & eorum animæ quæ in ecclesiam conueniunt. Sint autẽ manifesta, quæ ad ecclesiam pertinent cum cognitione presbyterorum & diaconorum qui sunt circa eum, vt sciant & non ignorent quæ sunt propria ecclesiæ: vt nihil ipsos lateat, vt si contingat episcopum è vita migrare, iis manifestis existentibus, quæ ad ecclesiam pertinent, ne ea intercidant & pereant, nec quæ sunt propria episcopi, prætextu rerum ecclesiasticarum vexetur: est enim iustum, & apud deum & homines acceptum, vt episcopus propria quibus velit relinquat. Quæ sunt autem ecclesiæ, ipsi seruentur, & nec ecclesia damnum aliquod sustineat, nec episcopus ecclesiæ prætextu proscribatur, vel qui ad eum attinẽt, in negocia incidant, cum eo quòd & ipsum post mortem malis omnibus prosequantur. *can. xxiij.*

Episcopus habeat rerũ ecclesiæ potestatẽ, vt eas in omnes egentes dispẽset, cũ multa cautione & dei timore: ipse autẽ eorũ quæ opus est sit particeps ad vsus necessarios, & fratrũ, qui apud eum hospitio excipiũtur, vt ipsi nullo modo priuentur, secundũ diuinũ apostolũ qui dicit, Habentes autem alimenta & quibus tegamur, iis cõtenti erimus. Sinautem iis nõ sit cõtentus, & res in proprios vsus cõuertat, & ecclesiæ redditus vel agrorũ fructus, non cũ presbyterorũ vel diaconorũ sentẽtia administret, sed suis cognatis, vel fratribus, vel filiis præbeat facultates, vt per hæc rationes ecclesiæ latenter lædantur, is det synodo prouinciæ rationem. Sinautem etiam alias insimuletur episcopus, vel qui sunt cum eo presbyteri, quòd quæ pertinent ad ecclesiam, vel ex agris, vel ex quacunque alia causa ecclesiastica, ad seipsos referre, vt pauperes quidam opprimãtur, & inuidia ac infamia verbo inuratur, & iis qui sic administrãt, ij quoque correctionem assequantur, sancta synodo id quod decet examinante. *can. xxv.*

BALS. *Præsentes duo canones eadem decernunt cum xl. & xlj. canone apostolico. & quære quæ in ipsis scripta sunt. Nota autem etiam ex præsenti canone xxv. quòd cum ecclesiasticus debent omnia quæ sunt ecclesiarum administrari: & quòd qui præter hos canones faciunt, vt synodo visum fuerit puniantur.*

Beati

DIONYSIVS BASILIDÆ DILECTO MIHI FILIO ET FRATRI IN SACRIS COMministro, deóque fideli & morigero, in domino salutem.

MISISTI ad me, fidelissime & sapientissime fili mi, interrogans qua hora dies paschæ sit ieiunandus. Dicis enim aliquos fratres dicere, quòd oporteat hoc in galli cantu facere, alios verò, quòd id sit faciendum vespere. Qui enim Romæ sunt fratres, vt aiunt, Gallum expectant. De iis autem qui hic sunt, dixisti quòd citius. horam autem exactam & valde demensam quæris imponere, quod quidem est difficile, & lubricum. Quod enim post resurrectionis domini tempus oporteat eos festum lætitiaque inchoare, qui ad illud vsque animas ieiuniis humiliant, erit apud omnes similiter in confesso. Per ea autem quæ scripsisti, probasti, sane admodum diuinorum euangeliorum sensu percepto, quod nihil ab eis accurate perfectéque traditum de hora qua resurrexit, apparet. Diuersi enim euangelistæ ad monumentum venisse scripserunt mutatis temporibus, & omnes surrexisse iam dominum dixerũt inuenisse: Et vespere sabbatorum, vt dixit Matthæus: Et cum mane adhuc esset obscurũ, vt scribit Ioannes: Et summo diluculo, vt Lucas, Et valde mane orto iam sole, vt Marcus. & quando surrexit quidem nemo aperte respondit. Quòd autem vespere sabbati lucescente vna sabbatorum, qui ad monumentum venerunt, cum non amplius iacentem inuenerunt, hoc in confesso est. Ac neque dissentire nec sibi aduersari inter se euangelistas existimemus. & quamquã parua quædam esse circa id quod quæritur controuersia esse videbitur, si omnes in vna nocte mundi lucem dominum nostrum exortum esse consentientes, in hora dissentiunt: nos tamen, quæ ab eis dicta sunt, piè & fideliter conciliare studeamus. Quod à Matthæo quidem dictum est, sic habet. Vespere sabbatorum lucescente vna sabbatorum, venit Maria Magdalene, & alia Maria ad spectãdum sepulchrum, & ecce fuit magnus terræmotus. Angelus enim domini cum de cælo descendisset, accedens deuoluit lapidem: & sedit supra ipsum erat autem species eius vt fulgur, et indumentum eius album vt nix. à timore autem eius concussi sunt qui seruabant, & facti sunt vt mortui. Respondés autem angelus, dixit mulieribus, Ne timete vos, scio enim quod Iesum crucifixum quæritis, non est hic. Resurrexit enim, sicut dixit. Id autem quod dictum est vespere, alij quidem existimabunt secũdum verbi communitatem significare, vesperam sabbati: sapientiores autem id exaudientes, non hoc, se profundam noctem esse dicent: tarditatem & longum tempus vespere significante. Et quod noctem dicit & non vesperam, subiunxit: Illucescente in vna sabbatorum & venerunt, nondum vt reliqui dicũt, aromata ferentes, sed ad spectandum sepulchrum. Inuenerunt autem factum esse terræmotum, & angelum super lapidem sedentem. & audiuerunt ab ipso, non est hic, surrexit. Similiter Ioannes, In vna sabbatorum, inquit, Maria Magdalene, venit mane cũ essent adhuc tenebræ, ad monumentum, & videt lapidem sublatum à monumẽto Sed iuxta eum cum adhuc essent tenebræ, præcesserat. Lucas autem dicit, Sabbato quidem quieuerunt secundum præceptum. Vna autem sabbatorum summo mane, ad monumentum venerunt, ferentes quæ parauerant aromata. inuenerunt autem lapidem à monumento deuolutum. Summum mane fortasse matutinum splendorem, qui prius subapparet, significat vnius sabbatorum. Et ideo iam perfecte præteriro cum tota consequente nocte sabbato, & alio die incipiente, venerunt aromata, & vnguenta ferentes, quando iam videlicet diu ante surrexerat. Hoc Marcus quoque sequitur, dicens: Emerunt aromata, vt venientes Iesum vngerent. & valde mane vnius sabbatorum veniunt ad monumentum orto iam sole. Valde enim mane hic quoque dixit, quod idem est ac summo diluculo, & subiunxit, Orto iam sole. Profectio quidé, & iter earum summo diluculo & valde mane incepit. in itinere autem, & circa monumentum, moram traxerunt vsque ad ortum solis. & eis quidem tunc dicit adolescens candidatus: Resurrexit, non est hic. Hæc autem cum ita se habeant, hoc iis qui accuratius subtiliusque cõsiderant enunciamus quota hora, veletiã semihorula vel quarta horæ oportet incipere lætitiam ob Domini nostri à mortuis resurrectionem, & eos quidem qui nimium festinant, & ante mediam noctem surgunt, vt contemptores, & intemperantes reprehendimus, vt qui prope modum antequam par sit cursum abruperint, dicente viro sapiente, Non paruum est in vita quod parum abest. Eos autem qui differunt, *εἰς μηδὲν ὄντα

& plurimum perferunt, & ad quartam vsque vigiliam fortiter abstinent, in qua etiam pluribus seruator noster in mari ambulans apparuit, vt generosos & laborum tolerantes suscipimus: iis autem qui interea vt moti sunt, vel vt potuerunt, quiescunt, non valde molesti sumus: quando quidem nec sex ieiuniorum dies æqualiter, nec similiter omnes expectant. Sed alij quidem, vel omnes transmittunt ieiuni permanentes, alij duos, alij tres, alij quatuor, alij nullum. Et iis quidem qui in illis transmittendis valde laborauerunt, deinde defessi sunt, & prope modum deficiunt, ignoscendum est quòd celerius gustent. Siqui autem non modo transmissis, sed ne ieiunatis quidem, vel etiam in delicatis opiparisque conuiuiis, consumptis præcedentibus quatuor diebus, ad duos eósque solos extremos dies cum venerint, illis à se cibo non gustato, transmissis paraseeue, & sabbato, magnum quid & egregium se facere existimãt, si ad auroram vsque permanserint: non existimo eos ex æquo certamen subisse cum iis qui se pluribus diebus prius exercuerunt. Hæc quidem, vt sentio, consulens scripsi.

BALS. *Cum episcopus quispiam magnum hunc Antistitem interrogasset, qua hora surrexit Christus, vt vsque ad horam quæ illam præcesserit ieiunaret, proposuit Antistites quod festum Paschæ, postquam dominus surrexerit, incipit, & eo vsque debemus ieiunare. Quia autem non poterat dicere horam qua* CHRISTVS *resurrexit, respondit ex diuersis verbis euangelistarum, quod & si ex in horam qua debemus ieiunare cognoscere non liceat, eos tamen qui ante mediam noctem soluunt ieiunium, vt contemptores, & intemperantes vituperamus: eos autem, qui ad quartam vsque vigiliam, seu ad diluculum vsque, fortiter perdurant, amplectimur: eos vero qui interea interquieuerunt, non reprehendimus, quia nec sex passionis domini hebdomadæ dies, omnes similiter peragunt. Alij enim omnes ieiunant, alij vero duos vel tres, alij autem plures, alij nullum. Iis ergo qui pluribus diebus ieiunarunt & laborarunt, si alimentum citius gustauerint, venia danda est: eos autem qui quatuor dies non ieiunarunt, sed delicate opiparéque vixerunt, in paraseeue autem & sabbato, ieiunauere, existimare non oportet magnum quid facere, si vsque ad matutinum resurrectionis sine cibo ieiuni permanserint: neque enim simile certamen adeunt. Atque hæc quidem est patrum responsio. Tu autem lege lxxxix. canon. synodi in Trullo, statuentem ieiunari ad medias vsque noctes magni sabbati, aliu autem diebus salutifera passionis in ieiunio, & oratione, & compunctione versari oportere. Quoniam autem extra secus ab eodem canone declarata est hora* CHRISTI *resurrectionis ex diuersis scripturis, quo ad eius fieri potuit: verum enim solus nouit, qui resurrexit, deus, debemus dicere, quod vsque ad horam sextam, & ipsum nocturnum sabbatum, debemus ieiunare. Ab hora autem septima, quoniam incipit dominicus quo resurrexit* CHRISTVS: *est autem verisimile vel septima, vel octaua fuisse resurrectionem, eu ieiunare non debemus, nec abstinere, ne videamur repugnare canonibus qui statuunt nos diebus dominicis non debere ieiunare. Etsi enim dies tertius reputetur dominicus, solum tamen propterea quod trium dierum resurrectio eum attingat, tertius dicitur. est enim primus. & lxxxix. canoni synodi in Trullo conuenienter, die ante horam septimam nocturni sabbati debere nos abstinere in quacunque hora voluerit quispiam ex sex primis horis, idque omnino ex libera vnius cuiusque potestate & arbitrio.*

can. 3. De mulieribus quæ sunt in abscessu, an eas sic affectas oporteat domum dei ingredi, supertracaneum vel interrogare existimo. Neque enim eas existimo, si sint piæ & fideles, sic affectas, ausuras vel ad sanctam mensam accedere, vel corpus & sanguinem domini attingere. Neque enim, quæ xij. annorum fluxum habebat, ipsum ad medicinam tetigit, sed solam eius fimbriam. Orare enim quomodocunque se habeat aliquis, & vtcunque sit affectus domini meminisse, & auxilium implorare, non est reprehendendum. Ad sancta autem sanctorum, qui non anima & corpore purus est, accedere prohibebitur.

BALS. *Hebraicæ mulieres, quando fuerit eis profluuium menstruum, in loco solitario sedentes quiescunt donec septem dies præterierint & menstruorum fluxus expurgatus fuerit. Vnde acceptum est illud, in abscessu, pro eo quod est, separatas esse ipsas à reliquorum sede, vt immundas. Interrogatus ergo sanctus de fidelibus mulieribus, an eas oporteat quando à menstruis vexantur ecclesiam ingredi, respondit non oportere hoc fieri: & mulierem qua sanguinis profluuio in euangelio laborabat, apte in exemplum adduxit, non ausam dominum tangere, sed solam ipsius fimbriam. Orare enim & domini meminisse, inquit, ne in hoc quidem tempore prohibebitur. Templum autem ingredi, vel sanctorum ipsas esse participes non conuenit, Hæc cùm*

Antistes

Antistes definierit, videmus hodie, & maxime in mulierum monasteriis, mulieres sicuti è stare in templorum vestibulu quæ sanctu omnu generis imaginibus exornata. & adeo lautem deputata sunt. & cum interrogamus quomodo hoc fiat, audimus eas non esse in ecclesia, quod mihi quidem non ita esse videtur. Non sunt enim vestibula communia vt ecclesiarum atria, sed pars sunt ipsarum mulieribus attributa quæ in ecclesia versari non prohibentur. Quod quidem vestibulum est locus pœnitentiæ qui dicitur Audientium, & in ipso ne virum quidem stare permittitur, quil us imposita est pœna ne in ecclesia versentur, sed extra ipsum desiere. Oportet ergo eiusmodi loca in quibus stabunt eiusmodi immundæ mulieres, ecclesiarum locum directo non implere, vt etiam sacerdotes cum diuinus sacramentis in cherubico hymno transeant, & sepulcra quæ illic sunt suffiant, & sanctos & sacrarum precum mysteria peragant, vel etiam cum episcopali permissione eiusmodi loca separare: vt immundæ mulieres in eu sine præiudicio stare possint. Ego autem vidi etiam eiusmodi mulierem in vestibulo stantem, & ἀπὸ ἀρᾶς orationem ab Antistite accipientem, quod quidem sum admiratus. Olim autem, vt est verisimile, mulieres ad altare accedebant, & è sancta mensa participabant. Propterea enim altaru quoque canon meminit. Lege xxxxiii. canonem synodi Laodice. & lxix. vi. synodi. similiter lege & xiij. nouellam Regu Domini Leonis sapientis hæc in sui parte tractantem. Statuimus de mulieribus, quæ peperierint. & de iis quæ naturali purgatione detinentur, siquidem earum vita à nulla alia morbosa affectione perturbetur, vt quæ non sunt quidem initiatæ, non sint illum initationu participes: quæ autem sunt initiatæ, si in delictum incurrerint, impolluta mysteria non participent, vsque ad xxxx. ferum terminum. Quod si morbus inualuerit, & se vitam abruptiurum minetur, vt sint omnino sacramentis participes. Et post nonnulla ipsa rursus iubet de infantibus nouella, vt morbo quidem non vrgente in octauum diem baptizentur. Quod si mors immineat, ij etiam ante vij. baptizentur. Sed quia aut ingrendam dicentem non debere segregatos laicos extra vestibulum stantes diuinas Psalmodias audire, sed neque psallere: et respondeo, quod, quia in præsenti canone scripta sunt, illi ὁ bono qui hæc dicu, os occludunt. Quemadmodum enim, quæ in ecclesia versant non sinuntur mulieres, orare non retinentur, ita nec qui sunt segregati, per se orare prohibebuntur: sed nec extra ecclesiæ vestibulum stare, & diuinas Psalmodias audire hoc enim sit ad maiorem earum exercitationem.

Porro & qui consenuerunt, debent esse sui idonei iudices. Quod enim à se inuicem exconsensu ad tempus abstinere conueniat, vt vacent orationi & rursus conueniant, Paulum dicentem audiuerunt. Can. iij.

BALS. Vt est verisimile, fuerat sanctus interrogatus, an admittat coniuges qui consenuerunt, quo tempore debent orare, à coniunctione abstinere: & dicit, quod qui tales sunt, debent esse sui iudices, & aliquando à se inuicem, ex consensu, seu ex communi voluntate abstineant, quo scilicet tempore orare statuerunt, cum omni continentia versentur, & rursus simul conueniant. Nam & magnus Paulus hoc statuit. Et canon quidem dicit de iis qui consenuerunt: est autem etiam intelligendus de omnibus coniugibus. Recte autem dixit illud, Ex consensu. Neque enim vir habet sui corporis potestatem, nec mulier, secundum magnum apostolum. Propterea ergo eos oportet inter se de continendo consentire, vt vacent orationi & ieiunio: nisi enim ex consensu abstineant, pars quæ non vult omnino coniunctionem, frustratur eam quæ postulat. & quomodo videbitur habere potestatem partis corporis eius, qui eum permittit ea quæ quærit coniunctionem, & cui non permittitur? Accidit enim vt alterius continentia alterius partis damno cedat. Si enim à cupiditate vincitur, & non fit ei potestas, in coitum illegitimum incidet. Dicit autem quispiam, cum canon dicat se parandos esse coniuges vt orationi vacent, definiti autem apostolus nos debere sine intermissione orare sempérne oportet eos qui cohabitant inter se abstinere? Sed non de quauis oratione agitur, sed de meliore, ac præstantiore, sanctorum scilicet ieiuniorum. Nam & per Mosem Deus iudæu diuinas voces in monte auditurus præcepit, vt a propriis vxoribus abstinerent. Et propheta Ioel, sanctificate, inquit ieiunium, & exeat sponsus ex cubili suo, & sponsa ex suo thalamo. Cum hæc autem ita se habeant, non video quibus nam pœnis subiicientur qui hæc non seruant. Existimo autem quod pro iudicio eius qui audit confessionem, medicina adhibebitur personæ, & necessitati naturæ. Lege cv. can. syn. in Trullo.

Qui autem in non voluntario nocturno fluxu fuerint, ij quoque propriam conscientiam sequantur, & se ipsos an de eo discernant an non, considerent, Quemadmodum in cibis, qui discernit, inquit, si comederit condemnatus est, in his quoque bonæ sit conscientiæ, & libere loquatur, secundum propriam cogitationem, qui ad deum accedit. Hæc tu quidem nos honorans (non enim ignorans ô dilecte, nobis quæstiones proposuisti, nos vt eiusdem sententiæ, sicut & sumus, eiusdemque animi simul Can. iiij.

præparans. Ego autem, non vt doctor, sed vt cum omni simplicitate conuenit, nos inuicem differere, meam sententiam in commune edidi: quam cum tu examinaueris fili mi sapientissime, quod tibi iustum melúsque apparuerit, vel an sic etiam de his habere existimas, rescribens, valere te dilecte fili mi in pace domino ministrátem opto.

BALS. *Interrogatus pater an sacramentorũ debent esse participes, qui inuoluntariũ seminu fluxũ passi sunt, dixit, quod qui hoc passi sunt iudicẽ habeãt propriã cõscientiã, vt si nulla præcedẽte animi perturbatione hoc eis acciderit, natura sua sponte hanc fluxionẽ tanquam excrementum excernente, non impedientur esse sacramentorum participes. Si quibus autem ex rationu perturbatione præextitit cupiditas, eámque efluxio consecuta sit, vel ex cibi potúsque intemperantia hoc euenerit, ij puri non sunt, non propter fluxum seminu (non est enim hoc immundum, sicut nec caro, cuius est excrementum) sed propter malam cogitationem, quæ mentem polluit. Qui est eiusmodi, non habet bonam conscientiam, & non habet ideo potestatem ad deum accedendi. Subiungit autem & ex magno Paulo sententiam, qui scripsit de idolothytis, quod qui discernit, si comederit condemnatus est. De fluxu autem seminis quære magni quoque Athanasij epistolam ad Amunum monachum.*

PETRI ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI, ET MARTYRIS, CANONES QVI FERVNTur in sermone de pœnitentia.

Can. i. QVONIAM autem quartum Pascha persecutionem iam apprehendit, satis est iis qui delati quidem sunt, in custodiámque conlecti, tormentáque non sufferenda, & intolerabilia flagella, & multas alias graues necessitates sustinuerunt, postea autem sunt à carnis imbecillitate proditi: etiam si non ab initio suscepti sunt propter grauem lapsum, consecutum tamen, quia multum decertarunt & diu restiterunt: non enim sponte ad ea deuenerunt, sed à carnis imbecillitate proditi: nam & stigmata Iesu in suis corporibus ostentant: & anno iam tertio defleat, eis ab aduentu per reuocationem in memoriam alij quadraginta dies iniungantur, quos cum ieiunasset dominus noster Iesus Christus, postquam baptizatus fuerat, tentatus est à diabolo. In quibus & ipsi cum valde exercitati fuerint, & constantius ieiunauerint, vigilabunt in orationibus: deinceps meditantes quod dicitur à domino ad eum qui illum tentat, vt ipsum adoret: Abi retro satana: scriptum est enim, Dominum tuum adorabis, & illi soli seruies.

BALS. *Præsentes canones tractant de iis qui propriam fidem in persecutionibus negauerunt, & pœnitentiam egerunt. Et iubet quidem præsens canon, eis qui post multa tormenta sacrificarunt, vt qui propter imbecillitatem se fortiter gerere non potuerint, & in pœnitentia tres annos transegerint, alios quoque quadraginta dies iniungi, & sic admisti.*

Can. ij. Iis autem qui postquam in custodiam traditi sunt, & in carcere, tanquam in obsidione, afflictiones grauésque fœtores passi sunt, postea autem sine bello, tormentorum captiui facti sunt nimia virium inopia & quadam cæcitate confracti, placet annum ad aliud tempus iniungi. Nam ipsi quoque se omnino pro lege Christi affligendos dedere, si etiam à fratribus in carcere multam consolationem assecuti sunt. Quæ quidem multiplicata reddent, liberari cupientes ab acerbissima captiuitate diaboli, eius maxime recordantes qui dicit, Spiritus domini super me, quam ob causam vnxit me: vt pauperibus euangelizarem misit me, & annunciarem captiuis liberationem, & cæcis visus recuperationem, & mitterem fractos in remissionem, prædicarem annum domini acceptabilem, & diem retributionis.

BALS. *Hic canon tractat, vt qui in custodia solum male affecti sunt, & sine tormentis lapsi sunt, post triennium alius quoque anni pœna puniantur: si forte enim, inquit, consolationem assecuti sunt, vt pote aliquibus fidelibus ea quæ ad administrationem pertinebant, suppeditantibus, ij quoque debent veniam obtinere, vt qui grauia pro fide passi sunt.*

Iis

Iis autem qui nihil eiusmodi passi sunt, nec fidei fructum ostenderunt, sed ad vitium transfugerunt, à metu, & timiditate proditi, nunc autem veniunt ad pœnitentiam, necesse est, & conueniens infrugiferæ ficus parabolam proponere. Habebat quis ficum plantatam in suo vineto: & venit quærens in ea fructum, & non inuenit. Dixit autem vinitori, Ecce tres annos, ex quo ego venio quærens fructum in hac ficu, & non inuenio, excinde eam. Cur terrá inaniter occupat? Ille vero respondens dicit illi, Domine dimitte illam hoc quoque anno donec circa eam fodero, & lętamé iniecero, si quidem fructum fecerit: sin minus eam in futurum excinde, qua ante oculos accepta, & ostenso digno fructu pœnitentiæ in tanto temporis interuallo magis iuuabuntur. Can. iij.

BALS. *Eos qui propter solum metum, & timiditatem transfugerunt, ad pœnitentiam autem respexerunt, triennio punit ea non secundum parabolam ficus quæ est in euangelio. Dominus enim inquit, Ia tribus annis ad hanc venio quærens fructum, & non inuenio. Vinitor autem, Dimitte illam, inquit, & adhuc hoc anno.*

Iis enim qui sunt omnino desperati, & pœnitentiam non agunt, & pellem Æthiopis immutabilem possident, & pardi varietates, dicetur, quod alij sicut dictum est, Nequaquam ex te fructus fiat in ęternũ, & ideo statim quoque exaresce. In eis enim impletur quod ab Ecclesiaste dictum est, quod peruersum est non poterit, ex ornari, & defectus numerari non poterit. Nisi enim quod peruersum est prius eorum rectum fuerit, fieri non potest vt id exorner, & nisi prior defectus expletus fuerit, fieri non potest vt id numeretur. vnde & in fine eis eueniet quod à propheta Esaia dicitur, Et videbuntur, inquit, membra eorum qui transgressi sunt in me. Vermis enim ipsorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. & erunt in aspectum omnis carnis, quandoquidem vt & ab ipso prædictum est. Iniusti autem sic fluctuabunt, & requiescere non poterunt. Non est gaudere impiis, dicit dominus. Can. iiij.

BALS. *Quæ prius quidem dicta sunt, de his qui lapsi sunt, pœnitentiam autem agunt, dicta sunt. Aduersus eos autem qui nulla pœnitentia ducuntur, alterius ficus execrationem inducit ad quam dominus dicit propter infertilitatem. Fructus amplius ex te non fiat.*

Iis autem qui simularunt sicut & Dauid, qui se epilepticum fingebat, ne moreretur, quanuis reuera epilepticus nõ esset, & non nude negatione inscripserũt, sed in multis angustiis, tanquam pueri cõsilio, & prudẽtia prædĩti inter pueros insipientes, inimicorum insidias ludificati sunt, vel vt qui altaria peruaserint, vel tanqua qui chirographũ deserint, vel vt qui pro se ethnicos immiserint etiã si nonnulli eorũ qui confessi sunt, vt audiui, aliquibuscorum cesserunt, quoniã maxima cautione vitarunt, ne ipsi suis manibus ignem facerent, & dęmonas impuros suffirent. Quoniã ergo propter ignorationem eos id fecisse non compertum est eis semestre imponetur in pœnitentia conuersionis. sic enim ipsi quoq; magis iuuabũtur, Prophętę dictum meditantes, & dicentes. Puellus, genitus est nobis filius, & datus est nobis, cuius principatus est in humero suo, & vocatur nomẽ eius, Magni consilij angelus. Qui vt scitis in sexto mense, conceptionis, cum alius infans prædicasset, ante personam aduentus eius pœnitentiam in remissionem peccatorum, conceptus est & ipse ad prędicandam pœnitẽtiam. Etenim vtrosque audimus imprimis prædicantes non solum de pœnitentia, sed & de regno cęlorũ: quod quidem, vt didicimus, intra nos est, quod prope nos sit: verbum quod credimus in ore nostro, & corde nostro, de quo ipsi etiam commoniti discẽt confiteri in ore suo quod dominus Iesus credentes in corde suo, quod dominus ipsum suscitauit ex mortuis: vt qui audiant quod corde quidem creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Can. v.

BALS. *Si qui autem simularunt se ad aras quidem accedere, vel scribere quòd fidem negant, non nude autem & aperte hoc fecerunt, sed arte aliqua eos qui vim afferebant illuserunt, sicut Dauid qui se epilepsia correptum simulauit cum fugeret Saul, & esset apud alienigenas, & ita mortem euasit. Illuserunt autem gentium insidias, vt puelli consilio prudentiáque prædĩti pueros insipientes eludunt. Impios enim fefellerunt, quòd sacrificare quidem visi sunt, non tamen sacrificarunt. Forte enim pro se ethnicos vel infideles submiserunt, & per illos sacrificare ipsos existimarunt. Eu, inquit, semestre tempus sufficiet ad pœnitentiam. Et si enim non sacrificarunt, quia tamen sacrificare pollicitisunt, vel alios submiserunt, etiam si non nullis eorum cesserunt quidam qui pro fide testimonium dedere. Eos autem puerili quidem confert, vt qui non viriliter idololatriæ restiterunt: prudentibus verò, vt qui artificeo sacrificia declinarunt.*

Can. vj. Si autem qui seruos Christianos prose submiserunt, serui quidem, vt qui ipsi sub manu essent, & quod á modo ipsi quoq; in dominorũ custodia essent, minisque ab ipsis territi, & propter eorum metũ eo compulsi, & lapsi anno opera pœnitentię ostendẽt, deinceps discẽtes, vt serui Christi, facere Christi voluntaté, & eum timere: audientes maxime, quod vnusquisq;, si quid boni fecerit, hoc feret à domino siue seruus, siue liber.

BALS. *Seruos qui dominorum iussu ac minis sacrificarunt, anno punit hic pater: vt qui enim domino paruerint ignoscit, & graue supplicium non infligit: vt qui autem sint magu Christi serui, & eum debent magu metuere, mediocrem pœnam imponit. Vnusquisque enim, inquit secundum magũ apostolum, quod fecerit bonum à domino recipiet, siue seruus siue liber.*

Can. vij. Liberi autem tribus annis in pœnitentia examinabuntur, tum quod dissimulauerint, tum quod effecerint vt serui sacrificarẽt, vt qui apostolo nõ obedierint, qui vult dominos eadem facere quæ serui, remittentes minas, Scientes inquit, quòd vester quoque ipsorũ dominus est in cælis, & non est apud eum personarum acceptio. Si vnum autẽ omnes habemus dominũ: apud quẽ non est personarũ acceptio, quoniã, & omnia, & in omnibus est Christus, in Barbaris, & Scythis, seruis & liberis, debẽt cõsiderare quod fecerũt, volentes suã ipsorũ animã seruare. Qui cõseruos nostros traxerũt ad idololatriã, qui poterát & ipsi effugere, si ius, & æqualitaté ipsis prębuisset, vt rursus dicit apostol⁹.

BALS. *Liberu autem seu dominus seruorum sacrificare coactorum, triennij pœnam iniungit, quod & sacrificare simularunt, & omnino annuere visi sunt, & quod conseruos sacrificare coegerunt, & quod apostolo non paruerunt iubenti seruu minas remittere, vt pote cum ipsi quoque domini dei serui sint, & famulorum conserui. atque ipsi quidem festinarunt suam seruare animam: conseruos autem suos ad idololatriam copulerunt, qui poterant effugere.*

Can. viij. Iis autẽ qui proditi sunt, & exciderũt, qui & ipsi ad certamẽ accesserunt, se esse Christianos confitentes, & in custodiam cum tormentis coniecti sunt, æquum est in exultatione cordis vires simul addere, & eis in omnibus communicare, & in orationibus, & in participatione corporis, & sanguinis, & sermonis adhortatione: vt qui cõstantius decertauerint, ipsi quoque supernæ vocationis brauio dignentur. Etenim septies, inquit, cadet iustus & resurget. Quod quidem si omnes quoq; lapsi fecissent, perfectissimam, & toto corde susceptam pœnitentiam ostendissent.

BALS. *Quidam tyrannu delati & proditi fuerant, veletiã ipsi se ipsos illu tradiderant: victi autem tormentu testimonio excciderunt deinde cum pœnitentia ducti essent, & quod bonum est agnouissent, se esse Christianos confessi sunt adeo vt in custodiam coniecti, tormenta quoque sustinuerint. Eos ergo æquum censet sanctus latanti animo suscipere, & ad fidem orthodoxam confirmare, & eu in omnibus, communicare: in orationibus & sacramentorum participatione, verbisque adhortari vt sint ad certamen constantiores, & cælesti regno digni habeantur. Ne autem eò quod lapsi sunt, minime suscipiendi videantur, testimonium quoque ex scriptura inducit, quod est, Septies, id est sæpe, cadet iustus & resurget. Hoc autẽ, si etiã inquit omnes, qui à confessione exciderunt, fecissent, vt scilicet lapsi velut Elarentur, & se coram tyranno Christianos faterentur, perfectissimam pœnitentiam ostendissent. Differunt ergo quæ in hoc canone comprehensa sunt, ab iis quæ in primo canone continentur, quod illic quidem qui propter tormenta lapsi sunt, ad confitendam coram tyranno fidem nequaquam conuersi sunt: hic autem qui propter torméta lapsi sunt, ex bona pœnitentia, sub tyranno dominũ confessi sunt, propterea neque eos cecidisse reputabimus.*

Can. ix. Iis quoque qui tanquam ex somno ipsi ad certamen parturiens, & trahere differens prosiliunt, sibi autẽ pugnę maritimæ, & multę fluxuum inũdationis tentationem attrahunt, vel potius tractibus peccatorum carbonem accendunt, ipsis quoque communicãdum est, vt qui in nomine Christi ad id veniant: & si verba eius non animaduertãt, qui docet non esse ingrediendũ in tentationẽ, & cum rursus in oratione patri dicere, Et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos à malo. Forte autem etiam ignorant nostrũ patremfamilias & dominũ nostrum, sæpe ab iis qui illi insidiari volebãt, secessisse: & quandoque etiá libere apud eos non incedebat, & quod etiã quando passionis tempus appropinquauit, nõ se ipsum tradidit: sed expectauit donec ad eum venirent cum gladiis & fustibus. Dicit ergo eis, Tanquam ad latronem existis cũ gladiis & fustibus ad me comprehendendum. Qui etiam tradiderunt ipsum Pilato. Ad eius quoque similitudinem iis accidit, qui eius scopũ sibi proponentes incedunt, diuinorum eius verborum recordati, per quæ nos confirmãs, de persecutionibus dicit, Attendite vobis ipsis. tradent enim vos in concilia, & in suis synagogis vos flagellabunt. Tradent autem dixit, non, vos ipsos tradetis: & ad principes, & reges ducemini propter nomen meum, non, vos ipsos ducetis. Nam vos quoque vult à loco in locum transire, dum sunt qui vos persequuntur propter nomen eius. Sicut eum rursus dicentem audimus, Et quando vos ab hac ciuitate in aliam persecuti fuerint, fugite in aliam. Non enim

vult nos ad diaboli stipatores satellitésque cõfugere, ne ipsis quoque multifariæ mortis causa simus, vt qui ipsos, & asperiores esse cogamus, & opera mortifera peragere: sed expectare, & nobis cauere, vigilaréque & orare, ne intremus in tentationem. Ita Stephanus, eius vestigiis insistens, Hierosolymis ab iniquis correptus, & in concilium ductus, lapidibus obrutus, in nomine Christi glorificatus est, rogans, & dicens, Domine ne statuas illis peccatum. Ita Iacobus secundus, ab Herode comprehensus, gladio capite truncatus est. Ita Petrus Apostolorum primus, sæpe comprehensus, & custodiæ traditus, ignominiaque affectus, postremo Romæ crucifixus est. Similiter, & inclitus Paulus, sæpe traditus, & ad mortem vsque in periculum adductus, & in multis persecutionibus afflictionibusque gloriatus, in eadem vrbe ipse quoque gladio capite multatus est, qui in quibus gloriatus est, ipse in iis vitam finiit, & quòd Damasci in sporta noctu per murum demissus est, & effugit eius manus qui eum conabatur opprimere. Erat enim eis in primis propositum euangelizare, & verbum dei docere: in quibus fratres confirmantes vt manerent in fide, hoc quoque dicebant, quòd per multas afflictiones oportet in regnum cælorum ingredi. Quærebant enim non quod sibi erat vtile, sed quod multis, vt seruarentur, & multa ipsis liceret ad hæc facientia dicere, vt verbo dei conuenienter facerẽt, Nisi, vt dicit Apostolus, nos tempus narrantes deficeret.

BALS. *Qui è somno modo exurgunt, & maxime si crudo profundóque somno premebantur, non habent constantem rationem, sed perturbatam, & instabilem. Hu assimilat sacrosanctus hic martyr eos qui in certamen prosiliunt, seu qui non ordinatè, sed ferociter & inconsiderate se in certamen intrudunt. Parturiens, & trahere differens, pro eo quod est, quod nondum in apertum exuit, sed meditatur, & differt, seu cunctatur trahere eos qui decertant. Maxime autem, & aliis fusilibus peccatorum carbones accendunt, à tyranno scilicet punitiones. Sed & si eos qui sic faciunt reprehendit, iubet tamen fideles eis nihilo secius communicare, quia propter christum certamen subierunt, & illius doctrinam ignorarunt, qui docet petere ne tentemur, & quòd ne se ipsum quidem tradidit, sed traditus est, & non esse ad tortores confugiendum, ne plurium eius cadium causa sint. Vt qui eos incitent ad sumenda de piis supplicia. infert autem & diuersa sacræ scripturæ exempla canon.*

Vnde nõ est æquum, vt vel clerici, qui sua sponte aufugerunt, lapsi autem, & reluctati sunt, amplius in sacro ministerio maneant, vt qui domini gregem reliquerint, & se ipsos vituperauerint: quod nullus fecit ex Apostolis. Etenim cum multas persecutiones obiisset, & multa certaminum premia ostendisset beatus Apostolus Paulus, sciens esse longè melius dissolui, & esse cum Christo, infert, & dicit, In carne autem manere, magis necessarium propter vos. Considerans enim non suam, sed multorum vtilitatem, magis quàm suam quietem, necessarium existimauit, apud fratres manere, & eorum curam gerere. Qui etiam vult eum qui docet esse in doctrina typum seu formam fidelium. Vnde qui in carcere contendentes, à ministerio exciderunt, & reluctati sunt, sensus planè sunt expertes. Quomodo enim petunt quod reliquerunt, cum in ea tempestate esse possent fratribus suis vtiles? Quandiu itaque firmi stabilésque manserunt, eius quòd præter rationem fecerant eis venia dabatur. Quando autem lapsi sunt, vt qui perperam se gesserint, & se ipsos vituperauerint, non possunt amplius sacra ministeria obire, & ideo magis curam gerant, quomodo in humilitate confessionem peragent à vana gloria cessantes. Eis enim sufficit communio, quæ diligenter & accuratè fit duabus de causis, tum ne videantur molestia affici, hinc dissolutionem vi arripientes: tum ne lapsi aliqui causentur se propter pœnę occasionem fuisse remissos. Qui quidem plusquàm omnes probrum & ignominiam habebunt: sicut ille qui fundamentum posuit, & non potuit perficere. Incipient enim, inquit, omnes qui præter gredientur cum illudere, dicentes. Hic homo posuit fundamentum, & non potuit perficere. Cau. x.

BALS. *De iis qui sua sponte ad martyrij certamen confugiunt locutus pater, nunc de clericis quoque qui sunt eiusmodi loquitur, & dicit quòd si clericus ad certamen sua sponte profugit, deinde cum non posset ferre tormenta, excidit, & cum rursus ad se rediisset, lapsum suum reuocauit, & se coram tyranno Christianum confessus est, is non amplius sacra ministeria obibit, eo quòd gregem domini reliquerit, & eo quòd cum sua quidem sponte confugerit, & tormenta sufferre non potuerit, sibi ipsi labem & reprehensionem attulit. Vt autem populi doctrinam negligerent, & suam vtilitatem præferrent, nec Apostoli fecerunt. Magnus enim Paulus, postquam multa tormenta subiisset, intelligens multo esse melius vitam relinquere, maluit viuere & torqueri propter salutem, & doctrinam populi. Sensu ergo omnino carent, qui petunt sacrum ministerium, à quo sua sponte exciderunt. Quomodo enim petunt quod reliquerunt, cum possint in hac tempestate persecutionis scilicet, fratribus esse vtiles? Si itaque non cecidissent, inquit, eius quod præter rationem feciissent, eis daretur venia, spontanea*

ſcilicet fugæ, vel in fratribus docendu, & confirmandu ſocordiæ. Sinautem propter ſuam inſolentiam & arrogantiam lapſi ſunt (tale enim eſt ſe temere tormentis obtulere audere, nec poſſe tolerare, & propterea de eis triumphus actus eſt) non poſſūt amplius ſacra miniſteria obire. Quamobrē maqu curent quomodo confeſſionē in humilitate peragant, ceſſantes à petenda ſacri miniſterii vana gloria: ſufficit enim eis cum fidelibus communio. quæ fit propter duo, diligenti cautione vtēque conſilio. Si enim dixerimus nos eos non habere pro communicantibus, & eos moleſtia afficiemus tanquam ſententiam ferentes, eos, vt ſeu mutilatos, hinc diſſolui, ſeu mori, & alios quoque qui fortaſſe lapſi ſunt, & volunt ad quod bonum eſt redire, remiſſos ad hoc & negligentes efficiemus, cauſantes ſi fidelibus non eſſe communicaturos, etiam ſi poſt lapſum fidem confeſſi fuerint. qui ſi non conuertantur, plus probri & ignominiæ quam omnes ſuſceperint, maiorique dedecore affecti fuerint: quemadmodum & qui fecit fundamentum, domum autem non fecit. Et enim ſunt ſimiles, qui ad tormenta quidem propter Chriſtum confugerunt, & veluti pulchro iacto fundamento, id quod honeſtum eſt perficere non potuerunt. Nota ergo, quòd ne confeſſio quidem propter Chriſtum reſtituit eum qui ſemel à clero abalienatus eſt propter lapſum.

Can. xj. Qui enim primum in perſecutionis feruore proſilierunt iudicium circunſtantes, & ſanctos martyres, qui ad bravium ſupernæ vocationis feſtinabant, aſpicientes, honeſta æmulatione incitati, ſeipſos ad hoc tradiderunt magna libertate vtentes, maxime videntes eos qui ſubtrahebantur labi, propter quos interius excitati, & quodam veluti ſono impulſi ad debellandum ſe efferentem aduerſarium, ad id contendebant, ne apud ſe prudens eſſe videretur, ob ea in quibus eius calliditate inferiores eſſe viſi ſunt, etiā ſi ſeipſum vinci ab iis, qui ſe fortiter & conſtanter geſſerunt, qui ſcuticarū flagellorumque tormenta, & gladij aciem, & ignis vſtulationem, & aquarum immerſiones toleranter tulerunt, cum latuit. Iis quoque qui vt ex fide preces & orationes fiant perſequuntur, vel iis qui in cuſtodia puniti ſunt, & à fame, & ſiti traditi ſunt, vel pro iis qui extra cuſtodiam ſcuticis & flagellis in iudicio torti ſunt, poſtea autem a carnis imbecillitate victi fuere æquum eſt annuere. Cum iis enim qui lugent, & mœrent pro iis qui in certamine victi ſunt à magnis maligni diaboli viribus, ſiue pro parentibus, vel fratribus, vel liberis, vnà dolere, & triſtitia affici neminem quidquā pœnitus lædit. Scimus enim etiam propter aliorum fidem, quoſdam eſſe dei bonitatem aſſecutos, & in peccatorum remiſſione, & corporis ſanitate, & mortuorum reſurrectione. Merores itaque multorum laborum, & miſeriarum, quas pro Chriſti nomine ſuſtinuerunt, cum ipſi etiam pœnitentiam egerint, & quod à ſe factum eſt per proditionem in corporis afflictione, & mortificatione defleuerint, & ſe præterea teſtentur, invita ſua fuiſſe à ciuitate alienos, ſimulorabimus, & poſtulemus pro eorum reconciliatione cum aliis quæ decet per eum qui eſt nobis aduocatum apud patrem, ſe noſtris peccatis propitium exhibētem. Et ſi quis inquit, peccauerit, habemus aduocatum apud patrem Ieſum Chriſtum iuſtum: & is eſt propitiatio pro peccatis noſtris.

BALS. *Cum ſuperius dixiſſet ſanctus, quod qui ſua ſponte confugerunt, & lapſi ſunt quidem, pœnitentiam autem non egerunt, nec ſuum lapſum reuocauerunt, plus dedecoris, & ignominiæ ſubibūt, vt qui non ſupra fundamentum certum quoque fabricauerint, ſeu quod bonum eſt non perfecerint, nunc hanc & reliquorum confirmationem inducit dicēs, Qui enim in perſecutionis feruore, ſeu vehementia ſtantes, & videntes ſanctorum martyria, & quomodo cæleſtes coronas diuino zelo accipere contendant, ſe ipſos dabant martyrio cum multa libertate, & maxime quia videbant quoſdam ſubtractos, pro eo quod eſſent ſeductos & deceptos à diabolo, & lapſos, ſeu negantes pietatem. Quamobrem interius accenſi ſeu corde inflammati, vt qui audirent ſe per hoc debellaſſe, ac vicciſſe ſuperbū aduerſarium diabolum, ſtuduerunt ſubire martyrium, ne glorietur diabolus, & ſibi prudens eſſe videatur, vt qui calliditate ſua & malitia eos vicerit qui ſua ſponte ad martyrium confugerunt: etiam ſi cum latuit ſe magis vinci ab athletis qui tormenta fortiter perpeſſi ſunt. Fidelibus ergo ouantibus æquum eſt pro ipſis ſupplicio affectis, & pœnitus annuere, ſine in hoc cōcurrere, quod etiam viſum eſt, & nihil lædit vnà cum parentibus vel alijs neceſſitudine coniunctis, pro iis qui teſtimonium dederūt martyriumque ſubierunt, ſed lapſi ſunt diaboli arte, & inſidijs, dolere & triſtitia affici ſcimus enim quòd multi bonitatem, & miſericordiam dei conſecuti ſunt per aliorum orationes. Et ideo & ipſis dari à deo peccatorum remiſſionē poſtulabimus, & alijs qui lapſi ſunt, & poſtea errorem reuocauerunt, & pietatem confeſſi ſunt cōmunicabimus, memores eorum quæ ante lapſum propter deum ſuſtinuerunt certaminum, & etiam bona eorum poſtea pœnitentia, & quòd ſeipſos teſtati ſunt eſſe à ciuitate alienos propter peccatum: & non ſolum ipſis communicabimus, ſed & pro eorū propitiatione orabimus, cum alijs quæ decet, ſeu cum alijs bonis operibus quæ debent ab ipſis fieri, ieiunio ſcilicet, eleemoſyna, & pœnitentia, per quæ, qui pro nobis eſt aduocatus, patrem nobis propitium benenolūq; efficit. Deinde & ſacræ ſcripturæ ſententia vſus eſt. Ea verò eſt ex prima Catholica epiſtola ſancti Apoſtoli & Euangeliſtæ Ioannis.*

429

Iis enim qui pecuniam dederunt, ne vt ab omnis improbitatis molestia omni ex parte remoti essent, crimen intendi non potest. Damnum enim, & iacturam pecuniarum sustinuerunt, ne ipsi animæ detrimento afficerétur, vel ipsam etiam perderent, quod alij propter turpe lucrum non fecerunt, quamuis dominus dicat, Quid enim hominem iuuabit, si vniuersum mundum lucratus fuerit, animæ autem detrimento fuerit affectus, vel eam etiam perdiderit? Et rursus, Non potestis deo seruire & mammonę. in illis enim apparuerunt qui deo seruirent, exosis, conculcatis, contemptisque pecuniis, & in eo compleuerunt quod scriptum est, Precium redemptionis animæ hominis, propriæ diuitiæ. Nam in Actibus quoque Apostolorum legimus, eos qui pro Paulo, & Sila Thessalonicæ ad magistratus trahebantur, cum multis pecuniis fuisse dimissos. Postquàm enim ipsos propter nomen multùm oneraſſent, & multitudinẽ magistratusque perturbassent, ab Iasone inquit, & reliquis satisdatione accepta, eos dimiserunt. Fratres autem noctu protinus Paulum, & Silam miserunt in Berrhoeam. Can. xij.

BALS. *Postquàm sanctus de iis qui sua sponte ad martyrium confugiunt, perfecisset, dicit eos nõ esse reprehendendos, qui se ipsos datu pecuniu à tormentorũ afflictione liberarunt. Maluerunt enim suarum pecuniarum quàm suæ animæ iacturam facere. Deinde hoc ipsum confirmat, & affert diuersa scripturæ exempla ex Actibus Apostolorum de beato Paulo apostolo, & alijs.*

Vnde nec eos qui omnia reliquerunt propter salutem animæ & secesserunt, licet accusare tanquam aliis propter ipsos detentis. Nam & Ephesi pro Paulo Gaium, & Aristarchum in theatro comprehenderunt vnà cum Paulo peregrinantes, qui volebat ad populum adire: quoniam propter ipsum qui persuaserat, & multam turbam ad dei cultum traduxerat, seditio facta fuerat, non siuerunt eum, inquit, discipuli. Quin etiã nonnulli, ex Asiaticis magistratibus, qui ei erant amici, miserunt ad eum & suaserunt, ne se theatro daret. Si quis autem cum iis contendere pertexerint, qui animum ei adhibent, qui dicit, **Seruans seruа animam tuam, & ne retro aspexeris.** Petrus quoque Apostolorum princeps eis in mentem reuocetur, qui iam in custodiam erat coniectus, & traditus quatuor quaternionibus militum ad eũ seruandũ. Qui cum noctu fugisset, & ex Iudæorũ manu seruatus esset, iussu angeli domini, facto, inquit, die erat nõ paruꝰ tumultus in militibus. Herodes autem cum eũ quæsiuisset, et nõ inuenisset, interrogatos custodes iussit suffocari, propter quos nulla culpa in Petrũ conferetur: licebat enim eis illo viso quod factum fuerat effugere, sicut & omnes infantes qui erant in Bethleẽ, & in omnibus eius finibus, si sciuisset eorũ parentes quod erat futurũ, qui à crudeli homicida Herode sublati sunt, vt vnꝰ qui ab eo quærebatur infans periret, qui & ipse iussu angeli dei effugit, qui celeriter iam cœperat spolia accipere, & acriter præpascere, secundum appellationem nominis quemadmodum scriptum est, Voca nomen eius, celeriter spolia, velociter depopulare, eo quòd priusquàm infans sciat vocare patrem & matrem, capiat potestatem Damasci, & spolia Samariæ, coram Rege Assyriorum. Magi ergo vt iam spoliati, infantem humiliter & supplicíter adorant, suos thesauros aperientes, & ei offerentes, maxime opportuna, et magnifica dona, aurum, & thus, et myrrham, vt regi, & deo, et homini: vnde ad regem Assyrium non amplius reuerti voluerunt à prouidentia vetiti. Responso autem, inquit, accepto ne reuerterentur ad Herodem, per aliam viam reuersi sunt in regionem suam. Vnde cùm vidisset cruoris sitiens sanguinolentus Herodes, se à magis illusum, valde fuit commotus. Et mittens, inquit, interfecit omnes infantes qui erant in Bethleem, & in omnibus eius finibus, à bimatu, & infra, eo tempore quod à Magis diligenter didicerat. Cum quibus, & alium prius natum infantem, cum interfecturus quæsiuisset, & non inuenisset, patrem eius Zachariam interfecit inter templum & altare, cum effugisset filius cũ matre Elizabeth. Vnde nec vllo modo reprehenduntur. Can. xiij.

BALS. *Si qui autem, inquit, relictis suis facultatibus secessi runt, ne detenti forte in periculum vocentur, vt qui non possent ad finem vsque in confessione persistere, propter tortorum sæuitiam, non culpabuntur, etiam si alij detenti sunt, & puniti propter ipsos. Et adducit in exemplum eius rei gratia, Caium & Aristarchum, qui pro Paulo detenti fuerunt: milites qui Petrum seruabant, & infantes qui ab Herode interfecti sunt propter Christum, & venerabilem sanctumque præcursorem.*

Si qui autem vim multam & necessitatem passi sunt, quique et in ore ferrum, et vincula acceperunt, & propter bonam fidei affectionem, suas quoque manu vri fortiter pertulerunt ad prophanum sacrificium, eis inuitis, adductas, quemadmodum mihi scripserunt ex custodia beatissimi martyres de iis qui sunt in Libya, & alij etiam in sa- Can. xiiij.

cris comministri, ij simul testificantibus reliquis quoque fratribus, possunt esse in sacro ministerio inter confessores collocati, vt & qui in multis tormentis mortificati fuerint, & non amplius potuerint, vel loqui, vel dicere, vel moueri, vt resisterent iis qui vim afferebant. Neque enim eorum improbitati assensi sunt. Quemadmodum ergo à comministris rursus audiui, annumerabitur inter confessores, et quicunque secundum Timotheum vitam instituit, parens ei quoque qui dicit, Persequere iustitiam, pietatem, fidem, dilectionem, tolerantiam, lenitatem. Certa pulchrum certamen fidei. Apprehende vitam cælestem, in quam vocatus es, & confessus coram multis testibus confessionem.

BALS. *Eos qui vi tyrannica visi sunt ex idolothytis carnes comedere, vel ex Græcu libationibus vinũ bibere (Forte enim in in terrã dejectu, & in eorum orchamis seu ferramentis inflexu, vt semper aperta essent, tyranni in eorũ fauces vinũ infundebant, & carnes insuebant, vel etiam in eorũ manibus carbonibus cum thure impositu sacrificare cogebant) si essent quidem clerici in eodem quoque rursus gradu esse decernit canon, vt qui collocati sint cum confessoribus. Laici autem reputentur vt martyres, quòd si hæc sua voluntate fecerint, nec actioni omnino assensi sint: quemadmodum inter confessores quoque numerabuntur, qui propter tormentorum necessitatem dissoluta corporis firmitate, non valentes iis resistere, qui in ora eorum vinum ex libaminibus effundebant. Deinceps autem de iis qui conscientiæ martyrium seu testimonium peragunt dicit, & illos cum confessoribus connumerat.*

Can. XV. Non reprehendet nos quispiam, quartam & sextam feriam obseruantes in quibus nobis ieiunare secundum traditionem præceptum est. Quartam quidem propter initum à Iudæis consilium de proditione domini: sextam autem, quòd ipse pro nobis passus sit. Diem enim dominicum lætitiæ diẽ agimus, quòd in eo resurrexerit: in quo nec genua quidem flectere accepimus.

BALS. *Consequenter sexto canoni Apostolico, qui decernit non esse à nobis ieiunandum die bus dominicu vel sabbatu, præter vnum sabbatum, magnum scilicet, & Ixix qui valde punit eos, qui sacra quadragesima non ieiunant, omniq́ue quarta, & sexta feria, præsens quoque decernit.*

TARASII SANCTISSIMI PATRIARCHÆ CONSTANTINOPOLITANI AD ADRIANUM Papam Romæ veteris, de non faciendis pecunia ordinationibus.

SANCTISSIMO ET BEATISSIMO FRATRI ET COMMINISTRO DOMINO ADRIANO Papæ veteris Romæ, Tarasius indignus episcopus, Salutem in domino.

MVLTIPLICITER multisque modis Euãgelicè, Apostolicè, & Paternè docemur, vt mores ab auaritia alienos in sacerdotij consecratione habeamus, & neque deauremur, vel deaurẽ gẽremur, vel nobis aliquid vendicemus in cuiusquam sacerdotalis viri ordinatione: vt demõstrabimus in sententiis hîc subiectis ex diuinis scripturis & paternis doctrinis. Qui enim manus imponunt, sunt ministri spiritus, non spiritusvẽ ditores: & qui spiritus gratiam gratis accepere, eam quoque gratis dare iis qui illam participant iussi sunt, à domini voce hac libertate accepta. Si quis autem eam auro emisse conuictus fuerit, diuina ei actione interdictum esse iubent. Etsi enim nomine sacerdotium sortitus est, ne tamen ipsa falsa esse eius oratio conuincitur. Nemo enim potest deo & mammonę seruire, vt ex Euangelio didicimus. Et quoniam audiuimus deum propheticè loquentem, Sacerdotes loquimini ad cor Hierusalẽ: & rursus minitantem & dicentem, Speculator si gladium exeuntem viderit, & id tuba non significauerit, & populus non cauerit, & veniens gladius animam ex eis abstulerit, sanguinem ex speculatoris manu requiram, eò quòd propter metũ nõ denunciarint, vel non condemnarint: omnibus nostrarum ecclesiarum præsulibus annunciamus, vt liberè iuxta diuinum Apostolum loquamur. Mundi sumus à sanguine eorum qui transgrediuntur

diuntur canonicas constitutiones,& multo magis eorum qui pecuniis ordinauerunt, vel ordinati sunt,cum diuinus Petrus apostolus, cuius cathedram sortita est fraterna vestra sanctitas,vt Simonem Magum,eum deposuerit. Eam ob causam veritatem annunciare non veremur,seruantes & retinentes ea quæ à sanctis Apostolis, & inclytis patribus nostris canonicè tradita sunt. Et si quid eorum ab aliquibus est præteritum, auersamur.Fraterna ergo vestra sacerdotalis sanctitas,quæ non iure,nec ex dei voluntate pontificale munus administrat,magna laborat infamia. Dixit enim per prophetã magnus & primus pontifex Christus deus noster, Vtinã ego,sed eos qui me glorificant glorificabo.Scis enim vir cupiditatem spiritus,quod Macedonij,& eorum qui circa illum erant sancti spiritus hostium,tolerabilior erat hæresis. Cùm illi enim sanctum spiritum dei & patris creaturam & seruum nugentur,hi ipsum,vt videntur, suum seruũ faciunt.Omnis enim dominus id quod habet vendit.Similiter & qui emit,volens esse dominus eius quod emptum est,argenti precio eum acquirit. Sic qui rem hanc nefariam faciunt,spiritum sanctum deprimunt,æquè peccantes ac ij qui Christum in Beelzebul dæmonia eiicere impiè blasphemèque dicebant.Vel,vt verius dicam,sunt Iudæ proditori similes, qui dei interfectoribus Iudæis argenti precio dominum vendidit. 1. q. 1. Eos qui.

Quemadmodũ ergo diuinus spiritus est Christo deo nostro consubstantialis , eos eiusdem futuros partis cuilibet manifestum est,vt fuit demonstratum.Si autem non venditur,absque vlla dubitatione clarum est non esse eis sancti spiritus gratiam , sacerdotij scilicet sacrosanctam dignitatem. Etsi non acceperunt , non habent. Meminerint sancti Petri, qui et qui hoc exercuit sic dicit, Non est tibi pars,nec ratio in hoc clero. Si enim venundatur sacerdotij dignitas,an non est eis superuacanea honesta vitæ institutio,& in puritate ac veritate conuersatio? Superuacaneus est ipsis & Paulus diuinus Apostolus,docens oportere episcopum esse à reprehensione alienum, temperãté, moderatum,docilem,continentem,sobrium, retinentem fidelem in doctrina sermonem:vt possit in sana doctrina exhortari,& eos qui contradicunt refellat.Hæc ergo omnia euanescunt,si vendatur & ematur sacerdotium.Subiectæ itaque è sanctis electæ sententiæ,à sacerdotio omnino esse alienum eum pronunciant , qui dat vel accipit in quocunq; tẽpore, siue ante ordinationem, siue post ordinationem. Capere enim est quandocunque capere. Sed & omnes etiam ecclesiasticas promotiones ob pecuniæ dationem remouent. Canon xxix. sanctorum Apostolorum, Si quis episcopus pecuniis hanc dignitatem fuerit assecutus,vel presbyter,vel diaconus,deponatur & ipse,& qui eum ordinauit,& à communione omnino excindatur,vt Simon Magus. Ex Actibus Apostolorum,Videns autem Simon quod per impositionem manuum Apostolorum datur spiritus sanctus,attulit eis pecunias dicens, Date & mihi hanc potestatem, vt cui manus imposuero,accipiat spiritum sanctum. Petrus autem dixit ei, Argentum tuum sit tecum in perditionem:quoniam existimasti dei donum pecuniis acquiri , nõ est tibi pars,nec sors in hoc sermone. Cor enim tuum non est rectum coram deo : age ergo pœnitentiam,& roga deum,si tibi non remittetur cordis tui cogitatio : in bile enim amaritudinis & vinculo iniquitatis te esse video. Ex tertio Regum, Et non conuersus est Hieroboam ab iniquitate sua,& se conuertit , & fecit ex parte populi sacerdotes excelsorum : qui volebat, implebat manum suam: & factum est hoc verbum in peccatum domui Israël , & in exitium & deletionem à facie terræ. Ex quarto Regum,Et conuersus est Naaman ad Helisæum, & ipse,& omnis exercitus eius Ecce ego cognoui quòd non est deus in vniuersa terra,præterquam in Israël.Et nunc accipe benedictionem à seruo tuo. Et dixit Helisæus, Viuit dominus, cui adstiti coram ipso , si accepero.Et vim attulit vt acciperet,& non paruit.Et paulo post,Et dixit Giezi famulus Helisæi,Ecce dominus meus parsit Naaman Syro è manu eius accipere quæ attulit : viuit dominus, nisi ego post eum cucurrero , & ab ipso aliquid accipiam : & Giezi Naaman à tergo persecutus est.Et paulo post,Et dixit Naaman,Accipe duo talenta argenti:& accepit duo talenta argenti,in duobus canistris,& duas mutatorias vestes. Et post alia,Et dixit ei Helisæus.Vndenam Giezi? & dixit Giezi,Non est profectus seruus tuus,nec huc nec illuc.Et dixit Helisæus,Nunquid cor meum tecum ambulauit,& scio quòd vir rediit à curru in occursum tuum: et nunc accepisti argentum, et ipso acquires hortos,et vineta,& oliueta,& oues,& boues,& pueros,& puellas:& lepra Naamã adglutinabitur in te,& in semine tuo in seculum:et exiit à facie eius lepra infectus,tãquam nix. Ex sancti Basilii interpretatione in Esaiam, Legem dederũt in auxilium, vt dicant non vt hoc verbum,pro quo dari dona nequeunt. Hæc lex non est vt hoc verbũ ventriloqui.Non enim ad fraudem excogitatum est,vt illud,sed est doctrina veritatis. Acelli quidẽ argento vaticinantur.Hoc est enim maximè ridiculũ,quòd eis etiam mẽ-

dacii mercedem pendunt qui decipiuntur. Verbum autem legis non est eiusmodi vt pro eo dona dentur. Nemo enim emit gratiam. Gratis, inquit, accepistis, gratis date. Vides quomodo Petrus aduersus Simonem indignatus sit, qui argentum ob spiritus gratiam attulerat. Argentum, inquit, tecum sit in perditionem, quia dei donum per pecunias te acquirere putasti. Non est ergo sermo euangelij, vt ea quæ venduntur ventriloquorum verba. Quid enim dederit quispiam, quod eius æstimationi respondeat? Audi Dauid dubitãtem, & dicentem, Quid reddam domino pro omnibus quæ mihi dedit? Non possunt ergo dona dari, quæ eius gratiæ æstimationi respondeant. Vnum donum dignum est, eius scilicet quod donatum est custodia. Qui dat thesaurum, non petit precium eius quod donatum est, sed dignam eius quod donatum est custodiam. Et ex eodem in epistola ad episcopos qui sibi suberant, ne pecuniis ordinarent. Existimant quidem esse peccare, simul accipere, sed non post ordinationem accipere. Accipere autem, est quandocunque accipere. Adhortor ergo vt hunc redditum vel potius ad gehennam aditum deponatis: & ne manus eiusmodi lucris coinquinantes, vos ad sancta peragenda mysteria indignos efficiatis. Ex vita sancti Ioãnis Chrysostomi. Accessit prolixitatis verborum causa nobis omnibus episcopus *Eutebius, sex reliquorum episcoporum accusator, volens in communionem recipi. Contradicunt quidam episcopi, ipsum non debere suscipi, vtpote sycophantam & calumniatorem. Ad hæc supplicauit, dicens, Quoniam causa maxima ex parte duobus annis examinata est, ad testes autem producendos dilatio data est: rogo vestram pietatem vt hodie det mihi testes. Et si enim mortuus est Antoninus episcopus, qui argento accepto ordinauit, supersunt tamen adhuc qui dederunt, & sunt ordinati: æquum censuit præsens synodus vt de re quæreretur. Et incipit causa à lectione Actorum quæ nuper ea de re confecta fuerant. Ingressi sunt testes, & ingressi sunt sex eorum qui dederant & ordinati fuerãt. Ii à principio negabant: sed cum testes persisterent, hi quidem laici, illi verò presbyteri, quibus confidere visi fuerant, primum quidem negabant. Postquàm autem testes conuincebant, & loca & tempora eis in memoriam redigẽtes, & *eorum quæ sunt tradita formas & quantitatem dicentes, non bene affecta eorum conscientia, sua sponte propter multam vrgentem necessitatem confessi sunt, hoc modo: Dedimus, & hanc esse consequentiam existimauimus, vt à ministerio publico liberaremur. & nunc rogamus, si non fas est nos esse in ministerio ecclesiæ, vt recipiamus argentum quod dedimus. Nostrarum enim vxorum quædam vasa seu nonnullam supellectilem dedimus. Ioannes ad hæc synodo est pollicitus, Ego, inquit, eos à curia liberabo, imperatorem precatus. Vos autem iubete eos accipere quod dederunt ab hæredibus Antonini, & altari communicare, sed à sacerdotibus seiunctos esse, ne his concessit, sit Iudaicavel Ægyptiaca sacerdotium vẽdẽdi & emendi consuetudo. Dicunt enim exitiosum & falso nomine appellatum Iudæorum patriarcham quotannis vel certis annis præteritis suos Archisynagogos mutare, vt ex eo pecuniam colligat. Similiter & eius æmulatorẽ Ægyptiorum patriarcham: vt propheticum illud impleretur: Sacerdotes ipsorum cũ donis responderunt, & prophetæ ipsorum cum argento diuinauerunt. Ex canonibus cccccxxx sanctorum patrum, qui Calchedone conuenerunt. Si quis episcopus pecuniis ordinationem fecerit, & non vænalem gratiã ad venditionem deduxerit, & œconomum, vel defensorem, vel paramonarium pecuniis ordinauerit, vel omnino aliquẽ ex canone, sui turpis quæstus gratia, qui id aggressus esse conuictus fuerit, de proprio gradu in periculum veniat: & qui ordinatus fuerit, nihil ex ordinatione vel promotione quæ instar mercaturæ facta est iuuetur: sed sit alienus à dignitate vel curatione quã pecuniis adeptus est. Si quis autem sequester seu mediator fuerit tam turpibus & nefariis lucris, hic quoque si sit quidem clericus, à proprio gradu excidat. Si autem laicus vel monachus, anathematizetur. Ex Gennadii sanctissimi archiepiscopi Constantinopolitani vulgata epistola, & synodi quæ fuit vnà cum ipso. Sit itaque, & est abdicatus, et ab omni sacerdotali dignitate & ministerio alienus, et anathemati maledictionis obnoxius, tam qui se hoc sacerdotium pecuniis acquirere posse putat, quàm qui se pecuniis id præbere pollicetur, siue sit clericus, siue laicus, siue hoc facere conuincatur, siue non. Neque enim fieri potest vt ea coniungantur quæ coniungi non possunt, nec vt mammona cum deo conueniat, vel vt qui ei seruiunt deo seruiant. Hæc est dominica & minimè dubia sententia. Non potestis deo seruire et mammonæ. Ex canonibus sanctæ sextæ synodi. Eos qui ordinantur pecuniis, siue episcopos, siue clericos cuius modicunque, & non ex vitæ examinatione siue electione, deponi iubemus, sed & eos etiam qui ordinauerunt. Audiamus hęc, omnes auscultemus, non solum antistites, sed & qui in clero connumeramur, & omnes qui terram habitant. Oportet enim nos iis

que

*Hic Eusebius erat episcopus Valentinopoli quæ est in Caliuano.

*ἀπὸ μέρους

quæ audita fuerint mentem diligentius adhibere, ne forte diffluamus: quoniam non corruptibilibus auro vel argento empti sumus ex vana & inani à patribus tradita conuersatione, sed precioso sanguine tanquam agni puri & immaculati Christi. Sic nos quoq; doce vir sanctissime, & scripturæ, & Euangeliorũ, & Apostolorũ, & canonum, & patrum præcepta sequi. Verbis enim oris vestri paremus. In altum montem conscende: exalta in fortitudine vocem tuam: ambula in dilatationibus: prædica cum libertate, & tollatur & ad interitum deducatur quæ pecuniis facta est per manuum impositionem ordinatio, & quicquid eam propter auaritiam, iniustitiam & mercaturam, turpis lucri gratia consequitur. Ea enim, cum iis quæ in eodem sunt ordine, ex peculiari populo qui a nomine Christi est appellatus, & redemptionem gratis est assecutus, sublata omnia vitij inquinamenta, quæ consequuntur, funditus excisa sunt: & sacerdotes vt palma florebunt, Christi bonum odorem iis qui seruantur inspirantes, & ecclesiæ epinicion canentes. Absstulit deus à te iniquitates tuas, præterea autem & eos qui decerpunt dulcedine afficientes, & ipsos *in pingui senecta implentes, beatæ illius & immaculatæ vitæ hæredes ostendentes. *ἐν γήρει πίονι

BALS. *Hæc epistola ex scripturæ & canonicu demonstrationibus composita est, tractans eos grauius peccare quam spiritus sancti hostes, quicunque pecuniis ordinationem faciunt, & sancti spiritus gratiam vendunt. Illi enim seruum dei sanctum spiritum esse dicunt hi verò seruum suum faciunt propter venditionem. Ea enim vendit quis quæ sua sunt. Eos autem Iudæ quoque proditori comparat, vt qui sanctum spiritum vendere audeant, Christo & deo nostro consubstantialem. Debes autem scire quòd illud, Sacerdotes loquimini ad cor Hierusalem, est ex prophetia Isaiæ, & illud, Speculator, si viderit gladium, & cætera, ex Ezechiele & illud, Mundi sumus a sanguine eorum qui transgrediuntur canonicas constitutiones, ex Actibus Apostolorum, seu ex magni Pauli constitutione ad presbyteros Ephesiorum. Illud, Tanquam Simonem Magum condemnari eos qui pecuniis ordinantur, ex xxix. canone Apostolico. Illud, Nunc dicit dominus, sed eos qui me glorificant glorificabo, ex principio primi Regum. Illud, Quod non acceperunt, nec habent, ex prima ad Corinthios epistola. Illud, Oportet episcopum esse a reprehensione alienum, ex prima epistola ad Timotheum. Illud, Audiamus hæc omnia, & auribus percipiamus, ex epistola ad Hebræos. Illud, Non corruptibilibus auro & argento redempti sumus, ex Petri catholica epistola prima. Et illud, In altum montem conscende, ex Isaia & Ioel. Illud, Sacerdotes vt palma florebunt, ex ij. ad Corinthios epistola. & illud, Absstulit dominus abs te iniquitates tuas, ex Sophonia.*

EPISTOLA CANONICA SANCTI GREGORII EPISCOPI NEOCÆSARIENSIS, qui Thaumaturgus dictus est.

GREGORII THAVMATVRGI DE IIS QVI IN BARBARORVM INCVRSIONE idolothyta comederunt, & alia peccarunt.

ON cibi nos grauant sancte Papa, si captiui ea comederint, quæ qui in eos dominium obtinent, eis apposuerunt, maxime quando vna de omnibus fama est, barbaros, qui in nostras regiones incursiones fecerunt, idolis non sacrificasse. Dicit autem Apostolus, Escæ ventri, & venter escis, deus autem & hunc & has destruet. Sed seruator quoque omnes cibos mundans, Non quod intrat, inquit, coinquinat hominẽ, sed quod egreditur. Et hoc quoque, quòd captiuæ mulieres corruptæ fuerunt barbaris earum corporibus insolentes abutentibus. Sed si prius quoque damnata vita fuerat, procul ab oculis abeuntibus, vt dicitur, fornicatoribus, vt scriptum est, fornicarius scilicet habitus est etiam tempore captiuitatis. Et non oportet facile orationibus cum eiusmodi communicare, sed siquidem aliqua quæ in summa conti-

nentia vixerit, & puram ab omnique ſuſpicione alienam priorem vitam oſtenderit, nunc vi & neceſſitate in probrum contumeliamve lapſa ſit, habemus exemplum quod eſt in Deuteronomio, de adoleſcentula, quam homo in agro inuenit, & ea vi compreſſa cum ipſa dormiit. Adoleſcentulæ, inquit, nihil facietis: non erit adoleſcentulę peccatum mortis: quia quemadmodum ſi quis homo, aduerſus proximum ſuum inſurrexerit, & ipſius animam morte affecerit, ſic hanc rem adoleſcentula proclamauit, & non erat qui ei opem ferret. Hæc quidem certè ita ſe habent.

BALS. *Sanctus interrogatur quid oporteat fieri Chriſtianu, qui à barbaris capti ſunt, & quæ ipſis ab eis apponebantur idolothyta comederunt, reſpondit, Hi cibi non grauant, pro eo quod eſt, non grane damnum afferunt, & maximè quod vno ore ab omnibus dicitur, idolu non ſacrificaſſe barbaros, qui in noſtra incurſiones fecere. Adducit autẽ & ex Apoſtolo & ex euangelio ſententias. Ex Apoſtolo quidem, Eſca ventri, & venter eſcu. Deus autẽ & eum & has deſtruet. Qui quidem locus Apoſtolicus loquitur de repletione & ingluuie: & eſcas quidem nominat ea quæ ſunt ſupernacanea, luxúmque ac delicias: ventrem autem, voracitatem ac ingluuiem. Porro ventrem Græcè dixit à concauitate κοιλίαν, nõ γαστέρα. Per hæc autẽ dicit Apoſtolus, quod exaturatio, & luxus ad ingluuiem pertinet, ſed neque ad deum deducit: luxus autem ciborúmque delictũ ingluuiei vitiũ familiare redditur, & alterũ alteri ſeruit. Deus autẽ ea deſtruet. Græcè eſt καταργήσει, id eſt ea otioſa & ineffacacia efficiet, vt nulli ab eis lædantur. Ex euangelio autem vſus eſt verbu euangelij quæ dicunt, Quod intrat per os, non coinquinat hominem. Deinde dicit de captiuu quoque mulieribus, quibus contumeli barbari ſtuprum attulerunt: & dicit, quòd ſi prima quidem eorum vita eſſet condemnata, ſuſpectas eas facit, fornicarias habitas etiam tempore captiuitatu. Et propterea non oportet facile cum eis orare, ſed poſtquàm pœnu videlicet impoſitu ſe ſubmiſſ ſint. Eſt autem habitus longa conſuetudo, quæ tempore quoque confirmata eſt, quæ ad naturam etiam ſimilitudine quàm proxime accedit. Quare quæ tales non ſunt violatæ, non peccarunt. Exemplo autem vſus eſt lege quæ in Deuteronomio habetur, de virgine cui in ſolitudine per vim probrum illatum eſt. Videtur autem ſanctus ex eo quod dixit non inferri graue damnum iis qui idolothyta comederunt, eis à barbaru appoſita, & ex eo quòd dicit, omnes aſſerere barbaros idolu non ſacrificaſſe, & ex eo quòd vtitur dicto Apoſtolicu quæ de luxu & ingluuie differunt, ſimiliter & euangelicu, quæ eadem tractant, non fecisſe ſimplicem reſponſionem, ſed quæ diuiditur in eos qui idolothyta per delicias ſua ſponte comederunt, in eos qui vi à barbaru coacti comederunt, in eos qui propter naturæ neceſſitatem eas eſcas fecerunt, & in eos qui ad hæc vi compulſi ſunt à barbaru, qui idolu non ſacrificarunt. Vnde vt mihi videtur, nullus erit eorum qui non ſit pœnæ affinis. Qui ea enim propter luxum & delicias comederunt, maioribus pœnis ſubiicientur. Qui propter neceſſitatem, & corporis nutrimentum, & vt qui non poſſint aliter nutriri, minus punientur. Reliqui quoque propter eſum execrabilem mitius punientur, eo quod ſanctus quoq; dicit nõ graue eſſe idolothyta comedere, quæ ab iis apponũtur qui idolu non ſacrificarunt: non eſt tamen ab omni penitus reprehenſione alienũ. Interrogauerit autem quiſpiam cum xiiij. canon beati Petri archiepiſcopi Alexandrini & martyris contineat, eos qui vi tyrannica compulſi idolothyta comederunt, & itidem ſacrificarunt, non puniri, ſed potius eſſe etiam in clero, ſi ſint clerici, quomodo decernit præſens hæc epiſtola, eos qui idolothyta comederunt, non grauiter lædi: vt ex eo appareat, ipſos mediocriter lædi.* SOL. *Sanctus martyr Petrus, in xiiij. ſuo canone, etiam in ipſo immolatorum eſu athletas martyres fuiſſe & teſtimonium præbuiſſe perhibet. Dicit enim quòd etiã ferramentum in os ipſorum iniectum eſt, & manus eorum vſtæ ſunt, & vt ſemel dicam, ad immolatu veſcendum nullo modo conſenſerunt, nec etiam ad idolu ſacrificandum. Præſens autem canonica epiſtola tractat in principio, captiuos quidem appoſita ſibi idolothyta vi comediſſe, ſed non etiam eo ipſo tempore quo comedebant, tyrannica violentia compulſos fuiſſe, & ideo vult eos vt qui omnino tyrannorum voluntati ceſſerint, moderate puniri. Exiſtimo autem ego, quòd quemadmodum idolothyta comedere à barbaru qui non ſacrificarunt compulſum, non eſt omnino à ſupplicio remotum, ita nec barbaricum ſtuprum vi perpeſſum eſſe: nam hoc quoque modice punietur. Et ſi enim lex ciuilu dicit in libro lx. tit. xxxvij. cap. xij. themate vj. etiam ea quæ ab hoſtibus eſt adulterata ac reuerſa, à viro accuſatur, niſi hoc vi paſſa eſt, & hoc modo ei cui ſu allata eſt ignoſcitur, nec id & matrimonium diremus. Sed lex eccleſiaſtica, eam quæ omnino à barbaru polluta eſt, à pœna puram eſſe non ſinet. Lege & ciij. nouellam Imperatoris domini Leonis ſapientis, quæ hæc in fine proſequitur: Nullo ergo modo decernimus, cum qui captiuitatem non experiti manſit, ad alterius connubionem venire, & cætera. Hæc autem nouella tollit Iuſtiniani cxvij. nouellam, quæ ſita eſt in libro xxviij. tit. viij. & dicit, nonnunquam ſolui matrimonium, quando captiua à barbaru non eſt polluta. Si quid autem eiuſmodi factum ſit, locum habent, quæ ſunt in dicto capite, lx. libri.*

Can. ij. Grauis res eſt auaritia, & plura habendi cupiditas, nec poſſunt vna epiſtola proponi ſcripturæ, in quibus non ſolum prædari fugiendũ horrendúmque prædicatur, ſed plu-

ra etiam concupiſcere,& aliena propter turpe lucrum attingere,& quicunque eſt eiuſmodi,is eſt à dei eccleſia abdicatus. In tempore autem incurſionis, in tanto luctu tãtisque tletibus,auſos eſſe aliquos tempus quod omnibus exitium afferebat,exiſtimare eſſe ſibi lucri tempus,eſt hominum impiorum & deo inuiſorum, & quorum improbitati nihil poteſt adiici. Vnde eis omnibus eiuſmodi interdicere viſum eſt,eoſque abdicare,ne forte ad totum populum ira veniat,& in eos primum qui præſunt, & non inquiunt. Vereor enim,vt ait ſcriptura,ne impius iuſtum vnà ſecum perdat. Fornicatio enim,inquit,vt auaritia,per quæ venit ira dei ad filios inobedientiæ: ne ſitis ergo eorũ participes. Iuſtis enim aliquando tenebræ:nunc autem lux in domino. Vt filij lucis ambulate. Fructus enim lucis eſt in omni bonitate, & iuſtitia, & veritate,probantes quid ſit deo acceptum, & ne cõmunicate infrugiferis operibus tenebrarum,ſed potiꝰ etiam redarguite. Quæ enim ab ipſis fiunt clanculum,turpe eſt vel dicere Omnia autẽ à luce conuicta manifeſtantur. Hæc quidem Apoſtolus. Si autem qui propter priorem plura habendi cupiditatem,quę in pace fuit, pœnam dant, in ipſo iræ tempore rurſus ad auaritiam conuertuntur,lucri facientes ex ſanguine,& pernicie euerſorum hominum captiuorum,interfectorũ,quid aliud expectandum eſt,quàmvt auaritia decertãtes iram ſibi & vniuerſo populo accumulent?

BALS. *In tempore incurſionis,quidam ex orthodoxis corripuerunt res quæ captiuorum depredationem effugerunt. De hu ergo interrogatus ſanctus dicit, quod quiſquis eſt auarus, eſt ab eccleſia abdicatus,id eſt electus,& alienus. Dicuntur enim abdicari filij quando propter aliqua crimina ab hæreditate paterna alienantur. In tempore autem talis calamitatis audere aliquem facinus eiuſmodi, exiſtimare aliorum calamitatem eſſe ſui lucri occaſionem,eſt impiorum hominum,& deo inuiſorum & qui omne improbitate ſuperant. Vnde viſum eſt eos abdicare, pro eo quod eſt apertè eccleſia expellere,& à fidelium multitudine ſeparare: ne propter ipſos dei ira ad omnes veniat, & ante alios ad omnes qui præſunt,qui eiuſmodi homines nõ inquirũt,& examinãt. Deinde ſubiungit etiã teſtimonia ſcripturæ,& circa finẽ infert,Si qui autẽ propter ſuã auaritiã,quæ fuit tẽpore pacis,puniti,in barbarorũ incurſione eadẽ peccauerint,ij, inquit, non ſolũ dei irã in ſe attrahent, ſed etiã aduerſus omnẽ populũ. Hæc cũ ita habeant,nota ex hac præſenti epiſtola,quòd epiſcopi permittitur auarorum pluraq; habendi cupidorũ potentiam pœnis impoſitis coercere:& eos quidem, qui quæ ex captiuitate relicta ſunt,rapiũt,fideles magnis eccleſiaſticis animaduerſionibus caſtigare: qui non ſunt autem eiuſmodi, mediocriter ; puire. Quamobrem ex hu de eiuſmodi cauſis laicos quoque epiſcopi vtiè condemnent. Quomodo enim eos punient ſi non prius veritas apparuerit? Propter auaritiam autem à fidelium cõmunione aliquem abdicare, magnum eſt,& ne auaris. Lex verò ciuilis, cum qui rapit ex incendio vel ex ruina ædium,intra annum quidem in quadruplum condemnat: poſt annum autem in ſimplum:& lege 1/. cap. xx. tit. lxy. lib. Similiter autem puniuntur in pœna pecuniaria, qui expugnata domo rapiunt. Dicit enim primum reſponſum thematis eiuſdem tituli & libri hæc expreſſe: Si à domo vel vico qui oppugnatur raptum quid fuerit,legi locus eſt.*

Non ecce Achaz Zare filius in eo quod deo dedicatũ erat peccauit,& in omnẽ Iſraël ſynagogã ira peruenit? Atqui hic vnus ſolus peccauit,ſed non ſolus in ſuo peccato eſt mortuus. Nobis autem quicquid non noſtrum,ſed alienum eſt ab hoc tempore lucrũ, deo dicatum eſſe exiſtimandum eſt. Nam & ille quidem Achaz ex præda accepit, & ipſi nunc ex præda accipiunt. Ac ille quidem, ea quæ erant hoſtium: qui vero nunc ſunt,ea quæ ſunt fratrum pernicioſo lucro lucrifacientes. Can. iij.

BALS. *Cùm dixiſſet ſanctus à fidelibus abdicari eos qui ea rapiunt quæ ad eos qui in bello capti ſunt pertinent,& ex barbarica præda relicta fuerunt, & quod propter eos qui ſic ſæpe lapſi & minime correpti ſunt,in populum quoque ira dei ſæpe accumulata ſit, ad eorum confirmationem inducit Achaz hiſtoriam in libro Ieſu Naue deſcriptam. Narrat enim quòd cum Ieſus nouiſſet omnia deo eſſe dedicata ſpolia,quæ ex Hierico capta eſſent, Achaz poſtquàm vrbs Hierico capta eſſet, aurea lingua & aliqua veſte ſurrepta,ea infodit in ſuo tentorio. Cùm autem deus propterea ſuccenſuiſſet, in eo bello Iſraelitæ victi ſunt. Quia autem non manifeſta erat ira dei, miſſa eſt ſors, & cecidit ſuper Achaz. Ille autem interrogatus,furtum confeſſus eſt,& quæ ſurrepta ſunt protulit,& lapidibus obrutus eſt ipſe,& omnes ſui,& animalia,& tota eius ſupellex. Et dicit, Ecce vnus peccauit, & ex eo quòd deo dedicatum eſt ſuſtulit,& propter illius peccatum,multi perierunt in bello,ex ſynagoga, ſeu cœtu Iſraelitarum:& rurſus vltio facta eſt, non in illum ſolum,ſed in omnes ſuos. Eu autem qui fortaſſe dixerant eſſe differentiam eorum quæ deo dedicata fuerant, & eorum quæ ad priuatos aliquos pertinent,reſiſtit ſanctus:& oſtendit hanc rapinam eſſe illa auaritia deteriorem & quòd eo tempore quo præda ab hoſtibus aguntur,res fratrum relictæ, tanquam deo dedicatæ reputantur: & quòd*

quamuis æqualitatem habeant, quæ ab Achaz direpta fuere, & quæ ab eis rapta sunt, eorum tamen culpa maior est. Achaz enim res hostium abstulit. ij autem quos plura habendi libido nunc inuasit, bona fratrum rapuerunt, eorum calamitatem lucrum pernicioſum rati. Nota præſentem canonem propter eos qui res eccleſiarum & monaſteriorum rapiunt, & vt ſemel dicam, propter eos qui quæ ſunt deo dedicata tanquam propria vendicant.

Can. iiij. Nemo ſe ipſum ſeducat, neq; tanquã inuenerit: neque enim fas eſt ei qui inuenit, lucrifacere, ait Deuteronomiũ, Viſo fratris tui vitulo, & oue errãte in via, ea ne deſpexeris, ſed ea reſtitutione reſtitues fratri tuo. Si nautẽ frater tuus ad te nõ approximet, neq; ipſum noueris, coges ipſum, & erit tecũ donec ea frater tuus quæſierit, & reddes ea: & ſic facies de eius aſino, & ſic facies de eius veſte: & ſic facies poſt omnem perditionem fratris quæcunque ipſi perierint, & tu ea inueneris. Hæc Deuteronomium. In Exodo autem, non ſolum ſi quis res fratris, ſed etiam inimici inuenerit, reſtitutione, inquit, reſtitues ipſa domui domini ipſorum. Si autem ab eo qui in pace, & in ocio delicatè vitã tranſigit, vel etiam ab inimico non licet lucrari, quãto magis ab eo qui rebus aduerſis premitur, & fugit, & neceſſitate coactus propria relinquit?

BALS. *Eſt veriſimile dixiſſe aliquos ſe non rapuiſſe res fratrum ſuorum captiuorum: ſed eas, inquiebant, diſiectas inuenimus, nec ſciebamus cuiuſnam erant: & propterea nulla in nos cadit reprehenſio. Aduerſus eos ergo opponit ſãctus Deuteronomiũ, & Exodũ: & dicit, quod etiã ſi diſiectas negligentiq; habitas eo tẽpore res inuenerit, ipſarũ autẽ dominũ ignorauerit, ne ſic quidem eas lucrari permittitur. Debet enim eas ſeruare, donec earũ dominus illas cognouerit, & quæſierit. & infert, Quòd ſi lege Moyſayca nulli licet, ea quæ ad alios pertinẽt, tãquã ſua ſibi propria aſcribere, ſiue ij ſint amici, ſiue inimici, etiã ſi tẽpore pacis neglectui habita ſint, ſed cogetur dominus ipſorũ reſtituere, quãnu luxuriosè & delicatè viuãt, nec proprias res inuenire curẽt: quãto magis debet is qui inuenit res fratris rebus aduerſis oppreſſi, & in captiuitatẽ abducti, vel barbaros fugiẽtis, & qui in tãta neceſſitate ſua neglecta reliquit eas tam infortunato homini reſtituere. Atque hæc quidem ſanctus deſcribit: & docet deinceps quomodo puniri debeant, & qui res eas rapuerunt, & qui non rapuerunt, ſed inuenerunt, & qui poſtquàm inuenerũt eas non reſtituerunt. Lex autem ciuilis hæc expreſsè dicit in themate v. cap. xliij. tit. xij. lib. lx. Qui rem alienam abiectam accipit, vt eam lucretur, etiam ſi ignorat cuius ſit, eſt furti actioni obnoxius: niſi forte dominus eam ita reliquerit, vt cuius nullam curam gerat. Tunc enim etiã ſi vt ea furans ceperit, quoniam ipſius eſſe deſiit, furti non tenetur. Non enim fit furtum, niſi ſit cui furtum fiat. Si autẽ quod non eſt pro derelicto habitum, pro derelicto eſſe habitum exiſtimauit: non eſt fur: ſi autẽ nec pro derelicto habebatur, nec pro derelicto haberi exiſtimauit, acceptit autẽ vt domino inuẽto redderet, actione furti non tenetur, etiã ſi pro inuẽtione preciũ acceperit. Similiter & lxj cap. iij. tit. i. lib. ſic habet, Si quis abſentis rem vacantem detinuiſſet, non tenebatur olim vel interdicto de vi, vel interdicto, quod vi aut clam, niſi vtique rei vendicatione, quatenus erat abſentis domini. Nos ergo volumus eum vt qui ſit poſſeſſor, generali de vi interdicto teneri. Eſt enim ridiculũ dicere quod propriũ exiſtimabant id quod eſt alienũ, quem admodũ, & de furti in duplum actione diximus, quod qui præter domini ſententiam ac voluntatẽ contrectat, furtum committit. Hæc autẽ dicimus niſi xxx. annorum ſpatiũ præterierit, ex quo poſſeſsionem apprehẽdit. Nota ergo quod etiam & canonibus, & legibus, non ſolum qui captiuorum res deprædantur, diripiunt, puniuntur, & tenentur, ſed etiam is qui rem immobilem vacantem inuenisſe dicuntur, & non ſtatim rem aperiunt, & cã nemine domini poſsident, ſecundum legem quidem eccleſiaſticam eu pœnitentia iniungetur, ſecundum ciuilem autem vel vi fures puniuntur, ſi res erit mobilis, vel interdicto de vi, ſi erit immobilis. Quando autẽ, quod inuentum eſt pro derelicto habetur, non ſimiliter punitur, quid id detinuit. Sed ſi ſit quidem res mobilis, cogitur eam domino reſtituere, & ſolũ niſi eius dominium aſſecutus ſit, vt bona fides poſſeſſor intra triennium. Si autem illud immobile, quod pro derelicto detentum eſt, niſi eius factus ſit dominus, intra decennium. Vacantis autem, & eius quod pro derelicto habetur, magna eſt differentia. Quod enim vacat animo poſsidemus, etiam ſi id naturaliter nõ poſsidemus. Quod autem pro derelicto, nec ciuiliter, nec naturaliter poſsidemus, & ideo à bona fide poſſeſſore eius dominium acquiritur: hoc autem locũ non habet ab iis quæ à captiuis derelicta ſunt: & ideo qui ea detinent, & non reſtituunt, vt ſuperius dictum, citra vllam diſtinctionem, & tenentur, & puniuntur.*

Nota quæ hic ſcripta ſunt de rebus eorũ qui captiui abducti ſunt. lege & libr. xxxiij. tit. j. cap. xv. qui dicit, Agros qui ab hoſtibus capti ſunt, priores domini recipiunt neque enim præda loco ſunt, nec publici fiunt. Quæ enim ex hoſtibus capiuntur, fiunt publici.

Can. v. Alij autem ſe ipſos ſeducunt, pro propriis quæ perierunt, aliena quæ inuenerunt detinentes. Vt quoniam Boradi, & Gothi eis hoſtilia fecerunt, ipſi ſint alus Boradi & Gothi. Propterea ergo fratrẽ & conſenem noſtrum Euſroſynum, ad vos miſimus: vt ſecundum formam quæ hic eſt dei ſimilis, & quorum accuſationes admittere oporteat, & quos à precibus abdicare.

BALS.

BALS. Postquàm sanctus, quæ erant consentanea respondit iis qui dicebant, se vidisse ac neglectui habitas res captiuorũ inuenisse, & propterea ea sibi vendicasse, ut essent, quæ ad captiuos pertinebant, pro iis quæ sibi ab hostibus prius ablata fuerant, vendicabant. Dicit enim hoc esse fraudẽ, & inanem prætextũ. Neque enim æquum est, vt qui ex bello barbarico detrimentum acceperint nõ toleranter ferant, sed sint ipsi hostes fratrũ, & alij in ipsos barbari appellentur. Propterea, inquit, misimus ad vos fratrem Eusrosynum, vt iuxta formam hic traditam, seu quemadmodũ hic fecimus, isthic quoq; det formã vt sic vos faciatis. Deinde dicit, Eusrosynus vos docebit quosnã & aduersus quos accusantes admittere, & quosnam ab ecclesia abdicare oporteat.

De iis qui captiuos ex barbaris fugientes vi detinent. Denunciatum autem est nobis quidpiam factũ esse in nostra regione incredibile vel vtiq; ab infidelibus, vel impijs, & qui ne nomen quidem domini nouere, quod nonnulli eo inhumanitatis crudelitatisq; processerint, vt captiuos aliquos qui effugerunt vi retineant. Mittite aliquos in regionẽ ne vel fulmina in eos cadant qui hæc agunt. Can. vj.

BALS. Accepit sanctus, quod quidã captiui orthodoxi, postquàm manus barbaricas euasere, vi à quibusdam detinentur, nec domũ reuerti sinuntur. Dicit ergo iis, ad quos scripsum hoc epistolare missum est, quòd hoc est incredibile visum est: est enim infidelium & impiorũ opus. Sinautem factum est, nõ remanebit impunitũ. Et ideo debẽt hæc diligenter inquiri, & mitti in regionẽ ipsa hæc perseuerentur. Existimat enim, quòd etiam fulmen, seu ignis sit casurus, & eos qui hæc agunt exusturus.

De iis qui inter barboros annumerati sunt, & absurda quædã in eos qui sunt sui generis fecerũt. Eos itaque qui inter barbaros enumerati sunt, & cũ eis in captiuitate inuaserunt, oblitos se esse Pontricos & Christianos, effetati autẽ barbarique redditi, vt & eos qui sui sunt generis vel ligno, vel suffocatione interficiant: vias autẽ vel domos nescientibus barbaris ostendant, etiam ab auditione arcere oportet, donec de iis congregatis sanctis aliquid cõmuniter visum fuerit, et ante eos sancto spiritui. Can. vij.

BALS. Eos quidem qui postquã captiui facti sunt, barbaris cõseruerunt, & cum eis velut barbari effecti sunt, & sui generis Christianos interfecerunt, vel vias barbaris ignotas, & ad christianos ducentes ostenderunt, vel eorum ædes hostibus manifestas fecerunt, ne ad diuinarũ quidem laudum auditionẽ admittendos esse decernit, sed eos omnino extra ecclesiã statui in loco defletionum, post confessionem scilicet vel condẽnationem, donec sancti simul congregati de iis cõmuniter statuerint. Sanctos autem episcopos appellat, illud autem ante ipsos sancto spiritui subiunxit, ostendens, quòd quæcunq; in cõmuni consideratione ab episcopis dispensantur vt statuuntur, spiritus sanctus cooperetur. Vel quidẽ ecclesiastica ipsos sic punit. Lex verò ciuilis eos eadem crimini subiicit. Dicit enim primũ caput xxxvj. tit. lx. lib. Lex de insidiatoribus similis est ei, quæ est de sacrilegis, & ea tenetur qui aduersus populũ Romanum offendit, & qui studuit præter iussum imperatoris vt christides dolo interficerentur: vel vt sint homines armati in republicã: vel vt locus, vel sacra detineantur, vel seditiosa fiat coitio: vel vt occidatur magistratus: & qui misit ad hostes nuncium, vel literas, vel dedit eis signũ, vel aliter eis tulit auxilium, vel vitales corrupit, & ad seditionẽ aut tumultum aduersus remp. sollicitauit, & cap. xij. eiusdẽ tit. & lib. quomodo qui hostes sollicitauit, & eis remp. tradidit, capite punitur, & deinceps differt de aliis quibusdã similibus. Et hæc quidem de iis qui in captiuitatẽ abducti sunt, & hostibus consenserunt, & de iis itidẽ qui non in captiuitatem abducti sunt, cũ hostibus tamen consenserunt, & aduersus Romanũ imperium cõspirarunt. Qui autem cum iis qui terram marẽque depopulantur vnà depradati sunt, magis vt mihi videtur, puniendi sunt: maior enim est eorũ improbitas. Hostes enim aperta fronte, & nudo, vt aiunt, capite bellũ comparant. Latrones autẽ ac prædones inopinatã cædem moliuntur. Quanto ergo præsidi periculi pugna leuior est inopinato malo, tanto hostium insultus est tolerabilior latronum insidijs.

De iis qui alienas domos aggredi ausi sunt in barbarorũ incursione: eos autẽ qui alienas domos inuadere ausi fuerint, si accusati quidẽ conuicti fuerint, nec auditione dignos existimare. Sinautẽ se ipsos enunciarint, & reddiderint in eorum qui conuertũtur ordinem substerni. Can. viij.

BALS. Postquàm sanctus crassius confusius quæ tractauit de iis qui rapuerunt, vel quorundã captiuorum res inuenerunt, quòd ad pœnarũ rationem attinet, nũc quoque species pœnitentiæ, siue ecclesiasticarũ pœnarum incipit dicere. Et statim decernit, vt nec flentes cum audientibus, sed cum defletentibus extra ecclesiam, qui rem captiui rapuerunt, & eã non restituerunt, sed accusationem & probationem expectauerunt propter inficiationem. Eos autẽ qui se ipsos denunciarunt, & sua sponte quod debebant ante actionem dederunt, statuit vt propter pœnitentiã comprecentur, seu cõsistant cũ fidelibus. substernantur autem, seu sint subtus, eo quòd cogantur egredi cũ catechumenis. Ac lex quidem ecclesiastica eos sic punit. Lex verò ciuilis raptores quod ab ipsis raptũ est etiam ante condemnationem offerentes, non admittit, sed condẽnat in quadruplũ. Dicit enim cap. vj. xvij. tit. lx. lib. Raptor à pœna non liberatur si offerens ante iudicium. Et thema vj. ij. cap. eiusdẽ lib. & tit. Intra annum verũ rei precium quadruplat, non autẽ id quod interest. Quod autem hic dicit sanctus de iis qui ante condem-

nationē, & accusationem rem restituunt, lex iubet id fieri in eos qui aliquid ex aliquo metu acceperūt. Dicit enim Ambrosius xiij. cap. ij. tit. v. lib. Actio quòd metus causa est libera, & licet ei, aduersus quē agitur, ad sententiā usq; rem restituere, & non dare quadruplū. Est autē & alia differentia eorū qui vi res auferunt, & eorū qui aliquid ab aliquo metu accipiunt. Raptores enim una cū quadrupli restitutione infamantur. Qui autē metū intulerunt, in existimatione tantum labē aliquam contrahunt.

Can. ix. De iis qui in agro vel in ædibus ea quę à barbaris relicta sunt inuenerunt. Eos autem qui in campo aliquid inuenerunt, vel in suis ędibus à barbaris relictum, si accusati quidem conuicti fuerunt, sint similiter in iis qui substernuntur. Si autem se ipsos enunciauerint & reddiderint, etiam precibus digni habeantur.

BALS. *Dictū est superius de iis qui dicunt se inuenisse res captiuorū neglectui habitas, & earū sibi proprietatē vendicasse. Nunc autē decernit sanctus, eos qui res in captiuorū domibus inuenerunt, vtpote non à barbaris ablatas, vel in uia abiectas fortasse propter pondus, ea quidē quæ inuenerunt amice restituētes, in suo perfecto gradu stare debere cum fidelibus. Si autē condēnati fuerint, collocari cū iis qui subiiciuntur seu substernūtur, scilicet egredi cū cathecumenis. Hæc cū ita se habeant, dixerit quispiam, eos sic puniri, qui pro re inuenta restituenda condemnationem expectant, esse iniustissimum, quoniam facti quoque actione tenentur: sin legem, quæ dicit, Fur esto qui rem alienam contrectat præter domini voluntatem, sciens id illi molestum esse. Cum fidelibus autem consistere, & ne sacramentis quidem dignari eum qui se ipsum denunciauit, & amicè rem inuentam dederit, nonum est: est enim potius Eucharistia dignus, vt qui rem captiui seruauerit, & ipsam restituerit. Et ideo dicunt nonnulli, cum fidelibus consistentiam, congregationem sacramentorum quoque participationē ita citè consequi.*

Can. x. Eos autem, qui seruant mandata absque omni turpi lucro seruare oportet, nec indicationis, vel custodiæ, vel inuentionis precium, vel quocunque nomine appellant exigentes.

BALS. *Cùm admisisset sanctus bonam eorum voluntatem, qui se ipsos denunciauerunt, & inuentum benevolè reddiderunt, adiecit, quòd si qui velint mandati dei obseruatores videri, debent absque quouis turpi lucro rem inuentam reddere. Definitum autem est, non exigere oportere eum qui dixit, vel indicationis, vel custodiæ, vel inuentionis precium, vel aliquid aliud, eo quòd non ex negligentia dominorum, vel etiam fortuito res amissa sit sed magna calamitate, & barbarica incursione. Qui enim res dominorum negligentia, vel fortuito perditas inuenerunt, & eas restituunt, inuentionis precium rectè exigunt quemadmodum ex legibus superius posito apparet.*

Can. xj. Fletus, seu luctus est extra portam oratorij: vbi peccatorem stantem oportet fideles ingredientes orare, vt pro se precētur. Auditio est intra portam in ferula, vbi oportet eum qui peccauit stare, vsque ad cathecumenos, etiam illinc egredi. Audiens enim, inquit, scripturas, & doctrinam efficiatur, & precatione ne dignus censeatur. Subiectio autem, seu substratio est, vt intra templi portam stās cum cathecumenis ingrediatur. Congregatio seu consistentia est, vt cum fidelibus consistat, & cū cathecumenis nō ingrediatur: postremo est participatio sacramentorum.

BALS. *Præsens quidem sanctus, declarauit quinque locu eorum qui agunt pœnitentiam, nec eorum exercitij tempora declarauit, nec peccata propter quæ pœnitentia definita est. Magnus autem Basilius in suis canonicis epistolis, hæc omnia exactè tradidit. Verum hic quoque pœnarum medelam episcopalis arbitrio reliquit.*

SANCTI ATHANASII ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI EPISTOLA AD AMMUM monachum.

OMNIA quidem bona sunt, & pura dei opera: nihil enim inutile vel impurū fecit dei verbū. Christi enim bonus odor sumus in iis qui seruantur, secundum Apostolum. Quia autē varia & multiplicia sunt improbi tela, & ij etiam qui sunt mente sinceriori turbentur, efficit, fratresque à cōsueto exercitio prohibet, impuritatis & coinquinationis cogitationes eis suggerens: age paucis, & improbi errorem abigamus, seruatoris nostri gratia, & simpliciorum animum confirmemus. Omnia quidem munda mundis: immundorum autem & conscientia, & omnia polluta sunt. Diaboli autē calliditatem admiror, quòd cum sit exitiū ac pernicies, suggerit cogitationes, quę puritatis quidem esse videntur, est autē id quod ab eo sit, insidiæ potius vel tentatio. Vt enim quemadmodum dixi, athletas à consueta & salutari meditatione abducat, & in eo vincere videatur, eiusmodi mouet βιμζινια, quæ vitæ quidem nullam vtilitatem afferunt, sed cō-

mu-

433

munes quæstiones,& contentiones,quas vitare oportet.Quod enim,ô dilecte, & religiosissime habet peccatũ,vel immundum naturalis quædam excretio? Vt si quis velit crimen facere etia eos qui per nares emittuntur mucores,et quę per os sputa. Præterea autẽ his etiã possemus plura dicere,vt per ventrẽ excretiones,quæ sunt animali ad vitam necessaria . Præterea autem si hominem dei manuum opus esse credimus secundum diuinas scripturas,quomodo à pura facultate posset aliquod diuinum opus fieri? & si dei genus sumus,secundum diuinos Actus apostolorum , in nobis nihil habemus immundũ. Tum demũ enim polluimur,quando fœtidissimũ peccatũ operamur. Quando autẽ naturalis excretio præter voluntatẽ facta fuerit,tũc naturę necessitate cũ aliis,vt prædiximus,hoc quoque sustinemus. Sed quia ij qui volunt solum contradicere iis quæ rectè dicuntur, vel potius à deo facta sunt,dictum quoque euangelicum detorquent,quod non quæ ingrediuntur coinquinãt hominem,sed quæ exeunt,necessario eorum absurditatem,nolo enim dicere quæstionem,confutabimus. Primum enim diuinas scripturas,cum sint in propria ignorantia instabiles, violant.Ita autem habet diuinum eloquium:Cum enim quidam his similiter de cibis dubitarent , ipse eorum ignorantiam seu errorem dissoluens publicè dixit,Non quæ ingrediuntur coinquinat hominem,sed quæ exeunt.Deinde subiungit, vndenam exeuntia,nempe à corde. Illic enim malos profanarum cogitationũ thesauros aliorumque peccatorum esse scit. Breuius autem apostolus hoc ipsum docens dicit,Cibus autem nos deo non commendat. Dixerit autem quispiam nunc quoque probabiliter , Naturalis excretio nos nõ adducit ad supplicium. Forte autem etiam medici, vt ab externis quoque eorum ratio habeatur, pro eo respondebunt , quòd vnicuique animali dati sunt necessarij meatus in membris,quæ in vno quoque nostrum nutriuntur ad superfluitates amandandas,vt capitis excrementa sunt pili,& aquositates,quæ ex capite emittuntur,& ventris per meatus.Itaque & seminoriorum valorum illud est excrementum . Quodnam est ergo in deum,ô senex religiosissime,peccatum,cum ipse dominus qui animal innxit, voluerit, & fecerit hæc membra eiusmodi habere meatus? Quoniam autem oportet malorum contrarias rationes assumere . dixerint enim , nullo modo peccatum est vsus vtilis,si instrumenta ab opifice facta sunt , eis silentium imponemus ab hoc interrogatione dicentes,Quem vsum dicis legitimum,quem deus permisit,dicens,Crescite,& multiplicamini,& replete terram:quem apostolus ostendit dicens,Honorabile matrimonium, & cubile immaculatum,an publicum qui fit clanculum & adulteratorie?Nam & aliorum quoque quæ fiunt in vita inuenietis esse in aliquas differẽtias. Quemadmodum non licet occidere,sed occidere in bello aduersarios, est & iustum, & laude dignum. Ita & magnis laudibus digni habentur qui se in bello præclare fortitérque gesserint,& eorum columnæ excitantur,quæ recte gesta prædicent . Quare vnum & idem,quodcunque id sit,in aliquo quidem,& in tempore nõ licet:in aliquo autem opportunè permittitur,ac conceditur. Eadem ergo est de coitu quoque ratio. Beatus qui in iuuentute leuius habens iugum, natura ad liberorum procreationem vsus est . Si autem ad intemperantiam fornicatores & adulteros,id quod est apud Paulum , supplicium excipit. Cum enim duæ sint eius rei viæ in vita:vna quidem moderatior,& vitæ magis conueniens,dico matrimonium:alia autem angelica , & qua excellentior esse non potest, virginitas. Siquis quidem mundanam,scilicet matrimonium elegerit, reprehensione quidem vacabit , sed non tot dona accipiet.accipiet enim:nam & ipsum fert fructum tricesimum. Siquis autem castam & supramundanam amplexus fuerit,etiam si primo aspera & ardua via est,habet tamen dona admirabiliora,perfectũ enim fructũ centesimum produxit.Quare impuræ eorum & improbę quæstiones,solutiones proprias habuerut à diuinis etiam scripturis olim antè solutas. Confirma ergo ô pater greges tuos ex adhortationibus apostolicis, ex consolationibus euangelicis , ex psalmorum consiliis dicens,Viuam secundum eloquium tuũ,eloquium autẽ eius est,et ex puro corde seruire.Hoc enim sciens ipse propheta,se veluti interpretatur dicens,Cor mundum crea in me deus , ne sordidæ me cogitationes perturbent . Rursus Dauid , Et spiritu principali confirma me, vt si forte me cogitationes perturbauerint, valida aliqua tua potestas,quæ sit veluti basis, me sustentet ac stabiliat. Ipse ergo hæc & eiusmodi alia consulens,dicit iis qui veritati parent tardius , Docebo iniquos vias tuas,& in domino confidens quod eis persuadebis à tali vitio abstinere,cane,& ad te impij conuertentur. Fieri autem potest,vt qui improbe quidem & malitiose quærunt,à vano eiusmodi & supervacaneo labore desistant,qui autem propter simplicitatem dubitant,& in incerto versantur,principali spiritu corroborentur. Quicũque autem veritatem firmè teneris,eam infractam inconcussamque tenere in Christo domino nostro cum quo patri gloria &

potentia cum ſancto ſpiritu, in ſecula ſeculorum. Amen.

BALS. *Hanc epiſtolam quæ tractat non eſſe immundam naturalem excretionem ſeminu, quæ ſcilicet ſit uel morbo, uel nocturna uiſione non ſpontanea, à nullâque perturbatione orta, excellentiſſimus illic Zonaras, ſapienter & apte, & ita ut nemo melius dicere poſſit, interpretatus eſt. & propterea de eo ſcribere ſupernacaneum exiſtimauimus. Breuiter autem dicimus, quòd ſi naturalu quidem ſeminu fluxus ex non ſpontanea nocturna uiſione, & ſine ulla præexiſtente animi perturbatione, ac cupiditate fiat, nihil penitus affert præiudicij. Sicut & ſancti Dionyſij ad Baſilidem tractat epiſtola, quæ ſuperius poſita eſt. Sin autem aliqua perturbatio ex mala fortaſſe cupiditate aſſenſuque præceſſit, immunda eſt. & qui eam ſuſtinuit, à ſacramentis arcebitur, & pro animæ eius meditei arbitratu ei medicina dabitur. Cùm enim tria ſunt per quæ à ſatana oppugnamur, applicatio ſeu primus motus, aſſenſus, & effectus, ſi ex ſolo quidem primo motu nocturna fuerit facta uiſio, leuius puniemur. Sin autem cum primo motu nocturnus quoque fuit aſſenſus, & ſic nocturna uiſio conſecuta eſt, & excretionis effectus, magis puniemur, ſecundum ſanctam ſcripturam, quæ dicit, Qui deſiderauit mulierem in corde ſuo, eam iam adulteranit. Si autem ſic punitur qui fert ex conſenſu in nocturna imaginatione fluxus ſeminu, multo magis quæ per molliciem fit excretio, punietur, quæ fit inter uigilandum, non autem in ſomniando. Seminu autem fluxio, quæ fit ex morbo nephritico uel calculo qui νεφρίτικα & νεφρικὰς dicuntur, nulli eſt omnino culpæ affinis. Et ſi enim à lege Moſaica, qui ſeminis fluxu laborant immundi reputãtur: ſed alio modo, quod ad noſtram legem attinet, puri exiſtimantur, quoniam qui & lepræ morbo in lege antiqua laborauerant, ut immundi reputabantur, apud nos autem in eccleſia uerſantur, & comprecantur, à lege nihil impediti. ſed potius inſinuati ac recepti. Zonaræ autem interpretatio non hîc ſita eſt, quòd ad uerborum ſcripturæ interpretationem magis reſpiciant, & non ad canonicam doctrinam. Nobis enim in hac interpretatione, nec curæ fuit rethorica cõpoſitio, nec uerborum ornatus & elegantia, nec ſcripturæ uerborum interpretatio, ſed canonica legaliſque doctrina, & interpretatio legum, & canonum qui uidentur contrarij, reliqua prætermittentibus, ut quæ non ſint præſentis temporis & inſtituti. Qui ergo inuenire interpretationem, & dictorum apoſtolicorum, & aliorum ad ſcripturam pertinentium declarationem, adeat Zonaram, & alios interpretes.*

EIVSDEM EX XXXIX. FESTIVA EPISTOLA.

SED quoniam hæreticorum, tanquam mortuorum mentionem feci-mus, de nobis autem ut qui diuinas ſcripturas ad ſalutem habeamus, uereor etiam, ne quemadmodum ſcripſit ad Corinthios Paulus, pauci à ſimplicitate & caſtitate aberrent ex quorundam hominum calliditate, & deinceps in alia quæ dicuntur apocrypha delabi inciperent, uerorum librorum æquiuocatione decepti. Quare uos adhortor ſuſtinere, ſi eorum quoque quæ ſcitis ego mentionem faciens, ſcribo propter neceſſitatem, & utilitatem eccleſiæ: eorum autem mentionem facturus, utar ad meæ audaciæ confirmationem Lucæ quoque euangeliſtæ forma, qui ſic dicit, Quoniam nonnulli auſi ſunt ea quæ dicuntur apocrypha ſibi componere, & ea diuinæ ſcripturæ permiſcere, de qua certiores facti ſumus, quemadmodum tradita ſunt patribus, qui ab initio ipſi uerbi aſpectores & miniſtri fuimus: mihi quoque viſum eſt à germanis fratribus admonito, & edocto, ab alto per ſeriem exponere, qui in canonem recepti, & traditi, & creditũr eſſe diuini libri. Vt unuſquiſque ſi ſeductus quidem fuerit, condemnet eos qui ſeduxerunt: qui autem purus permanſit, rurſus gaudeat admonitus. Sunt itaque ueteris quidem teſtamenti libri omnes numero xxii. Tot enim ut audiui, etiam elementa ab Hebræis eſſe traditum eſt. Ordine autem & nomine ſic eſt unuſquiſque, primum Geneſis, deinde Exodus, Deinde Leuiticum, & poſt eum Numeri, & exinde Deuteronomiũ. Eum cõſequitur Ieſus Naue, & Iudices, & poſtea Ruth. Et rurſus deinceps Regnorum libri quatuor, & eorum primus quidem, & ſecundus in unum librum connumeratur. Tertius autem, & quartus ſimiliter in unum. Poſtea Paralipomena ſeu derelicta, primus, & ſecundus ſimiliter in unum librum connumerati. Deinde Eſdræ primus & ſecundus ſimiliter in unum. Poſtea autem liber Pſalmorum, & deinceps Prouerbia. Deinde Eccleſiaſtes, & Cãtica canticorum. His accędunt Iob, & reliqui prophętę, duodecim quidem in unum locum connumerati. Deinde Eſaias, Hieremias, & cum ipſo Threni, ſeu lamentationes Baruch epiſtolæ, & poſt ipſum Ezechiel, & Daniel. Ad hos uſque conſiſtit

ſtit vetus teſtamentum. noui quoque teſtamenti libros dicere non eſt differendum. Sunt autem hi, quatuor Euangelia, ſecundum Matthæum, ſecundum Marcum, ſecundum Lucam, ſecundum Ioannem. Deinde poſtea Actus apoſtolorum, & epiſtolæ, quę dicuntur canonicæ, ſeptem apoſtolorum, ſic Iacobi vna, Petri duæ, deinde Ioānis tres, & poſt eas Iudæ vna. Præterea ſunt Pauli xiiij. epiſtolæ. quæ ſic ordine ſcriptę ſunt. Prima ad Romanos, deinde ad Corinthios ſecunda, & poſt eas ad Galatas. & deinceps ad Epheſios. Deinde ad Philippenſes, & Coloſſenſes, & poſt eas, ad Theſſalonicenſes duę, & quæ eſt ad Hebræos, & ſtatim ad Timotheum duæ, ad Titum autem vna, & vltima ad Philemonem vna. Et rurſus Apocalypſis Ioannis. Hi ſunt fontes ſalutis, vt qui ſitit impleatur eloquiis quæ ſunt in eis. In his ſolis pietatis doctrina annunciatur. Nemo his addat, nec ab his aliquid detrahat. De his autem dominus Saducęos quidem reprehendebat, dicens. Erratis non intelligentes ſcripturas. Iudæos autem hortatur, Scrutamini ſcripturas: quia hæ ſunt quæ de me teſtimonium perhibent. Sed vt res ſit accuratior & exactior, hoc quoque adiecto, ſcribens neceſſario, quòd extra hos ſunt alij quoque libri: non in canonem quidem redacti, ſed quos legi à patribus decretum eſt, iis qui nunc accedunt, & volunt in pietatis verique cultus ratione initiari. Sapientia Solomonis. Sapiētia Sirach, & Eſter, & Iudith, & Thobias. Et doctrina quæ dicitur apoſtolorum, & paſtor, qui ſunt tamen non aſpernandi. Atque dum hi quidem leguntur, illi vero in canonē referuntur, nuſquā ſit apocryphorum mentio, ſed ſunt ij hæreticorum excogitatum ea quando volunt ſcribentium, illis autem tempora largientium, & adiicientium, vt tanquam vetera producentes, integros ac ſinceros corrumpendi ex iis occaſionem habeant.

BALS. *Poſtremus canon apoſtolicus enumerat libros qui legi debent, & veteris teſtamenti, & noui. Hic autem ſanctus cum reſciuiſſet, vt eſt veriſimile, quòd nonnulli volentes eos qui ſunt in pietate ac religione integri, quibus ſcilicet nihil deficit nec quid habent compoſitum, vel contortum, ſed ſunt ſimplices ſeducere, dicunt eſſe alios libros qui quidem ſunt peruerſorum dogmatum, & dicūtur apocrypha. ſcripſit & ipſe libros qui legi debēt. Ne mireris autem, ſi inueneris canonem apoſtolicum, qui alios quoque libros enumerat: ſed lege quæ in dicto apoſtolico canone ſcripta ſunt.*

EIVSDEM EPISTOLA AD RVFFINIANVM. DOMINO FILIO ET IN PRIMIS DESIDERABILI ſacrorum comminiſtro Ruffiniano Athanaſius in domino ſalutem.

TV quę dilectum filium decent ad patrem ſcribis. Te ergo per literas appropinquantē amplexus ſum, omniū mihi dilectiſſime Ruffiniane. Ego autē, cū vt filio, & in proœmio, & in principio, & in fine poſſē ſcribere, me continui: ne ex literis commendatio & teſtimoniū cognoſcatur. Tu enim mihi es epiſtola, ſicut ſcriptū eſt agnita, & lecta in corde. Sic ergo mihi crede affectus, crede inquā appello te, & adhortor vt ſcribas. Non enim patū ſed valde me delectas dum hoc agis. Quoniā autem ſtudioſe & eccleſiaſticè (hoc enim tuæ pietati valde cōuenit) interrogaſti de iis qui propter neceſſitatē quidē tracti ſunt, & voluiſti me ea ſcribere, quæ de ipſis in ſynodis, & vbique viſa ſunt, ſcias domini mi longe deſiderabiliſſime, quod in principio quidem, cum vis quæ facta eſt ceſſaſſet, facta eſt ſynodus præſentibus ex partibus externis epiſcopis. Facta eſt autem & apud ſacrorum comminiſtros qui habitant in Græcia. nihilo ſecius autem & apud eos qui habitant in Hiſpania & Gallia, & placuit hoc quod hic & vbique, vt iis quidem qui lapſi ſunt, impietati autem præſunt, venia quidem detur pœnitentibus ac reſipiſcentibus, eis autem locus cleri non detur. Iis autem qui impietatis auctores non fuerunt, ſed vi & neceſſitate tracti ſunt, viſum eſt dari veniam, habere autem etiam locum in clero: maximè quia probabilem defenſionem attulerunt, & viſum eſt hoc quodammodo œcumenico quodam concilio factum eſſe. Affirmarunt enim ſe non fuiſſe ad impietatem traductos: ne autem quidam à pietate longè alieniſſimi eccleſias corrumperent, maluerunt vi cedere, & onus ferre, quàm populos perdere. Hoc autem dicentes,

nobis quoque visi sunt dicere probabiliter, quod ipsi in excusationem adducerent Aaron Moysis fratrem in deserto prævaricationi populi consensisse, se autem hac ratione defendisse, ne populus in Ægyptum reversus in idololatria permaneat. Probabile enim videbatur, quod in deserto manentes possent ab impietate desistere. Ægyptum autem ingressi, in se ipsis impietatem exercerent & augerent. Hac ergo de causa clerus illi condonatus est. Deceptis autem & vim passis datur venia. hæc tuæ quoque pietati significo, confidens, quòd quæ decreta fuerint, tua admittit pietas: nec eorum qui eos condemnarunt, eis parcendo lenitatem condemnabis. Dignare autem hæc sepere leratio, & populo qui tibi subest, vt ipsi quoque hæc scientes te sic in eos affectum esse non querantur. Neque enim me scribere deceret, si posset tua pietas nostram quoque in ipsos affectionem renunciare, & quæcunque desunt explere. Gratia domino qui te in omni ratione, & cognitione repleuit. Qui ergo pœnitentiam agunt, apertè anathematizent, nominantes Eudoxij & Euzoij improbam fidem. Ipsi enim illum deinceps creaturam improbe blasphemantes, Arianę sectę præesse scripti sunt. Confiteantur autem fidem quam patres Nicęæ confessi sunt, & se nullam aliam præferre huic synodo. Alloquere fraternitatem tuam quæ te nobiscum in domino alloquitur.

BALS. *De iis qui idolis immolata comederunt, & de iis qui idolis sacrificarunt. Synodus Cangrensis & sancti Petri archiepiscopi Alexandrini, & martyris canones fusius tractat. Præsens autem sancti Athanasij epistola tractat de iis qui hæreticis communicarunt, & ad ecclesiam accedunt. Dicit enim sanctus, scribens ad Rufinianum qui interrogauerat, quod qui lapsi quidem sunt, & hæreticis cõmunicarunt, & impietatis præsides, & patroni fuerũt, ad pœnitentiam quidẽ admittuntur. Si autẽ sint clerici, vel alias in sacro, sacerdotio digni non habentur. Qui autem impietatis non fuerint auctores, seu qui sua auctoritate, & voluntate cum hæreticis non communicauerint, sed à pietate ad impietatem vi tracti fuerint, si sint quidem clerici, & venia digni habentur, & à clero non abalienantur. eóque magis, quod asserunt se ad impietatem non fuisse traductos, seu hæreticorum sententiæ non fuisse assensos, sed quodam consilio eis communicasse, ne iis ab ecclesiis expulsis, alij impij in eorum locum introducerentur, & populum orthodoxum corrum perent. Visi ergo sunt hæc dicere probabiliter. Adrõ quoque exemplo vtentes. Ille enim cum Moyses in monte diutius esset moratus, & Hebræorum populus deos quæreret, cessit eorum prævaricationi, & fusilem vitulum ei fieri permisit. Hoc autem fecit ne reversus in Ægyptum populus, in Ægyptiaca idololatria permaneret, reputans, quòd si sint quidem in Eremo, poterunt ab impietate desistere. Sed si in Ægypto fuerint, erunt magis impij, mores Ægyptiorum sequentes. Ac de sacratis quidem hæc dicit. Deceptis autem, & vim passis lateat venia datur, susceptis, & ab episcopis canonicè dispensatis vt pote qui hæretica debeant apertè anathematizare, seu in ecclesia. Nicenam autem orthodoxam fidem confiteri. Quod autem latinè versum est, eis parcendo lenitatem, Græce est, ἀνοχὴν, quæ est quies, & otium, & remissa libertas, & inducia, ita Græco vocabulo appellata à continendo manibus. Nota ergo ex præsenti epistola, quòd aliter puniuntur, qui vi cum hæreticis solum communicarunt, & aliter qui hu consenserunt, & impietatem defenderunt, aliter qui ad impietatem transfugerunt, & eorum alterutrum ostenderunt. aliter qui hu communicarunt, & sacrificarunt, aliter qui idolothyta vi comederunt, & aliter quibus ad hoc ipsum vt comederent vis allata est, & vt semel dicam, magna hæc examinatione indigent, quoniam etiam difficiliter curantur.*

SANCTI PATRIS NOSTRI BASILII ARCHIEPISCOPI CÆSARIENSIS CAPPADOCIÆ ad Amphilochium Iconij episcopum, epistola prima.

STVLTO, inquit, qui sapientiam interrogauerit, sapientia reputabitur. Sapientis autẽ, vt videtur, interrogatio etiam stultũ sapiẽtem efficit, quod mihi dei gratia accidit, quoties laborioſę tuæ animæ literas accepero. Nobis enim ipsis sciẽtiores & prudẽtiores ab ipsa interrogatione reddimur, & multa quæ nesciebamus docemur, & respondendi studium nobis doctrina efficitur. Certè enim & nunc cum tua interrogata nunquam nobis in mẽtem venissent, coacti sumus & accurate cõsiderare, & siquid à senioribus audiuimus, in memoriam revocare & iis quæ docti sumus cognata animo apud nos cogitare. Quæ itaque

ſtraque ad Catharos pertinẽt,quæſtiones & prius dictæ ſunt,&recte admoniſti,quòd oportet vniuſcuiuſque regionis morem ſequi,quòdvarię fuerint de baptiſmate diſſenſiones eorum qui ab ipſis acceperunt. Pepuzenorum autem baptiſmus nullam mihi habere rationem videtur,& miratus ſum quomodo hoc Dionyſium,qui fuit canonicus,prẽterit. Antiqui enim illũ baptiſmũ ſuſcipiendũ putarũt,qui nihil fidei traſgreditur,vnde alia quidẽ hęreſes nominauerũt,alia vero ſchiſmata,alia ἀφεστηκυίας hoc eſt peruerſas à cõgregatione diſſenſiones. Hęreſes quidẽ,eos qui omnino abrupti ſunt,& in ipſa fide ſunt ab alienati: Schiſmata autẽ eos qui propter aliquas eccleſiaſticas cauſas & medicabiles quęſtiones inter ſe diſſidẽt. Paraſynagogas autẽ,cõgregationes quę nũc ab inſolẽtibus preſbyteris,vel epiſcopis. vt ſiquis peccauiſſe,cõuictus ſit,à ſacra obeundi miniſterio prohibitus,& is canonibus ſe non ſubmiſit,ſed ſibi præſulatũ,& ſacrũ miniſterium attribuit: & quidam vna cum eo receſſerunt, relicta eccleſia catholica,id eſt paraſynagoga. Schiſma autem eſt, in pœnitentia aliter ſe gerere quàm qui ſunt eccleſiæ. Hæreſis autem eſt, vt Manichæorum,& Valentinorum,& Marcioniſtarum,& horum ipſorum Pepuzenorum. ſtatim enim de ipſa in deum fide eſt diſſenſio. Viſum eſt ergo ab initio hæreticos quidem omnino abolere. Qui ſe autem abſciderunt,qui ſchiſmatici dicuntur,vt qui adhuc ſint eccleſiæ,admittere eos autem qui ſunt in paraſynagogis, conuenienti pœnitentia & conuerſione correctos rurſus eccleſiæ coniungere. vt ſępe ij qui in gradu collocati cum inſolentibus abierunt, poſtquam eos pœnituerit, in eundem ordinem admittantur. Pepuzeni ergo ſunt apertè hæretici. In ſanctum enim ſpiritum blaſphemarunt, Montano,& Priſcillæ paracleti appellationem nefariè & impudenter attribuentes ſiue ergo vt qui homines in deos referant, ſunt condemnandi,ſiue vt qui ſpiritum ſanctum per concretionem cum hominibus & commixtionem iniuria afficiant,ſic quoque ſunt æternæ condemnationi obnoxij,quòd non ſit cõcedenda blaſphemia in ſpiritum ſanctum. Quamnam ergo habet rationem verum eorum baptiſma iudicari,qui in patrẽ & filium & Montanum Priſcillamque baptizant? non enim baptizati ſunt, qui non in nobis tradita baptizati ſunt. Quare etiam ſi hoc magnum Dionyſiũ prætermiſit,nobis tamen non eſt ſeruanda erroris imitatio. Ipſa enim abſurditas eſt omnibus aperta, & euidens, qui modo rationis vel parua ex parte ſunt participes. Cathari ſunt & ipſi ex iis qui ſunt abſciſſi. verum enim vero antiquis viſum eſt,Cypriano dico,&noſtro Furnilliano,eos omnes vni calculo ſubiicere,Catharos,& Encratitas,& Hydroparaſtatas,quoniam ſeparationis quidem principium,per ſchiſma, qui autem ſe ab eccleſia abiunxerunt, non habent amplius in ſe gratiam ſpiritus. Defecit enim traditio,quòd diſciſſa ſit conſequentia. qui enim primi receſſerunt,ordinationem à patribus habebant, & per manuum impoſitionem habebant ſpiritalem gratiam. Qui autem abrupti ſunt, laici effecti nec baptizandi, nec ordinandi habent poteſtatem,vt qui non poſſint amplius ſpiritus ſancti gratiam aliis quoque præbere à qua ipſi exciderunt. Quare eos qui ab ipſis baptizati erant,tanquam à laicis baptizatos,iuſſerunt ad eccleſiam,venientes vero eccleſiæ baptiſmo expurgari. Sed quoniam nonnullis Aſiaticis omnino viſum eſt propter multorum œconomiam & diſpenſationem,eorum baptiſma ſuſcipi,ſuſcipiatur. Encratitarum autem facinus oportet nos intelligere, quod vt ſe reddant non ſuſcipiendos ab eccleſia,aggreſſi ſunt deinceps proprio baptiſmati relinquere. vnde ſuam quoque conſuetudinem deleuerunt. Exiſtimo ergo,quod quoniam nihil eſt de his apertè dictum,oportet nos eorum baptiſmum abrogare,& ſiquis ab eis acceperit,eum ad eccleſiam accedentem baptizare. Quod ſi hoc vniuerſali œconomiæ ſit impedimento futurum,rurſus conſuetudine vtendum eſt,& ſequi oportet patres,qui quæ ad nos pertinent prouiderunt. vereor enim ne vt eos volumus circa baptiſmum tardos facere,eos qui ſeruantur impediamus propter tarditatem mandati. Sin autem illi noſtrum baptiſmum ſeruant, hoc ne nobis ægre ſit: neque enim illis gratiam reddere tenemur,ſed canonum ſubtilitati ſeruire. Omni autem ratione ſtatuatur,vt qui ex illorum baptiſmo accedunt,vngantur ſcilicet in fidelibus, & ſic ad myſteria accedant. Scio autem,quod fratres Ixoem,& Saturninum,qui erant ex illorum ordine,in epiſcoporum cathedram ſuſcepimus. Quare eos qui illorum ordini coniuncti ſunt,non amplius poſſumus ab eccleſia ſeparare, vt pote tanquam canone aliquo communionis cum ipſis edito per epiſcoporum ſuſceptionem.

BAL S. *Poſtquam fecit ſanctus proœmium,& ſe quidem ad vltimam humilitatem redegit, ſanctum autem Amphilochium,qui interrogationes fecerat valde laudauit,reſpondit de iis quæ fuerat interrogatus,& dicit,quod an oporteat baptizari Nouatianos, qui etiam ſe ipſos Catharos nominant,diuerſæ ſententiæ proceſſerunt,quemadmodum in quoque commonuiſti.& placuit ſequi morem*

vniuſcuiuſque regionis. Deinde de Pepuzenis reſpõdere incipiẽs, docet quid ſit hæreſis, & quid ſchiſma, & quid para ſynagoga, & hæreticorum quidem baptiſma dicit penitus abolere, eorum autem qui ſe abſciderunt ſeu ſchiſmaticorum admittit: eos autem qui per paraſynagogas ſeiuncti ſunt, rurſus eccleſiæ coniungi pœnitentiam agentes vt etiam ad priores gradus ſæpe admittantur. Pepuzenos ergo, vt qui in ſanctum ſpiritum blaſphement, & Montano, & Triſcillæ Paracleti appellationem tribuant, dicit eſſe hæreticos. Encratitas autem, & Hydroparaſtatas quemadmodum & vltimus ſecundæ ſynodi canon definit, non rebaptizandos pronunciauit, ſed ſancto Chriſmate inungi, & ſic eſſe ſacramentorum participes, & exiſtentes epiſcopos in ſuos thronos ſuſcipi. Et ſunt Encratitæ quidem, qui nuptias reiiciunt, & eas ſatanæ eſſe dicunt, & omnem animatorum eſum prohibent. Nouatiani qui & Cathari dicti ſunt, à Nouato quodam Romano, qui Bigamos abhorrebat, & pœnitentiam non admittebat. Hydroparaſtatæ autem, qui aquam incruento ſacrificio offerebant, & nuptias fornicationem appellabant.

Can. ij. Quæ de induſtria fœtum corrupit, cædis pœnas luat. formati autem vel informis ſubtilitas à nobis non attenditur: hic enim non ſolum quod naſcendum eſt vindicatur, ſed etiam ipſa quæ ſibi inſidias parauit, quoniam vt plurimum eiuſmodi incœptis vnà quoque mulieres intereunt. Et autem accedit fœtus quoque interitus, alia cædes, eorum quidem certè, qui hæc audent, exiſtimatione. Oportet autem non vſque ad obitum eorum confeſſionem extendere, ſed decem quidem annorum mẽſurã admittere. definire autem non tempore, ſed modo pœnitentiæ medicinam.

BALS. *De iis quæ fornicantur, & ſuos fœtus perimunt medicamentis, vel aliquo alio modo, dictum eſt in x. cap. xiij tit. præſentis operis. Præſens autem canon decernens eas quæ tale quid agunt homicidarum pœnis ſubiici, adiicit non eſſe differentiam vllam abortiui fœtus: ſiue enim eſt informe quod abortu eiectum eſt, ſiue formatum, & quod habet hominis characterem, eadem eſt ratio. Hoc autem dictum eſt propter eos qui dicunt, quòd quoniam ſemen in matricem deiectum, non ſtatim formatur in hominem, ſed prius quidem fit ſanguis, deinde in carnem humanam concreſcit. Deinde effingitur, & formatur in membra & partes. non ſit cædes quando abortio facta fuerit fœtus qui nondũ eſt formatus. Præterea adiicit ſanctus, quod non ſolum propter fœtus interitum ſit cædis vindicatio, ſed etiam propter inſidias, quas ſibi parauit mulier grauida. Vt plurimum enim matres quoque vnà pereunt propter eiectionem. Pœna autem, inquit, ne extendatur vſque ad finem vitæ eiuſque cædem perpetrauit, ſed in decem annos. Porro tale quoque tempus licet ſit à canone conſtitutum, oportet tamen medicinam, non tempore, ſed modo circunſcribi. ſcilicet ſi quæ peccauit quidem, pœnitentiam aſpernari videatur, non ſolum decennium finietur, ſed etiam augebitur. Sed ſi ſerio agat pœnitentiam, decennium quoque minuetur. Atque hæc quidem præſens canon. Tu autem lege xcj can. ſyn. in Trullo & quæ in eo ſunt, & finem lxxx. canonu præſentis epiſtolæ, & ſcies quod non ſolum quæ fœtum in vtero corrupit, ſubiicitur canonico homicidæ ſupplicio, ſed etiam quæ dat venena fœtus perimentia, & quæ habet, & quæ accepit etiam ſi fœtum non peremerint. Cum autem præſens canon hanc mulierem decennali ſupplicio puniat conſequenter xxj. canoni Ancyranæ ſynodi, & lvij ca. ſancti Baſilii ſic apertè dicentis, Qui non ſponte interfecit xj. annis non ſit ſacramentorum particeps, dicunt quidem inuoluntariam cædem perpetrare eam quæ data opera fœtum qui erat in vtero corrupit. Mihi autem videtur eam voluntariam quoque cædem perpetrare, vt hoc ex fine octaui canonis oſtẽditur, & eam etiam loco eius haberi quæ ſibi mortem conſciuit, ſi ea ratione perierit: voluntariæ autem cædis ſupplicio non ſubiici, quod in rerum natura non ſit fœtus qui eſt in vtero: & quòd non male affecta mortẽ molita ſit, ſed propter metum non illiberalem, parentibus forte vel domino, vel aliquo alio periculo minitante. Quod autem corrumpatur, & fœtus qui eſt in vtero, & infans in lucem egreſſus, manifeſtum eſt ex libro Exodi dicit enim hic liber Moſaicus, Si duo viri pugnent, & pragnantem mulierem percutiant, & egreſſus fuerit infans non formatus, ea pœna multabuntur, quam mulieris maritus impoſuerit. Sin autem formatus fuerit, dabit animam pro anima. Ex xxxij. can. & lij. dicit enim, Quæ ſui fœtus curam non geſſerit, veluti cædis accerſatur. Atqui quæ per negligentiam fœtum eiicit, tanquam homicida reputabitur. Ex his ergo pulchrè elicitur, quòd quæ fœtum ſuum corrupit, voluntariorum homicidarum pœnis non ſubiicietur.*

Can. iij. Diaconus poſt diaconatum fornicatus, à diaconatu quidem eiicietur, in laicorum autem locum extruſus, à communione non arcebitur, quoniam antiquus eſt canon, vt qui à gradu exciderunt, hoc ſolo punitionis modo puniantur, primis, vt exiſtimo, legem illam ſecutis, Non vindicabis bis in idipſum: & etiam propter aliam cauſam, quod qui ſunt quidem in ordine laico, à loco fidelium eiecti, rurſus in eum ex quo ceciderũt locum recipiuntur. Diaconus verò, ſemel habet quod ſufficiat, depoſitionis iudicium. Tanquam ergo et non reddendo diaconatu, in ea ſola punitione ſteterunt. Hęc quidõ

ſunt

sunt quę ex cõstitutionib⁹ habẽtur. In summa autẽ verior est medicina, recessus à peccato: Quare qui propter carnis voluptatẽ gratiã vlipẽdit, per carnis afflictionẽ, & in omnis generis seruitutẽ ad temperãtiam, à voluptatib. deficiẽs à quibus sunt oppugnatus, perfectã suæ curationis demõstrationẽ efficiet. Nos ergo vtrũq; scire oportet, & quę sunt summi iuris, & quę sunt cõsuetudinis: sequi autẽ in iis quę summũ ius nõ admittũt, formã tradirã.

BALS. *Vicesimus quidẽ quintus canõ apostolicus, & praesens de episcopo, & diacono dicit: sed xxxij. canon sancti Basilij decernit quemuis sacratũ, si peccatum ad mortem peccauerit, deponendũ: non tamẽ à fidelibũ etiã communione, ne scilicet in ecclesia congregetur, separari. Hic autem dicit sanctus duas esse vel causas: vnã quidẽ illud, Nõ vindicabuntur in idipsum: alterã vero, quod laici quidẽ propter sua peccata à fidelibũ congregatione excidentes, per pœnitentiã rursus in pristinum locum restituantur: sacrati autẽ non amplius reuocantur ad sacerdotiũ à quo exciderunt. Tanquam ergo sufficiens habentes pro suo peccato supplicium depositionẽ, à cõmunione non arcentur. Sed sunt hæc canonicarum, inquit, constitutionum. Est autem vera peccati medicina, ab ipso recessus. Etsi enim qui fornicatus est depositus fuerit, nõ consequenter ita punitus esse videtur: vt etiam misericordiam à deo cõsequatur, si adhuc in peccato perseuerauerit; nec deũ alia contritione placauerit. Quare debet huius animæ vulnerus, medicus scire quidem, & summũ ius, scilicet punitionem clerici, qui fornicatus est per depositionem: eã tamen non necessario sequi, vt eum etiam qui post depositionem fornicatur, impunitũ relinquat, vt iam per depositionẽ punitum, sed vt etiam eum segregẽt qui laici locum subiit, & aliter eum puniat pro eius facultate cui medicina præbetur. Lege & 59. canonem huius epistolæ, qui fornicatorem septem annu punit.*

Trigamorũ, & polygamorũ cũdẽ canonẽ definimus, quẽ in digamis pro proportione. Annũ enim in digamis, alij vero duos annos. Trigamos autẽ sæpe tribus & quatuor annis segregãt. Id autẽ nõ amplũ cõiugiũ, sed polygamia appellãt, vel potius castigatã fornicationẽ. Et ideo dominus Samaritanę quę quinq, maritos iam habuerat. Quem nũc, inquit, habes nõ est maritus, nempe quòd digni nõ sint qui à digamię mẽsura exciderũt, vt vel mariti, vel vxoris nomine appellẽtur. Consuetudine autẽ accepimus in Trigamis quinquẽnij segregationẽ, nõ à canone, sed ab eorũ qui præoccuparũt cõsequẽtia. Oportet autẽ nõ eos omnino arcere ab ecclesia, sed dignari auditione duob⁹, vel trib⁹ annis: & postea permittere quidem cõsistere, seu in fidelibũ esse cõgregatione, à boni tamẽ cõmunione abstinere, & sic postquam pœnitentiæ fructum vllũ ostenderint, communionis loco restituere. *Can. iiij.*

BALS. *Postquã dixisset hic magnus pater antiquos patres ne coniugiũ quidẽ nominasse trigamiam, sed polygamiã, vel potius castigatam fornicationẽ, seu non effusam & passim sine vllo discrimine permadentem, sed contractam, & in vna muliere circũscriptam, & scripturæ dictu probasset, trigamiã non esse matrimonium, subiunxit, eã quoque puniri conuenienter digamiæ, proportione vtriusque habita, vt ex hoc loco appareat trigamiam, sicut & digamiam non separari, sed puniri. Sed digamiam quidẽ ij. annu: trigamiam verò v. stare autem in loco audientiũ iij. annu, & postea cũ fidelibus consistere ad quinquennium vsque trigamos, & ab eo tempore ostensis fructibus digus pœnitẽtia in cõmunionu locum restituere, atque hæc quidem sanctus. Vnionu verò decisio, tomus qui factus est sub Cõstantino Porphyrogenneta, & Romano, Constantino quidem imperante, socero autem eius Romano patris imperatorũ auctoritatem ac dignitatẽ obtinente, anno 6429. indictione 9. & qui singulu annu legitur in suggestu, mẽse iulio, hæc dicit circa finem. Deinceps autem communi sententia ac iudicio pronunciamus, ex præsenti anno, qui est 6429. ind. 9. neminẽ oportere se quarto matrimonio iungere, sed esse omnino reiciendum & si quis ad eiusmodi coniugiũ venire voluerit, esse omni ecclesiastica congregatione priuatum, & ab ipso in sanctum templum ingressu alienum, donec in coniugio permanserit. Hoc enim etiam sancti patribus, qui nos præcesserunt, visum est. Nos verò etiam sententiam apertiorem reddentes, ipsum vt à Christiana republica alienum abdicamus. Ac sic quidem de quarto matrimonio. Vt autem quæ ad alia quoque matrimonia pertinent decentius constituantur, & non Christiana vita indignam institutionem habeant, de tertio quoque matrimonio disseramus, vt non absolutè ac simpliciter & temere perficiatur. Etenim à patribus quidem vt sordes permissum est, non sic tunc quidem vt nunc, re citra vllum ruborem impudenter per acta, & indiscriminatim contracta: sed quẽadmodũ si quis qui in domo in angulum incidit, multas sæpe sordes suas viderit, nunc autẽ quando libertatẽ accepit, & perinde ac si nihil habeat dedecoris, & sordu reputatur, rectè dictum est hoc repurgare, quemadmodum, & turpitudinem non in angulum coniectã, sed in ædibus diffusam, nullo modo permittimus, sed repurgamus, & quod molestũ est & indecorũ ab eo reiicimus, & humanæ cedentes infirmitati, honestatis autem Christianæ vitæ cõuenientu curã gerentes, hoc in tertiu nuptiu seruãdũ statuimus. Vt si quis qui xl. annũ excesserit, & nec naturã reuerentus, nec honestæ vitæque à Christianis debetur, vllã curã gerẽs, sed sola libidinu perturbatione victus, se in tertiũ matrimoniũ projecerit, is cũ omni diligẽtia & obseruatione sit vsq; ad quinquẽnium sacramẽti cõmunionu minime particeps, & nec hoc tẽpus illi cõtrahatur. Qui enim post annũ xl. sordẽ in Christi ecclesia esse vel dici amauit, quod meliorũ vitæ argumẽtũ præbebit, propter quod tẽpus sacramẽtorũ participationu ei cõtrahatur. Sed & postquã impolluta participatione digus habitus fuerit, nõ erit ei permissũ in alio tẽpore ad participationẽ accedere, quã in sola salutari Christi, & domini nostri resurrectione propter ex præcedẽn*

ieiuniorũ abſtinẽtia repurgationẽ. Hæc autẽ dicimus, quãdo ex prioribus matrimoniũ nõ fuerint liberi: ſi qui poſt xl. annũ tertiã vxorẽ ducere voluerint. nã ſi liberos habuerint, eis nullo modo tertiũ permittitur matrimoniũ. eſt enim valde intẽperantiæ libidini indulgere, priorũ autẽ matrimoniorũ liberis nõ proſpicere, vt ſint ſecuri, & à moleſtia, & à perturbatione remoti, quæ ſolẽt euenire hominib. ex filiorũ multitudine ſuſceptione. Quod ſi qui xxx. annos natus, & ex prioribus matrimoniis habẽs liberos, tertiæ mulieri cõiunctus fuerit, is quoq; nulla ei venia data ad iiij. vſq; annũ cõmunionis ſacramentorũ ſit expers, quia manifeſtum eſt eum ſola intẽperantia motum, & quod ſit carnalis libidinis ſeruus, ad hoc ſe matrimoniũ cõferre, & poſtquã etiam ſacramẽtorum participatione dignus fuerit habitus, ſemel quidẽ in ſalutari Chriſti & domini noſtri reſurrectione: ſecũdo autẽ in dormitione immaculatæ dominæ noſtræ deiparæ: & tertio in natali Chriſti & dei noſtri, quod in hũ præcedat ieiunium, & eius vtilitas. ſin autẽ non ſint liberi, quia liberorũ ſuſceptionem deſiderare facile eſt, cõdonãdũ, & ſola ea pœna quæ ab initio ei hucuſq; ſeruata eſt, in eũ animaduertetur. Hæc etiã de tertio matrimonio. Atqui nec ſecũdum, nec primũ extra cautionẽ adhibitam relinquimus, ſed & illa ſic contrahi ſtatuimus, vt nullã malam cauſam habeãt, vel ex rapiu, vel ex præcedente clandeſtino concubitu, ſed legitime, & abiis qui ab eiuſmodi inquinamẽtis & fornicatoria impuritate mũdi ſunt. Si quis ergo prædictis cõſtitutionibus neglectis, ad matrimoniũ conſuetudinẽ primam, vel ſecũdam proceſſerit, eũ Chriſti eccleſia, quæ eſt pura, immaculata, & ſine ruga, ſalutaribus examinationibus ſubiicit, nec prius ad diuinorũ myſteriorũ participationẽ admittit, quã definitũ ipſi in fornicatione tẽpus expleuerit, niſi forte neceſſarium ætatis exceſſus vrgeat, donec ſcilicet vij. annus cõpletus fuerit. Sacerdos autẽ, qui auſus fuerit, præter id quod ſtatutũ eſt, diuina participatione aliquẽ dignari, de proprio gradu in periculũ veniet, eo videlicet qui præter formã cõſtitutã diuina cõmunione dignus eſt habitus ad excõmunicationẽ reiecto, vſq; ad vij. annis cõplemẽtũ. Sed hæc quidẽ vt oſtenſũ eſt, ab iis qui olim imperauere facta ſunt. Hũc autẽ patris & filij & ſancti ſpiritus gratia, & purißimæ dei matris & magni cæleſtis militiæ principũ interceſſionib. eos qui nonaginta anteannis pro cauſa & occaſione primæ offenſæ abrupti erãt ſacerdotes, & monachos, à deo coronatorũ imperatorũ noſtrorũ, Romani & Cõſtantini, cõiunxit & vnxit imperium. & vnam fecit catholicã & apoſtolicã eccleſiam: vnde merito ſunt prædicandi & laudandi, qui tam pium opus & tam dignum compleuerint. Cum canon & nouella hæc ſtatuerint, eccleſia hucuſque noſtris temporibus tertium matrimoniũ fieri nõ permiſit, neſcio quã ob cauſam.

Can. v. Hæreticos, qui in excellũ è vita pœnitentiam agunt, recipere oportet, recipere autem, non ſine iudicio, ſed examinantes, an veram pœnitẽtiam oſtendant, & ſi fructus habent qui ſalutis ſtudium teſtificentur.

BALS. Præſens quidẽ canon ſtatuit hæreticos, qui in fine vitæ fuerint, & pœnitẽtiã petierint admitti, prius examinatos, an vere agant pœnitentiam, ſcilicet an à ſuis dogmatis deſciſcant, & fructus pœnitẽtiæ oſtendãt. Alij autẽ canones, etiã hæreticos, qui ſani ſunt accedẽtes, & examinatos, ſimiliter admitti iubẽt.

Can. vj. Canonicorũ fornicatio pro matrimonio non reputetur, ſed eorum coniunctio omnino diuellatur. hoc enim & eccleſiæ ad ſecuritatem eſt vtile, & non dabit hæreticis aduerſus nos anſam, quod propter peccandi libertatem ad nos attrahamus.

BALS. Canonicos eos dicit, qui in canone enumerãtur clericos, ſcilicet monachos, monachas, & quæ virginitatẽ profeſſæ ſunt. Si quis ergo ex hu fornicatus fuerit, nõ permittetur eis deinceps peccare. Eſt enim veriſimile canonicũ qui peccauerat, ſacerdotio motũ ob fornicationẽ, dixiſſe, Quoniã à dignitate excidi, voluptate certè perfruar: & ſit mulier cũ qua peccans in ſocietate & cõſortio cõiugali. Lex enim dicit in lib. xxviij. tit. iiij. cap. xvi. Qui cũ libera quæ nõ quæſt° gratia facit ſui corporis poteſtatẽ, habet cõſuetudinẽ, ipſam nõ cõcubinã, ſed vxore habere videtur. Hoc inquit, nõ eſt permittẽdũ, ſed eorũ cõiũctio eſt omnino ſeparãda, & à ſe inuicẽ ſeiũgẽda. Quoniã leges in laicis locũ habẽt, & hoc eſt eccleſiæ vitio. Si ipſi enim à libidine alienati fuerint, nec alij andebũt tale quid facere, vt quib° nõ ſit peccare permiſſũ poſt eccleſiaſticæ dignitatis acceptionẽ. Sed hæreticis quoq; nõ dabitur aduerſus nos anſa, vt dicãt, quod propterea poſt fornicationẽ permittitur fornicatoribus peccare, vt ab aliis ſectis propter corporis voluptatẽ ad noſtra attrahãtur, & allicãtur. Et hæc quidẽ falſi ſpecies recte ponitur, quod ad clericos attinet. Quod ad monachas autẽ, & virgines, & monachos non ſacratos attinet, quoniã eis honoris ablatio non inducitur, eos dixerit quiſpiã legem ſuperius poſitã magis eſſe pro ſe adducere. De monachorũ autẽ fornicatione & virginum deo dedicatarum, lege ſyn. vj can iiij. ſancti Baſilij can. xviij. xx. lx. & lib. iiij. imp. iii. pr. cap. v. quod poſitum eſt in xxx. cap. noni. iii. præſentis operis. Lege & cap. viij. xxxvij. iii. lx. lib.

Can. vij. Maſculorũ & animalium initores, & homicidæ & venefici, & adulteri, & idololatræ, eadẽ condemnatione digni habentur. Quare quam in aliis habes formam, in iis quoque ſerua. Eos autem qui in xxx. annis propter immunditiã pœnitentiã egerũt, & ignorãtia fecerũt, nos quidẽ nec eos eſſe recipiendos dubitare oportebat. Nã & ignorantia eos venia dignos facit, & ſpontanea cõfeſſio, & temporis diuturnitas. Fere enim tota hominis ætate ſatanæ traditi ſunt, vt diſcant non ſe iuſpiter gerere. Quamobrẽ iube eos abſq; dilatione ſuſcipi, maxime ſi lachrimas habeãt, quę tuã clemẽtiã moueãt, & vitã miſericordia dignã oſtẽdãt.

BALS. Alij magni patrũ canones ſic definiunt, & quot annis puniri debeãt, qui in præſenti can. cõprehendũtur. Præſens autẽ canon, etiã ſi dicit eos eadẽ concẽnatione dignos, non tamen de pœnarũ generibus intelligẽdus eſt. alio enim & alio modo puniũtur, & clarũ quod ipſorum cõdẽnationẽ, in formam

quæ

quæ cõsecuta est dissimulerũt. Eos autẽ adẽ condẽnatione dignos esse habitos dictũ est, quòd omnes quatuor pœnarũ locũ subiturẽtur, & ea in re similiter puniri. Quos tũ autẽ nonnulli qui incessũ per ignorantiã cõmiserũt hæc est enim immũditia, quæ in canone cõprehẽditur, & nõ reliquæ erratæ, vt quæ nec sua natura possint per ignorantiã cõmitti) cũ xxx. annu pœnitentiã egissent admitti volebãt, dicit sanctus exinde eos esse recipiendos, probabiles quoque causas induxẽs. Debes autem idololatras hic intelligere præstigiatores. Christiani enim, qui quoluntate sua sponte sacrificarunt, debent tota vita pœnitentiam agere. Illi autem dicuntur traditi esse satanæ, qui a Christianorum communione separantur. Quo tanto ergo tempore separati fuere, satanæ velut traditi sunt.

Qui securi in ira aduersus vxorẽ suã vsus est, est homicida. Recte autẽ me admonuisti, & vt tuã sapientiã decuit, vt fusius de iis diceré, quoniã multæ sunt in volũtariis, & inuolũtariis differẽtiæ. Est enim omnino inuolũtariũ & multum ab eo qui incœpit remotũ, vt qui lapidẽ in canẽ vel arborẽ iaceret, hominẽ assequeretur. Et enĩ in animo habuisset, vel fructũ excutere, ictũ autẽ caũ subiit is qui in ipsum trãseũdo incidit. Quare hoc quidẽ certé est inuolũtariũ. Inuolũtariũ autẽ est, & si quis volẽs aliquẽ in melius cõuertere, loro, vel virga nõ dura eũ percutiat, mortuꝰ autẽ sit qui percussus est. propositũ enim hic consideratur, quod peccantẽ corrigere volebat, non autem interimere, est illud quoque & ex inuoluntariis, vt quispiam in pugna se ligno vel manu acriter defendens in præcipuas partes ictum torqueat, vt eum lædat, non vt omnino interficiat. Sed hoc quidem advoluntarium magis accedit. Qui enim eo instrumento ad se defendendum vsus est, vel qui acriter minimèque parcẽs ictum inflixit. satis præ se tulit se animi perturbatione victum hominẽ non peperciſſe similiter & qui ligno graui, & qui lapide maiore, quàm pro viribus humanis vsus est, inuolũtariis annumeratur, vt qui aliud quidẽ voluerit, aliud vero fecerit. Ira enim cõmotus eũ ictũ intulit ita vt percussũ interficeret: quãquã is fortè contẽdebat eũ huiusmodi affligere, & cõterere, nõ autẽ penitꝰ morte afficere. Qui autẽ ente vel aliquo alio eiusmodi vsus est, nullã habet excusationẽ & maxime, qui securim iaculatꝰ est. neq; enim manu percussisse videtur, vt in eo esset ictus moderatus, sed iaculatus est, vt & ferri grauitate, & acie & vehemẽti per magnũ spaciũ motu necessario heret perniciosus ictus. Rursus autẽ omnino est volũtariũ, & quod nullã habet dubitationẽ, quale est quod fit & à latronibus, & à bellicis incursionibus. Illi enim propter pecunias interimũt, probationẽ fugiẽtes: & qui bella gerũt, ad cædes factẽdas accedũt, nõ terrere, nec castigare, sed aduersarios palã & ex professo interficere statuẽtes. Atqui, & si propter aliquã aliã causam curiosum medicamẽtũ quis miscuerit, & interfecerit, id inter volũtaria ponẽdũ est, vt fere faciũt mulieres, quæ quibusdam incãtationibus, & amuletis, ad suũ amorẽ attrahere conatur, & dat eis medicamẽta, quę mẽtibus tenebras, & caliginẽ offundũt. Hæc ergo si interfecerint, etiã si aliud volẽtes, aliud fecerint, tamẽ propter curiosum & prohibitũ exercitiũ inter volũtarias homicidas reputabuntur. Itaque, & quæ abortum cientia præbent medicamenta, sunt & ipsę homicidæ, sicut & quæ fœtus necantia venena accipiunt. Hæc quidem hucusque.

Can. viij.

BALS. *Interrogatus sanctus, an sit homicida, qui securim iaculatus in propriã vxorẽ, eã percussit, pronũciauit eũ esse volũtariũ eius homicidã. Deinde facti differẽtiã volũtariarũ & inuolũtariarũ cæduũ, & eũ qui lapidẽ in bestiã vel arborẽ iaculatus est, transeuntẽ autẽ illac hominẽ forte percussit, eúmq; qui loro, vel leui virga aliquẽ docẽdi cũ gratia percussit, si percussus mortuus fuerit, eadem inuolũtariã fecisse appellat. Eũ autẽ qui in contẽtione aliquẽ virga duriore percusserit, vel in eo percutiẽdo manus nõ pepercerit, etiã si eũ qui percussus est, interficere noluerit, sed vel tantũ lædere, vel se defendere, dicit ad eũ qui cædẽ fecit voluntariã, proximè accedere, eo qui percussus est mortuo. Eum quoque qui ligno graui, & magno lapide vsus aduersus aliquẽ, eũ interfecerit, cũ nollet interficere, in nolũtariũ homicidã definit. Eum autẽ qui quouis ense aduersus hostes & latrones vsus est, volũtariũ homicidã pronunciat, sicut & eos qui curiosa dant medicamenta, & abortũ cientia. Atque hæc quidem canõ. Tu autem lege xxvj. cap. ix. tit. præsentis operis, & quæ in eo scripta sunt de homicidio. Similiter lege & v. canonẽ huius sancti. Quia autẽ de homicidio, & veneficio nõ pauca tractat xxxix. tit lx. lib eum quoque lege: quinetiam v. thema eiusdẽ tit. & lib quòd hæc expresse tractat: Qui interficere constituerat, & si non interfecerit, sed vulneraverit, est homicida: & qui noluit interficere, etiam si interfecerit, non est homicida. Affectio autem ex instrumento quod percussit, probatur. Dixerit quispiam, si capitis aduersari præsentem canonem decernentem inuoluntaria cædu crimini subiici cum qui lapidem in canem vel arborem iaculatus fuerit, & hominem fortè occiderit. Dicimus ergo, quod dicta lex quæ de cæde voluntaria docet, eum qui non data opera interfecit, non nominat voluntarium homicidam. Est autem hic inuoluntarius homicida, sicut præsens quoque decernit, & punitur secundum thema ante penultimum xvj. cap. ij. tit lx. lib & secundum v. cap. xxxix. tit. eiusdem lib. definientem eum etiam qui per delicias, & ludum interfecit, in quinquennium exterminandum. Ita concorda caput legu, & canonem. Et nota ex canone & lege, quod inuoluntarius quidem homicida ex euentu, seu cæde condemnatur: voluntarius autem, ex so lo proposito. & si enim*

non interfecerit, vt homicida, punitur propter solum propositum. Nam & xij. cap. dicti xxxvj. tit. dicit, Nihil refert an occidas, an mortis causam præbeas. Voluntariorum autem homicidarum pœna ostenditur in penultimo themate iij. cap. xxxvj. tit. quod dicit, Pœna aduersus homicidas, in iis quidem qui sunt bonæ existimationis, est relegatio, & perfecta publicatio: in vilibus autem & abiectis, ensi & bestiis obiici. Quia autem de voluntario homicidio mense Aprili ind. xiiij. à potentissimo & sancto Imperatore nostro domino Emanuele Comneno, nouella edita est, eam manda memoriæ, quæ sic habet, post proœmium sic tractans, Iubet ergo omnibus qui sunt in regionibus iudicibus, & militaribus quæ sunt in eis copiis, & earum ducibus, vbi fuerit cædes voluntaria, & tale quidpiam ausus fuerit aliquis, vt omnes statim excitentur ad apprehendendum homicidam, & eum vinctum mittat ad Imperatoriam circumspectionem. Vel si ea absit, ad dei obseruatricis magnæ vrbis præfectum, vt ipse in custodiam publicam introducatur, & tam in corpore quàm in bonis secundum legum & Nouellarum constitutionum potestatem puniatur, & alia supplicia subeat, scientibus hu omnibus quod si probatum fuerit potuisse quempiam homicidam apprehendere, & non fecerit, eum non secus condemnandum quam si imperio insidiatus fuerit: sin autem latuerit fortasse quispiam, & ad sanctissimam dei magnam ecclesiam confugerit, postquam pœnæ ecclesiasticæ aduersus eum processerint, ex legali obseruatione eo quidem præsente qui regiæ vrbium Imperium obtinet, ab eo mittetur in regionem, quam censuerit, vt totum vitæ suæ tempus illic transigat, nec illinc effugiat vt recurrat in eum locum in quo facinus execrandum admisit. Absente autem forte Imperatore, a præfecto, vt dictum est, in aliquam remotiorem regionem exterminabitur, & illic vitæ suæ tempus peraget. Sin autem non solum voluntarie, sed etiam præmeditato, captoque consilio eadem perpetrauerit, non cogetur ex prædicta regia constitutione tonderi. si enim eum qui sua sponte ad tonsuram accedit, non eo ipso statim admittit canonica subtilitas, sed ei sufficiente tempore attributo, & per ipsum mente eius acceßit firma, & stabilis examinata, si quidem hominem inuenerit in eo quod primum habuit proposito perseuerantem, & monastico habitu, & corporis mortificatione se impigre præparantem, boni quoque operis ei affert complementum, eo in monasticam institutionem statumque suscepto: quomodo non fuerit à ratione alienum, & à legibus spiritalibus dißidens, aliquem necessario tondere, cúmque homicidam, quem deus eo vsque reliquit vt etiam manus fraterno sanguine pollueret? Timendum est etenim, ne inuitus vitam Angelicã ingressus, eáque vi suscepta, venerando habitu in ludibriũ vertatur. Qui enim homines leuiores in dementiam inciderunt, in pessimas & peruersissimas actiones suapte natura aggreditur. loco ergo tonsuræ statuit mea Imperialis maiestas, vt qui voluntariam eadem capto consilio perpetrauerit, in custodia toto vitæ suæ tempore degat: & nec illinc quidem educatur iussu forte imperatorio per obliuionem exhibito. De eorum autem facultatibus fiat, sicut iußit Imperator memoratus. Quia autem plures homicidæ qui eadem meditato, & consilio capto perpetrant, ad sanctissimam dei ecclesiam postea accedentes, non vt facta est à se, sed vt ad suam facit vtilitatem eadem confitentur, iubet mea Imperialis sublimitas, vt a sanctissimo huius temporis patriarcha ad regionis Antistitem, & qui ei subest clerum, quinettam ad regionis iudicem cum pœna scribat, & quemadmodũ factam esse eadem ex illius rescripto intellexerit, ita eam quoque persequatur: & non eum qui capto consilio eadem facit propter falsam suam confessionem, ad easdem pœnas, & eadem supplicia admittat, ad quæ, qui fortuito & improuiso in tale aliquod crimen incidit. Siquis autem homicida, qui ad sanctissimã magnam ecclesiam confugerat, & vel perpetuo exilio condemnatus vel in vinculis esse, vel in perpetua esse custodia toto vitæ suæ tempore iussus erat, solutus inuẽtus fuerit in loco vbi cadẽ perpetrauit ambulare, vinctus ab exactore qui est in regione, ad meam Imperialẽ sublimitatẽ mittetur, & quecunque quidem res tunc ei inuentæ fuerint, exactori in lucrum cedẽt, & ei qui homicidam indicauit ex æquo diuisa. Omnino autem curæ erit iis qui sunt in sanctissima magna ecclesia illorum iudicibus, vt cũ conuenienti canonica seueritate crimina cædu puniant, & tempora non temere contrahant, nec plusquam par sit in iis quæ non decet, se leues & clementes præstent. Imperialis autem meæ constitutiones exempla, ab iis qui præsunt iudiciis descripta, missa ad ecclesias quæ sunt in regione, ibi reponentur, vt eorum quæ sunt constituta omnes scientiam habeant, vt faciant quemadmodum eis comprehenditur. Quod si is qui capto consilio eadem fecit, tonsuram sua sponte elegerit non absque probatione, inter monachos cooptabitur, sed sufficienti tempore accuratissime & diligentissime ex canonicis constitutionibus examinatus, & probatus, in monasterio vel inuitus toto tempore manere cogetur, nec ei vnquam exire permittetur. Monasterium autem erit omnino in alia prouincia, & non in ea terra quæ mortui sanguinem dehiscens male suscepit.

Can. ix. Domini autem dictum secundum sententiæ consequentiam ex æquo & viris, & mulieribus conuenit, quod si cui liceat à matrimonio discedere, præter quã propter fornicationẽ. Consuetudo autẽ non ita habet, sed in mulieribus quidẽ multũ accurate & diligẽter obseruari inuenimus, cũ apostolus quidẽ dicat, Quod qui adhæret meretrici, fit vnũ corpus: Hieremias autẽ, Quòd si fuerit mulier cũ alio viro, nõ reuertetur ad virum suum, sed polluta polluetur. & rursus, Qui habet adulteram, stultus est & impius. Consuetudo verò etiam adulterantes viros, & in fornicationibus versantes, iubet à mulieribus retineri. Quare quæ cum viro dimisso cohabitat, nescio an possit adultera

 438

tera appellari. Crimen enim hic attigit mulierem, quæ dimisit. Quamnam ob causam à coniugio decessit, si enim pulsata, & verbera non ferens, pati satius erat quàm à coniuge separari: siue iacturam in pecuniis non ferens, nec ipsa est iusta excusatio. sin autem quod ipse viuat in fornicatione, non habemus hanc obseruationem in ecclesiastica constitutione, sed etiam infidelis viri iussa est mulier non separari, sed remanere propter incertitudinem euentus. Quid enim scis mulier, an virum lis seruatura? Quare, quæ relinquit est adultera, si ad alium virum accessit. Qui autem reliquit, est dignus venia & quæ ei cohabitat, non ideo cõdemnatur, sed si vir qui abuxore discessit, accessit ad aliã, est & ipse adulter, quoniam facit eam adulterari, & quæ ei cohabitat est adultera, eo quòd alienum virum ad se traduxit.

BALS. *Sanctus interrogatus quid debet fieri coniugibus, siquis ex ipsis se ad aliud matrimonium contulerit, vel etiam fornicatus fuerit, fecit responsum ex diuersis scripturis, & ex consuetudine quæ tunc seruabatur. Quia autem, quæ in hoc canone sita sunt, ex xxx. Imperatoris Iustiniani Nouellis, quæ in 60. 28. libri titulo posita est, penitus immutauit, lege ea. s. militer & xx. Nouella. & xcj. mel dicam, à primo capite eiusdem tit. vsque ad vj. & s. tes quot modis soluantur coniugia, & quomodo à lege Cæsaris puniuntur qui adulterant à suis coniugibus, vel etiam fornicantur. præterea autem & qui præter rationem vitæ societatem relinquunt Lege etiam iura quæ ad finem vsque primi capitis xx. tit. præsentis operis sita sunt, similiter & interpretationem ix. capitis eiusdem tit. & ex his omnibus fusè de his intelliges.*

Qui iurant se ordinationem non admittere, eiurantes ne cogantur peierare. Et si enim videatur esse aliquis canon qui eis concedit: experientia tamen cognouimus eos qui peieratunt non recta via ingredi. Contideranda autẽ sunt, & verba iuiurandi, & Can. x.
affectio, & res pro qua iuraruntt, & quæ subtiliter in verbis facta sunt additamenta. Nã si nulla sit penitus excusatio, ij sunt omnino dimittendi. Seueri autem negocium de presbytero ab eo ordinato, talem mihi videtur habere excusationem, si tibi itidem videtur. Agrum autem Mesthix subiectum, cui homo renunciatus est, iube Matodis subesse: sic enim nec ille peierabit à loco recedens. & Longinus habens secum Cyriacum ecclesiam non deseret, nec suam animam propter otium damnabit, nec nos videbimur aliquid concedere præter canones Cyriaco, qui se in Mundanis quidem permansurum iurauit, translationem autem suscepit Reuersio enim erit iusiurandi obseruatio. Quod autem œconomiæ, & dispensationi cesserit, id ei ad periurium non imputabitur, quod non iuriiurando adiectum sit ne paululum quidem à Mundanis recessurum, sed deinceps permansurum: Seuero autem obliuionem causanti nos condonabimus, dicentes quod occultorum cognitor non videbit tuam ecclesiam ab eo damno affectam qui ab initio quidem non fecit canonicè: iureiurando autem præter euangelia se adstrinxit: eo autem quod translatus est peierare docuit, nunc autem mentitur quoniam obliuionem præfetert. Quoniam autem non sumus cordium iudices, sed ex iis quę audimus iudicamus, demus domino vindictam, ipsi autẽ indulgentes suscipiamus, humano vitio, obliuioni scilicet, veniam dantes.

BALS. *Quidam vi ordinarentur euocati iurarunt se ordinationem non admissuros. Dicit ergo sanctus non oportere eos co. peierare. Etsi enim, inquit, videatur iis qui ex se ipsis iurarunt, vel qui aliquod sibi vinculum iniecerunt, vel carnem non comedendi, vel vinum non bibendi, vel nec illud faciendi, licere rursus vinculum soluere, & a iureiurando deficere, sed experientia didicimus, quod qui peierarunt, non recta via ingrediuntur, sed à deo sinuntur propter periurium tentari. Oportet autem, inquit, in hu sacramenti quoque formam quærere, an in deum iurans dixerit, an in aliquid aliud, & verba eius qui iurauit, & affectionem qua iurauit, & etiam subtilia in verbu additamenta. Est enim consentaneum ex sacramenti qualitate, & ex uerbu, & ex affectione, an scilicet pusillo, & infirmo, an constanti, & firmo animo iurauit, considerantes comprehendere non prohiberi oportere eum qui iurauit à iureiurando desistere, & an eos oporteat non permittere peierare. Negocium autem Seueri, seu causa erat eiusmodi: Longinus quidam habebat agrum qui dicebatur Mundana, qui quidem erat Misthix episcopatui subiectus. Seuerus autem cum esset Maradum episcopus quẽdam Cyriacũ ordinauit presbyterum, in templo quod erat in agro, iureiurando prius adactum quod in templo permaneret, vel potius episcopatui esset subiectus: sed episcopus regionis cui erat ager subiectus prohibebat Cyriacum ab alio ordinatum sacra celebrare in ecclesia quæ ad ipsum pertinebat, & ideo Cyriacus ea relicta alio translatus est. Porro Longinus quoque id agre ferens, minatus est se ecclesiam desertam relicturum. De ea ergo re interrogatus magnus Basilius, respondit, crimini subiici eum qui lapidem in canem vel arborem iaculatus fuerit, & hominem forte occiderit. Dicimus ergo, quod dicta lex quæ decæde voluntaria docet, eum qui non data opera interfecit euomines voluntarium homicidam. Post autem hic involuntarius homicida, sicut presens quoque.*

agrum cui renũciatus est Cyriacus, in quo scilicet presbyter nominatus est oportere esse Masadaurum episcopatui subiectum, & nisi esset alius regionis, & Cyriacum illuc reuerti. sic enim, inquit, Nec ille faciet præter sacramentum, nec Longinus ecclesiam desertam relinquet vel etiam destruet: nec suam animam propter ocium condemnabit, seu subiectam reddet, vt qui orationibus, & diuinis hymnis non vacet, sed ab eis cessabit. Nos quoque, inquit, quæ ad Cyriacum pertinent dispensantes, & permittentes vt redeat ad ecclesiam in qua se perseuerare iurauit, non videbimus facere præter canones, nec ille iusiurandum transgredi videbitur. Reuertens enim videtur seruare iusiurandum, quia iusiurando adiectum non est se non ad breue tempus excessurum ex agro Mindanorum. Vide ergo quomodo ex verborum examinatione & consideratione sanctus sententiarum venatur, vt is qui iurauit non videatur peierare. Hæc ergo de Cyriaco. Seuerus autem accusatus quod inagro qui erat alij regionis subiectus ordinasset, dicebat se hoc oblitione fecisse, nescius agrum alij esse subiectum. Quoniam ergo, inquit, ad sui defensionem ignorantiam allegat, oportet et ignoscí, eumque dei iudicio relinquere, & quoniam cordium cognitores non sumus, sed vt audimus, iudicamus, demus deo vindictam, condonantes propter oblitionem, quæ est humanum vitium. Et canon quidem in his consistit. Tu autem lege xviij. cap. xiij. tit. præsentis operis, & quæ in eius interpretatione scripta sunt de retractatione iurisiurandi. Tu autẽ habe in memoria id quoque quod à sancto scriptum est de facto, quod incidit in ordinatione Cyriaci, & de periurio quod ab eo commissum est, & nota quod propterea, vt est verisimile, ignoscitur regionis Antistitibus, qui in quibusdam patriarchalibus ecclesiis sacra celebrant. Nisi enim ignorantiæ prætextus Seuero auxilium tulisset, depositus esset, quòd vltra suam diœcesim ordinationem fecisset. De sacerdotibus autem falso testificatis, lege lxxvj. Imperatoris domini Leonis sapientis Nouellam, quæ continet, quod si sacerdos falsum testimonium iuratus dixerit, deponitur. Quòd si iusiurandum non accesserit, in monasterium, ad triennium separetur, & sic pristino ordini restituatur. Nos autem in xxviij. & xxix. canonis huius sancti patris interpretatione multa scripsimus de iureiurando. Quia autem audiui aliquem dicentem eum esse iuratorem, qui iurat per meam animam, per orationem sanctorum patrum, per remissionem peccatorum meorum, & quæ sunt huiusmodi, dico magnum Basilium scripsisse in suis Asceticis, ea non esse sacramenta, sed vota, & sacramentorum species, quæ dicuntur, vt auditoribus satisfaciamus. & ideo vitio non dãtur. Nam & Ioseph, inquit, iurauit per salutem Pharaonis, & apostolus scripsit ad Corinthios per nostram gloriationem. & rursus, Benedictus deus, veritatem dico non mentior.

Can xj. Qui autem inuoluntariam cædem fecit, in vndecim annis abunde iudicio satisfecit. Clarum est enim, quòd in iis qui percussi sunt, quę voluit Moyses, obseruauimus, vt eum quidem qui propter plagas quas accepit decubuit, rursus autẽ virga sua innixus ambulauit, occisum esse non reputabimus, sin autem post ictus non surrexit, cum eum tamen nollet interficere, qui verberauit, est quidem homicida, sed inuoluntarius, propter propositum.

BALS. *Quinquagesimus sextus canon sancti patris eos qui inuoluntariam cædem fecere vndecim annis à diuinorum sacramentorum participatione separat. Præsens autem canon dicit, eum qui non solum decennio sed etiam vndecim annis sacramentis non communicauit, inuoluntarium spontaneum occisorem, satis superque fecisse. Deinde adiicit, eum non ideo vt homicidam condemnari qui aliquem percussit, etiam si in principali aliquo, & opportuno loco plagam inflixerit, non tam ex eum occidendi proposito: sed oportet, inquit, secundum legem Mosaicam, eius qui percussus est rationem ducere: & si postquam ab ictu decubuit, non conualuit, sed mortuus est, is qui percussit inuoluntariæ cædis crimine tenebitur: si autem ab ictu surrexit & virga sua innixus ambulauit, hoc est, non perfecte à morbo est liberatus, deinde mortuus est, eum qui percussit non reputari vt homicidam. Quare nota etiam ex hoc, quemadmodum diximus, & in viij. can. inuoluntariam cædem ex effectu ostendi. Propterea enim nec de ictu laboramus an sit magnus, an parus, sed de morte quæ ex ictu processit. Nota autem ex præsenti canone quòd in cæde inuoluntaria nonnulli male sunt nimium curiosi, quærentes quo die vulneratus est, & post quot dies eum qui percussus est mors consecuta est. & si etiam longum tempus post ictum præterierit, ex hac tamen causa mortuus est, qui ictum sustinuit, nihilo secius factam esse dicemus cædem inuoluntariam. Lege & viij. canonem huius sancti patris, & eius interpretationem.*

Can. xij. Digamos canon omnino à ministerio excluſit.

BALS. *Sanctus hic canonem xvij. canonem apostolorum dicit, & ministerium dicit ecclesiasticum clericatum & lege dictum Canonem.*

Can. xiij. Cædes in bellis factæ patres pro cædibus non reputauere, vt mihi videtur, ignoscẽtes iis qui pro pudicitia & pietate decertant. Recte autem fortè habet consulere vt qui sunt manibus non puris, sola trium annorum communione abstineant.

BALS

BALS. Per præsentem canonem sanctus consulendo suggerit, vt qui in bello cædem fecerunt, toto triennio à communione abstineant: etiam si patres eu veniam dederint, & inter homicidas eos non reputauerunt, qui pro pudicitia & pietate decertauerunt fidelium, qui erant in seruitutem redigendi. Hic autem canon diuini patris sanctitati conuenienter editus est, sed non est in vsu, eo quòd ex eo eueniret, si admitteretur vt milites sacramentorum nunquam essent participes, cum in bello aly aduersus alios perpetuo versentur, vt hostes interficiant: quod est non ferendum. scriptum est enim, quòd cum Phocas ille imperator vellet eos martyribus annumerari qui in bello occidûtur, qui tunc erant sacerdotes hoc vsi canone imperatoriam instantiam silentio mandarunt dicentes, Quomodo eos qui in bello ceciderût inter martyres annumerabimus, quos magnus Basilius, vt qui non essent puris manibus, triennio à sacramentis prohibuit? Cùm autem multi sacerdotes, & vnus quidem ex eu episcopus, se tussu imperatorio synodaliter flexisset, & cum hostibus se manus conseruisse fassi essent, diuina & sancta synodus consequenter huic canoni, & xlv. eiusdem sancti & aliis diuinis constitutionibus, volebat ipsos non amplius sacra celebrare. Complures autem, & qui erant paulo magis militares, eos etiam præmiis dignos esse contendebant. Multi autem qui in tempore ludicri cum virgis certaminis homines interfecerant, homicidis annumerati sunt, qui inuoluntarias voluntarie eadem perpetrarunt, vtpote cum hoc ludicrum non sit ex iis quinque quæ lege agnoscuntur, quæ etiam certamina agonésque dicuntur, scilicet pugillatus, cursus, saltus, discus, palestra. Quare qui in eu ludicru interficiunt, præiudicio non afficiuntur.

Qui vsuras accipit, si iniustum lucrum in pauperes consumere voluerit, & ab auaritiæ morbo deinceps liberari, est ad sacerdotium admittendus. Can xliij.

BALS. Sanctorum quidem Apostolorum canon xlv. episcopos, vel presbyteros, vel diaconos fœnerantes cessare, vel deponi oportere definit. xvij. autem canon primæ synodi omnes canonicos fœnerantes deponi iubet. Lege ergo eorum canonum interpretationem. Sed quia lex ciuilis non punit latros fœnerantes sed etiam permittit ad vsuram mutuo dare: nonnulli autem vt est verisimile fœnerantes volebant ad sacrum ordinem promoueri, & propter turpe lucrum eu non permittebatur: dicit ergo sanctus eos etiam ad sacerdotium admittendos, si quæ ex vsuris collecta sunt in pauperes consumpserint, & se id asseuerarint non amplius facturos.

Admiror autem tuam literalem in scriptura subtilitatem, & accuratam diligentiam qui postules, vt reputes coactam esse dictionem, vtpote interpretatione, quòd a se bene significatur exprimente, non quòd à voce Hebræa denotatur transferente. Quia autem oportet quæstionem quæ à viro quærendi studioso posita est, non ociosè præterire. Volucres cœli, & pisces maris, etiam in mundi creatione eandem generationem sortita sunt. Ambo enim genera ex aquis producta sunt. Causa autem quòd vtrisque eadem est proprietas. Hi autem per mare, illi verò natant in aëre. Propterea ergo eorum communiter meminit. Figura autem orationis vt ad pisces quidem conuenienter reddita: vt autem ad omnia quæ degût in aquis, valde etiam propriè. Nam & volucres cœli homini subiecti sunt, & pisces maris, & non ipsi solum, sed et omnia quę maris semitas perambulant. Non enim si quid est aquatile, est etiam piscis, vt sunt cete, balenæ, et zygenæ, & delphines, & phocæ, & præterea equi, & canes, et serræ, & gladij, et boues marini: lœvis autem etiam vrticæ, et pectines, et omnia testacea, quorum nihil est piscis, & omnia quę vias maris perambulant, vt sint tria genera, volucres cœli, pisces maris, & quæcunque aquatilia à piscibus distincta ipsa quoque maris semitas perambulant. Can. xv.

Naaman autem non magnus apud dominum, sed apud dominum suum: hoc est, vnus erat ex iis qui magnam obtinebant potestatem apud Regem Syrorum: scripturæ ergo diligenter mentem adhibe, & inuenies hinc solutionem quæstionis. Can. xvi.

BALS. præsentes duo canones xv. & xvj. cum nullam canonicam, & communem faciant traditionem, sed scripturæ tantum dicta explicent, non sunt à nobis interpretati: vt qui scripturæ dicta explicare non statuerimus, sed canonica & legalia præcepta.

Cùm pridem ad tuæ sanctitatis nobis propositas quæstiones respondissem, non misi literas, partim quidem à longa & periculosa infirmitate detentus, partim verò propter ministrorum inopiam. Pauci enim sunt apud nos, & viæ periti, & ad huiusmodi ministeria parati. Quare cum non nostræ tarditatis causas didiceris, da nobis veniam. Admirati autem sumus simul tuam discendi cupiditatem, & humilitatem, quòd velis discere, cum docendi locus sit tibi creditus, & à nobis discere, in quibus nihil est magnum ad cognitionem. Sed tamen quia propter dei timorem non recusas hoc facere, quod quidem non sit facile ab aliis, oportet nos tuæ alacritati, & bono studio etiam supra vires opem ferre. Interrogasti nos de Bianore presbytero, an propter iusiu- Can. xvij.

randum sit in clerum suscipiendus. Ego verò commune iam quoddam decretum de omnibus qui simul iurauerunt, iis qui Antiochiam sunt clericis me edidisse meminí, vt ipsi a publicis conuentibus abstineant, priuatim autem presbyterorum munera obeant: eodem autem modo & ad suum ministerium ei potestatem præbere oportet, quia non est Antiochiæ sacerdotium, sed Iconij, quod vt ipse ad nos scripsisti, Antiochia ad habitationem permutauit. Est ergo vir ille suscipiendus à quo tua pietas postulatur, vt ob facilitatem iusiurandi eum pœniteat, quod sub infideli viro iurauit cum parui illius periculi molestiam ferre non potuerit.

BALS. *Quidam Antiocheni sacerdotes quorum vnus erat etiam Bianor propter infidelis cuiusdam minas nefarium iusiurandum iurarunt, & multos ideo orthodoxos offenderunt, vt qui infidelis modestiam non sustinuerint. Cùm itaque Bianor ex Antiochia Iconium migrasset, & sanctus Amphilochius, qui erat Iconij antistes, sanctum interrogasset, an sit Bianor in clerum susciendus, respondit sanctus: Commune decretum, seu canonem edidi de sacerdotibus, qui Antiochiæ iurarunt, vt ij à publicis quidem, seu communibus conuentibus abstineant, priuatim autem presbyterorum munera obeant, quòd Bianori quoque licet facere: & eo magis, quòd nec Antiochiæ quidem est sacra celebraturus, nec videntes eum posse iusiurandum sacrificantem offensurus, sed Iconij quo migrauit & forte nec offendiculi quidem causa fuerit, cum multi illius iusiurandi formam nesciant. Sed inquit, etiã si ad sacra sit faciendo admittendus, petatur tamen ab eo vt facilitatis iusiurandi eum pœniteat, quòd scilicet facile promptéque iurauerit cedens propter metum parui periculi.*

Can. xviij. De lapsis virginibus quæ vitam in honestate domino professæ sunt, deinde quoniã carnis perturbationibus subiectę sunt, sua pacta conuenta infirmarunt, patres quidé clementer & leniter in eorum qui labuntur infirmitatem se gerentes, esse admittendas censuerunt post annum, ad similitudinem digamorum decernentes. Mihi videtur quòd quoniam dei gratia procedens ecclesia fit fortior, & ordo virginum nunc augetur, est adhibendus animus rei quæ per intelligentiam cernitur, & sententiæ scripturæ quæ potest ex consequentia inueniri. Viduitas enim virginitate minor est. Ergo & viduarum delictum à virginum delicto secundum est. Videamus ergo quid à Paulo ad Timotheum scriptum est: Viduas iuniores deuita. Quando enim in Christo deliciata fuerint, volunt nubere, habentes iudicium quod primam fidem irritam fecerunt. Si vidua itaque grauissimo iudicio subiecta est, vt quæ fidem in Christum irritam fecerit, quid de virgine putandum est, quæ est sponsa Christi, & sacrum vas domino dedicatum? Magnum quidem est peccatum, ancillam quoque quæ clandestinis matrimoniis tradit stupri domum implere, & possessorem per malam vitã iniuria afficere. Sed multo est grauius sponsam fieri adulteram, et vnione cum sponso ignominia & dedecore affecta: se incõpetentibus voluptatibus tradere. Vidua itaque vt corrupta ancilla condemnatur. Virgo verò adulteræ iudicio subiicitur, sicut cum, qui cum aliena muliere cohabitat, adulterum nominamus, eum non prius ad communionem admittentes, quàm à peccato cessauerit: ita videlicet & in eo qui virginem habet afficiemur. Illud autem nobis confiteri est necessarium, quòd virgo nominatur, quæ se sua sponte domino obtulit, & matrimonio renunciauit, & vitam in sanctificatione prætulit. Professiones autem ab eo tempore iudicamus, quo ætas rationis complementum habuerit. Non enim pueriles voces omnino in his esse ratas existimare oportet: sed eam quæ supra sedecim, vel septemdecim annos nata fuerit, rationísque compos, et diu examinata probatáque perseuerauerit, & vt admittatur precibus contendit, tum oportet in sacrarum virginum catalogum referri, eiúsque confessionem comprobare, et illius infirmationem inexorabiliter punire. Multas enim parentes, et fratres offerunt, & quidam eorum qui eas cognatione attingunt, ante ætatem non ex se ipsis ad cælibatum incitatas, sed aliquid quod ad victum suum pertinet procurantes, quas non facile admittere oportet, donec aperte propriam suam sententiam perscrutati fuerimus.

Vidua & Virgines ipsa differentia.

BALS. *Diuersis in locis diximus quòd mulieres, virgines, & viduæ ad ecclesias cum laico habitu accedentes, illæ quidem virginitatem, hæ verò continentiam profitebantur, & tanquàm deo dedicatæ ab episcopo omni corporali studio & prouidentia dignæ habeantur. Interrogatus itaque sanctus, quid debeat fieri in virgines, quæ fornicantur, dixit quòd patres quidem decernunt eas sicut & bigamas puniri, eásque post annum sancta communione dignas haberi. Ego verò videns ecclesiam in bonum proficere, & sacras virgines augeri, dico eas debere potius vt adulteras puniri. & dictum suum hinc comprobat, dicens quòd viduitas est minor virginitate. Si ergo vt dicit Apostolus, habẽt iudicium, seu condemnantur vidua, quæ suam professionem irritam faciunt, multo magis condemnabũ-*

Vidua Virgines Monachæ.

tur

pur virgines. Similiter ancillam quidem viduæ assimilat: virginem verò sponsæ alicuius patrisfamilias, & ita ex omnibus colligit adulterij crimine recte teneri lapsas virgines. Deinde subiungit se de illis virginibus dicere, quæ se domino suâ sponte obtulerunt, & matrimonio renunciarunt in ætate sedecim vel septemdecim annorum. Quæ autem in minori ætate fiunt professiones, dicit non admitti debere. Multas enim, inquit, offerunt patres etiam inuitas propter paupertatem vel aliquam aliam causam. Hæc cum decernat canon, ne dixeris id intelligi de monachis, vel ascetris: & si enim in minori ætate crinem secularem deposuerint, prima erit, vt mihi videtur, ad id quod deinceps sequitur ipsorum professio.

Virorum autem professiones non nouimus præterquàm si qui se ipsos monachorũ ordini adiudicarint: qui tacitè videntur cœlibatum admittere, sed in illis quoque illud existimo præcedere oportere, vt ipsi interrogentur, & euidens ipsorũ accipiatur professio, vt postquam se ad libidinosam & voluptariam vitam conuerterint, eorum qui fornicentur punitioni subiiciantur. *Can. xix.*

BALS. Nota ex præsenti canone dicente, Virorum autem professiones non nouimus, præterquam si qui se ipsos in monachorũ numerum retulerint, quòd in xiij. canone, non dixit de monachis, sed de virginibus deo cum laico habitu segregatis. Lege Carthag syn. vj. can. xliij. & cxxv. Monachos autem dicit, etiam si tacitè videantur castitatem profiteri, debere tamen eos etiam interrogari, & cælibatum profiteri, vt si mentiti fuerint vt fornicatores puniantur. Et si autem hæc ita se habeant, ne dixeris quòd monachi qui hanc professionem non fecere, insontes nullique culpæ obnoxij seruabuntur. Et si enim non fuerit tonsus quispiam, sed ἀκαφορίστος, non poterit mutare habitum & ad nuptias conuolare, sed inuitus ad habitum monasticum reuerti cogetur, sicut hoc sæpe diximus. Idem erit & de monachis, & de omnibus clericis tribunalis. Nam & omnes tacitè profiteri videntur se matrimonium non contracturos post ordinationem: & canonem transgredientes, deponuntur. Quære sanctorũ Apostolorum canonem xxvj. Ancyr. syn. can. x. & syn. in Trullo can. vj. *Monachorũ professiones*

Quæcunque mulieres virginitatem professæ sunt, deinde postea matrimonium maluerunt, non existimo eas oportere condemnari. Quæcunque enim dicit lex, iis dicit qui sunt in lege. Quæcunque autem iugum Christi nondum subierunt, eę nec domini leges norunt. Quare sunt ab ecclesia cum omnibus suscipiendæ, & propter hoc habent remissionem ex fide in Christum, & omnino quæ in catechumenica, seu quæ initiatur, vita fiunt, in iudicium non vocantur. Clarum est autem quòd eas ecclesia nõ sine baptismo recipit. Quare generationis priuilegia sunt in ipsis necessaria. *Can. xx.*

BALS. Vt est verisimile, hæreticæ mulieres virginitatem profitebantur, deinde se viro nuptum dabant: ad ecclesiam autem accedentes, reprehendebantur, vt mentitæ. Dicit ergo sanctus, eas non esse condemnandas, de iis quæ mentitæ sunt antequàm crederent. Deinde in summa tradit, canonem non punire eas qui crediderunt & baptizati sunt, de iis quæ ante baptismum commiserunt. Hæreticos autem eos intelligę, qui non suscipiuntur nisi prius baptizati fuerint. Sunt enim quidam hæretici, qui sunt etiam sine baptismo suscipiendi. Lege vij. can. ij. syn. & can. xvij sanctorum Apostolorum.

Si vir cum muliere cohabitans postquam matrimonio non delectatus in fornicationem inciderit, cum fornicatorem iudicamus, & eum pœnis amplius grauamus: canonem tamen non habemus, qui eum adulterij crimini subiiciat, si in solutam à matrimonio peccatum commissum sit. Nam adultera quidem, inquit, polluta polluetur, & ad virum suum non reuertetur, et qui adulteram detinet, stultus est & impius. Qui autẽ fornicatus est, non excludetur à cohabitatione cum vxore, quemadmodũ mulier maritum suum à fornicatione reuertentem excipiet. Vir autem eam quæ polluta est, à suis ædibus amandabit. Ac eorum quidem ratio minime est facilis. Consuetudo autem sic inualuit. *Can. xxj.*

BALS. De fornicatione & adulterio lege v. cap. xiij titu. præsentis operis, vt canones, & leges quæ in eo sitæ sunt. Hic autem sanctus eum qui habet vxorem, & cum alia muliere fornicatus est, fornicatorem dicit, non adulterum. mulierem autem marito coniunctam, quæ cum illo alio viro quã cum marito rem habuit, vocat adulteram, adiiciens quòd eam quidem maritus non cogetur inuitus in ædes suas recipere: sed eo ipso ab ea separabitur. Virum autem qui fornicatus est à legitima vxore matrimonium non separat. Quamnam autem ob causam hæc, inquit, ita lege cauta sunt, non est intellectu facile. Nota autẽ ex præsenti canone, non esse vnius tantum speciei fornicationem, nec illã eisdem pœnis curari. eum enim magis debere puniri, qui habet vxorem legitimam & fornicatus est, maxima autem pars pene medici animæ iudicio relinquitur. *Medici animæ iudicio.*

Eos qui ex raptu habent mulieres, si aliis quidem desponsas abripuerint, non prius oportet admittere quam ab eis ablatæ sint, & sit in eorum potestate quibus desponsæ *Can. xxij.*

*χολάζουσι faerant, an eas velint accipere, an desistere. Si quis autem *vacantem acceperit, auferre quidem oportet, & suis restituere, illorum autem sententiæ permittere, sive sint parentes, sive fratres, sive quicunque alij virgini præsint, & si ei quidam tradere voluerint, matrimonium constituere: sin autem renuerint, non cogi. Et autem qui mulierem vel vi, vel clam à se viriatam habet, necesse est fornicationi pœnas imponere: est autem in quatuor annis præfinitum fornicatoribus supplicium. Oportet autem eos anno primo à precibus expelli, & ipsos deflere ad fores ecclesiæ. Secundo autem, ad auditionem admitti. Tertio, admitti ad pœnitentiam. Quarto, ad congregationem cum populo, abstinentes ab oblatione, deinde eis permitti boni communionem.

*ἀφοσιάλαπτος. BALS. XXVII. canon Calchedon syn *qui idē est omnino canō xciij. sextæ synodi, decernit quid debeat fieri iis qui mulieres rapiunt nomine coniugij. Præsens autem canon iubet eos qui mulierem alicui desponsam rapuerint, non aliter ad pœnitentiam admitti quàm raptas prius dederint, vi sponsi earum ipsas, si velint accipiant: sin minus, sint apud suos cognatos. Ab eo verò qui mulierem liberam, seu nulli desponsam rapuerint, eam itidem auferri & tradi parentibus, vel iis qui alioqui ad eam attinent: vt eam si velint, raptori coniungant, cum eius consensu: sin autem hoc eis non placuerit, ne fiat. Quomodocunque autem se res habeat, sive raptæ raptor cōiungatur, sive non, pœnis erit fornicatorum obnoxius, & non solum sic puniretur raptor, sed & is qui puellæ clam vitium attulit. Fornicatorum autem pœnas in quatuor annos definit. Et in hu quidem canon consistit. Lex autem ciuilis alio modo raptores punit: nec vllo modo permittit vt raptor raptæ coniungatur. Et in lege xxvij can. syn. Calched. & xcij. vi & can. lxvij sanctorū Apostolorū, & cap. xxx. ix. tit. præsen. operis, & quæ in eis sunt. Cùm autem audiuerit lxxxiii. can. dicentem, ex consensu parentum, vel cognatorum puellæ, eā dari nuptum ei qui rapuit, ne dixeris parentum consensum, eumque solum sufficere. Quoties enim sunt legitimæ nuptiæ, necessarius quoque est eorum qui coniunguntur consensus, sive sint sui iuris, sive in potestate. Dicit enim in cap. iiij. titu. xxviij. lib. hæc expresse, Non sunt legitimæ nuptiæ, nisi in qui coniunguntur consenserint, & qui eos habent in potestate. si autem ex hac lege, in qui sunt in potestate sunus est necessarius consensus: multo magis non fiet matrimonium eorum qui sunt sui iuris, nisi ipsi quoque consenserint.

consensus parentū in matrimonio filiorum Can. xxiij.

De his autem qui duas sorores vxores ducunt, vel eis quæ duobus fratribus nubūt, à nobis edita est epistola, cuius exemplum tuæ pietati misimus. Qui autem sui fratris vxorem accepit, non prius admittetur, quam ab ea recesserit.

BALS. Incestus quoque peccatum, sicut & alia peccata, ab ecclesiastica medicina curabitur. Interrogatur ergo sanctus, quid in fi vi oporteat qui cum duabus sororibus rem habent, & contrà, dixit se de eis scripsisse epistolam: ea est autem quam scripsit ad Diodorum, & illic ostenditur quid agendum. Debent autem qui hoc nefarium matrimonium contraxerunt, à malo recedere: & ita de correctione scisitari. Lege ergo epistolam ad Diodorum, & quæ in ea sunt, & ij. caput xiij. tituli præsentis operis.

Can. xxiiij. Viduā, quæ in viduarum numerum relata est, hoc est, quæ ab ecclesia in diaconatū susceptā est, censuit Apostolus nubentem *despici. Viro autē viduo nulla est res imposita, sed digamorum eis pœna sufficit. Porro vidua sexaginta annos nata, si rursus cum viro habitare voluerit, boni communione non dignabitur, donec ab impuritatis perturbatione cessauerit. Sed si ante sexaginta annos eam in numerum retulerimus, nostra est, non mulieris culpa.

*προπετῶν.

BALS. Quemadmodum virgines mulieres cum laico habitu in ecclesia collocabantur, & ex ecclesiæ redditibus *alebantur, ita & viduæ cum eodem habitu ordinabantur. Dicit ergo sanctus, quod magnus Paulus, eam quæ postquàm in ecclesia ordinata est, secundo nupsit, censuit seu definiit despici, hoc est ab ecclesia expelli, & si ipsa quidem ante sexagesimum annum secundo nupserit, eam solam pœnam sustinebit: est enim digna venia, vt quæ propter iuniorem ætatem secundò nubere coacta sit, & ij potius qui eam antequam sexagesimum annum compleuerit, ordinarunt, sunt reprehendendi, vt qui Apostolicam constitutionem transgressi sunt, quæ dicit, Vidua eligatur non minor lx. annis. Quæ autem post annum sexagesimum continentiam infirmans, secundò nupsit, à sancta communione erit separata, donec ab impuritate cum viro abstinuerit. Sanctus enim impuritatem appellauit, in ea ætate matrimonium. Virum autem, inquit, qui secundò vxorem ducit, nō vllo alio modo lex punit, quàm per digamorum pœnam, quæ est ad vnum annum segregatio. Quia autem sanctus præcepti Apostolici meminit, debes scire quod magnus Apostolus ad Timotheum scribens dicit, Honora viduas, quæ verè sunt viduæ. Et paulo post, Quæ est autem verè vidua, & *sola, sperauit in deum, & permanet in precibus, & orationibus. Et rursus posteà: Si quis vel quæ fideles habet viduas, eis *suppeditet, & ne grauetur ecclesia, vt ea quæ verè sunt viduæ opem ferat. Et rursus, Iuniores autem viduas deuita. Et hæc quidem de viduis mulieribus, quæ in ecclesia cooptatæ sunt. Quæ enim tales non sunt, quotescunque secundo nupserint, in bigamorum pœnas incident, aquè ac viri

*μονογαμίαν

*ἐπαρκείτω.

viri, lege & ij. caput xiij. titu. præsenti operis. Ne mireris autem, quomodo non definierunt, vt viri vidui cum laico habitu ordinentur. Patres enim maiorem mulierum quàm virorum rationem habẽt. Mulieres enim, vt quæ non tenent modum eorum parandorum, quæ sunt vitæ necessaria, ad secundas forte nuptias necessario diuertunt licet, velint esse continentes: & ideo eis succurrit ecclesia ne secundo nubant paupertatis prætextu. Viri autem, qui multis modis quæ sunt ad victum necessaria comparant, non possunt paupertatem prætexere ad depellendam secundi matrimonij reprehensionem, & propterea nec ab ecclesijs quidem admittuntur, & aluntur. Consequenter autem huic rationi ne dixeris debere mulieres impunitas remanere, vt nonnulli dicunt, quæ secundò nupserint. Sed & ipsæ secũdò nubentium pœnas subiiciantur. intelliges autem ex xxiij. titu. xxviij. lib. quòd mulieres quæ secũdò nubunt magis puniuntur quàm viri qui vxores secundò duxerunt.

Qui à se stupratam mulierem detinet, stupri quidem pœnam subibit: ei autem mulierem habere permittetur. Can. xxv.

BALS. *Stuprum proprie dicitur in virginibus, & in impubere. Dicit ergo sanctus, quòd qui virginem nondum sibi sponsatam, in legitimum coniugium stupraverit, etiam si velit post stuprum eam vxorem habere, non inuabitur ad hoc vt stupri pœnam effugiat. Debebat enim primum efficere, vt ea sibi desponderetur, & ita cum ea rem habere. Quod si hoc non fecerit, in stupri quidem pœnam incidet, in legitimam autem vxorem eam habere illi permittetur. Hoc autem fiet, si illius etiam parẽtes consenserint. Est enim stupri pœna triennium, per quod similiter punitur & qui stupravit, & quæ stuprata est. Lege xxxviij. can præsentis sancti. Hæc autem locum habent in iis qui sunt in patria potestate. Qui enim sunt sui iuris, in pœnam quidem incidunt, secundum leges autem consentientes coniunguntur. Sin autem vir noluit eam quæ à se stuprata est vxorem ducere, fiet secundum caput ij. xxxvij. titu. lx. libri, quod sic dicit, Qui venerandam & nobilem mulierem °stuprat, seu habet in concubinatu, nec hoc suo facit testimonio manifestum, vel eam ducit vxorem, vel hoc recusans, in eam petulantiam, & etiam adulterij reus est, videlicet ex suo corpore quæstum nõ facit. Quære etiam xxviij. lib. iij. cap. xij. xiij. & lib. xl vij. tit. vi. cap. xxvj.* °μιαίνει καὶ φθείρει.

Fornicatio non est matrimonium, sed nec initium matrimonij. Quare si fieri possit, vt qui per fornicationem coniunguntur separentur, id est melius. Sin autem eis omnino placeat consortium, fornicationis quidem pœnam agnoscant: ne separentur autem, ne quid deterius accidat. Can. xxvi.

BALS. *Postquam dixit sanctus quid ei debet fieri, qui virginem stuprant, nunc decernit de iis qui fornicationem coierunt. & dicit quòd fornicatio nec matrimonium existimatur, nec matrimonij occasio, vt alter alteri necessario matrimonio iungantur, sed optimum quidem est eos separari, non permittit scilicet inter eos intercedere matrimonialem coniunctionem, quoniam nefarium est, & damnandum harum nuptiarum fundamentum: sin autem eis ita placeat vitæ societas, vt a se inuicem discedere sibi nequeant persuadere, puniantur quidem vt fornicatores, eis autem habitare permittatur, ne quid deterius accidat: ne scilicet separati rursus clanculum fornicentur, hoc est ne alius personis coniunctis in legitimo matrimonio non permanentibus, sed adulterium committant: vel ne prohibiti sibi manus afferant propter amoris vehementiam. Hæc autem, vt mihi videntur, locum habuerunt, quando solo consensu contrahebatur matrimonium, non autem etiam hodie, quando per sacrum officium & diuinam corporis & sanguinis Christi participationem constituitur. Quomodo enim ij quibus fornicationis pœna iniuncta est, nec sacramentorum fuere participes, inter se matrimonialiter conuenerint? Quod si dixeris, postquam iis qui fornicati sunt pœna iniuncta fuerit, ne triennio fornicentur, nõ prohibebimus eis concedere, vt post triennium legitimo matrimonio coniungantur. Interrogauerit autẽ quispiam, cur virginem quidem post stuprum decernit sanctus raptori legitime coniugi, eos autem qui fornicati non sunt matrimonio coniungi non sinit, nisi cum distinctione? SOL. Virginem quidem post eis allatum stuprum nemo fortasse volet in matrimonium accipere, & nisi illi permittatur ei qui stupravit nubere, contumelia & dedecore affecta, ac miserabilu relinquetur. Quæ autem stuprata est, non tanto damno afficitur, si ei quæ cum ipsa fornicata est, non nupserit: est enim ab alio deuirginata. Si ergo non magnum malum ex eorum qui fornicati sunt separatione euenit, & nec qui fornicati sunt toto animo matrimonio insistunt, præferetur separatio, & per ipsam abstinentiam à malo. Præterea interrogabit quispiam, cum ij. cap. xxxvij. titu. lx. lib. decernat vt qui cum °bonesta muliere in concubinatu rem habet, eam ducere cogatur, quomodo decernit præsens canon vt qui fornicati sunt separentur? SOL. Differentia est inter concubinam seu pellicem, & °fornicatricem. Concubina enim, quæ cum vno tantum peccat, à lege agnoscitur. Quæ autem cum multis fornicata est, nec à lege quidem agnoscitur, sed etiam à fornicatoribus ædibus expellitur, vt de quo diximus, caput dicit. Præsens itaque caput loquẽs de fornicatrice recte legique consentanee decernit, cum hac distinctione, vt qui fornicati sunt, legitime coniungantur.* ° σώφρονος. ° πελλακὴν καὶ παλλακίδα.

De presbytero, qui per ignorantiam nefariis nuptiis implicatus est, diffinitur quæ oporteat esse quidem cathedræ participem, à reliquis autem actionibus abstinere: et enim sufficit venia. Vt iis autem aliis benedicat, qui sua debet negocia curare, non est Can. xxvij.

consentaneum. Benedictio enim est, sanctificationis communicatio, qui autem eam non habet propter ignorantiæ lapsum, quomodo aliis communicabit? nec ergo publicè, nec priuatim benedicat, nec Christi corpus aliis impertiat, nec aliquod aliud sacrũ ministeriũ obeat, sed quod præsideat contentus, aliis, & Christo defleat, vt sibi ignorantiæ peccatum condonetur.

κατὰ μόνας. ἐπὶ ἀγνοίᾳ ἁμαρτήματος.

BALS. *Prohibitæ nuptiæ trifariam diuiduntur, in nefarias, quæ præter leges dicuntur, vt si quis eam cuius tutelam gerit, vel ipse, vel pater ipsius vxorem ducat, vel eam quæ est sub ipsius tutelari, vel patris potestate. Damnatas, seu condemnatas, vt si fiat matrimonium cum monacha, vel alia deo dedicata. Incestas, quæ hic etiam nefarias dicũtur, vt si quis cum quauis sua consanguinea contraxerit. Cum ergo quidam sacerdos nefarium per ignorantiam matrimonium contraxisset, & propterea solutum esset, & ipse in depositionem incidisset, interrogauit quispiam sanctum, an u sacerdos debeat post depositionem sacerdotale quidpiam exercere. Dicebant enim nonnulli, quòd quoniam sacerdos per ignorantiam lapsus esset, non subiicietur depositioni. Sin autem fuerit depositus, ab actionibus quidem quæ fiunt intra tribunal arcebitur, sed non ab actionibus quæ sunt extra tribunal. Dixit ergo sanctus, eum forte debere deponi, & post depositionem eum quidem esse solius honoris participem, vt scilicet sedeat cũ presbyteris, à reliquis autem sacerdotalibus actionibus abstineat, vt scilicet neq; orationem dicat publicè seu in ecclesia, nec priuatim, id est extra ecclesiam. Sed neque sancta tractet, nec ipsa alijs communicet, nec aliquid aliud sacerdotale exerceat. Sit autem contentus sessionis honore, qui illi propter ignorantiam concessus est. eum autem alius benedicere non oportet. Benedictio enim est sanctificationis impertitio. Qui autem non habet sanctificationem, quomodo eam alijs impertiet? Venia autem ei datur, non solum quòd sedeat cum sacerdotibus, sed & quòd non alio modo puniatur. Si enim sciens deo consecratam fœminam, vel suam cognatam, vxorem accepisset, alio etiam modo, & pecuniarie scilicet, & criminaliter, punietur, quæ quidem ei propter ignorantiam non infligũtur. Lege xvj. titu. xxviij. lib. Posiquã autẽ sanctus ei omni sacerdotali actione interdixisset, defleat inquit alius, & domino: domino, vt qui potest peccata remittere: alius, vt pro eo rogent dominum, vt condonet ei delictum à se & nefario matrimonio commissum. Rogauerit autem quispiam, cum tribus modis puniantur nefariæ nuptiæ, deponetur ne quispiam, qui contra leges matrimonium contraxit, vtpote u qui eam cuius ipse, vel pater eius tutor fuit, duxit in matrimonium? SOL. Quoniam hoc matrimonium vt legibus contrarium, dissoluitur, hic quoque post diuortium, vt qui fornicatus sit, necessario deponetur: & si quæ illi contra leges coniuncta est, fuit antea sub illius tutela, ne cathedra quidem dignus censebitur, vt qui non posit ignorantiam prætexere. Lege & xxvij. cap. primi tituli præsentis operis ix. canonem synodi Neocæsariensis, & ea quæ in eo sunt & xxj. & xxvj. can syn. in Trullo. sed quia videtur in hu emergere repugnantia (alij enim canones dicunt eos qui sunt depositi, in locum laicorum deiurbari: alij verò eos ea solum quæ extra tribunal fiunt exercere. Alij solius esse cathedræ participes) distingue & dic: Aliter puniuntur qui scientes peccant, & conuicti deponũtur: aliter, qui scientes quidem peccant, sponte autem à malo desistunt: aliter qui per ignorantiam peccarunt, & confessi sunt: & aliter qui peccatum quidem ignorarunt, ab ipso autem non desiterunt, nisi condemnati. Nota autem differentiam & peccatorum, & personarum, & die episcoporum iudicio aliquando quidem ignosci iis qui deponuntur: aliquando verò non ignosci, & sic contrarietatem quæ videtur inesse contrariis dissolui.*

Can. xxviij Vota ridicula.

Illud quidem mihi visum est ridiculum, vouere aliquem à carnibus suillis abstinere. Quamobrem dignare eos docere, vt ab ineptis votis, & promissis abstineant, vsum quidem esse indifferentem permitte. Nulla enim dei creatura est reiicienda, quæ cum gratiarum actione accipitur. Quare votum est ridiculum, abstinentia non est necessaria.

Can. xxix.

Id quoque quod est, iurare principes quòd subiectis male facturi sint, magna quoque medicina opus habet. Medela autem eorum est duplex: vna quidem, vt ipsi doceantur non facile iurare. Altera autem ne in malis iudiciis persistant. Quare qui se alteri malefacturum iurare anticipauit, quod ad iurandum nimium facilis fuerit, se pœnitere ostendat: non autem pietatis prætextu suam improbitatem confirmet. Neque enim Herodi iurasse profuit, qui ne peieraret, prophetam occidit. semel enim iusiurandum est prohibitum: multò autem magis consentaneum est, id esse condemnatum, quod propter malum iuratum est. Quare eum qui iurauit μετανοῆσαι. pœnitere, non impietatem studere confirmare oportet. Eius enim absurditatem fusius exquire. Si quis se fratris oculos effossurum iurauerit, ei ne honestũ est hoc ad effectum deducere? Si quis se interfecturum, si quis omnino iurauerit mandatum aliquod transgressurũ? Iurauí enim & statui, non peccatum, sed seruare iudicia iustitiæ tuæ. Quemadmodum autem mandatum est immutabilibus iudiciis confirmandum, ita peccatum omninò infirmare, & delere oportet.

BALS. *Præsentes duo canones iubent infirmari sacramenta, à quibusdam facta, vt malũ aliquid fiat*

fiat, vel etiam quidpiã ridiculum. Dicit enim cum qui vouit, vel iurauit se carnem suillam non comesurum, vel q̃ qui sibi subeunt malefactorum, docendum esse à stolto & ineptis sacramentu abstinere, & quod semel iurare est prohibitum, & licet carnem suillam comedere, & malum non facere sub prætextu ne peieretur. Vsus est autem exemplo quoque Herodis qui iurauerat se Baptistam interfecturum, & ne peieraret eadem commisit. Oportebat enim, inquit, ipsum se ipsi fecisse, seu iussisse, & contemnere iniustum iusiurandum, sed non per actionem impietatem confirmare. Lege xxiij. cap. xiij. tit. præsentis operis, & quæ in eo sunt, x. can. sanctis Basilij lxiij. & lxxxij. qui periuros puniunt. Cùm alij autem canones, qui in dicto xxiij. capite continentur, decreuerunt eos non esse puniendos qui peieraruerunt quemadmodum canones ante positi iubent, dixerit quis canones esse inter se contrarios. Sed mihi non videtur, sed quando legitimum iusiurandum quispiam sine vlla necessitate infirmauerit, vel falso iurauerit, magis punietur. Quando autem hoc vt fecerit, huius punietur, secundum xcij. canonem præsentis sancti patris. Sinautem non est sacramentum legitimum, sed vt absurdum quid fieret, vel ne bonum quid fieret, processit, vel etiam iurauit se facturum aliquid, quod non debet in iusiurandum deduci, tunc impune potest irritum haberi. Audiens tamen sanctum dicentem debere eos quoque docere ne sint ad iusiurandum faciles, & quòd semel iurare est prohibitum, dico quòd & illi qui huiusmodi iuramenta iurauere, sine periculo peierant, non erunt tamen omnino impuniti, sed modicè pro episcopi arbitratu punientur. Quia autem ex eo, quòd decreuerunt canones puniendos periuros, apparet eos non puniri, qui eos non transgrediuntur, & ex eo etiam ostenditur legitima iuramenta permittit, ne dixeris hæc esse aliquantulum defecta aduersus euangelicum præceptum: quod dicit, non esse omnino iurandum, neque in cælo, neque in terra, quia cælum dei thronus est, terra autem est pedum eius scabellum, esse autem nobis nai, nai, & non, non. Hoc enim est eorum qui sunt valde perfecti. Illud autem secundum, & non reiiciendum, vt legitimum: cuiusmodi est & illud, Vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & sequere me. Si enim omnes hoc cogantur facere, quis ea emeret alioqui si omne iusiurandum prohiberetur, ne propheta quidem dixisset, iurauit, & statuit seruare mandata tua: nec qui leges composuerunt orthodoxi imperatores leges edidissent, quæ permitterent iusiurandũ: quare nõ omnino iusiurãdũ est prohibitũ, tam quod est legitimũ quam quod est contra leges, sed solũ quod est cõtra leges, & quod est ineptũ. Cum antè quidã nobilis tertio die vnius hebdomadæ dixisset potenti & sancto nostro imperatori, se non debere carnẽ comedere, quamuis festũ esset natiuitatis Christi & dei nostri, quod iurasset tertias ferias omnũ anni hebdomadũ a carnibus abstinere in honorẽ venerabilis præcursoris, statuit à deo coronatus noster imperator synodaliter interrogari, an sit canonicum hoc iusiurandum seruari, & dominicum festum quod est Paschale, incelebratum dimittere: & facta interrogatione dixit sanctissimus ille patriarcha dominus Lucas cum synodo quæ aderat, cum dixisset bonum esse omni tempore ieiunare, subiunxit non oportere hoc iusiurandum domino & deo nostro præferre. Si enim Apostolici canones puniunt eum qui in quouis sabbato, vel die dominico genu flexit vel ieiunat, multo magis punitur qui in Paschali Christi festo ieiunat, ne iusiurandum à se voluntariè susceptum contemnatur. Et nobilis carnibus vesci permisit. Idem autem patriarcha Tzitam quoque Eunuchum ad sanctorum locorum adorationem ire professum, qui non profectus erat, vt qui pœnitentia ductus esset, synodaliter à periurio absoluit mediocri pœna imposita ei medicinam exhibens. Ex verbis autem canonis, quæ ita habent, Nulla enim res creatura est reiicienda, quæ cum gratiarum actione accipitur, ne dixeris nobis esse permissum omnibus bestiis vesci, sed die canonem de illis intelligere, quæ ab orthodoxis comeduntur ex consuetudine & ecclesiastica traditione.

De iuramẽtis & votis.

absolutio à periurio.

De his qui rapiunt, canonem quidem antiquum non habemus, sed propriam sententiam proferimus, vt ipsi, & qui cum eis rapiunt, tribus annis sint extra orationes. Quod autem non est violentum, nulli est pœnæ obnoxiũ, quando nec stuprum nec furtum rem præcesserit: est autem vidua sui iuris, & in eius est potestate sequi. Quare non est nobis figuratum ac prætextuum vlla cura gerenda.

Can. xxx.

BALS. In lxvij. can Apostolicum, in xxvij Calched. in xcij. synodi in Trullo, & in xxij. præsentis sancti, multa scripsimus de iis qui rapiunt mulieres, & de iis qui illis consentiunt. Et lege ea, & xxx. cap. xv. tit. v. præsentis operis. Vt sensus autem canon decernit raptores & qui illis consentiunt, eisque opem ferunt, esse triennio extra orationes, stare scilicet cũ iis qui anàthema oportere. Sinantè inquit, mulier se ipsam sua sponte tradi iussit, cum nec stuprum, nec furtũ, hoc est clandestinus cõcubitus præcessisset, nulli est crimini obnoxius, qui eã accepit. Similiter nulli quoq; pœnæ est subiectus qui viduam hoc modo recepit. Illud autẽ, nõ est nobis figuratũ, & prætextuũ vlla cura gerẽda, est huiusmodi, si mulier inquit, fortasse erubescens, se amatori vel amato, qui supplex erat tradere, finxit se verè raptã esse, cũ tamẽ sua sponte secuta esset, figuræ inquit, seu simulatæ suæ nullã curã gerimus, sed veritatẽ attendimus. Et lege liij. can cũ hac interpretatione. Quòd autem si qui mulierem sua sponte rapuit, non sit criminis obnoxius, accipe quãtũ ad hoc, ne ei pœna canonica infligatur. Qui enim mulierẽ, quæ est in potestate vel quæ est sui iuris, seu voluntate ipsius, seu sola sua voluntate rapuit, raptus lege tenetur, ad multo-

rum insolentiã vindicandã, & reliquorum comprimendam, sicut hoc dicit j. cap. xxxvij. tit. lib. lx. quod circa finẽ sic dicit, Omnia autẽ seditionis supplicia sint aduersus eos qui rapuerunt, & eu in raptu opem tulerũt. Qui consilij quidẽ fuerunt, & operas suas inuerunt, & susceperunt, dictæ pœnæ subiacentur seu volentibus, seu nolẽtibus mulieribus raptus factus sit. Hoc autẽ in imperatorio quoq; tribunali sic iudicatũ est in causa Seth, qui rapuerat filiã eius qui recẽter fuerat illuminatus. Sin autem velu dicere, in multerẽ non venera factũ esse raptũ, sed per simulationẽ vt superius dictũ est, nec pœnæ canonica locũ habebunt, nec leges quæ raptores puniũt: sed solum actione iniuriarũ patribus tenebũtur. qui eas ceperũt quæ erãt in potestate, adeò vt & matrimoniũ, quod inter eas intercesserit præterea eorum voluntatẽ, qui eas habent in potestate sit separandum, lege xxxviij. can. huius sancti, xlj. & xlij. Sanctus autem recte meminit stupri & furti. Stuprũ enim sit proprie in virginem. Furtum autem, seu furtiuus cõcubitus in liberam quæ non est huiusmodi. Amborum autem meminit, quòd etiam absque eo quod fiat raptus, & stuprator, & fornicator puniuntur.

*ἥτοι πάντως.

*κλοψαμιος

Can. xxxi. Quæ cum vir secesserit, & non apparet, antequam de eius morte certior facta sit, cum alio cohabitauit, mœchatur.

BALS. Præsens canon expresse situs est in xciij. can. syn. in Trullo, & quoniam illic est expositus, lege quæ sunt in illo.

Can. xxxij. Qui peccatũ ad mortem peccant clerici, à gradu quidẽ deponuntur, à laicorũ autem cõmunione non arcentur. Non enim vindicabis bis in idipsum.

peccatũ ad mortem. BALS. Clericos, qui peccatũ ad mortem peccant, sanctus quidẽ deponi iubet, eos autẽ fidelium communione nõ priuat, seu nõ segregat. Nõ enim vindicabis, inquit, bis in idipsum. Peccatũ autem ad mortem dicũt nonnulli esse, actione eam à voluntate & sensu distinguentes. Hæc enim dicunt non esse peccatũ. Mihi autem videtur peccatũ esse ad mortẽ, omne peccatum, quod capitale inducit supplicium, mortem scilicet peccatori: & sanctũ decernere, quòd si quis clericus ob quoduis peccatũ cõdemnatus fuerit etiã si nõ leue aliquod, sed ad mortẽ vsq; vltimũ, quod capitale, vt quod mortẽ vel id quod morti est æquale inferat, appellatur, supplicium subierit, solũ deponetur, nec amplius ab ecclesia punietur. Dicebãt enim nõnulli quod propter fornicationẽ quidẽ, & furtũ, & quadã leuia huiusmodi peccata solũ deponetur clericus. propter cædẽ autẽ & maius aliquod peccatũ, non solum depositioni subiacebitur, sed etiã segregabitur, quod nõ admisit sanctus: & propterea statuit eũ qui est depositus, non segregari oportere, etiã si propter extremũ peccatũ, quod est ad mortẽ, cõdemnatũ est. est enim sufficiens supplicium depositio. Quod autẽ propter solum consiliũ & cõsensum, quidã etiã vltimo supplicio afficiuntur, patet ex xxxvj. tit. lx. lib. docente de insidiatoribus, & decernẽte legi θεῖ κ Σωτῆρος, eos esse obnoxios qui aduersus imperatorẽ, vel ciuitatẽ, vel magistratũ aliquod consiliũ inierunt, & si opus nõ fecerint. Cũ autẽ inuenerus xxviij. can. Apostolicũ, xxix. xxx. & lxiij. quosdã simul deponẽtes, & segregantes, aliquãdo autẽ etiam à cõmunione vel ecclesia abscindentes, ne dixerus eos præsenti can. aduersari, sũt enim* specialia, & quæ sunt specialia ad exemplum non trahuntur. Excipe mihi eos qui propter causas dogmaticas condemnantur. In illis enim id quod est synodaliter decernendum, debet fieri, quoniam nec ad peccatam, nec ad crimen reducuntur hæresum scelera, sed sunt maiore animaduersione digna.

*ἰδικά.

Can. xxxiij. Mulier quę in via peperit, & sui fœtus curã non gessit, cædis crimine teneatur.

*ζωογονῆσαι. BALS. Mulier quædam granida iter ingressa, in via peperit, & cũ posset quod partũ erat *vivum tueri, id sum neglexit. Dicit ergo sanctus eã homicidij crimine omnino teneri, etiam si non mortuus sit infans, sed ab alio educatus sit. Quòd enim in crimẽ incidat, infante mortuo est extra controuersiã, & nulli penitus dubiũ. Sinautẽ non fuerit in eius potestate infantem viuũ tueri, quòd ab hostibus forte vi captiua traheretur, minime punietur. Et lege lij can. huius sancti, qui præsentem etiam canonem interpretatur. An autẽ essent puniendæ, quæ proprios filios in diuinorũ templorum aditibus exponunt, an nõ, in synodali congressione varie disceptatũ est, & placuit eas vt homicidas puniri, & si infantes ab aliquibus educentur. Lege & cap. iiij. vj. tit. xxx. lib. quod sic dicit, Occidit qui non solũ qui suffocat, sed etiam qui abiecit, & nõ nutrit, & in publicu locu exposit ad misericordiam, quam ipse nõ habuit. Lege & totũ vj. tit. xxxij. lib. qui decernit eos qui exponuntur, etiam si serui sint, eo ipso liberos effici. Debet tamen puniri mulier propter magnam negligentiam, quæ dolo æquiparatur quæ quidem à iuris peritis lata culpa nominatur. Forte enim cum esset alioqui in rebus huiusmodi diligens & sollicita, in educando infante fuit negligens. Nã si inhuiusmodi rebus esset negligens, vel vt quæ esset nobilis loco nata, nec sciret quomodo infantum esset habenda cura, vel alioqui natura ad hæc non apta, & contigit infantem ea ratione non educari, sed perire, non punietur, vt puto.

Can. xxxiiij Adulteratas mulieres, & cõfitentes, vel quomodocunq; conuictas publicare quidẽ

partes

patres nostri prohibuerũt, ne cõuictis mortis causam præbeamus, eas autẽ stare, sine cõmunione iusserunt donec impleretur tempus pœnitentiæ.

BALS. *Adulteri secundũ l viij. can. stant in quatuor annis cũ deflentibus, quinq; cum audientibus, quatuor cũ supplicibus, & duobus cum iis qui consistunt absque cõmunione. Dicit ergo sanctus, si quæ adulterata mulier peccatũ confessa fuerit, vel quomodocunq; cõuicta sit, non oportet eam publicare, id est eam in delictarum pœnarũ locu statuere. Qui enim eã viderit extra diuinos ecclesiæ ambitus stantem, vel etiã cum catechumenis exeuntẽ, primo aspectu omnino intelliget, propter adulterij crimen eã illi esse pœnã inflictã, & fieri punitio causa mortu, post futurũ forte viri reditũ, qui id animaduerterit. Permittitur ergo consistere, & cum fidelibus cõprecari, à sacramentorum autẽ communione abstinere, donec pœnitentiæ tempus completum fuerit. Hæc autem humanitate in mulieres vti oportere sanctus diffiniuit, propter eam quã diximus rationem. Viri enim adulterium cõsitentes immisericorditer dicitur pœnu subiicũtur. quia non est timor in eis, qui de mulieribus dictus est, qui præsumũtur esse etiam alio fortasse criminibus obnoxij, & iure puniri. Quomodocunq; autẽ conuinci mulieres, non debet accipere de omnibus nota probationẽ, sed de muliere cõscienti e probatione, hoc est siue mulier sua spõte confessa sit, vel vt etiã à parendi periculo coacta, vel aliquo alio modo, clanculũ, & non publicè se ipsam condemnans, enunciauerit. Si enim aseru publicè factam esse probationẽ, & veluti in triũphum esse ductũ adulterium, rectè omnes pœnæ in eam congerentur. Neque enim canon in ea locũ habet, quoniã semel publicata est, & ex viri reditu nulla eadu suspicio tenetur propter pœnarũ denunciationẽ. Ex eo autem quod dicit sanctus, Ne demus conuictis causam mortu, cõuictis scilicet, & publicatis per pœnas, ne dixeru cõcedi maritu adulteras suas mulieres interficere. In sola enim propria domo in facto ipso deprehẽsum potest maritus adulterum occidere, & eum scenicũ, vel alium qui sit infamus. Et lege xxv cap. xxxvij. tit. lx. lib. xxvij xxix. & alia capita. Sed accipe etiam verbum sancti, ne fiant pœnæ causa magni scandali inter maritum & vxorem, & forte etiam vt procedat ad inimicitias illius eadem.*

In marito qui ab vxore relictus est, cõsiderare oportet causam derelictionis, & si præter rationẽ eam secessisse apparuerit, est maritus quidẽ dignus venia, illa verò pœna. Ei autem venia, vt ecclesiæ communicet, dabitur. Can. xxxv.

BALS. *Præsens canõ declaratur per factã à nobis interpretationem in lxxxvij. can. syn. in Trullo. Et lege ea, & ix. can. sancti patru, & vj. primi.*

Militum vxores, quæ cum mariti ipsarũ non appareant, nupserũt, eidem rationi subiicũtur, cui & quæ propter maritorũ peregrinationẽ ac absentiã reditu non expectato nupserint, sed res nonnullam hic venia admittit, quòd maior sit mortis suspicio. Ca. xxxvj.

BALS. *Hic quoque canon in l viij. syn. in Trullo collocatus, illic est interpretatus.*

Qui postquã aliena ei ablata fuerit, vxorem duxit, in prima quidem adulterij accusabitur, in secunda verò reus non agetur. Ca. xxxvij.

BALS. *Alienam hic dicit canõ, quæ legitimè nupsit, vel desponsa fuit alicui. si quis ergo adulteriũ cõmiserit, aliena in suam proprietatẽ vsurpata, lege vtiq; matrimonij, ei quæ ablata fuerit cũ legitima scilicet condẽnatione: alij autẽ coniunctus fuerit, pro adulterio quidẽ secundum canones punietur, in secunda autẽ vxore, quæ est à viro libera, reus non agitur. Hæc autẽ sunt à sancto cõstituta propter eos qui dicebant nõ debere adulterũ secundæ vxori coniungi, vt qui in capitalẽ condẽnationem incidisset, & nõ posset lege veteri contrahere, quæ obseruabatur tempore Basilij, scilicet ante repurgationem. Et si enim in capitale supplicũ quis incidat propter adulterium, non est tamẽ matrimonium contrahere prohibitus, & ideo de eo non punietur, multo autẽ magis u hodie non punietur, quando capitale supplicium sublatum est, & punitur adulter sola nariũ abscisione, & bonorum ablatione. Et lege lxxxij. cap. xxxvij. tit. lx. lib. & xxxij. nouellam imperatoris domini Leonis sapientis. Hæc autem locum habebant, vt mihi videtur, quando sola affectione constituebatur matrimonium: nunc autem quando cũ sacra oratione, & sancto ministerio procedit matrimoniũ, & sponsalia, adulter mulieri non aliter cõiungetur, quàm si ab adulterij pœnu fuerit liberatus, quæ declaratur in l viij. can. præsentis sancti.*

Puellis quæ præter patris sententiã fornicatores secutę sunt recõciliatis parentibus, videtur res remediũ accipere, sed non protinus ad cõmunionẽ restituuntur, sed triennio punientur. Ca. xxxviij.

BALS. *Puellas hic sanctus eas quæ sunt in potestate parentum appellat. Dicit ergo, quòd si alicuius puellæ tradent seipsas suis amatoribus præter suorum parentum sententiam, & ab illo vitium illi allatum sit, etiam si matrimonio sibi esse coniunctæ videantur, matrimonium eius quæ est in parentu potestate, non potest consistere sine paterna voluntate. Sin autem parentes ipsarum eis reconciliati fuerint, & eas cum amatoribus cohabitare voluerint, ei rei illa ratione videtur remedium afferri. Quod enim ab initio malè factũ est, parentum postea consensu reparare videtur, vt fornicatio in matrimonium deducatur, sed ea non est statim ad communionem recipienda, sed post tres annos. Ne factã autem speciem hoc in loco sic posuerit raptam fuisse puellam. Ex tricesimo enim* De parentũ consensu in matrimonio contrahendo.

can. & ex aliis didicisti, quòd si raptus factus fuerit, siue cum puellæ voluntate, siue ea nolente, non consistit matrimonium, etiam si qui habent in potestate, consentiant, sed pone eam quæ est in potestate, non raptam, cum qui illi stuprum intulit, sequi. Propterea enim sequens consensus facit vt à culpa remotum sit coniugium. Hæc autem vt mihi videtur, locum habebant, quando solo consensu consistebat matrimonium. Hodie autem quoniam fit cum *sacra benedictione, etiam si parentes consentiant, non fiet matrimonium cum sacra benedictione, nisi tres pœnitentiæ anni expleti fuerint, vel ab episcopo pro suo arbitratu ad tempus breuius redacti sint. Cùm enim benedictio, quæ cõsistere non poterat in impubere puella, facta esset, & ij postea matrimonio aliter benedicti, matrimonio iuncti essent, quæsitum est, an qui ex eis nascuntur sint germani ac legitimi. Dicebant enim nonnulli, quòd quoniam matrimonium ab initio non cõsistit propter puellæ impubertatem: quæ autem ab initio non consistunt, ex iis quæ postea eueniunt nõ conualescunt, quemadmodũ lex dicit, necessario nisi fiat secunda benedictio, eós ne legitimè quidem coniunctos dixerit quispiam. Hoc ipsum autem etiam debere fieri dicebant in filiafamilias, quæ præter patris sententiam benedicta est, insistentes, quòd etiam si postea conscenserit, qui illam habet in potestate, non consistat matrimoniũ, nisi etiam fiat benedictio. Macarius autem diaconus Constantini Nicenus dicebat quidem in filiafamilias non requiri secundã benedictionẽ, propterea quòd solius personæ scilicet patris, contemptus intercesserit, & is per consensum amputatus sit. In impubere autem voluit, secundã fieri benedictionem, quòd ius commune contemptum & nihili habuũ sit: & nõ aliter ei remedium afferri, nisi post correctionem, quod mihi non videtur propter benedictionis reuerentiam.

*ἐπανορθώσεως.

Can. xxxix. Quæ viuit cum adultero, est omni tempore adultera.

BALS. Mulier quædam quæ adulterata fuerat, & cum adultero vna vivebat, punita est. Cùm autem mortuus esset eius maritus, volebat coniungi adultero. Dicit itaque sanctus, quòd ne hoc quidẽ fiat, sed etiam donec viuit cum adultero, pœnã subire debet, etiam si x v. anni pœnitentiæ trãsacti sint. Illi enim demum eas quæ in pœnitentia dantur pœnas subisse videntur, & veniam adipisci, qui à malo abstinent. Qui autem perseuerant, eidem pœnæ sunt obnoxij, etiam si eam millies subierint. Ita ergo in canone facti specie propone: & ne dixeris omnẽ mulierem quæ cũ adultero cohabitat, esse adulterã. Eius enim vxor legitima illi cohabitans, est à reprehensione aliena, & quasi alia præter adulteram. Et lex quidem ecclesiastica hæc decernit. Ciuilis autẽ, adulteræ nullo modo permittit cum adultero cõiungi. Dicit enim lx vj. cap. xxxviij. tit lx. lib. Quæ semel adulterium commisit, si eius quæ eam adulterauit, postea vxor fuerit, non extinguitur prætextu matrimonij, quod post adulterium factum est. Et xlij. cap. xlij. tit. eiusdem libri, si propter vxoris adulterium condemnatus ipsam duxerit, etiã si ipsa non est condemnata, non est validum matrimoniũ: sed etiam si ipsam hæredem scripserit, vel ipsa me, publicatur hæreditas, nec quis militariter testans potest eã hæredem scribere, quæ ex stupro est cognita & ei fuit cõcubina, sed si tale quid cõtingat, locus datur publico. Et ij themata x. cap. xxviij. lib. Qui propter adulterium vxoris accusatus est, non potest eam vxorem ducere.

Can. xl. Quæ præter domini sententiam se viro tradidit, fornicata est. Quæ autẽ postea libero matrimonio vsa est, nupsit. Quare illud quidẽ fornicatio, hoc verò matrimoniũ. Eorum enim qui sunt in alterius potestate, pacta conuenta firmi nihil habent.

BALS. Ancilla quædam cuidam viro libero matrimonialiter coniuncta erat, præter mentem sui domini. Cum autem aliquantũ temporis processisset, vel libertate donata, quod cum priore viro contraxerat liberũ habuit matrimonium, vel etiam eius dominus prius facto quod non consistebat matrimonio consensit. Interrogatus ergo sanctus, an quod inter eos factum est matrimonium, castigari non debeat, dixit, quòd quoniam eorum qui sunt in potestate consensus infirmi sunt, & non possunt consistere, ideo non constitutum est legitimum matrimonium tempore seruitutis, etiam si domini consensu postea secutus, vel eadẽ ancilla manumissa, ad prius matrimonium se contulit, non videtur quod factũ est etiam ab initio legitimum propter sequentem consensum, secundum legem, quæ dicit, Quæ ab initio sunt infirma, ac inualida, ex iis quæ postea eueniunt non confirmantur. Et ideo pro priori quidem tẽpore fornicationis pœnæ eis imponentur: posterior autem coniunctus pœna carebit. Et hac quidem quãdo ancillæ matrimonium, quod consistere non potest, fuerit confirmatũ, vel post eius libertatem, vel post manifestum domini consensum, quem etiã tacita libertas necessario consequitur. Quid autem ancilla, quæ libero matrimonio coniuncta est domino sciente, & non contradicente vt fornicatrix reputabitur, eo quòd dominus non consenserit, an non? SOL. Xlvij. cap. iiij. tit. xxviij. lib. hæc dicit expressè, Si quis ancillam suam tradidit, qui autem liber erat, & ei qui dabat fidem habita, eã accepit, & forte etiã dotalibus confectis instrumentis, vel non confectis quidẽ, sed eius tamen voluntate rem tractauit, non iustum fuerit, non hoc matrimonium constitui, sed etiam tacitã libertatẽ cõsequi. Siue vir fuerit, siue mulier, & cũ hoc à domino factũ sit, eũ rámq; decernimus ad ingenuitatẽ arripi, remoq; tã quã in liberũ, & ingenuũ iudicari. Si autẽ ipse quidẽ matrimoniũ non cõtinuerit, alterutrius personæ dominus, cũ autẽ sciret quod fieret de industria celauit vt aduersus cõiunctorũ alterutrũ negociũ postea cõsarcinaret, eiusmodi quidẽ maleficiũ si quidẽ clarè ostensum fuerit, puniemus, & eũ qui tã improbũ cõsilium ceperunt, dominiũ auferimus, & hoc sit rursus quoq; matrimoniũ, perinde ac si eo cõsensisset

ab ini-

ab initio qui possidebat. At ille quidem à dominio excidat: rursus autem seruus ad ingenuitatẽ rapiatur. Cum hoc itaque euentat, vel si consensit, vel si se improbè gessit dominus, clarũ est quòd qui ex his matrimonijs nati sunt, erunt nobis ex hac lege liberi & ingenui. Et quoniam ex hoc ostenditur, ad libertatem arripi mulierem, quæ cum domini tolerantia nupsit libero, qui coniuncti sunt, nulla pœna afficti conseruabuntur. Quod enim ad veterem legem attinet, quæ matrimonium solo consensu fieri decernit, eiusmodi quoq; peractũ est matrimoniũ per tacitum domini consensum. Si quis autem dixerit, quòd cum non facta sit benedictio vt hodie obseruatur, ij pœnas non effugient, etiã si matrimonio coniuncti sunt, domino vidente, & patiente, audiet quòd quantum attinet ad pœnarum rationem, magis consideratur affectio quàm nouellarum constitutionum summum ius.

Quæ in viduitate habet sui potestatem, cohabitat ab omni accusatione libera, si nemo est qui coniugium diuellat, cum dicat Apostolus, Si mortuus sit maritus, libera est, vt nubat cui velit, tantum in domino. Can. xlj.

BALS. *Mulier quædam vidua volebat alij matrimonio coniungi: & non ei permittebatur, vel etiam coniuncta puniebatur. Sanctus ergo de eo interrogatus est, & respondit, quòd est in vidua potestate vt alij viro coniungatur, si tunc est sui iuris. Hoc autem in sola digamia seruabitur: neque enim sanctus trigamiã permittit. Recte itaque mulier vidua secundò nubet, & cum secundò nupserit, non punietur: siquidem non est filiafamilias, sed si sit in potestate parentis constituta, quoniam qui eam habet in potestate, potest matrimonium dissoluere. ipsa quoque, vt quæ sit fornicata, punietur. sed & mulieres quæ secundò nubunt, digamorũ supplicio subiiciuntur, vt sæpe diximus. Cum autem audis sanctum dicentẽ esse in potestate vidua nubere cui velit, ne dixeris eam posse impio, vel alicui alij suo genere indigno coniungi. Sed dic eam debere secundũ leges, & canones secundo viro nubere. Dicit enim primũ cap. iiij. tit. xxj. lib. Matrimoniũ est viri & mulieris coniunctio, & totius vitæ consuetudo, diuinarum & humanarũ rerum societas, & xxxj. syn. Laodicenæ canon, & ij can. syn. in Trullo, prohibent orthodoxos cũ hæretico coniungi. & ij. thema vij cap. v. tit. xx viij lib. dicit, Nõ est valitũ matrimonium filiæ vel neptis viri °senatorij cum libert.no vel scenico, vel scenici, aut scenicæ filio. Potẽt autẽ, & sanctus dominus noster & imperator, cum nobilium aliquot mulierum, cum viris ignobilibus cõtracta essent matrimonia, ea separauit, & separatos valde punijt, vt fecit in regium dominum Theodorum, Mesaritẽque qui Augustæ Brennij filiam, aliosque imperatorum scientia in vxorẽ acceperat. Quod autem adijcitur canoni, & dicit, Solum in domino, adiectum est propter infideles. In domino enim matrimonium contrahit, quæ cũ orthodoxo, non cum hæretico matrimonium contrahit.*

°σεκρέτωρος

°ἀξιωματικῶν

Quæ °sine iis qui habent potestatem fiũt matrimonia, sunt fornicationes. Nec ergo viuente patre, nec domino, ij qui cõueniunt sunt ab accusatione liberi, donec cõiugio domini annuerint: tunc enim accipit firmitatem coniugium. Can. xlij. °ἀνεύ τῶν ἐχόντων τὴν ἐξουσίαν.

BALS. *Hic canon est veluti summa proximorum canonũ. Dicit enim, quòd si filia familias, vel ancilla, matrimonium cum aliquo contraxerint sine voluntate eorum qui ipsas habent in potestate, hoc existimatur fornicatio, vtpote quòd nõ possit consistere. Quare & tanquã fornicatores punientur, & matrimoniũ tanquam quod non possit consistere, soluetur. Sinautẽ ij qui in eos habent potestatem, annuerint, hoc est admiserint, & voluerint, matrimonium tunc firmũ reputabitur. Quæ autem de eorum qui sunt in potestate, & dominorum consensu dicuntur, interpretare secundùm canones proximè interpretatos. De filijs autem familias, & seruis vxorem ducentibus, vel etiam fornicantibus, lege quæ in lxxxv. can. syn. in Trullo scripta sunt, & ix. cap. xiij tit. præsentis operis.* Parentũ in contrahendo matrimonio cõsensus

Qui mortis ictũ dedit proximo, est homicida, siue prior percussit, siue vltus est. Can. xliij.

BALS. *Percussit quispiã aliquem, & interfecit, & cum ruberetur reddere rationẽ cur interfecisset, dicebat, Nõ fui causa casus, sed is qui occisus est, vt qui pugnã initiũ fecit, & me prior percussit. Sanctus ergo de eo interrogatus, respondit, Homicida est qui quomodocunque hominẽ interfecit: siue primo loco, cũ qui interfectus est, percussit, siue eum vlciscens, vt qui prior percussisset, vulnus ei intulit. Interroganerit autem quispiã cum lex dicat in sexagesimo libro xxxix. tit. cap j. themate vltimo. Impunè quis illum interficiet, qui vel ipsum, vel suos cogit ad libidinem, & in titulo eiusdem libri, Vim vi licet repellere & arma armis: quomodo dicit canon eum qui se defensurus percussit, & occidit, punire vt homicidam? SOL. Pœnæ ecclesiasticæ non puniunt, sed sanctificant & medentur: & ideo decernit canon vt qui quomodocunque dei permissione in eadem inciderit, & ipsi etiam qui in bello occiderunt, in anima medicinam accipiant. & si hic quidem maiore opus habet medicina, vt qui sponte interfecit, ille verò minore, vt qui non voluntariè, vel in sui defensione, vel in bello. Lex autem ciuilis punit, non medetur. Vnde etiam cum qui habet affectum interficiendi, punit vt homicidam: cum verò qui inuoluntariè interficit, non punit: & eum qui illum perimit, qui ei vim afferebat, in puniendo conseruat, vt qui non ex se, sed ab eo qui fuit interfectus ad occidendum impulsus est. Existimo autem, quòd qui etiam in sui defensione occidit, tunc impunè abibit, quando eum interfecit, qui vulnus illi mortale inflixit, vel vim similem. Non autem*

eum, qui leuem ac medicabilem illi plagam attulit. Tunc enim vt homicida punietur. Dicit enim xiiij caput xxxiv. tit. lx. lib. Qui eum interfecit, qui ita inuadebat, vt in vitæ periculum adducerētur, non est reus homicidij. Et secundum eius thema, latronem inuadentem impunè licet interficere. Ego autem vidi sacerdotem, quo Laliter depositum, quòd alterum sacerdotem, qui præter eius voluntatem librum ex ecclesia sua accipiebat, detinuit, & librum propriū è manu eius contentiosè recepit, & ex eo euenit, vt sacerdos cui liber ablatus est, deliquium animi pateretur, & ipsa hora moreretur. Alius autem monachus & sacerdos ex Tiry monasterio, similiter est depositus, quòd monachum quendam, qui eū iniuria afficerat, graui vicißim iniuria affecit, & accidit, vt qui sic iniuria affectus est, simulac iniuriam audiuit, gemeret, & animam eructaret. Antistes quoque qui Agarenum interfecerat, qui ensem in ipsum vibrauerat belli tempore, similiter depositus est.

Can. xliij. Diaconissa, quæ vna cum Græco fornicata est, est ad communionem admittenda, ad oblationem autem septimo anno admittetur, scilicet si in castitate vitā agat. Græcus autem qui post fidē rursus ad sacrilegium accedit, ad vomitū reuertitur. Nos ergo diaconissæ corpus vt consecratū, cille in casu carnali non amplius permittimus.

BALS. *Quomodo, & quænā mulier diaconissa dicitur, ex diuersis canonibus didicisti. Diaconissa ergo mulier alicui Græco fornicatoriè coniuncta, non solum est deposita, sed etiam segregata, & qui cum ea rem habuit Græcus fidelis effectus, voluit eam vxorē accipere, tanquā qui per sanctum baptismum à Græca immunditia liberatus esset, & qui ei coniūgi non impediretur, quæ per priorem fornicationem diaconalem auctoritatem deposuisset, & esset veluti libera. Sanctus ergo de vtriusque fuit interrogatus, & respondit, quòd diaconissa, quæ fornicata est, & propterea fuit deposita, non segregabitur, vt non in ecclesia versetur, sed ad orationem, & stationem cum fidelibus admittetur. Dictum enim est in xxxij. eius can. quòd clerici qui peccatum ad mortē peccant, solum deponuntur, non etiam segregantur. Non enim vindicabis bis in idipsum. Porro & diaconissa propter fornicationem deposita ab ecclesiastica synaxi non segregabitur. Illi enim pro quauis pœna sufficit depositio. Quia autem qui fornicantur, triennio non sunt sanctorū mysteriorum participes, statuit sanctus, vt ea magis puniretur, quòd cū Græco rem habuerit eáque esset post septennium sacramentorum particeps. Græcum autē qui credidit, & eam quæ aliquando fuit diaconissa, habere quærit, sacrilegij condemnationi subiicit, si diaconissæ corpus, quod deo semel est dedicatum, per coitum coinquinauerit: & eū adeò canē vocat, qui ad suum vomitum reuertitur, hoc est ad priorem infidelitatem, per nefarium coitum. Quamobrē eam quæ semel deo est dedicata, etiam si fuerit deposita, nullo modo sinit alicui coniūgi, quòd sit corpus eius consecratū, & seruari debeat ab omni coitu, & omni vsu carnali. Nota ergo hæc propter clericos & monachos, qui transformant & mutant habitū, & monachas etiam, & ascetrias volētes legitimis vxoribus aut viris coniungi. Existimo autem eas ab hoc canone vetitè secundò nubere, prohibēdas, nec sacerdotū vxores, sicut nec qui sunt sacrati sacerdotiū recusantes, permittentur viuere vt laici, & secundò matrimonium cōtrahere: sacerdotum enim vxores, vnū corpus & vna caro sacerdotalis, per legitimam sacerdotij coniunctionem appellatæ, & ea de causa veluti consecratæ, non prophanabūtur per secundas nuptias. Sacerdotes autem, qui semel secundas nuptias eo quòd deo sunt consecrati reiecerunt, & deo hoc vtique professi sunt, non sinentur per carnalem cupiditatē sacerdotalem dignitatem repudiare, & quam deo fecerunt professionem infirmare, & carnali libidini seruire: sed etiam si semel sacerdotium renunciauerint, corpora sua, quæ sunt deo semel consecrata, prohibebuntur secundu nuptias prophanare.*

Cum diaconissa rē habere.

Nec monachi monachæ nō habitū mutātes, nec sacerdotes sacerdotio renūciātes possūt ij. matrimoniū contrahere.

Can. xlv. Si quis accepto nomine Christianismi Christum contumelia afficit, nulla est illi appellationis vtilitas.

BALS. *Infidelis quispiam baptizatus, & dignus habitus, qui Christianus diceretur, in deū quidem fidē habuit orthodoxam, non agebat autem secundū opera Christianorum: sed ecclesiasticas forte traditiones, & canonicas definitiones vituperabat, infidelitū operationes præferens, & eo modo deū iniuria afficiens. Interrogatus est ergo sanctus, an is propterea à fidelium cōmunione expellatur, an potius nequaquam sit accusandus, vt qui fidē orthodoxam elegerit, & dixit quod accipere aliquem nomen Christiani ipsum non iuuat, nisi in omnibus, vt par est orthodoxos, vitā instituat necessario ergo, vt membrū putridum ab integritate excindeatur sani corporis Christiani populi. Si velu autem canonē aliter quoq; interpretari, quòd non est propriè Christianus, qui facit mādata Christi, nihil vetabit. Dicit enim sanctus Iacobus frater dei in sua epistola hoc modo, Quid iuuat fratres mei, si quis se fidē habere dicat, opera autē nō habeat, nō potest fides eū seruare? Et Apostolus, Fides sine operibus mortua est.*

Can. xlvj. Quæ per ignorantiā nupsit ei qui ab vxore ad tēpus dimissus est, deinde dimissa est, vt prior a ipsum reuertatur, fornicata quidē est, sed per ignorantia. A matrimonio ergo non prohibebitur, sed melius est si sic manserit.

BALS. *Hic canon situs est in contextu xciij. can. syn. in Trullo, & quia de eo fusius illic tractatū est, lege eum & ix. canonem præsentis sancti patris.*

Encratitæ

Encratitæ, & saccophori, & apotactitæ subiiciuntur eidem rationi, cui & Nouatiani, quia de illis editus est canon, etsi diuersus: quæ autem sunt aduersus eos silentio prætermissa sunt, nos autem vna ratione eos rebaptizamus, si autē prohibita est apud vos hæc rebaptizatio, sicut & à Romanis, alicuius œconomię gratia, nostra tamē oratio vires obtineat, quandoquidem est veluti Marcionistarum germen eorum hæresis, nuptias abhorrentium, & nuptias auersantium & dei creaturam inquinatam esse dicentium. Eos ergo in ecclesiam non admittimus nisi in nostrum baptismum baptizati fuerint. Ne dicant enim, In patrem, & filium, & spiritum sanctum baptizati sumus, qui quidem deum esse malorum effectorem existimant, instar Marcionis, & reliquarum hæresum. Quamobrē si hoc placuerit, oportet plures simul esse episcopos, & sic canonem exponere, vt & is qui fecit sit extra periculum, & qui respondet, in responsione de his fide dignus habeatur. Can. xlvij.

BALS. *Sunt quidam Encratitæ, Saccophori, Apotactitæ, Nouatiani, & Marcionistæ, & quæ nam sunt hæ hæresum genera, in diuersis canonibus dictum est. Præsens autem canon, non eget interpretatione, quia nec vt decretum à sancto scriptum est, sed vt sententiæ suæ explicatio. Legitimam enim constitutionem ad synodalem definitionem remisit. Tu autem lege 7. can. 2. syn. & disce quinam ex hæreticis baptizantur, postquam recepti fuerint, & qui non.*

Quæ à marito dimissa est, mea quidem sententia manere debet. Si dominus autem dixit, Si quis reliquit vxorem præterquā ratione fornicationis, facit eam adulterari, ex eo quod eam adulterā nominet, exclusit eam à societate cum alio. Quomodo enim potest vir quidam esse reus, vt auctor adulterii, mulier autem nulli esse culpæ affinis, quæ adultera appellata est, propter consuetudinem cum alio viro? Can. xlviij.

BALS. *Vt est verisimile, sanctus interrogatus est, an debet marito legitimè coniungi quæ præter rationem à proprio marito separata est. Dixit itaque quòd quia dominus eam esse adulteram pronunciauit quæ extra fornicationē a suo marito dimissa est, si aly omnino coniuncta fuerit, debet ea mulier quiescere, & aly non coniungi, suum itaque dictum confirmans adiecit, quòd & si ea dimissionis causam dederit, non maritus, ipsa tamen si iniustum diuortium non tolerāter tulerit & ad suum coniugem redierit, sed aly coniuncta fuerit, vt adultera accusabitur. Eius autem qui iustum dicit esse reum vt qui fuerit auctor adulterij. Et in his quidem consistit canon. Tu autem lege 88. can. & 93. syn. in Trullo & quæ in hu a nobis scripta sunt de iis, quæ suos maritos reliquerunt & contra. Interrogauerit autem quispiā, cui pœnæ est obnoxius maritus mulieris, quæ iniuste dimissa est, & cum alia vitæ societatem iniit. SOL. Quidam dixerunt eum esse reum adulterij, sed mihi non ita videtur. Quoniam enim in mulieris voluntate situm est vt ipsa aly iungatur, & sic adulteretur, & toleranter pati, & non fieri adulterium, quomodo maritus, qui non est adulteratus, vt adulter punietur? Existimo ergo quòd vt adulter quidem non punietur, agetur autem in eum, vt qui præter rationem diuortij libellum emiserit, vt vult xiij. cap. cxx iiij. Iustiniani nouellæ seu iiij. cap septimi tit. xxviij. lib. quod sic habet. Quia autem nonnulli student nostram legem transgredi in qua specialiter causas enumeranimus, ex quibus solu potest emitti diuortium, vel a viro, vel à muliere, iubemus præter illas causas nullo modo fieri diuortium, vel factum confirmari, vel ex consensu matrimonium dissoluere, & peccata aliis condonare. Si autem præter causas à nobis definitas voluerint aliqui dissoluere matrimonium, iubemus, si quidem descendentes habeant, siue ex ipso, siue ex alio matrimonio, dare illis eorum substantias, secundum legum ordinem, virumque & mulierem intrudi in monasterium toto vitæ suæ tempore, & ex vniuscuiusque facultatibus circiter quatuor vncias monasterium in quæ immittuntur separari, marito scilicet ne vsum quidem habente eius partis, quæ datur liberis. Si autem descendentes non habeant, sed ascendentes inueniantur, ipsi tertiam partem facultatum accipiant, præterquam si matrimony solutionis consenserint. Duæ autem partes monasteriis in quæ vnusquisque mittitur, separentur. Si autem nec descendentes, nec ascendentes fuerint, vel si etiam ascendentes ei quod factum est consenserint, iubemus omnes facultates dari monasteriis in quæ coniecti sunt, ne propter hanc inuentionem, dei quoque iudicium contemnatur, & lex nostra transiliatur. Sed & eos, qui eiusmodi matrimony solutionibus deseruiunt, vel eiusmodi nefarios contractus componūt, corporalit as pœnas subire iubemus, & multi in exilium. Si autem vi qui matrimonium soluere conati sunt, rursus velint seipsos matrimonio coniungere, priusquam in monasterium initiantur, damus ei hoc agendi facultatem & prædictas illi pœnas condonamus. & vt facultates habeant ipsis concedimus, & vt ita inter se vīuant, perinde ac si nihil inter se huiusmodi peccassent: si vna autem persona velit renouare matrimonium, nisi altera persona consenserit aduersus eum qui non vult, pœnæ seruentur. Hæc autem omnia seruari iubemus, & in hac vrbe Regia, & in prouincia, & per comitem priuatorum, & per præsides prouinciarum, & eorum ordines ipsis scientibus, quòd si eo peccante se segniter gesserint, & non hæc omnia seruauerint, & exterminationem, & publicationem subibūt. Hæc autem ipsa seruari iubemus*

loci quoque sanctissimos episcopos, vt eorum prouidentia, personæ quæ traditæ sunt, in monasteria cõiiciantur, & ex rebus ipsis ea quæ à nobis definita sunt, monasteriis præbeantur.

Can. xlix. Stupra quæ per vim inferuntur, non sint accusationi obnoxia. Quare etsi ancillæ vis allata fuerit a proprio domino, ea à culpa est libera.

BALS. Præsens edita est responsio, pro aliqua ancilla, quæ à suo domino vim passa est. Dicit enim, quòd quoniam alia quoque stupra, quæ necessitate, & vi perpetrantur, ab hostibus scilicet in captiuas, & à personis quæ regunt, in eas personas quibus præsunt, necessario quoq; ancilla, quæ vi cũ suo domino rem habuit, nõ incidet in pœnas fornicatorũ. lege canonem primũ sancti Dionysij archiepiscopi Alexandrini ex eo lem canone in pascha. Hæc autem, vt mihi videtur, seruabuntur, vt quantum ad hoc vt quæ stupratæ fuerunt, propter stuprum, fornicationis supplicio afficiantur. Nam si per vim vel ignorantiam aliquis in rem incideri t, quæ eum à sacerdotali ministerio arceat, nõ adimnabitur ad hoc vt sit deinceps cum sacratu, quoniam non propria voluntate in hoc malum incideri t: sed deponetur. & lege primum canonem synodi Ancyranæ, & xxvij. can. præsentis sancti patris. Propterea enim, vt existimo, nec qui imperatoria auctoritate tondentur, possunt transformari, habitum ve mutare sancti Basilij præsentem can. producentes. Sed erant necessario monachi, etiã si vi tonsi fuere, quemadmodũ & quæ vi stuprata est. si erat diaconissa, in pœnam quidem non incidet, sed nihil amplius diaconicum exercebit, quòd ea dei permissu in malum inciderit, quod ei aufert diaconicam auctoritatem.

Sacerdos, qui incidit in rem quæ eum arcet à sacerdotio.

Can. l. Trigamiæ lex non est. Quare lege tertium matrimonium non prohibitur. Veruntamen ea vt ecclesiæ inquinamenta videmus: sed publicis condemnationibus non subiicimus, vt quæ soluta ac profusa fornicatione sunt magis expetenda.

Præfertur polygamia solutæ ac liberæ fornicationi.

BALS. Cum audis sanctum dicentem non esse legem in trigamia, ne dixeris etiam à lege ciuili prohiberi trigamiam. à lege enim concessa est, sed ecclesiasticam hic legem intellige. legem autem ciuilem dic antiquam, quæ ante sanctum patrem obseruabatur, non autem eam quæ multo post seculo lata est, scilicet Porphyrogenneta, & imperatoris domini Constantini decisionem, quæ sita est in primo canone huius sancti, quam etiam lege, vt dicit Zonaras Neque enim fieri potest vt hoc dicat quòd in sanctimentem venire non poterat vt pote quod multis post seculo factum est. Quod autem etiam à lege antiqua tertium matrimonium permissum est, lege lib. xxviij. tit. viij. cap. lxij. thema vj. & tit. xviij. cap. iiij. Nota autem, quòd ex hoc præsenti canone apparet non separari tertium matrimonium vt contra legis factum. Dicit enim, quòd inquinamenta quidem ecclesia tertia matrimonia omnino reputãtur, vt quæ ab eccl: sia nõ permittuntur, si rogata fuerint. Publicis autem condemnationibus, seu manifestis diuulsionibus non subiiciuntur, quòd sint eiusmodi coniugia fornicatione meliora. Qui autem matrimonium ita contraxerunt, per polygamiam minus effusè peccant. Qui autem fornicantur, laxis habenis in vitia feruntur, vt qui indiscriminatim ex alia muliere ad aliam transeant.

EIVSDEM AD EVNDEM EPISTOLA CANONICA TERTIA.

VOD aduersus clericos statutum, est canones indefinite ediderunt, vnum in iis qui lapsi sunt, supplicium decerni iubentes, à ministerio scilicet motionem, siue sint in gradu, siue etiam in ministerio, quod non impositis manibus datur, perseuerent.

Clerici ordinati, & qui characterem susceperunt.

BALS. In xxxj can. sanctus definiit propter omne peccatum clericos per solam depositionem puniri. Sed quia nonnulli dixerunt illos reputari clericos, qui ordinati sunt, non autem eos qui per solum characterem constituti sunt in gradibus ecclesiasticis (illos enim magis puniri volebant) definit sanctus per præsentem canonem, omnes similiter clericos per solam depositionem, seu per motionem à conuenienti sacro ministerio, puniri, siue sint ordinati vt presbyteri, diaconi, hypodiaconi: siue per solum characterem operationem sacerdotalem habeant, vt lectores, cantores, ianitores, & similes. Et hæc quidẽ de clericis per ordinationem, vel characterem in ecclesiasticis gradibus collocatis. Si quis autẽ ab episcopo, vel monasterij præfecto tonsurã habens in crimẽ inciderit, is ne aliquo modo punietur? SOL. Et quoq; est clericus, & condẽnabitur vt reliqui clerici: prohibebitur enim quod nu opus exercere, cuiusmodi exercẽt qui habent tonsuras, quẽadmodũ non conscendet tribunal, non leget in ambone, ad sacerdotalem gradum non promouebitur. Miror autem, quomodo nonnulli depositi charsullarata ecclesiastica exercent, quæ quidem soli sacrati exercent. Similiter miror, quomodo qui solas habent tonsuras, & peccantes examinantur, & omnino vt laxi puniuntur. Vidi enim hoc alicna

quadam

quadam ratione, & per abusum fieri. Nota autem ex præsenti canone, quòd quoniam officia dantur per characterem, sunt autem & ij gradus, iniuria afficiuntur, qui ab episcopo ex ipsis officiis indicta in iudicio causa expelluntur, neque enim habent episcopi facultatem hoc in eu facienda post characterem, quod non possunt facere in diaconicis dignitatibus.

Quæ fœtus in via nati curam non gessit, si cum posset quidem seruare, neglexerit, vel se ideo peccatũ celare existimans, vel etiam omnino beluina, & inhumana ratione vtens, tanquam propter homicidium iudicetur. Sinautem cum concinnare & cõponere non potuit, & propter solitudinem, rerúmque necessariarum inopiam fœtus interiit, matri ignoscendum est. Can. lij.

BALS. *In xxxiij. can. sanctus de ea quæ in via peperit, & fœtũ neglexit angustius statuit: nunc autem fusius decernit de speciebus negligentiæ, & dicit, quod si quæ ex fornicatione quidem, vel adulterio clam vel concepit, vel peperit, & timens ne cognosceretur, statuit per nati fœtus interitum celare peccatum, vel etiam beluinè, seu inhumanè in fœtum se gessit hoc est instar ferarum quæ carnes humanas deuorant, & eis non parcunt, eius non misereta est, debet instar homicidæ puniri. Sinautem volebat quidem infantem seruare, sed non potuit propter solitudinem & veram inopiam, & eo factũ est, vt interiret, digna erit eas ignoscatur. sed quia in xxxiij can. diximus, quod quæ in via peperit, & negligenter, vel etiam fraudulenter in id quod natum est, affecta est, vt hon icida iudicatur, non solum si interiit quod natum est, sed etiam si ab alio educatum sit. Rursus quoque dicimus, quòd etiam ex iis quæ illic scripsimus, hoc probatur. non minus autem & ex præsenti canone apparet. Illic enim sanctus mulieru contemptum, vel fraudem inducit, non addit autem fœtus interitum, sed dicit, tanquã ob homicidium matrem condemnari, hoc est etiam si fœtus non fuerit interfectus, condemnari autem propter malam affectionem. Infante enim illius dolo vel socordia interfecto, uelebat sine controuersia vt homicida puniri. Quando autẽ nec per negligentiam, nec per dolum matru id euenerit, dicit illi quoque ignosci oportere, & adiecit fœtum interire a solitudine, & à verũ necessariarũ inopia. si enim dixisset, nec matru negligentia processisset, quomodo quis eam criminandam esse diceret? illud autem, matrem beluinè affici, accipe secundum præsentem interpretationem, & non vt dicebant aliqui, secundum ferarum maternam educationem. Permultæ enim feræ pullos suos diligenter curant, & educunt, & pro eis pericula subeunt, nec sunt eis conferendæ mulieres, dolosæ, & socordes, matres scilicet. Iam enim leæna tantam suorum catulorum curam gerit, vt antro egrediens, & pedũ suorum vestigia cauda confundens, non sinit antrum suum inuestigari à venatore, & fœtus suos interimi.*

Vidua ancilla ferte non multum lapsa est quæ sub raptus simulatione, secundum matrimonium eligit. Quamobrem eam de illo accusare non oportet: neque enim simulatio iudicatur, sed voluntas. Clarum est autem quod illam manet pœna digamiæ. Can. liij.

BALS. *Ancilla, inquit sanctus, vidua, & volens quidem secundum matrimonium contrahere, forte autem ne hoc faciat retardata, propterea quod à suo filio, vel a primo coniugij cognatis damnaretur, & propterea se raptam fuisse præ se ferens, per futurũ coniugem accusari non potest, quia nõ est verus raptus, sed velatus sub secundi matrimonij prætextu. æquum est autem neminem à prætextu seu simulatione damnari, sed ex affectione, & voluntate. Quare si nõ suberat secũdi matrimonij ratio, sed propter fornicationem se raptam esse simulauit, vt quæ fornicata sit puniatur. Viduam autem ne dixeru esse & ancillam, sed fuisse quidem aliquando ancillam, nunc autem liberam. ipsa enim potest primo, & ij. cõtrahere matrimonium, sed non ancilla, quæ à lege non cognoscitur, & a legitimis contractibus. Quoniam autem nonnulli canone ad ancillas tractato, dixerunt quòd post simulatum raptum dominus secundo matrimonio annuit, & sic quoque fortasse existimarunt fornicationem effugere, tanquam matrimonio per domini consensum confirmato, audiant quòd quoniam primum matrimonium factum est ancillæ cum libero, tunc autem necessario quoque consensu domini consequutus est, est superuacaneum, vel potius non admittendum, vt supponatur eam fuisse ancillam tempore simulati raptus. A primo enim matrimonio, quod domini consensu factum est, ancilla tacitè liberata est, nec amplius opus habuit consensu eius qui fuit aliquando dominus, ad secundum matrimonium. Interroguerit autem quispiam cum leges & canones quemadmodum sæpe dictum est, non permittant vt raptores raptu legitimè coniungantur, etiam si raptarum voluntate fiat raptus, quomodo dicit præsens canon à raptu simulato non impediri secundum matrimonium? SOL. Hic raptus à vero factus non est, nec vlla actio, quæ raptum constituat, sed mulier quæ volebat secundo nubere, se raptam fuisse simulauit propter causas dictas superius. Si enim raptus omnino factus est, nec matrimonium quidem inter eos intercedet, sed raptorum, & fornicatorum pœnis omnino subiacebitur.*

De inuolũtariis cædibus scio me ante hoc tempus in octauo canone, cuius est prin- Can. liiij.

cipium. Qui ſecuti ad ſuam pietatem, ſcripſiſſe pro viribus, & nihil vltra illa poſſum dicere: eſt autem tuæ prudentiæ pro circunſtantiæ proprietate pœnas intendere vel remittere.

BALS. *Sanctus rurſus etiam interrogatus eſt, quomodo debent puniri qui cædes inuoluntariè perpetrant, & reſpondit, plus quam dixerim in octauo canone, non poſſum de inuoluntario homicidio dicere. Conceſſit autem ei qui adminiſtrat, qui inuoluntarium homicidium commiſit, vel pœnam augere, vel minuere ſecundum proprietatem circunſtantiæ, ſeu ſecundum modum, & cauſam cædis, & ſecundum qualitatem perſonæ quæ interfecit eiuſque affectionem. Quod autem variè ſcilicet aliquando quidem graviter, aliquando leuiter puniantur cædes inuoluntariæ, clarum eſt ex iis quæ quotidiè accidunt circa infantes, quæ in matrum vlnis ſæpe moriuntur. ſi enim ex ebrietate mater graui ſomno affecta, relicto incuratio infante dedit cauſam cædis, acerbe punitur. Si autem ex mala valetudine profundè dormit, & infantulo mortiferum ſomnum præbuit, leuius punitur. Ego autem vidi quandam mulierem diuitem & delicatam, graviter punitam, quòd per ſe, & non per nutrices infantem mamma aleret, & propter inſcitiam importunè cum lacte, pro lacte mortifero cum veneno potauit.*

Pœnas augere vel minuere poteſt ſacerdos.

Can. iv. Qui ſe latronibus aduerſos obiiciunt, ſi ſint quidem extra eccleſiam, à boni communione arcentur: ſi ſint autem clerici, à gradu deponuntur. Quicunque enim, inquit, gladium accepit, gladio peribit.

BALS. *In xiij. canone ſanctus conſulendo definiit, vt qui in bello interfeciſſent à ſacramentorum communione abſtinerent tribus annis integris. Hic autem eos qui ſe latronibus oppoſuerant, & eos interfecerant, ſi ſint quidem laici, arcet à ſancta communione. Clericos autem depoſitioni ſubiecit, & dicit ſe hoc definiuiſſe ſecundum ſcripturam quæ dicit, Quicunque gladium acceperit, gladio peribit. Gladium autem, & mortem vocat, depoſitionem, & ſacramentorum priuationem. Abstu enim qui ſapiunt hæc mortiferum ſupplicium exiſtimantur. Quia autem xiij. can. inſtar conſilij editum dicebant nonnulli, non afferre neceſſitatem, & propterea deſpicit, dicimus quod ex præſenti canone, qui indiſtincte punit eos qui ſe defendunt, & latrones interficiunt, apparet illum etiam canonem iam afferre neceſſitatem & eccleſiaſtica quidem lex eos ſic punit, ſecundum autem themata & cap. xxxix. tit. lx. lib. ſic dicit expreſsè, Inuadentem latronem licet ſine periculo occidere: tempore autem ſanctiſſimi illius patriarchæ domini Cōſtantij Chiarensi, cum quidam acceſsiſſent ad ſanctiſſimam dei magnam eccleſiam, & ſe armatos in latrones incidiſſe dicerent in clauſura ſancti Baſilij, & eos interfeciſſe, & vellent ſcire quid agendum, ſynodaliter diſputatum eſt, an omnes qui latrones interficiunt debeant indiſtincte puniri: & dixerunt nonnulli, quòd ſi quis potens latronis inſidias effugere hoc non fecit, ſed cum dedita opera interfecit, non punietur ſecūdum præſentem canonem, ſed tanquam in homicidā gratus in eum animaduertetur. Quis enim ſcit, inquit, an qui in eum impetum faciebat latro, ſi vixiſſet, dei prouidentia à latrocinio ceſſaſſet, & deo adhæſiſſet? Vrebantur autem & antiqua ſuperius ſita lege, quæ dicit, Si non poſſet tuto effugere, crimini non datur. Si autem latro violētam manum aduerſus eum qui ipſum interfecit intentauit, fiet quod præſens canon decernit. Atqui lex quoque ſuperius dicta ſic habet, Si autem qui occidit nec latronē proſequutus eſt, nec dum latro eum perſequeretur ipſum occidit: ſed propter communem vtilitatem incitatus hoc molitus eſt, & ipſum interfecit, nec legitimè, nec eccleſiaſticè punietur. Is enim, inquiunt, præmiis quoque dignus eſt, vt qui multorū animas à morte liberauerit, & locum qui latronis inſidiis, tanquam quibuſdam ſpinis & tribulis ſuffocabatur, manſuefecerit. Hoc quoque confirmabant ex lege, quæ ſita eſt in primo titulo iij. lib. & decernit eum nō eſſe infamem, qui pro oſtentanda virtute cum beſtiis pugnauerit, & pro oppugnanda belua abſque ea nam venatione mercedem acceperit cum ea belua prouinciam magnopere læderet. ſynodo autem viſum eſt, vt quod ad leges eccleſiæ attinet, & qui ſe defendentes, & qui propter publicam vtilitatem inuitati, latrones interfecerunt, puniantur quemadmodum puniuntur qui in bello occiderunt: ſi autē qui latronem interfecit, quando poterat ſuum latrocinium effugere, amplius puniatur. Tamen ſecundū iura legitima ſuperius dicta diuiſio, nō repudiabitur. Et hæc quidē de laicis. clerici enim quomodocunque occidentes deponuntur, nulla habita differentia hoſtium, vel latronum, vel aliquorum aliorum. & lege ſynodalem declarationem factam in xv. Menſis Maij, tempore ſanctiſſimi patriarchæ domini Conſtantini Chiarensi, ſitam in fine præſentis libri, quæ tractat hæc omnia. lege & xxiij. cap. xiij. tit. præſentis operis.*

Gladio perire.

Can. lvj. Qui ſua ſponte interfecit, & poſtea pœnitentia ductus eſt, xx. annis ſacramento non communicabit. Viginti autem anni ſic in eo diſpenſabuntur. Debet quatuor annis deflere ſtās extra fores oratorij, & fideles ingredientes rogans vt pro eo precentur, ſuā iniquitatē pronuncians. Poſt quatuor autē annos inter auditores recipietur, & quinque annis cum ipſis egredietur: ſeptem autem annis cum iis qui in ſubſtratione orant egredietur. In quatuor annis ſolum ſtabit cum fidelibus, ſed non erit oblationis particeps. Iis autem expletis, erit ſacramentorum particeps.

Qui

Qui non voluntariè interfecit, vndecim annis sacramentis non communicabit. Vndecim autem annis sic in eo dispensabunt. Duos quidem annos deflebit, tres autē annos inter auditores perseuerabit, in quatuor * subsistratus, & anno solum consistet, & deinceps ad sacra admittetur. Can. lvij. * ὑποπίπτων

BALS. *Præsentes duo canones describunt quomodo debent puniri qui voluntarias & inuoluntarias cædes fecere. Pœnarum autem etiam modos definiunt.*

Qui adulterauit, in quindecim annis sacramentis non communicauerit. In his autem quindecim annis sic quoque dispensabitur. Quatuor annis erit deflens, quinque audiens, quatuor * subsistratus, in duobus consistens sine communione. Can. lviij. * ὑποπίπτων

Fornicator septem annis sanctis non communicabit, duobus deflens, & duobus audiens, & in vno solo consistens, octauo autem ad communionem admittetur. Can. lix.

BALS. *Etiamsi, quæ præsentibus duobus canonibus decreta sunt, quod ad dictionem attinet, clarissima, sed tamen quod ad praxin attinet, sunt omnino difficillima. nemo enim ea quæ illic continetur ratione curatur: & nisi esset incenarrabilis clementia dei misericordia, omnis caro periisset. Ne autem contrarius esse sibi videatur xxij. canon sancti patris, qui dicit, eos qui ex raptu mulieribus stuprum afferunt quadriennio puniri. Illic enim sanctus ea quæ ab iis qui eum præcesserant patribus statuta sunt ostendit, nunc autem suam sententiam protulit.*

Quæ virginitatem professa à voto suo ac professione lapsa est, peccati adulterij tempus in suæ vitæ dispensatione complebit. Idem & in iis qui vitam monasticam profitentur, & labuntur. Can. lx. Fornicatarū Virginum, & monacharum pœna.

BALS. *Sæpe diximus, quòd virgines mulieres dedicabantur ecclesiis cum laico amictu, & ab episcopu nutriebantur vt quæ, & virgines esse, & ecclesiu assidere profiterentur. Hanc ergo virginem quæ hæc professa est lapsa, seu fornicata est, decernit sanctus, vt adulteram tractari, seu puniri, & non solum eas, sed & monachos, & monachas similiter post conuersionem curari. Ne tibi autem videatur aduersari xix. canon synodi Ancyranæ, decernens lapsas virgines pœnu digamorum subiici. Is enim à præsente canone sublatus est, qui est multo antiquior: lege & xviij. can præsentis sancti, & nota quòd ex præsenti canone monachi qui fornicantur, & non deponuntur, vt qui non habeant l. cloris characterem à suo præfecto, vel episcopalem ordinationem, post defectionem, seu delictum, instar adulterorum puniuntur. Similiter etiam ascetriæ, & monachæ. lege & xj. tit. præsentis operis cap. v. viij. & ix.*

Qui furatus est, si ex se quidem pœnitentia motus seipsum accusauerit, anno à sola sacramentorum communione arcebitur. Si autem conuictus fuerit, duobus annis tempus illi ad * subsistrationem diuidetur, & consistentiam, & tunc communione dignus habeatur. Can. lxj. * εἰς ὑπόστασιν

BALS. *Diuini canones lenius puniunt eos qui sua peccata confitentur, & ideo statuit magnus Basilius, vt qui suum furtum confessus est, sola sacramentorum communione anno vno arceatur: is autem qui vt fur condemnatus est, vel in furto fuit deprehensus, biennio puniatur, nec in deflentu, nec in audientu, sed in subsistratu, & consistentu loco ponatur, & post duorum annorum lapsum sacramentorum communione dignus habeatur. Tu autem opta, ne præsens canon secundum furis definitionem intelligatur, quæ dicit, Fur est, qui præter domini voluntatem aliena contrectat, sciens se eum molestia afficere. Nullus enim ferè eorum qui in vita versantur sacramentu, vt mihi videtur, communicabit, si hoc datum fuerit. nam monasteriorum quoque ministri, etiam si sint religiosissimi, præter suorum præfectorum sententiam, aliquid sibi modicum ad vitam substentandam priuatim accipiunt, & ad alios transferūt, & filij à parentibus subripiunt. Mitto seruorum * nequitias & clandestinas subreptiones, eorum quæ ad dominos suos pertinent. Hæc sunt malorum vlias, & malum dilatant. Sed vt intelligatur edictu hic canon in fures impudentes leges & lxvj. cap. xij. tit. lx. lib. quod dicit, Fur etiam si pœnitentia motus rem domino reddiderit, fur esse non desinit.* Cōfessio peccati. * κλοπείας

Qui in brutorum concubitu suam impietatem profitetur, eadem ratione confitens seruatur. Can. lxij.

BALS. *Tanquam adulteros definit sanctus puniri masculorum concubitores, & qui bruta incūt omnino oportere, postquam scilicet a malo defecerint, & confessi fuerint. De masculorum autem concubitoribus, lege etiam vltimum caput xxxiij. tit. lx. lib. quod dicit, Iu qui bruta incunt, seu pecora insiliunt caput abscindatur.*

Periurus vndecim annis non erit communionis particeps, duobus annis deflens, tribus audiens, quatuor subsistratus, anno solum consistens, & tūc communione dignus habebitur. Can. lxiij.

BALS. De periurio lege xviij. cap. xiij. tit. præsentis operis, & quæ à nobis in illu scripta sunt.

Can. lxiij. Qui præstigias, vel veneficium faretur, is homicidę tempore confitebitur, ita dispę satus, vt qui in vno quoque peccato se ipsum conuicit.

BALS. Præstigiæ quidem sunt, per solas incantationes, ac inuocationes quancunque actionem facere. Veneficium autem est, per noxia pharmaca esculentum vel poculętum aliquid componere, & hominem veneno perimere. Lege autem xx. cap. xiij. tit. præsentis operis, & quæ in eo sunt, & xxv. cap. ix. tit. huius operis.

Can. lxv. Qui sepulchra effodit, vndecim annis carebit communione.

BALS. De sepulchrorum effossoribus, lege caput xxiij. xiij. tit. præsentis operis, & xxvij. cap. ix. tit. huius operis.

Can. lxvj. Cum sorore coitus homicidæ tempore punietur.

Can. lxvij. Prohibitæ cognationis in matrimonium coniunctio, si deprehensa fuerit, vt quæ in hominum peccatis facta est, subibit adulterorum pœnas.

BALS. Lege xxix. cap. ix. tituli præsentis operis, & xx cap. xiij. tit. & lib. lx. tit. xxxvij. cap. lvij. quod dicit, Qui matrimonio coniunguntur, vel alias carnaliter copulantur * patrueles fratres, & liberi qui ex eis nascuntur, & solum, quinetiam pater & filius cum matre & filia, vel duo fratres cum duobus sororibus, vel duo fratres cum matre & filia, vel consobrinus cum ea quæ fuit vxor auunculi, vel auunculus cum ea quæ fuit vxor consobrini præter sepa ationem etiam verberentur. Et hæc quidem hoc modo. Quia autem in i terpretatione ij. cap. xiij. tit. præsentis operis ostendimus, quod regium quidem iussum factum est, prohibens vnum & eũdem duabus secundu * sororibus patruelibus legitime coniungi, non fuit autem prius positum, sed & ecclesia prohibet eiusmo i matrimoniũ, debes scire, quo l postquam nos hæc scripsimus, tempore sanctissimi & vniuersalu patriarchæ domini Theodosij xxx iuly mensis, xiij. indictionu facta est declaratio synodalis, quæ ad verbum sic habet, Sanctissimus metropolitanus Apro frater & cõminister vestræ me iocritatis, Romanus Arrabassius allato synodaliter scripto quod hac hu verbu continebat. Puella quædam, quæ Irene dicitur sponsalia contraxit cum quodam Iohanne, nata decem annos. Cum autem dicta essent illicita illius spõsalia, facta est iudiciaria declaratio permittens eos vtique separari, qui sponsalia contraxissent: quòd essent, vt dictum est, sponsalia contra leges facta. Vult ergo Irene hodie l. gitime coniungi Theodoro, qui est Iohannis secundus patruelis, & interrogat an habeat aliquod in pedimentum, rogauit nostram mediocritatem, & sacram fraternitatem, vt ab ea edisceret, an nullum habeat impedimentum cõtractus de quo scriptura facta est. Ab ea ergo audiuit, & præsente fratrum congregatione, quòd eiusmodi cõtractus nullo modo est prohibitus. Quia enim quæ cum Iohanne contracta sunt sponsalia, vt quæ propter Irenes ætatem consistere non possent, soluta sunt, recte Irene, secun lo eius patruelis l ge matrimonij coniungetur. neque enim Irenem cognatam personam reputat Theodorus, nec cognationu vinculis ac finibus constringitur, eo quòd sextum cognationu gradum excesserit. Nota quòd ex præsenti synodali declaratione permissum est vnum & eundem duabus secundu patruelibus sororibus coniungi, quod mihi non placet, & lege factam a nobis de hac quæstione diiudicationem sitapi in fine libri.

* ἐξάδελφοι

* ἐξαδέλφους

Can. lxviij. Lector, si cum sua sponsa ante matrimonium commercium habuerit, postquam anno cessauerit, ad legendum recipietur, manens non vlterius promouendus. Quod si absque desponsatione furtim coierit, cessabit à ministerio. Idem & minister.

BALS. Cùm quidã lector cum sua sponsa ante matrimoniũ eius volũtate congressus esset (id enim significat, cõmercium habuit) Sanctus interrogatus est an is debeat, vt qui furtim congressus est castigari post matrimonium. Dicebant enim nonnulli, quòd quoniam sponsalia non sunt perfectum matrimonium: potest enim pars, quæ accepit arram, quæ sponsalia constituit eam reddere duplicatam, & soluere sponsalia, existimatur l ctor non cum legitima vxore, sed cum mulier libera rem habere, & ideo cum is annumerari qui furtim coeunt. Dicit itaque sanctus, quòd si lector qui cum sua sponsa, non cum omino alia muliere coiit, tanquam fornicatus sit, non reputabitur. Sed quia non expectauit perfecti matrimonij mysterium, vt qui pusillo & non constanti animo sit, punietur, idest anno vno segregabitur: deinde admittetur ad hoc, vt sit solum lector. ad maiorem enim promotionem non proueh tur, hoc est neque diaconus erit, nec sacerdos, multo autem magis episcopus. Sinautẽ inquit, lector cum muliere aliqua coierit, quæ non sit sibi desponsa, & si cum ea forte locutus erat de ea accipienda in vxorem, etiam si post coitum eam in vxorem accepit, non solum non promouebitur, sed etiam eo ipso depositioni subiicietur, nihil ex eo adimus, quòd eam postea legitime vxorem acceperit. Idem autem erit etiam in ministrum, seu hypodiaconum. Nam & si cum eo modo furtim coierit, deponetur. Ad vnum autem factum, quod est de furtiuo coitu, refer quod de diacono definitur, non autem etiam ad hoc

* ὀλιγοψυχίας

vt

vt promoueatur, postquã cum sponsa coierit, vel nõ. Non enim permittitur hypodiacono, sicut & lectori, post ordinationẽ desponsam habere mulierẽ, & matrimonium cõtrahere. Dicit enim Apostolorũ xxvj. can. hoc modo, Eorum qui ad clerũ non ducta vxore peruenerũt, iubemus volentes solũ lectores, & cantores matrimonium contrahere. Si quis autem furtiuo cõcubitu cõgrediens, postea diaconus factus sit, suo gradu exturbetur cognito crimine. Et hæc quidem hoc modo. Scias autem quòd quæ hoc canone cõtinentur, in synodali iudicio varie disceptata sunt, & dixerunt nonnulli hæc locum habuisse, quando sponsalia consensu contrahebantur, & dissoluebantur. Nunc autem quando non aliter contrahuntur, nec soluuntur, nisi iu modu, & causis, quibus perfectum quoque matrimonium contrahitur, & solutur, hæc omnia exoleuerunt. Vnde nec permittitur alicui eorũ qui sunt ex tribunali morte vel aliqua alia causa à sua sponsa separato, alij mulieri cõiungi, & si qui hoc fecerit, vt bigamus deponitur: similiter & lector qui in talẽ quid incidit, ad altũ gradum non promouetur. Volebant autem eũ quoque qui hodie cum sua sponsa rem habuit, id impune fecisse, quòd non possint solui sponsalia. Cum autem Augustus ille, & magnus * Drũgarius dominus Stephanus Comnenus, esset matrimonio iungẽdus domina Eudochiæ Augusti illius, & magni domestici domini Iohãnis filia, & prohiberetur, eo quòd soror eius domina Irene desponsa esset illi Augusto domino Alexio imprimis Augusti domini Iohãnis incliti Imp. filio, qui erat primus patruelis magni Drũgarij, & fieri non poterat, vt duo primi patrueles duabus sororibus cõiungerentur, synodicè agitatũ est tempore sanctissimi patriarchæ domini Nicolai Mizalonis, an ex eo impediatur magni Drungarij cõtractus: statutũ est autem impediri, eo quòd sponsalia perfecti matrimonij locũ non tenerẽt. Porrò sanctissimus quoque patriarcha dominus Theodosius concessit Mesopotemitano dom. Michaeli, cui Maria quædã desponsa forte fuerat, & quod ea ante matrimoniũ aliũ accepcrat, vt alij sine præiudicio post mortẽ eius cõiungeretur, maxime cũ & liberos haberet, & xxx. annũ excessisset, dicens nõ reputari trigamiã, vtpote cũ sponsalia pro perfecto matrimonio nõ sufficerẽt. Hæc autẽ ita statuta sunt, quòd nõ dictũ sit intercessisse copulã inter sponsos: si ea enim intercessisset, nihil tale decretũ esset, ne manifestus * incestus & nefarius matrimoniũ permitteretur. Nã etsi non intercessisset copula quoniã ex xcviij. can. syn. in Trullo, & ex ij. cap. lviij. tit. lx. lib. & ex tertio themate xij. cap. xxxvij. tit. eiusdẽ lib. ostẽditur eũ esse adulterij crimini obnoxiũ, qui alij desponsã vxorẽ duxit, quãdo & sponsalia cũ pœnæ datione soluebantur, & matrimonio non æquiparabant, sicut hodie, dico nõ esse sine periculo, quæ sic permittuntur. cum præsertim quoque canonis potestate cõcurrens.

* δρουγγάριος

* ἀκρωτήρια

Diaconus qui pollutus est in labris, & se eo vsq; peccasse cõfessus est, à ministerio prohibebitur: vt autem sit sacramentorum cum diaconis particeps, dignus habebitur. Si quis autem amplius peccasse deprehensus fuerit, in quocunque sit gradu deponetur. Can. lxix

BALS. Diaconũ vel sacerdotem, qui in labru pollutus est, & peccasse confessus est, decernit sanctus esse à sacro ministerio arcendũ, nõ tamen esse à sacramentorũ participatione prohibendũ, sed intra sacrum tribunal cũ gradu sibi æqualibus sacerdotibus, vel diaconis cõmunicare ei permittendũ. Eum autem qui non eo vsque solum peccauit, sed amplius etiã lapsus est, vult esse deponendũ. Hæc cum can. definiat, sæpe interrogatũ est, Quid sit sacratũ hominẽ in labru pollui, & dicebant alioqui esse aliquẽ peccasse cũ muliere vsque ad lasciuum & amatoriũ osculũ, secũdum euangelicum dictũ quod est, Qui aspexit mulierem ad cõcupiscẽdum eam, mœchatus est in corde suo. Alij dicebant, quòd quidã veneris igne ardenter inflãmati, muliebri pudendo, tanquã poculo vtuntur, & per ipsum. ô execrandũ flagitium, execrabilem potũ bibunt, & labra sua polluunt. Alij dicebant quòd nonnulli insano amore capti muliebre pudendum exosculantur. nec erubescunt: sed dicunt labra nostra in nobis sunt. Quis nobis dominus? Ego autem legens Iulij Pollucem, inueni eũ in secundo libro scriptorum suorum de nominibus nominantem μυρτωλίδας, & ἀκρωτήρια, & τερετίσματα, quæ sunt hinc & illinc prominentes muliebru pudendi partes, & membra. doctissimus quoque Aristoteles in sua physiologia de partibus animalũ, ea labra nominat. Multi quoq; qui scripta amatoria cõscripserunt, ea & hiare, & expuere, & lingulu instructa esse dicunt. Existimo ergo quod qui est in sacru, si per labra pollutus fuerit, vt qui rẽ quidem valde exosam, execrandáque fecerit, ad tempus segregabitur. Vt qui autem perfectũ peccatũ per coitum non cõmisit, nõ deponetur. Quia autem nõnulli dicunt eum qui in labru pollutus est, & cõfessus, debere deponi, quòd dicat sanctus eum non oportere ministare, dicimus sanctum hoc noluisse. Etsi enim videatur ipse supplicium acerbius eius qui in labru pollutus est, ex eo quod non tempus definitum prohibitionis ministerij, sed non tam etiam apparet depositio. Illum enim deponendum esse decernit, qui maius aliquid per coitum perpetrarit.

Qui vniuscuiusque prædictorum peccatorũ fuit conscius, & non confessus, sed conuictus est, tanto tempore quanto malorum effector punitus est, ipse quoque punietur. Can. lxx.

BALS. Eos qui sunt conscij aliquorum qui pecceta aliqua committunt, & hæc non sua sponte episcopo confitentur. sed ea celant, statuit sanctus, vt post legitimã omniũ probationem, æque puniãtur, ac ij qui mala fecere. Conscium autem hic ne dixeris eũ qui solam habet conscientiã, & prohibere nõ potest: nec eũ qui cõsuluit absq; improba affectione, sed eũ qui opẽ & auxiliũ tulit vel dolose cõsuluit: vel eũ qui scit, & potest prohibere, nec prohibuit. Dicit enim ij. themate xl viij. cap. xj. tit. lx. lib. Qui non auit furem, etiã si eum non reuelauerit, fur non est. Qui autem furem occultat, fur est. Et ij. themate l. cap. eiusdem libri & tit. sic dictum, & consiliũ fin quãdo sit propter odiũ eius cui furto quid auferetur, sicut

furtum, ita & studium non sit sine dolo malo. Et cõsulit quidem, qui furtũ suadet, studet autem, qui cõperam aliquã, & auxilium ad furtum præbet. Et lx. cap. Qui et qui fugit vitã ostenderit, fur non est. Et cap. lij. vj. tit. eiusdem lib. Qui sine dolo consuluit, non tenetur, nec qui per ludum. Antiqua quoque xj. cap. eiusdem libri & iij. Ex solo enim consilio furti actio nõ nascitur. Sacer quoque psalres Dauid non punit eum qui furem vel adulterum aspectat, sed eum qui currit cum fure, vel et fert auxiliũ, & eum qui diuidit, hoc est cõmune facit cũ adultero peccatum. Qui ergo malit tantũ habet scientiam, & non potest prohibere, & qui consuluit absque improba affectione, nõ punietur. Qui autem scivit, & cum prohibere posset non prohibuit, & qui malo animo consuluit, multo autem magis qui opem tulit, punientur. Nota autem quòd vbique confessio lenat pœnam, probatio autem eam auget.

Can. lxxj. Qui se vatibus, vel eiusmodi aliis tradit, ipse quoq; homicidarum tẽpore punietur.

BALS. In xxv. cap. ix. iij. præsentis operis, & in xx. cap. xiij. iij. multa scripsimus de vatibus, magis, & similibus, & lege ea, & quæ in iis declarantur, canones scilicet, & leges. & scies quomodo hi puniuntur ciuiliter, & ecclesiasticè. Nunc autẽ sanctus decernit eos qui se eiusmodi hominibus dedũt homicidarũ quoque tẽpore puniri. Quia autẽ nonnulli præsentem canonẽ interpretantes, dicebant eos sic quoque puniri debere qui ad mulieres accedunt, quæ cum ordeo se quadam incerta, & futura revelare profitẽtur, dico esse differentiã vatum, & [1] incantatricũ vetularũ quæ per incantationes simpliciores seducũt. Illis enim dæmones inuocãt. Hæ verò virtutẽ potius, & sanctificationem simulãtes, cum diuinis canticis futura nonnunquã describunt, & quæ sunt obscura per ordeũ proferunt, vt factũ & quæ dicuntur ignorent, & qui saccos, pannósque induũt promissa barba & coma monachi. Ii enim, & seducẽtes, & seducti futura vaticinãtur, tanquã ab angelica renũciatione edocti. Debent itaque, qui nõ deũ negarũt, sed per improbitatẽ sanctitatẽ simulãt, mitius, & non instar eorũ qui deũ neganerunt, puniri. Sinautẽ dixerit ordei latrices, & incãtatrices aniculas dæmones inuocare, ea quoq; necessario vt magi & vates, extremo supplicio puniẽtur lege & lxxxiij. can præsentis sancti, & quæ in eo sunt.

[1] πυθωνίσσας

[2] τὰ χριστοῦ-μενα ἢ γυναῖκα καίδια

Can. lxxij. Qui Christum negauit, & salutis mysterium trangressus est, cum toto vitæ suæ tempore deflere, & confiteri conuenit in tempore, quo è vita excedit, sacramento dignus habitus, propter fidem diuinæ clementiæ.

BALS. Canon quidem clarus est statuit enim vt qui Christũ dominũ nostrum neganerunt, & eius quæ in carne fuit œconomiæ mysteriũ non susceperunt, deflerant & confitentur toto tempore vitæ suæ, in sola autẽ extrema respiratione digni habeantur sacram eiusdẽ participationẽ. Cùm autẽ Ancyrana synodus, & sacrosanctus Martyr Petrus extremo excõmunicationis supplicio neminẽ subiiciant, & præsenti canoni velut aduersẽtur, dic quod patres statuerũt pœnas suo tẽporibus cõueniẽtes. Quia enim erãt tẽpora vehementiũ persecutionũ, quãdo fides etiã nõ erat valde stabilis, propterea in eos qui labebãtur, se mitius gerebãt, cõcedentes propter persecutorum necessitatẽ. Magnus autem Basilius qui erat eo tẽpore quo fides dilatata firmiórque facta est, fuit vehemẽtior in eos qui fidem negabant. Vel dic, quòd patres quidẽ de iis statuerunt qui per vim tyrannicã Christũ negarunt, & ideo pœnas mitigant. Præsens autẽ can. de iis decernit qui sua sponte, & sine aliqua necessitate Christũ neganerunt, & propterea grauẽ illu pœnã inflixit. Illos autẽ deflere, & per totã vitã confiteri, dicunt nonnulli, non accipi ad hoc vt ponantur in loco deflentiũ. Hoc enim inquiunt, est à sancta misericordia, & dei clemẽtia, quæ vincit omne peccatũ, aliena: & ideo volunt eos quidem deflere, & peccatũ cõfiteri toto vitæ tẽpore, sed loca pœnarũ peragrare secundũ canones Ancyranæ syn. sed sacramentorũ cõmunione digni non habebũtur, nisi in extrema respiratione. Ei autem sententiæ assentior & ipse, vt humaniori, & quòd nec ex sanctis quidem verbu apparet eum qui sic peccauit statui in loco peccatorum deflentium.

Can. lxxiij. Si autem vnusquisque eorum qui in prædictis peccatis fuere, cõfessus bonus euaserit, & is cui à dei benignitate ligandi & soluẽdi credita est potestas, si sit clementior, videns summã eius, qui peccauit cõfessionem ad diminuendum pœnarũ tẽpus, nõ est dignus damnatione, cum quæ ei in scripturis, nobis historia significet, quòd qui cum maiori labore confitentur, dei misericordiam celeriter apprehendant.

Pontifex regionis.

BALS. Ne quis propter temporalium pœnarum longitudinem tristitia afficiatur, dicit sanctus quòd regionis pontifex, cui quemadmodum & summo inter Apostolos Petro, regni cælorũ à deo claues creditæ fuerunt, ligandique & soluendi potestatẽ accepit, si viderit eũ qui propter aliquod peccatum pœna affectus est cum gratiarum actione pœnarũ medelam suscepisse, & ardentiore studio pœnitentiã ostendere, tẽpus pœnæ diminuet, nõ timens condemnationẽ tanquã qui vtique canonicã temporis pœnarũ diffinitionẽ transgrediatur. Docet enim nos scriptura, quòd qui cũ maiori labore confitentur, eos dei misericordia celeriter apprehendit. Et in his quidẽ can. Tu autem lege xxxix. cap. ix. iij. præsentis operis, & leges quæ in ea sita sunt, & ex his scies quòd est differentia iudicũ, qui pronunciant corporales punitiones aduersus eos qui sunt criminibus obnoxij, & episcopos qui decernunt pœnas ecclesiasticas aduersus eos qui animæ peccata cõfitẽtur. Illis enim pœnas à lege cõstitutas nec possunt augere, nec minuere sine tussu Imp. Hi verò nostrorũ peccatorũ onera suscipiẽtes, tanq̃ deo pro nobis rationes reddituri, pro suo arbitratu pœnas & augẽt, & minuũt, & ideo in eorũ est potestate, nõ solũ pœnarũ tẽpora minuẽdi, sed etiã pœnas cõmutãdi. Et si enim cõstitutũ est, vt qui peccauit hãc carne nõ comedat

Sacerdotes pœnas canonũ possunt augere, vel minuere.

nec

nec cū fidelibus cōsistat, similiter nec sit diuinorū sacramētorū particeps: qui tamē cōfessionē susceperit pro persone cui pœna imponitur qualitate, & eius cōfessionis vehemētia, & pœnitentiæ studio, has qui tē pœnas moderabitur, illas verò multiplicabit. Quare nō est accipiēdus hic can. vt nōnulli dicebāt, ad solā tēporū pœnarū diminutionē, sed ad omne pœnæ genus. Cū autē qui ex milite in voluntariæ cædis crimē incidisset, & à quodā antistite, post valde modicū tēpus, datus scriptus absolutus esset, potest & sanctus noster imperator, & dominus, id factū egre ferens statuit tēpore sanctissimi illius patriarchæ domini Lucæ, vt synodaliter cōsideraretur, an rectē illi militi concessa esset pœnæ absolutio, tanto in cū studio & per quādā nō misericordiā, sed potius animi affectione. Cū enim antistes præsentē canonē proponeret, & alios moderātes vsque eā quæ illi obiiciebatur nimiā pœnæ leuitatē, sancta syn. canones lemmatibus circūscribēs, secundū diuinissimā inspirationē, quæ ex sancto illius spiritu inerat militē qui idem canonicarū pœnarū rursus' cōpedibus subiecit: antistitē autē ad aliquātū tēporis ab officio ac ministerij suspensione puniuit, dicēs quod antistitibus qui ē licet pœnas canonicas augere, & diminuere: aranea vū autē filū ligare, quæ debēt tribus rudētibus alligari, nō cōcessum est. Dicitur autē, quod etiā propter illum militū causam ediderit potēs & sanctus noster imperator de voluntariis homicidiis nouellā, quā etiā lege retro sitā, & hæc quoque cū aliis tractante. De iis autē quæ ab illis fiūt, postquā ad sanctissimā dei magnā ecclesiā confugerint, imperialis mea maiestas nō scit perfectē, audit tamē quæ nō bona sunt.

* ὑπομονὴ. χρόνου. καὶ ἀναλόγως

Pœnas canonicas Aranearum filus ligare.

Qui cū propria ex matre sorore pollutus est, in domū orationis ne permittatur accedere, donec ab iniqua & nefaria actione desistat. Postquā autē in horrē dispeccati sensum & animaduersionem venerit, triēnio defleat, stās propter fores domus oratorię, & rogās populū ingredientē ad orationē, vt vnusquisq; pro ipso misericorditer ad dominū intentas fundat preces. Posteā autē alio triēnio ad sui auditionē admittatur, & scripturā ac doctrinā audiēs eruciatur, & nec oratione dignꝰ habeatur. Deinde si quidē illā cū lacrimis exquisiuit, & domino cū cordis cōtritione, & valida humiliatione supplex procidit, detur ei substratio in aliis tribus annis: & sic post iuri pœnitentiæ fructus dignos ostēderit x. anno in fidelium orationes susceptiatur sine oblatione, & cū duobus annis vnā cū fidelibus ad orationē substiterit, sic deinceps dignus habeatur boni cōmunione. Can. lxxv.

Idem est decretum in eos quoque qui suas nurus accipiunt.

BALS. *Duo præsentes decernunt canones, quomodo punitur qui cū sua sorore rē habet, etiā sinō ex ambobus ei parētibus cōiuncta sit, sed ex vno, quæ Græce ὁμοπατρία dicitur & quomodo punitur qui cū sua nuru polluitur, & dicit eos quidē debere extrudi ab ecclesia donec à peccato abstinuerint: post quā autē desisterint, distribui in quatuor loca, eorū qui agūt pœnitentiam: & sic sancta communione dignos haberi. Quatuor autē loca xij. annis persoluuntur, lege & ij. caput xiij. tit. præsentis operis, & nota quòd in qui desistunt, non iis qui perseuerant in peccato, dantur pœnæ canonicæ. His enim nihil quod sit fidelium, penitus communicatur.*

Qui mulierē quidē sibi legitimē copulatā dimittit, & aliā ducit, secundū domini sententiā, adulterij iudicio subiicitur, & à patribus nostris canonice statutū est, vt ij anno defleant, biennio audiant, triennio substernantur: septimo cum fidelibus consistāt: & ita oblatione digni habeantur, si cum lacrimis pœnitentiam egerint. Ca. lxxvj.

Eadem autem forma obseruetur, & in iis qui duas sorores in matrimonio accipiunt, etsi diuersis temporibus. Can. lxxvij.

Et autem qui in suas nouercas insaniunt, sunt eidem canoni obnoxij, cui & ij qui in suas sorores insaniunt. Ca. lxxviij.

BALS. *Eum qui in suā ex altero germine sororem, vel suā nurū polluit, xij. annis puniendū statuit sanctus in lxxv. & lxxvj. canone. Nūc autē scilicet in lxxvij lxxviij. & lxxix. can. iubet, vt qui suas cōsortes dimittūt, & alias ducūt in matrimoniū, quinetiā ij qui duas sorores in matrimoniū accipiūt, scilicet post vnius mortē, & qui cū sua nouerca polluūtur, vt adulteri puniātur. Addit autē lxxvj. can. vt qui suā vxorē relinquit, & alÿ coniungitur, à patribus septēnio puniatur: & sic si cū lacrimis pœnitētiā egerit, sancta cōmunione dignus habeatur. Hæc cū ita se habeāt, dicit quispiā quod cū lviij. can. in quindecim annu puniat adulterū, & præsens can. dicat septē annis puniri eos qui suas vxores dimittūt, & aliis cōiungūtur, quid nobis sit sequendū. SOL. Ea quæ in lviij. can. cōtinētur. Hic enim sanctus patrū definitionē, non vt decretū, sed vt in memoria reuocationē adduxit, & vt sciamus quid ab illis prius statutū est, & quid ab ipso cōtra statutū, & hoc significatur, ex eo quod dicit sanctus debere eos puniri, vt adulteros si quis autē dicat generale iuris dictū seruari, Expressa plus valere quàm tacita, audiet, quòd si esset quidā alius sancti can. qui xv. annis puniret adulteros, rationem fortassē haberet quod dicitur. Quia autē sunt etiā eiusdē sancti vtrique canones, necessario, quod ab eo postrius cautū est, attēdi debet, vt quod tā esset editū per lviij. canonē De iis autem qui suas vxores relinquūt, lege etiā xxxviij can. præteritis sācti patris: & ante penultimū thema vltimi cap. xxxvij. tit. lx. lib. quod dicit, Qui duas vxores habere tētauit, nō lege, sed facto voluntatis, rectē adulterij crimini subiicitur. Quæ autē illi impossit posterior, si nesciret eū habere vxorē legitimā, ei venia dabitur, lege & ij. can. Neocæsar. syn. qui dicit eos abecclesia ad mortē vsq; expelli, & ne tibi cōtrarī esse videatur, sed dic*

ante dictæ quidē synodi canonem statutū esse de iis qui in malo persistunt: præsentē verò de iis qui desistierunt, & confessi sunt, & propterea illi quidem perfecta excommunicatione damnantur: hi verò quindecim annu puniuntur. Nota autem ex præsentibus canonibus quòd non solū in hu peccatu, sed etiā in reliqu cessatio dat locū pœnu. Qui enim in malo perseverat, etiamsi milies punitus fuerit, & toties bonū fecerit, habet vulnus immedicabile, quod vinculu quæ cicatricē inducunt nō cōpringitur. Nota præterea, quòd quæ præsenti canone cōtinētur, præter ea quæ ab ecclesia aperte susceptasunt, exo leuere, & qui eis vtitur, iudaizat. Ecce enim apparet, quòd etiam apud sanctos patres leges susceptæ sunt, quæ ratione cognationu matrimonia prohibent. Porrò lex quoque antiqua, quæ permittit vt frater defuncti eius vxorē accipiat, vt fratri semē suscitet, in vsu non est. Porrò Latini quoque qui matrimonia, quæ ratione ° *cognationu vetita sunt, indiscriminatim contrahunt, in canonem impingunt.*

° ὑλωτικῆς

° αἵματίας Can. lxxix

Patres polygamiam silentio prætermittere, vt beluinam, & ab omni hominum genere alienam. Nobis autem probatur eam maius esse fornicatione peccatū, & ideo consentaneum est vt ij canonibus subiiciantur, vt scilicet postquam anno fleuerint, & tribus substrati fuerint, sic suscipiantur.

BALS. *Cum sanctus in xxij. can. de trigamu, & polygamu ea definisset, quæ spiritus sanctus per eius manum dextram pulchrè describendacurauit, nunc dicit, quòd patres quidem nihil de polygamia dixerunt, sed eam de industria silentio prætermiserunt, vt beluinam, & ab hominum instituto alienā: sibi autē videtur eam esse fornicatione deteriorem. Quare & eum qui polygamia impuritate propter rationis inopiam alligatus est, canonicis esse pœnis subiiciendum decreuit: scilicet vt stet anno cum desentibus, tribus annis sit in substratione, & cum catechumenu ingrediatur, & sic admittatur. Rogauerit autem quispiam, cùm prædictus 11tu. canon contineat trigamiam, & polygamiam castigatā fornicationem esse a patribus nominatam, eāsque in omnibus exequi: quomodo dicit præsens can. fuisse polygamiam a patribus silētio prætermissam & eius peccatum fornicationem superare? SOL. Trigamia quidem à lege agnoscitur, Tetragamia autem, & deinceps, nec canonibus, nec legibus admissa est. Omnu ergo matrimonialu cōtractus, qui trigamiæ limites excedit, nominatur polygamia. Ille itaque sanctus de trigamia statuens, eam castigatam fornicationem nominauit, sed nō polygamiam, quoniam illa quidem a lege agnoscitur, & non ab ecclesia diuellitur, quemadmodum dicit canō decimus. Hic autem de polygamia decernens, dixit eam esse fornicatione deteriorem, & merito: Qui enim fornicatur, se ipsum atque adeo solū iniuria afficit. Vt qui se in profundissimū intemperātiæ antrum sua spōte inijciat. Qui autē quartū vel quintum matrimoniū contrahit, u legibus & canonibus insultat, qui nefariū hoc opus prohibuerūt suos quoque germanos filios iniuria afficit, vt qui germanu eorum satu adultera depranatorū seminū zizania adseminet. Vt ergo fideles ab eiusmodi illicitu matrimonis abstineant, statuit sanctus, vt ij plusquā fornicatores puniātur, postquā confessi fuerint, & à malo desitierint. Præterea interrogauerit quispiā, cum fornicatio septēnio puniatur, vt hoc ex lix. canone probatur, quomodo præsens canon, qui polygamiā fornicatione deteriorem nominat, punit eā quatuor annu. SOL. Nonnulli quidem dubitationem soluentes fornicatores quadriēnio puniēdos esse dixerūt, vētes etiā xxij. can. sanctī patru. Tu autē lege ix. can. & eius interpretationē, & dic quòd fornicator quidē septēnio punitur Polygamus autē etiā plusquā septēnio. Quoniā autē quatuor sunt loca pœnarū, & statutū est vt ij quatuor annis desideāt, & in tribus substernātur, cōuenienter in reliquis quoq; locis seruire cogētur, audiētis scilicet, & cōsistētis, & si ea nō in maius tēpus deducantur, ad quatuor quidē certe annorū quantitatē saliē redigentur, vt sint omnes anni pœnæ, octo. Quia autem nonnulli polygamiā indiscriminatim persecutē fornicationē nominarūt, audiāt quod matrimoniū non est solū coniungi confusiore modo loquēdi, sed viri & mulieris cōiunctio, & totius vitæ cōsortiū, diuinique & humani iuris societas, & quòd matrimoniū nō ex sola cōiunctione cōsistit, sed etiā ex eorū qui cōtraxerunt, affectione. Dicit autē iusj. cap. xiij. tit. 51. lib. Dotē quidē efficit matrimoniū, sed dos matrimoniū non facit. sed eorū qui simul habitāt mutua affectio. De trigamia autem lege & superius posita vnionu decisionem, qua facta est tempore Constantini Porphyrogenneta imperatoru.*

Can. lxxx. Qui in Barbarorū incursione fidē in Christū violarūt, factis sacramētis gētilibus, & quibusdā nefariis, quæ idolis magicis oblata sunt, ab eis gustatis, ij secūdū leges à patribus iā editas, & canones dispēsentur. Qui enim grauē necessitatē ex tormētis sustinuerūt, & nō ferentes labores ad negationē tracti sunt, tribus annis sint nō recipiēdi, & in duobus audiāt, & cū tribus annis substrati fuerint, sic ad cōmunionē admittantur. Qui aute sine magna necessitate fidē in Christū prodiderūt, & demoniorū mēsam attigerūt, & Græca sacramēta iuratūt, tribus quidem annis eiciantur, duobus audiāt, postquam autem in substratione tribus annis orauerint, & in alijs tribus fidelibus ad orationem se substrauerint, sic admittantur ad boni communionem.

BALS. *Ancyrana synodus satis definiit quid debeat iis fieri qui vi tyrannica idolis sacrificarunt, vel etiam execranda comederunt. Hic ergo consequenter dicit magnus Basilius, quomodo debeant puniri qui hoc fecerunt, vel vi qui supra modum tormentis affecti sint, vel vi qui sine vi magna fidem in Christum prodiderant. Quia autem in lxxij. can. eum qui Christum negauit, &*

salut

salutis mysteriũ trãsgressus est, sanctus per totã vitã deflere cõstituit, moriensq; ante sacramenta dignũ haberi: & videtur canones inter se pugnare, dic nõ esse idẽ negare Christũ, & idolis sacrificare, quod idolis immolata gustare vel Graeca sacramẽta iurare. illud enim est perfecta fidei abrogatio, hoc vero inquinamenti & abrogationis existimatio. & propterea primũ magis punitur. Vel quod in illo quidẽ canone, de iis qui abnegationẽ sua sponte trãsfugerunt, & sine necessitate fidẽ contemptui habuere, sanctus decernit: in hoc vero, de iis qui barbarorum vehementia victi sunt, & de iis qui vim passi sunt, licet non valde vehementem, & cesserunt. Vnde & mitiores hic pœnas descripsit. Sunt autem dicunt fortasse nonnulli ea quæ præsenti canone continentur, locũ non habere, quòd fidei gratia supra victa opinionis petram apte stabilitatur, & tyrannis pluribus ab hinc annis conflictu à martyribus lapidibus obruti sunt: sed tamen multi quoque hodie impiis Agarenorũ manibus capti, & forti aliquãdo quidẽ fidẽ orthodoxam abiurant, aliquando vero in impiam Mohameti religionem iurant. Alij vero sua etiam sponte se in infidelitatis speluncã proiiciunt. Qui quidem omnes ex hoc præsenti canone curabuntur, post confessionem, & conuenientem pœnitentiam. De iis autem qui execrãda comederunt, lege diuersos canones syn. Ancyranæ, & scies quomodo ij puniantur. Can. lxxxij.

De iis etiam qui peieraruntsi vi quidem & necessitate sacramenti transgressi sunt, leuioribus pœnis subiiciuntur, vt post sex annos possint suscipi. Qui autem sine necessitate fidem prodiderunt, cum duobus annis defleuerint, & duobus annis audiuerint, & in quinto in substratione fuerint, & in duobus aliis sine oblatione in orationis communionem susceptiextiterint, ita tandem condigna scilicet pœnitentia ostẽta, in corporis Christi communionem recipientur.

BALS. *Leges sita in xviij. can xiij. tit. præsentu operis sufficiunt ad ostendendum quænam iuramenta retractantur, & ex eis intelliges quinam sint periuri: lxiij. autem canon & hic præsens magni huius sancti, non docent quænam retractentur sacramenta, sed quomodo puniãtur, qui peieravrũt. Et in lxiij. quidem canone indefinitè sanctus pœnæ excommunicationis periurum ad decennium subiecit: hic autem facit diuisionem periurorum & eos quidem qui peierare necessitate coacti sunt, post sex annos suscipiendos decreuit, eos autẽ qui sine necessitate, post duodecim condigna ostensa pœnitẽtia. Atque in his quidem consilii canon. Tu autem dic illos periuros ex hoc canone castigari, qui sua spõte, & per confessionem de peccato triumphauerunt, & medelam petierunt: non autem illos qui ex aliorũ accusatione periurij condemnati sunt. illi enim cum pœna pecuniaria ab ecclesia quoque magis puniuntur. Probatio enim, vt superius dictum est, debitum peccati duplicat, & pœnitentia pœnæ trutinam eleuat. Scias autem, quòd periurij peccatũ est multiplex, & propterea curatu difficile. Aliter enim punitur qui per contemptum iurauit, & peieauerit, aliter qui per vim, aliter qui per pœnitentiam, aliter qui propter vindictam, aliter qui per dolum, aliter qui iuramentum soluit, quod propter iudicij quippiam vel etiam abiiciendum factum est aliter qui corporale iusiurandum transgressus est, aliter qui quod scripto mandatum est. Et vt semel dicam, in illius qui confessionem suscepit prudentia ac iudicio sita est periurij medela. Ego enim vidi multos qui Herosolyma proficisci iurauerãt ac peieraueruãt, nulla pœna affectos conseruatos fuisse, & alios qui sine scripto in caput imperatoris iurauerant, acriter fuisse castigatos, & alios qui vi iurauerãt, nullo modo punitos. Vidi autẽ aliquos amens insania percitos qui sine periculo sua sacramenta conculcarunt, & ideo opus est ea exacte examinare, & vt decet iurare.* Prudẽtia et iudicij ineo requiritur qui audit cõfessiones.

Qui vaticinantur & gentij consuetudinẽ sequuntur, & aliquos in ædes suas introducunt ad veneficiorũ inuentionem, & eorum expurgationem, cadant in canonem sexennij, & postquã anno defleuerint & anno audierint, in tribus annis substrati, & anno cum fidelibus consistentes, sic admittantur. Ca. lxxxiij.

BALS. *Sæpe quidẽ simpliciores, & imprudentiores grauius ægrotantes, & non commode curati, existimant se ex magica impostura, vel veneficio ita affici, & ideo ad aliquos etiã gentiles accedunt; asserentes se occulta veneficia in apertum prolaturos, quæ corporalẽ laborãtis sanitatem cuertant, & ita se ægrotum ab illo maleficio purgaturos. Eos ergo qui vaticinãtur, & non credunt per inuocationẽ nominis domini, & dei & seruatoris nostri Iesu Christi, & dei matris, & omnium sanctorum omnẽ morbũ, & omnẽ ægritudinem curari, omnẽque veneficium, & impostura sataniçã, virtute & præsentia præciosæ & vitificæ crucis à fidelibus expelli, sed potius miraculorum ostentatores, præstigiatoresq; & gentium consuetudines sequuntur, & eos in ædes suas introducunt ad purgandam forte ægritudinem, quæ ex veneficio oritur, dicit sanctus esse sexennio puniendos. Dicit autem quispiam hanc canonẽ aduersari lxv. canoni & lxxiij. illi enim decernunt, vt ij tanquam homicidæ puniãtur, scilicet vt vel xx. annis pœna eis imponatur instar voluntariorum homicidarum, vel decem annos instar involuntariorũ. hic verò vt sex. Existimo autem esse inter canones differentiã. lxv. enim canon de ipsis opificibus, seu de magicis, & veneficis decreuit. similiter & lxxij de iis qui se tradũt vatibus, seu de iis quæ eadem cum illis sentiunt. Præsens autẽ canõ differt de hominibus, qui eos per errorem secuti sunt, qui afferunt se magica vincula ac ægritudines soluere & curare, nõ tamen à fide defecerũt. Est itaq; differentia eorum qui per se exercent, eorumque qui se tradunt præstigiatoribus, vt fidem etiam negẽt,* μάντεσιν

& eorum, qui ab orthodoxa fide tuam defecerunt, lapsi autem sunt quòd ad eos accesserunt. Et ideo illi quidem longiori tempore puniuntur, hi vero breviori. Lege etiam 4. can. sancti Gregorij Nicæni ex epistola ad Latorium, qui ea ita dixisse. Ex eo autem, quod canon meminit hominũ qui vaticinantur, apparet, vt existimo, quod qui malo abusi sunt, sexennio puniantur. Qui autem semel forte erranerunt, & desierũt, mitius castigantur. Cum enim beatæ in domino vitæ coniux pij & religiosi illius domini Alexij Comneni filij inclyti imperatoris in grauẽ morbum incidisset, & medici de eius sanitate desperassent propter multiplicem morborum contrarietatem, quidam ethnici se eam curaturos professi, vt pote quæ magicis artificijs laboraret, effecerunt vt multa & admiranda eius fœminæ, & viri essent examinarentur. Clam autem proponebant imagines ex cera factas, & satanicè eorum contrectationem & inuentionem significabant, atque etiam multa alia grauia fecerunt in dei contemptũ, & multorum hominum supplicium. Et ipsi quidem impij cum rem efficere non potuissent, enanuerũt. Nobilissima autem illa mulier non modo nihil adumenti adepta est, sed etiam diuturno morbo vexata vita excessit, malo à se susceptio viatico, diuinorum scilicet canonum aduersus se indignatione, quam deus propter alia eius bona opera alleuare dignetur. post eius autem mortem tempore sanctissimi patriarchæ domini Leonis Stuppæ, nonnulli quidem eius cognati, & etiam subditi, grauiter puniti sunt, vt qui sapissime vaticinati essent, & satanicæ nefariæ operationi toto animo credidissent. Alij autem mediocri supplicio curati sunt, vt qui non sæpe, nec ex animo malũ illud secuti essent. Est itaque canon attendendus, & dei iudicio relinquenda ægrotantiũ cura, qui solo verbo dissolutas carnes astringit & colligat, nec se tradere oportet satanicis impostoribus, quæ non solam corporum sanitatem auferunt, sed etiam animarum. lege & xx. cap. xiij. tit. præsentis operis, & xxv. cap. ix. tit. & xxiiij. can. syn. Ancyranæ. De iis qui ad vates accedunt, & ad incantatores, & ad eos qui faciũt amuleta, & alia quædam demoniaca, lege ex panegyricis orationibus sancti Ioannis Chrysostomi interpretationem epistolæ sancti Pauli ad Colossenses, & sextam eius orationem aduersus Iudæos, quæ docet, quod etiam si quis mortuum suscitauerit, qui non sanctè viuit, non esse ei credendum, sed eum nihili putandum.

*Mosem.

Nõ est ei credendum qui mortuum suscitauerit, nisi sanctè viuat.

Ca. lxxxiij.

Hæc autem omnia scribimus, vt pœnitentiæ eorum fructus probetur. non enim hoc omnino tempore iudicamus, sed modum pœnitentiæ attendimus. Quòd si qui à propriis motibus non facile auellantur, & carnis voluptatibus potiúsque deo seruire voluerint, vitámque ex euangelio institutam non admittant, nulla est nobis cum illis communis ratio. Nos enim in inobediente, & contradicente populo audire docti sumus, Seruans serua animam tuam.

BALS. In lxxiiij. can. definitis sanctus esse moderandum pœnitentiæ tempus in iis qui pœnitentiam sollicitè & diligenter agunt. Hic autem dicit à pœna non liberandos qui pœnas negligenter seruant. statuitur enim vt in eos pœnæ aggrauentur, eorum verò qui à malo non desistunt post confessionẽ. sed in eo perseuerant, iubet nullam habere rationem. Audimus enim, inquit, ex scriptura, seruás seruã animam tuam. Vide scilicet ne te ipsum perdas cum iis conuersans qui corrigi nequeunt. Nota ergo duo pulcherrima ex præsenti canone, & quòd quemadmodum pœnæ in minuitur qui confessioni diligenter seruiunt, ita etiam in negligentibus intenduntur, & quòd illi puniuntur qui à malo desistunt. Qui enim in suis cupiditatibus permanent, absoluta excommunicatione condemnantur.

Ca. lxxxv.

Ne itaque cum eis perire in animum inducamus, sed graue iudicium formidantes, & terribilem dei retributionis diem præoculis habentes, ne velimus vnà cum alienis peccatis perire. si enim nos non docuerũt terribilia dei: nec tot plagæ nos insensum deduxerunt, quòd propter nostram iniquitatem nos dereliquit dominus & tradidit in manus barbarorum, & populus ad hostes captiuus adductus est, & dispersioni traditus, eo quòd ea audebant qui dei nomen circunferebant, si non nouerunt, nec intellexerunt, quòd propter hæc venit in nos ira dei, quæ est nobis communis cum his ratio? sed & noctu, & interdiu, & publicè, & priuatim ipsis testificari debemus: cum eorum autem improbitatibus abire nolumus, eos quidẽ lucri facere optantes, & à mali laqueo eripere. Si autem hoc non possumus, studeamus nostras animas ab æterna condemnatione seruare.

BALS. Hæc verba suasoria sunt ad antistites, & omnes qui habent potestatem ligandi, & soluẽdi. Hortantur enim ipsos ne peccatis consentiant, nec eorum communionem sustineant qui in peccatis perseuerant, & ideo cum illis pereant. Sed eos perpetuo admonent, vt à malo desistant & orent pro eorum salute. Si autem, inquit, eos corrigere non possumus, studete nos ab eis alienare, & sic ab æterno supplicio seruemini.

EIVSDEM

EIVSDEM EX ALIA EPISTOLA AD AMPHILOCHIVM DE DIFFERENTIA ciborum.

GREGIIS autem Encratitis ad præclaram eorum obiectionem, cur nos quoque non omnia comedimus, illud dicatur, quod etiam excrementa nostra abominamur. Nam dignitate quidem olera nobis carnes sunt: quod verò ad eorum quę sunt vtilia attinet discretionem, sicut & in oleribus id quod est noxium discernimus. Nam olus quidem est cicuta, quemadmodum & vulturina caro, caro est: tamen nec quis hyoscyamum attigerit, si capiat, nec canem attigerit, nili magna vrgente necessitate. Quamobrem qui comedit non iniquè fecit.

BALS. *Encratitæ, qui continentiam forte persequebantur, vesci carnibus abhorrebant, & cum eis disceretur id non rectè à se fieri, opponebant orthodoxis. Vos quoque nonnullos cibos abhorretis, & ideo ab eis abstinetis. Ad hoc dicit sanctus. Non est mirum si ab aliquibus abstinemus, vel aliqua abominamur: nam & nostra excrementa abhorremus, & si sint ex nostræ carnis substantia. sunt autem excrementa, vrina, *fœcora, humores qui per os, & nares emittuntur, & quæcunque eiusmodi. Quemadmodum ergo illa auersamur, ita cibos quoque aliquos non admittimus. Omnia enim olera carnes à nobis existimantur, quòd omnia comedamus vt olera. Discernentes autem, & separantes id quod est noxium, eo quod non ledit, vtimur, & quemadmodum in oleribus est cicuta, & hyoscyamus, tamen quia sunt noxia, ea fugimus, ita & in carnibus, caro est caro vulturina, & caro canis: sed tamen nemo gustauerit, nisi valde esuriat. Qui autem per vim gustauit, non egit iniquè.*

*σκώμματα.

EIVSDEM AD DIODORVM DE EO, QVI DVAS SORORES DVXIT IN matrimonio.

IVS *epistolæ meminit sanctus in xxiij. suo canone. missa est autem ad Diodorum Tarsensem episcopum, qui ab aliquo interrogatus, an posset vxore sua mortua sororem illius ducere in matrimonio, in scriptis respondit eum non prohiberi. Cum autem magnus Basilius eiusmodi matrimonium prohiberet, scriptis mandata Diodori responsio illi ostensa est, quæ prædictum matrimonium permittebat.*

An sorore mortua liceat aliam ducere.

Venerunt ad nos literę Diodori inscriptionem habentes: quæ autē deinceps sequūtur, ea alius post *quā Diodori esse conuenit. Videtur enim * vafer quispiam tuā personam subiisse, vt se sic auditoribus fide dignum efficeret, qui ab aliquibus interrogatus, an fas sit mortua eius vxore sua sororem in matrimonium ducere, interrogationē non horruit, sed auditionem æquo animo tulit, & ad falacem eius cupiditatē valde illi strenuè, magnāque contentione auxilium tulit: si ipse itaque literas haberem, eas ad te misissem, ipseque ad te & veritatem defendendam sufficiss. Quia autem is qui ostendit rursus abiit, & aduersus nos qui ab initio prohibueramus, veluti trophæum circumtulit, dicendo se scriptis mandatam habere potestatem, nunc ad te scripsi, vt manu duplici ad illam adulterinam orationem veniamus, & nullas ei vires relinquamus, ne possit eos facile ledere, in quos incidit.

*ὑπό τινος πρεσβυτέρου.

BALS. *Quæ à Diodoro scripta sunt, confutaturus sanctus, confutationem artificiosè adgreditur, & eius dictum ita proponit, vt non videatur ipsum concedere, & ita eum * ad insistendum acriorem efficiat, & dicit, Literæ quidem sub tuo nomine scriptæ fuerant. Mihi autem videtur aliquis eorum qui ad hæc machinanda & excogitanda apti sunt, volens efficere vt quod à se diceretur fide dignum esset, literis tuum nomen subscripsisse. Quæ interrogatus an fas esset, seu legitimum sororem, vxore sua mortua, in matrimonium ducere, ei qui interrogauit, in impia interrogatione auxilium tulit, pro eo quod est intemperantiam, & libidinem permittendo, ipse quoque videtur fuisse actionis particeps. Si itaque inquit, literas habuissem, eas ad te misissem, teque & veritatem defendissem. seu tibi auxilium tulissem, vt falsò accusatus, quòd nefaria diceres, & scriberes, quod te & veritatem tangit. Veritatem quidem, cum falsum illi prælatum fuerit: te autem, vt qui quæ non decet permiseris. Quia autem si qui*

*ἐπὶ τὸ σκληρότερον.

oſtendit, rurſus abſtulit, & tanquam aliquod trophæum aduerſus nos circumtulit. Eſt autem trophæũ, ſignum quod ei datur, qui vincit in bello, vt ex eo ſit manifeſtum, quæ pars aduerſario vicerit. Vnde à verſis hoſtibus trophæum nominatum eſt, à verbo Græco τρέπω, quod verto ſignificat.

Quia ergo non habeo literas, nũc ad te ſcripſi, vt adgrediamur, vt duplici manu, tua ſcilicet, & mea, contendamus aduerſus adulterinã illius orationẽ, alienã, & conflictã, & vires ei non relinquamus, vt non facile eos lædat, qui in eas incidunt, & legunt. Primũ ergo maximum eſt in iis quæ ſunt eiuſmodi, quam apud nos habemus conſuetudinem
[a] χαριν. præponere legis vires habentẽ, eo quòd à ſanctis viris ſunt nobis ritus traditi. [a] Ea autẽ eſt eiuſmodi, Si quis vnquam impuritatis perturbatione ſuperatus, lapſus ſit ad nefariã duarum ſororum ſocietatem, nec hoc matrimonium exiſtimet: nec eos ad eccleſiæ cõplemẽtum prius admittat, quam ipſos à ſe inuicem ſeparauerit. Quare & ſi nihil aliud dici poſſet, ſufficere conſuetudo ad mali vitationem. Sed quia is qui epiſtolam ſcripſit, adulterino argumento hoc malum in vitam inducere conatus eſt, neceſſe eſt nec nos quidem à rationum auxiliis abſtinere: etſi in valde euidẽtibus ratione maior eſt vniuſquiſque præſumptio. Scriptum enim eſt, inquit, in Leuitico, Mulierem ſuper ſororem
[b] ἀκριζηλον. ſuam non accipies in [b] zelo aduerſariam, ad reuelandam turpitudinem eius ſuper ipſam, ipſa adhuc viuente. Ex hoc ergo clarum eſſe dicit, quòd ea mortua accipere permittitur. Ad hoc itaque primum quidem illud dicam, quòd quæcunque lex dicit, iis qui in lege ſunt, dicit, Nam ſic quidem, & circunciſione, & ſabbato, & ciborum abſtinentia includentur. Neque enim ſi aliquid inuenerimus, quod noſtris voluptatibus cõgruat, nos ipſos ſeruitutis legis iugo ſubmittemus. Si autẽ eorũ quæ ſunt in lege graue aliquid apparuerit, tũc ad libertatem in Chriſto recurremus. Interrogati ſumus an ſcriptum ſit accipere licere vxorem poſt ſororem, diximus id quod eſt tutum & verum, quod non ſcriptum eſt: ex conſequenti autem illatione, quod non dictum eſt colligere, eſt eius qui legem imponit, non eius qui quæ legis ſunt dicit. Nam ſic quoque licebit volenti, adhuc viuente vxore, ſororem accipere. Idem enim ſophiſma in illo quoque conuenit. Scriptum eſt enim, Non accipies in zelo aduerſariam. Quare eam quæ eſt à zelotypia aliena, accipere non prohibuit. Qui itaque ſuę perturbationi fauet, dicet mores ſororum eſſe à zelotypia alienas. Sublata ergo cauſa, propter quam ambarum cohabitatio eſt prohibita, quid vetabit quominus ſorores accipiantur? Sed hæc non ſcripta ſunt, inquiemus. Sed nec illud diffinitum eſt. Conſequentiæ tamen intelligentia dat ſimiliter vtriſque poteſtatem. Oportebat autem ad ea quæ paulo ante in lege dicta erãt reuerti, & ea moleſtia liberari. Videtur enim legiſlator non quoduis peccati genus cõprehendere, ſed ſeparatim Ægyptiorũ peccata prohibere, vnde abierat Iſrael, & Chananæorum, ad quos tranſierat. Ita enim habet dictio, Secundum ſtudia Ægypti in qua habitaſtis, non facietis, & ſecundum ſtudia regionis Chanaam, ad quam ego deducam vos, illic non facietis, & in legitimis eorum non ambulabitis. Quare conſentaneum eſt hoc peccati genus non fuiſſe vſitatum apud gentes, & ideo nec legiſlatorem illius cautione opus habuiſſe, ſed non docta conſuetudine ad abhominationis criminationem contentum fuiſſe. Quomodo ergo cum id quod maius eſt, prohibuiſſet, quod minus eſt ſilentio prætermiſit? Quoniam exiſtimabat fore vt permulti libidinoſi, & carnis amantes, ad hoc vt cum viuentibus ſororibus cohabitarent, patriarchæ exemplum aſpicerẽt. Nos autem quid facere oportet, quæ ſcripta ſunt dicere, an quæ ſilentio prætermiſſa ſunt, curioſe perſcrutari? Iam enim non licere patrem, & filium vna amica vti, in legibus quidem non ſcriptum eſt: ſed apud prophetas maximè accuſatur. Filius enim, inquit, & pater ad eandem puellam ingrediebantur. Quæcunque autem ſunt alia immũ
[c] αἰσχρόν. darũ animi perturbationum genera, dæmoniorum ſchola inuenit, diuina autem ſcriptura ſilentio prętexit, [c] maieſtatem ſuam turpium rerum nominibus nolens polluere. Sed generalibus nominibus immunditias complexa eſt, ſicut Apoſtolus dicit, Fornicatio autem, & omnis immunditia ne nominetur quidem in vobis, ſicut ſanctis cõuenit, immunditiæ nomine notãda maſculorum & fœminarum flagitia comprehendens. Quare non omnino ſilentium dat libidinoſis poteſtatem. Ego verò hanc partem ne ſilentio quidem fuiſſe prætermiſſam exiſtimo, ſed etiam legiſlatorem valdè prohibuiſſe. Illud enim, Non ingredieris ad quenuis conſanguineum carnis tuæ, ad reuelandam eorum turpitudinem, hoc quoque conſanguinitatis genus comprehendit. Quid enim eſſe poſſit homini ſua vxore magis conſanguineum, vel potius ſua carne? nõ ſunt enim amplius duo, ſed vna caro. Quare per vxorem ſoror eius tranſiit ad conſanguinitatem. Quemadmodum enim vxoris matrem non accipiet, nec eius filiam, quoniam nec ſuam matrem, nec ſuam filiam: ſic nec ſororem vxoris, quoniã nec ſuam ſororem: ſunt enim

in v-

in vtrisque communia cognationis iura. Ego autem cuilibet de matrimonio consultãti testificor, quòd præterit figura mũdi huius: & tempus breue est, vt & qui habent vxores sint tanquam non habentes. Si autem nihil illud alleger, Crescite & multiplicamini, rideo eum qui legislatorum tempora non discernit. Fornicationis *remedium est secundum matrimonium, non ad intemperantiam viaticum. Sin autem non cõtinẽt, inquit, vxores ducant: non autem etiam vxores ducentes contra legem faciant. Qui autem nec ad naturam respiciunt, ignominiæ pertu, batione animo cæcutiẽtes, quæ quidem generis appellationes discernit, ex quanam cognatione eos qui geniti fuerint appellabunt. Ipsorum inuicem fratres, vel consobrinos appellabunt. Vtraque enim eis propter cognationem adaptabuntur. Ne feceris ergo ò homo amitam infantium nouercam, nec eam quæ matris loco eos debet fouere, ac recreare, implacabilibus æmulationibus armaueris. Solum enim nouercarum odium inimicitias etiam post mortem persequitur, & quod magis est, alij quidem inimici mortuis reconciliantur. Nouercæ autem post mortem odisse incipiunt. Eorum autem quæ dicta sunt summa est. Si quis lege quidem matrimonium appetit, pater vniuersus terrarum orbis. Si autem est illi studium animi perturbatione incitatum, propterea magis excludatur, vt discat vas suũ in sanctificatione possidere, non in cupiditatis perturbatione. Plura me scribere cupiẽtem modus retinet epistolæ. Opto etiam vt vel nostra suasio animi perturbatione potentior euadat, vel ne hoc scelus in nostra regione versetur, sed in quibus cœptum est locis remaneat.

* ἀδιεξ μάχητον

BALS. *Magni patris ad Diodorum epistola, omni sapientia, & arte dicendi plena est: & sancti spiritus *inspiratione dictatur. Sed non est hoc tempore quærenda. Decernit enim ne in matrimonij societate duæ sorores accipiantur, quod dei gratia hodie ne in mentem quidem venit hominis Christiani & præterea nec ampliore interpretatione opus habuit. Habe autem hanc diuinam epistolam assiduè in memoria, etsi enim id non tractatur quo i in ea diffinitum est, quæ tamẽ in ea comprehenduntur epicheremata, enthymemata, & epenthymemata, vel potius quæcunque ex veteri, & ex magno Paulo & composita, & opposita fuerunt, in alia causis multum conferunt. Nota autem ex ea, quòd ecclesiastici etiam non scripti mores, sicut scripti canones, refutari non possunt, & quòd leges Mosaicæ non sunt attendendæ. Nota etiam multa alia ex hac epistola quæ sunt imprimis necessaria, & maximè vtilia.*

* κατὰ ἐκ.

EIVSDEM AD GREGORIVM PRESBYTERVM, VT SEPARETVR A MVLIERcula cum qua habitat.

LEGI tuas literas * cum omni patientia & longanimitate, & miratus sum quomodo cum posses per res ipsas nobis breuiter & facile respondere, in iis quidem quorum accusaris persistere malueris, prolixa autem oratione, quæ sunt immedicabilia curare volueris. Nec primi, nec soli, ò Gregori, statuimus, ne mulieres cum viris cohabitarent. sed lege canoné qui à sanctis patrib* nostris Niceæ editus est, qui apertè prohibet, ne sint introductitiæ. In hoc autem situm est cœlibatus decus & honestas, quod separatus sit à consuetudine & consortio mulierum. Si quis enim verbo profitens, reuera ea faciat, quæ qui cum mulieribus cohabitant, apertè ostendit se virginitatis quidem laudem nomine tantum prosequi, sed à turpi voluptate non recedere. Quanto magis ergo oportebat te nostræ postulationi facile acquiescere, quòd dicis te ab omni corporali perturbatione liberum. Neque enim credo eum qui septuaginta annos natus est cum muliere * animi perturbatione commotum habitare: nec tanquam propter turpem aliquam actionem, quæ facta fuerit, statuimus ea quę statuimus: sed quia ab Apostolo docti sumus, fratri non esse ponendum offendiculum, vel scandalum. Scimus autem quòd id quod rectè & sanè fit ab aliquibus, erit aliis occasio ad peccatum. ea de causa decreuimus, sanctorum patrum constitutionem sequentes, vt à muliere separeris. Quid ergo chorepiscopum incusas, & veteris simultatis recordaris? Quid autem nos intimulas, quod aures ad admittendos calumnias faciles præbeamus, non autem te ipsum, qui à consuetudine cũ muliere non potes recedere? Educ eam à domo tua, & statue ipsam in monasterio, sit illa cum virginibus, & viri tibi seruiant: ne nomen dei per vos blasphe-

* μακροθυμίας.

* ἐμπαθοῦς.

metur. Quandiu hæc feceris, Myriades quas scribis in epistolis, nihil tibi proderunt. Sed ociosus morieris, deoque reddes rationem tui ocii: sinautem non correctus ausus fueris sacerdotium apprehendere, eris toti populo anathema, & qui te susceperint, erunt in omni ecclesia abdicati.

BALS. *Gregorius quidam presbyter habebat quandam mulierculam ei inservientem. Quod cum sanctus intellexisset, petiit à presbytero vt mulierē domo sua expelleret. Is verò ad ipsum de ea re se ipsum defendens rescripsit. Magnus quoque Basilius rescripsit ad presbyterum: est autem verisimile presbyterum in sua epistola sanctum rogasse, vt literas cum longanimitate legeret, ad quem rescripsit pater, Cum omni longanimitate tuas literas legi, & admiratus sum, quòd cum posses per res breuiter respondere, scilicet per mulieru amandationem, in tu quorum accusaru, rebus scilicet ipsis propter quas accusatio instituta est, permanes: verbu autem te defendu Deinde dicit, Nos nec primi, nec soli statuimus, ne mulieres cum viru scilicet sacratu cohabitarent. sed lege can syn. Nicena, qui prohibuit ne sint introductitiæ. Eas autem introductitias appellat tertius dictæ synodi canon, quæ introducuntur in ædes sacratorum hominum, qui vxores non duxerunt, & cum eis cohabitant. Qui autem cœlibatum professi sunt, laudem, & gloriam ob continentiam habebunt, si à mulieribus separentur. Si quis autem virginitatem profiteatur, cum mulieribus verò cohabitet, habet solum nomen, non autem & rem ipsam Quia ergo, inquit, dicu te esse liberum ab omni perturbatione corporali, eo te facilius oportebat nostræ postulationi submittere, & mulierculam dimittere. Non dixit autem iussui vel mandato nostro, sed nostræ postulationi, modestiæ causa. Non enim tanquam, inquit, in mulierculam amatorie affectus sis, & propter turpem actionem decreuimus vt eam ejiceres. Non enim credo eum qui septuaginta annos natus est amatorie affectū cum muliere cohabitare, sed propter id quod ab Apostolo dictū est, non esse fratri dandum offendiculum, vel scandalum. Quod enim ab aliis sanè fit, & absque vlla animi perturbatione, erit aliu peccati occasio. Tu enim, inquit, fortasse cum muliere nequaquam incō affectus cohabitas. Alius verò tuum exemplum secutus cum muliere cohabitabit, non sine amatoria animi perturbatione: vel non bonam de te existimationem habebit: & erit hoc in sacerdotij dedecus. Quid ergo, inquit, chorepiscopum accusas? Est ergo verisimile chorepiscopum de introductitia mulierecula iudicasse. Quid ergo nos accusas, tanquam qui calumnias facile admittamus, & non potius te ipsum, qui vt à muliere separeris, nō posu in animum inducere? statue ergo, inquit, eam in monasterio, & tibi viri ministrent Quandiu hæc facū, ea quæ tu multa esse scribis, nihil te iuuabunt, sed ociosus morieris, pro eo quod est, vsque ad finem vitæ non operaberis vt sacerdos, cum sis segregatus, & domino rationem tui ocij reddes, vtpote quòd tibi ex hac causa iniunctum sit. Sinautem non correctus sacrificare ausus fueris, eris anathema, & qui te sacrificantem susciperint, ab omni fidelium cœtu abdicabuntur. Et hæc quidem sic habent. Sed quia nonnulli tertium primæ synodi canonem afferentes, & verba huius epistolæ, volunt episcopos, & clericos non cohabitare cum suis cognatis personis à suspicione alienis, quæ habent alias sibi deseruientes, dicentes circunscribi canones, si sub nomine cognatæ non suspectæ, in qui sunt sacrati fideles offendant per cohabitationem cum aliis mulieribus, dicimus, quòd episcopi quidem à Iustiniani nouella, quæ à nobis sita est in interpretatione tertij canonis primi syno. prohibentur cum quibus muliere cohabitare. Clericos autem vellem quidem & ipsos sancte viuere, & omnino abstinere ab habitatione cum vllis mulieribus. Sinautem hoc non possunt, vt mihi quidē videtur, cum matribus, & sororibus, & non suspectis personis absque periculo versabuntur, etiamsi ea habeant mulieres ad ministerium viles. Hic enim magnus pater hoc agens vt multorum offendiculum tollatur, statuit vt mulierecula à Gregorio discedat, non statuens vt homo sacratus cum mulieribus non suspectis non cohabitet, si alios secum habeant mulierculas. Et quia sacerdote cum non suspecta persona habitante omne malæ suspicionis scandalum tollitur (non enim dicunt eius esse alienas mulierculas, & eo cum mulieribus suspecta parte versante, scandalum quod ex improba consuetudine emergit, ministerium adsumit) sine impedimento cum personis non suspectis habitabit sacratus, etiā si sub se mulieres habeant. Quod si non sint ex personis cum quibus habitat, pœna non carebit huiusmodi cohabitatio. Alioquin si detur sacerdotē non cohabitare cum vlla muliere non suspecta, cogetur etiam quinis sacratus nec cohabitare cum patre, nec cū proprio filio, nec alicui rei seruire, quæ ad victū pertineat. Plurimi enim eorum habent ancillas, seu liberas, quæ sua ministrent, vel dicemus omnes eas personas esse pauperes, & sibi sufficientes ad omne ministerium, quod est absurdum. Porro vt sacerdos muliери seruiat, etiam si cum persona non suspecta cohabitet, malum est: & nec à canonibus, nec à præsenti epistola admittendum, & ideo puniendum. Lege etiam v. can. syno. in Trullo, & xij. Hic ita dissolutus, dixerit quispiam, cum epistola Gregorio decernat, vt cohabitantem sibi mulierem in monasterium deducat, u'ne eam tondere cogitur, an non? SOL. Nonnulli ex xl viij. can. syn. in Trullo moti, dicunt eū necessitatem incumbere, vt eam quæ sibi cohabitat tondeat. Non enim inquiunt, sancto statutum est, ei pro carcere & supplicio monasterium appellare. Mihi autem videtur magnam esse differentiam ancillæ, & coniugis legitimæ, & propterea illic quidem episcopus coactus est curam gerere & corporis & animæ salutis suæ coniugis. Hic autem sacerdos solum habet necesse scandalum*

453

dalum per ſeparationem tollere. Sed non ipſam mulierem iure cogi dicit quiſpiam, vt vel inuita tonſuram ſuſcipiat, & ideo intelligo eſſe neceſſariam ſolam ſeparationem, non etiam tonſuram. Sinautẽ ea fiat mulieris voluntate, duplicatur bonum, & fit melius. Quia autem nonnulli dixerunt, quòd ex hac epiſtola quiſquis cum aliena muliere cohabitat, ſegregatus eſt, etiam ante denunciationem, dico quòd nec præſenti quidem ſancto hoc placuit. Ecce enim cum ipſe ſciret Gregorium cohabitare cum muliere, hoc ei edicto denunciauit, vt ex ædibus mulierem transferret: & ſi feciſſet Gregorius vt ei denunciatum fuerat, in ſegregationem non incidiſſet. Quare neuter ſegregabitur, niſi poſt denunciationẽ in cohabitatione cum aliena muliere perſeueret. ἐπιφωνημα-τικῶς.

EIVSDEM CHOREPISCOPIS NE SINE IPSO FIANT MINISTRI PRÆTER CANONES.

VALDE male me habet, quòd patrum de cætero defecerunt canones, & omnis accurata diſciplina ex eccleſiis erecta eſt, & timeo ne *incurta & deſpicientia hac via procedente in omne confuſionis genus reſeccleſiaſticæ redeant. Eos qui olim eccleſiæ miniſtrabant, conſuetudo, quæ ex eccleſiis verſabatur, diligẽtiſſimè & accuratiſſimè probatos admittebat, & omnis eorum vitæ agendæ ratio curioſè inquirebatur, an non eſſent maledici, an non ebrioſi, an non prompti ad pugnas, an ſuam iuuentutem rectè erudirent, ac caſtigarent, vt poſſent ſanctificationem rectè gerere, ſine qua nemo dominum accipiet. Et hæc quidem examinabant preſbyteri, & diaconi qui cum eis verſabantur. Referebant autem ad chorepiſcopos, quia verè teſtificantibus ſuſceptis ſuffragiis, & eorum admonitis epiſcopis ita miniſtrum in ſacerdotalem numerum cooptabant. Nunc autem nobis primum extrulis, nec ad nos referre in animum inducentes, omnem in ſe auctoritatem transferunt. Deinde re per ſummam* ſocordiam tractata, preſbyteris, & diaconis permiſiſtis, quos voluerint, vita eorum nõ examinata ex affectione vel cognationis, vel alicuius alius amicitiæ, indignos in eccleſiam introducere. Et ideo multi quidem numerantur miniſtri in vnoquoque pago, ſed nemo eſt dignus miniſterio altaris, vt vos ipſi teſtificamini, qui hominibus indigetis in *electionibus. Quia ergo rex deinceps eo proceſſit, vt curari non poſſit, maximè cum nunc plurimi* metu ne in milites referantur, ſeipſos miniſterio ingerant, neceſſario me contuli ad renouãdos patrum canones, & ſcribo ad vos vt ad me mittatis indicem miniſtrorum vniuſcuiuſque pagi, & à quo vnuſquiſque introductus ſit, & in quo ſit libro. Habete autem & ipſi apud vos iudicem vt veſtræ literæ cum iis quæ apud nos repoſitæ ſunt conferantur: & nemini liceat ſe ipſum quando velit inſcribere. Sic itaque poſt prima indictionem ſi qui à preſbyteris introducti ſunt, ad laicos reuiciantur. *De integro autem fiat eorum à nobis examinatio, et ſi ſint quidem noſtro digni ſuffragio, ſuſcipiãtur. Purgate etiã eccleſiam, indignos ab ea expellentes, & deinceps quidem indignos examinate, & ſuſcipite: in numerum autem nereferte, priuſquam ad nos retuleritis, vel ſcitote quòd erit laicus qui ſine noſtra ſententia in miniſterium admiſſus eſt.

Canonũ deſpicientia cõfuſionis cauſa in eccleſia.

ἀδιορθωσίας

τῶν παραδεδομένων ἡμῖν.

ψηφοφορίας.

φοβηθέντες στρατολογίαν.

ἐντιμότατον.

ἀπὸ νῦν.

BALS. *Quinam erant chorepiſcopi, & quenam iura habebant, dictum eſt in xiiij can. ſynodi Neocæſarienſis & in xviij can. Antioch. ſyn. & ideo hic mihi ſupernacaneum viſum eſt eadem repetere, & eo magis, quòd, quæ in præſenti epiſtola continentur de chorepiſcopis, omnino exoleuerunt, & omnes clerici fiant ab epiſcopis ſola ipſorum probatione.*

EIVSDEM AD EPISCOPOS QVI EI SVBERANT, NE PECVNIIS ORdinent.

REI quidem de qua scribo, absurditas, quòd & in suspicationem venerit, & prolata fuerit, animum meum dolore repleuit: porro ea mihi tunc incredibilis visa est. Quod itaque de eo à me scriptum est, qui est sibi quidem conscius, id vt medicinam accipiat. Qui verò non est, tanquam ad se tuendum cautelam. Qui verò nō magnopere curat id quod ego execror, an talis deprehendatur, vt testificationem. Quid est autem quod dico? Dicunt quidam nonnullos vestrûm accipere pecunias ab iis qui ordinātur: id verò pietatis nomine adumbrare, est id deterius. Si quis enim faciat malum boni prætextu, is est duplici pœna dignus: & eo quòd id quod non bonum est facit: & ad peragendum peccatum, eius quod bonum & honestum est, opera, si dici possit, vtitur. Hæc si ita habent deinceps non fiant, sed corrigantur. Necesse est enim dicere ei qui pecuniam accipit, id quod ab Apostolis dictum est, ei qui volebat dare, vt spiritus sancti gratiam emeret, Argentū tuum tibi in perditionē. Leuius enim peccat qui propter ignorantiam vult emere, quàm qui dei donum emit: emptio enim facta est, & quod tu gratis accepisti, si vendideris, tanquam à satana emptus, dono & gratia priuaberis. In rebus autem spiritalibus cauponationem inducis, & in ecclesia, in qua corpus & sanguis Christi nobis est creditus, hæc non oportet fieri. Quod est autem eorum artificium dicam. Existimant enim se non peccare, quòd neque simul accipiant, sed postordinationem captant. Capere autem est, quandocunque capere. Vos itaque adhortor, vt hunc reditum, vel potius ad gehennam aditum deponatis, & ne eiusmodi sordibus vestras manus polluētes, vos indignos reddatis qui sancta mysteria peragatis. Ignoscite mihi, primum quidem vt non credens, deinde vt persuasus minitor. Si quis post hanc meam epistolam tale quid fecerit, ab altaribus quidem quæ hic sunt recedet: quæret autem vbi dei donum emens possit vendere. Nos enim & dei ecclesiæ, eam consuetudinē non habemus. Vno autem addito, cessabo. Hæc propter auaritiam fiunt: est autem auaritia radix omnium malorum, & nominatur idololatria. Ne ergo propter pauxillum argenti Christo idola præferte, nec rursum Iudam imitemini, lucro rursus prodentes eum qui pro nobis semel crucifixus est, nam & prædia, & manus eorum qui accipiūt, appellabuntur Aceldama.

χαρίσασθαι

λύμασιν

BALS. *Quomodo puniuntur qui pecuniis ordinant, & ordinantur in xxxi. can. sanctorum Apostolorum interpretatione fusius dictum est, in ij. can. iiij. syn. in xxij can. vj syn. & in v. & xvij. vij. & lege eos, & eorum interpretationes. Postea autem præsens quoque epistola, vt & canones, depositionis subiicit tam eos qui ordinant, quā eos qui ordinantur: & siue ante ordinationem pecunias acceperint vel dederint, siue post ordinationem, & ea, & illa coniunge, & per gladium spiritus qui intelligitur, auaritiæ perturbationem quoad eius fieri potest radicitus excinde. Prædia autem quæ eiusmodi pecuniis emuntur, appellabuntur Aceldama, quod est Hebraicum, & Græcè interpretatum, precium & prædium sanguinis interpretatur. Dictum est autem in libro Actuum. Hoc est autem, quod dicit, quòd quemadmodum ager qui emptus est pecunia, qua venditus est à Iuda dominus, precium sanguinis est appellatus: ita & pecuniæ quæ ab iis accipiuntur, qui domus donum vendunt, & diœceses, & vici, in quibus qui dant ordinantur.*

EIVSDEM

EIVSDEM EX XXVII. CAPITE, EORVM QVÆ DE SANCTO SPIRITV AD beatum Amphilochium scripta sunt.

DOGMATVM, & prædicationum, quæ in ecclesia custodita sunt, hæc quidem ex scriptis mandata doctrina habemus: illa verò ex traditione Apostolorum nobis tradita in mysterio susceipimus, quæ vtraque habent easdem vires ad pietatem. His autem nemo contradicet, qui eruum ecclesiasticorum vel minimam experientiam habuerit. Si enim non scriptas consuetudines, tanquam non magnam potestatem habentes recusare voluerimus in rebus principalibus, ipsum euangelium imprudentes damno afficiemus, vel potius id quod prædicatum est ad solum nomen redigemus. Nam vt eius quod primum est, & maximè commune, primum mentionem faciam, figura crucis, eos qui in nomine domini nostri speraverint signari, quis per literas docuit? Ad orientem verti inter orandum quæ nos scriptura docuit? Verba ecclesiæ quæ dicuntur in ostensione panis Eucharistiæ, & calicis benedictionis, quis ex sanctis nobis scriptũ reliquit? Non enim iis vtique contenti sumus, quorum Apostolus, vel Euangelium meminit: sed & præfamur, & alia subiungimus, vt quæ magnam vim habeant ad mysterium, ex non scripta doctrina id accipientes. Aquam baptismatis benedicimus, & oleum vnctionis, & eum etiam qui baptizatur: & quibusnam scripturis, & non ex tacita & mystica traditione? Quid verò ipsum olei vsum quænam scriptis mandata oratio docuit? Vt ter autem immergatur homo, vnde? Quin & alia quoque quæ circa baptismum fiunt, renunciare satanæ, & angelis eius, ex quánam sunt scriptura, non autem ex hac non publicata & arcana doctrina, quam in minimè curioso & nequaquam plusquam oportet inuestigate silentio patres custodierunt, rectè illi edocti quæ sunt in mysteriis præclara ac veneranda silentio seruare? Quæ enim ne suspicari quidem licet iis qui non sunt mysteriis initiati, quomodo consentaneum est eorum doctrinam in scriptis triumphare? *Et post alia* Hæc est eorum quæ non scripta sunt traditionis ratio, vt non sæpius agitata dogmatum cognitio multis vilis & contemnenda reddatur propter consuetudinem. Aliud est enim dogma, & aliud prædicatio. Dogmata enim tacentur, prædicationes publicantur. Est autem etiam silentii species obscuritas, qua vtitur scriptura, quæ reddit dogmatum sententiam contemplatu difficilem ad eorum vtilitatem qui in ea incidunt. Et ideo omnes quidem inter orandũ orientem aspicimus. Pauci autem scimus, quòd antiquam patriam inquirimus, paradisum, quem deus plantauit in Eden in oriente. Et preces quidem stantes peragunt in vna sabbati, rationem autem non omnes scimus. Non solum enim, vt qui cum Christo consurrexerimus, & quæ supra sunt quærere debeamus, in die resurrectionis, gratię nobis datæ, per statum in oratione, nos ipsos commonefacimus, sed quod videatur esse etiam quodammodo seculi quod expectatur imago Et ideo cum sit dictum principiũ, non prima à Mose, sed vna nominata est. Factum est, inquit, vesper, & factum est mane, dies vnus, tanquam eadem sæpe circulariter vertente. Vna est ergo eadem & octaua illa quæ re vera vna & vera est octaua, cuius etiam Psalmographus in quibusdam psalmorum inscriptionibus meminit, per se ostendens, cum scilicet qui post hoc tempus futurus est, statum diem qui nũquam desinit, & est sine vespere, nec est qui ei succedat, perpetuum illud & senii expers æuum. Necessario ergo orationes, quæ in illo fiunt, stantes peragere alumnos suos docet ecclesia. Porro omnis quoque Pentecoste, id est quinquagesimus dies, est resurrectionis quæ in seculo expectatur monimẽtum. Vnus enim ille & primus dies septies septuplicatus septem sacræ Pentecostes dies efficit. A primo enim incipiens in eundem desinit per similes, qui in medio reuoluũtur quinquagesies. Quare & æuum similitudine imitatur, tanquam in motu circulari ab isdem signis incipiens, & in eadem desinens, in quo rectam orationis figuram præferre nos ecclesiæ ritus docuere ex euidenti admonitione, à presenti ad futura mentem veluti traducentes. Porro in vnaquaque genu flexione & assurrectione re ipsa ostendimus, quod etiam propter peccatum in terram delapsi sumus, & per eius qui nos creauit clementiam in cælum reuocati sumus. Mitto alia. Porro & ipsam fidei cõfessionem, credere in patrẽ, filium, & spiritum sanctum, ex quibusnam literis habemus? Si enim ex baptismatis traditione pro pietatis consequentia vt baptizati sumus, ita & credere debemus, & similem baptismati confessionem deponimus, nobis ex eadem consequentia conce-

κηρύγματα

Consuetudines in ecclesia non scriptæ.

τὴν δόξαν dant similem quoque fidei gloriam reddere. Sinautē modū glorię redditionis, vt non scriptum repudiant, dent nobis, & fidei confessionis, & reliquorum, quæ enumerauimus, scriptas demonstrationes. Deinde cum tot sint quæ scripta non sunt, & tantam vim habeant ad pietatis mysterium, vnam nobis dictionem, quæ ad nos venit ex patribus, non concedent, quam nos ex non quæsita & affectata consuetudine in non perversis ecclesiis mansisse inuenimus, quæ non paruam habent rationem, nec paruam affert vtilitatem ad mysterii potentiam.

BALS. *De non scripto ecclesiæ moribus, lege tertium canonem primi tituli præsentis operis, & quæ in eo à nobis scripta sunt. Quod autem dicit in hac epistola, tale est, Cùm pneumatomachi, hoc est sancti spiritus aduersarii, dicerent non debere spiritum sanctum cum patre & filio conglorificari, quòd hoc non sit nobis in scripto traditū, sanctus postquam diuersas non scriptas consuetudines recensuit, quæ necessario non soluerentur, sed perpetuò obseruari deberent, subiungit etiam causas, propter quas quædam ex his absque scripto traditæ sunt, & dicit propter quam causam ad orientem respicientes oramus, & cur vna sabbatorum stantes precamur. & quod non omnia quidē scripto mandentur, ratio est, quòd non oporteat dogmata publicari, & ab omnibus cognosci. Prædicationes enim, inquit, publicantur: dogmata verò tacentur, ne sæpius agitata, hoc est frequentius meditata & vsurpata, ex consuetudine contemnantur. Est enim silentij quoque species obscuritas. Quod enim obscurè dictum, vt non etiam à multis intelligatur, tacere videtur. Quemadmodum enim nescit quisquam, quod alius habet in animo, ita etiam quod obscurè dictum est à pluribus ignoratur. Hoc ergo dicit sanctus esse causam, vt non omnia in scripto tradita sint. Quod dum oramus orientem aspicimus, dicit esse causam, quòd nos antiquam patriam inquiramus, paradisum scilicet, quem deus plantauit in oriente. Genu autem non flectere in vna sabbatorum, quæ est dominica, traditum est, quòd in ea vna cum Christo consurreximus, illo quidem ex sepulchro resurgente, nobis autem ab antiquo lapsu per illum excitatu, & quòd quæ sunt sursum quærere debemus, & non ad terrena & interitui obnoxia inclinari: & quòd futuri seculi dominicus imago est: qui à Mose non primus, sed vnus nominatur, vt qui circulariter vertens, vnus sit, & octauus, & octauum illum diem describat, futurum scilicet seculum, quod non desinit, & est infinitum, cuius etiam Dauid in psalmorum inscriptionibus meminit, eos pro octaua inscribens. Propterea ergo, inquit, necessario docet ecclesia rectos stare eius alumnos, fideles scilicet, quos alunt ecclesia, vt frequenter sursum aspiciendo futuræ gloriæ recordentur, & quo ad eam perueniatur, viaticum comparent. Præterea de Pentecostes quoque diebus dicit, quòd & ipsi nobu expectatam resurrectionem significant. Primus enim dies resurrectionu domini septies sepuplicatus, per dies intermedios Pentecosten, id est quinquagesimum diem, efficit. incipit enim à dominica Paschæ, & in nouum alium dominicum redit, & ex illo rursus in sequentem dominicum, & ita circulariter vertens ac circumactus per septem hebdomadas, in pentecosten, hoc est in quinquagesimum diem desinit, & imitatur æternitatem ab iisdem partibus incipiens, & in easdem recurrens. sicut in circulari motu. Linea enim quæ circulum efficit, quæ etiam circunferentia appellatur, vnde incipit, illic desinit. In diebus ergo Pentecostes, consuetudines ecclesiæ seu leges, vel statuta docuerunt nos præponere rectos stantes orare, mentem nostram velut excitantes à terrenis ad cælestia per euidentem & manifestam admonitionem. Per rectam enim figuram sursum aspicientes, futurorum & cælestium admonemur, sed nec genuflexiones sunt sine symbolo: significat enim in terram quidem inclinatio, quod peccantes in terram lati sumus, seu decidimus. Ex terra autem rursus assurrectio & elevatio, quod à lapsu conuersi sumus per gratiam dei, qui clementia in nos vsus est. Et quid hæc, inquit, enumero? Si enim quæcunque sine scripto accepimus, volo omnia mysteria dicere, dies me deficiet, hoc est ne satis quidem temporis habebo ad expositionem. Iam verò aliud quoque non scriptum adiecit dicens. Mitto alia. in patrem, & filium, & spiritum sanctum credere confiteri, vndénam in scripto habemus? Si enim ex traditione quæ est in baptismate, ex eo scilicet quod Christus dicat Apostolis, baptizantes in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, vt baptizamur, ita & credere debemus, & ideo baptismati similem confessionem ponimus: dent nobis vt quemadmodum confitemur, ita & glorificemus, credamus scilicet, & gloriam canamus. Sinautem dicunt se non in scripto accepisse ita gloriam canere: dent nobis in scripturu demonstrationes, pro eo quod est, in scripto ostendant confessionem fidei, & alia innumerabilia. Hæc sanctus cum pneumatomachu, hoc est spiritus sancti aduersariu, disserit, qui non ferebant vt spiritus sanctus cum patre & filio conglorificaretur, vt qui eum seruum existimarent & non honore æqualem, & dicebant se in scripto non inuenisse traditum ecclesiæ, vt ipse cum patre & filio conglorificaretur, & infert. & hæc quidem sanctus. Deinde cum tot & tanta sint quæ non scripta sunt, & tantam potestatem habeant ad pietatis mysterii, vnam dictionē, quæ ad nos venit ex patribus, non concedent? & quæ sequuntur. Quod autem dicit, est eiusmodi. Cum tot & tanta sint quæ sine scripto accepimus, eáque ad fidem tam valida, non permittant nobis vnam dictionem, non à nobis introductam, sed quam inuenimus ex consuetudine non quæsita nec affectata, sed simplici, quæ permansit in ecclesiis nō*

perversis

peruersis hoc est ab hæreticis non depranatis, quæ magnam habent rationem, nec paruam affert vtilitatem ad fidei mysterij potestatem, hoc est quæ multum iuuare potest ad fidei mysterium.

EIVSDEM EX XXIX. CAPITE EIVSDEM OPERIS.

IAM verò ad hoc quòd testibus careat ea quæ est cum spiritu conglorificatio, illud dicimus, quòd si nihil quidem aliud est, quod non sit scriptum, nec hoc admittatur. Sinautem plurima mystica sine scriptis in republica Christiana versantur, cum multis aliis hoc quoque susc ipiamus. Apostolicum autem esse existimo in non scriptis quoque traditionibus permanere. Laudo enim, inquit, vos quod omnia mea memministis, & quemadmodum tradidi vobis traditiones tenetis: & illud, Seruate traditiones quas accepistis, siue per sermonem, siue per epistolam. Quarum quidem maxime vna est & hæc præsens, quam qui ab initio constituerunt, posteris tradentes, vsu semper vnà cum tempore procedente, per longam consuetudinem, in ecclesiis actis radicibus firmam stabilémque fecerunt. Nunquid ergo si veluti in iudicio inopia probationis quæ fit per scripta laborantes, testium nobis multitudinem adduxerimus an non a vobis editam sententiam assequemur? Ego quidem sic existimo. In ore enim duorum, vel trium, stabit omne verbum. Sinautem & longum tempus pro nobis facere aperte vobis ostenderimus, an non vobis videbimur dicere probabiliter non esse hanc concedendam aduersus nos actionem? Sunt enim quodammodo *veneranda antiqua dogmata, quæ tanquam in quadam canitie, in antiquitate habent venerationem.

Traditiones non scriptæ.

*Venerua.

BALS. *Sanctus suum adhuc dictum confirmat, dicens hæreticis, si nihil quidem aliud non scriptum traditum est, nec hoc admittatur. Sinautem multa sunt quæ sine scriptis in republica Christiana versantur, quæ quidem enumerauit, cum aliis hoc quoque admittamus. Deinde ostendit quod est Apostolicum seruare quod traditum est, & ponit etiam ipsa verba Apostoli, & dicit quòd hoc quoque vna est traditionum, scilicet de sancto spiritu, quam in ecclesiis actis radicibus, firmam stabilémque fecerunt & tradiderunt. Quemadmodum enim plantæ, quæ radices egerunt, à terra non facile euelluntur, ita & hoc non facile amittent, nec prodent ecclesiæ. Præterea autem argumentatur dicens, Si in iudicium à vobis adducti essemus, nec aduersus ea quæ intenderentur, esset nobis scriptarum probationum copia, an non per testium vocem absolueremur? Ad sua autem dicta probationem, verba quoque Euangelica adducit. Sed & si longum, inquit, tempus proponeremus, vtpote eo vincentes aduersarium, vt qui quod ab eo vindicatur longo tempore, longo tempore possederimus, & hoc apertè ostenderemus, an non efficeremus vt omnino non admitteretur actio in iudicium, sed potius excluderetur? Antiqua enim dogmata in veneratione habentur, cum homines ea reuereantur propter antiquitatem, & quemadmodum senibus canities venerationem acquirit, ita & antiquitas dogmatibus.*

EPISTOLA CANONICA SANCTI GREGORII NYSSENI EPISCOPI ad sanctum Latoium Mitylenes episcopum.

VNVM hoc quoque est eorum quæ ad sanctum festum conferunt, si nos intelligamus legitimam, & canonicam in iis qui peccarunt œconomiam, vt curetur omnis morbus animæ, qui per aliquod peccatum accidit. Quoniam enim hoc est vniuersale festum creationis, quod in præstituto anni circuli ambitu, singulis annis in vniuerso mũdo propter eius qui ceciderat resurrectioné, peragitur, (casus autem est peccatũ, resurrectio verò ex peccati casu erectio) rectè habuerit, si hodierno die, nõ solũ eos qui ex regeneratio-

Cõfessio ante festũ Paschæ.

ne per lauacbri gratiã transmutati sunt, adducamus, sed eos etiam qui per pœnitentiã & cõfessionem a mortuis operibus ad viuentem viam ascendunt, ad viuentem spem tanquam manu deducamus, à qua per peccatum alienati sunt. Neque verò paruum opus est, ea quæ de iis dicenda sunt, in recto & probato iudicio dispensare, iuxta præceptum prophetæ, quod iubet oportere sermones dispensare in iudicio, vt quemadmodum habet diuinum oraculum, non moueatur in æternum, & in æterno monimento sit iustus. Quemadmodum enim etiam in corporali medela, vnum est quidem institutum medicinæ, sanare eum qui laborat, varium autem est curationis genus (pro morborum enim varietate conuenienter quoque medicinę methodus ac disciplina vnicuique morbo se applicat) ita cùm multa sit in morbo quoque animæ affectionum varietas, multiformis quoque necessario fuerit medica curatio ad affectionis rationem medicinam exercens. Vt sit autem arte aliqua procedens propositæ quæstionis methodus, rem ita tractabimus. Tria sunt quæ in anima nostra considerantur secundum primam diuisionem: ratio, concupiscentia, & ira. In iis sunt & rectè facta eorum qui ex virtute viuunt, & *delicta casúsque eorum qui ad vitium dilabuntur. Quamobrem oportet eum qui ægrotanti animæ parti conuenientem medelam est adhibiturus, prius quidem considerare in quónam consistit affectio, deinde sic laboranti conuenientem medelam applicare, ne propter medicæ disciplinæ ignorantiam, alia quidem sit pars quæ ægrotat, alia verò cui est adhibita medela, sicut certè multos videmus medicos, qui propter primo affectæ partis ignorationem morbum suis medicamentis adaugent. Cùm enim sæpe existat morbus propter dominationem & exuperationem calidi: quoniam iis qui propter nimiam frigidi abundantiam male affecti sunt, vtile est quod calefacit, & conuenit id quod illis ex ratione adhibitum confert, idem iis qui immoderata caliditate succenduntur applicantes, efficiunt vt sit morbus curatu difficillimus. Quemadmodum ergo medicis imprimis necessaria existimata est elementorum proprietatis cognitio, vt vniuscuiusque eorum quæ bene vel malè constituta sunt, id quod præter naturam affectum est, corrigatur. Sic & nos ad hanc recurrentes diuisionem, quæ est eorum quæ in anima considerantur, principium & fundamentum conuenientis affectionum curationis, generalem faciamus contemplationem. Trifariam ergo, vt diximus, diuisa proprietate motionum animæ in rationem, concupiscentiam, & iram, rationis quidem compotis animæ partis est * perfectum & ex virtute rectè se gerens officium, pia de deo existimatio, boni & mali discernens scientia, & quæ habet veram & non confusam de rerum subiectarum natura opinionem, quid est quidem, in iis quæ sunt, expetendum, quid verò abhorrendum & abiiciendum: & rursus ex contrario quod in ea parte est vitium, omnino considerabitur, quando circa res quidem diuinas fuerit impietas, nullum autem circa id quod verè honestum est iudicium, peruersa autem & corrupta de rerum natura existimatio, vt lucem tenebras ducat, & tenebras lucem, vt dicit scriptura. Concupiscentis autem partis motus est ex virtute, si ad id quod est re vera concupiscendum, & verè pulchrum & honestum erigatur desiderium, & si qua est in nobis amatoria facultas & affectio, tota in illo versetur, vt credamus nihil aliud esse sua natura expetendum præter virtutem, & naturam quæ virtutem irrigat. Huius autem partis declinatio est & peccatum, quando cupiditatem transtulerit ad inanem, quæ non potest consistere, gloriam, vel ad florem qui coloratè corporum superficiei est illitus. Vnde existit libido, gloriæ cupiditas, ambitio, & auaritia, & cætera eiusmodi quæ ab hoc vitij genere dependent. Animosæ autem seu irascentis partis recta & ex virtute actio est, mali odium, & bellum cum animi perturbationibus, & ad fortitudinem in eo esse * confirmatam animam, vt ea non pertimescat, quæ multis terribilia videntur, sed vsque ad sanguinem peccato resistat: mortis autem minas, & grauia supplicia contemnat, & à rebus iucundissimis disiunctione, & omnibus, vt semel dicam, quæ propter aliquam consuetudinem & * anticipatam opinionem multos in voluptate detinent, sit superior pro fide & virtute decertans. Huius autem partis prolapsiones omnibus apertæ sunt, inuidia, odium, ira, conuicia, certamina, contentiosæ & vltionis appetentes affectiones, quæ acceptæ iniuriæ recordationem longè extendunt, & multos ad cædem & sanguinem incitant. Dum enim non inueniret stulta & inerudita ratio, quomodo armis suis vtiliter vteretur, ferri aciem in se conuertit, eáque arma quæ nobis à deo data sunt, ei qui malè vtitur, exitium afferunt.

* πάθημα.

* κατόρθωμα

* ἐπιμονὴν

* προκατάληψιν

BALS.

BALS. In tempore festi paschæ hic magnus pater hanc epistolam misisse videtur & dicit ad festum conferre, vt qui peccant, legitimè & canonicè dispensentur. Festum enim resurrectionis domini, propter resurrectionem humani generis, quod propter peccatum ceciderat, & factum est, & quotannis peragitur. Resurrectio autem est etiam ex lapsu peccati resurrectio. Peccatorem enim à peccato abstinere, est resurgere à casu quo cecidit qui peccat. Quare oportet, inquit, hodierno die deo adducere nō solum eos qui per salutare baptismi lauacrum ex regeneratione transmutantur, tanquam nouum corpus accipientes, vtpote quod sancti spiritus gratia a sordibus sit emundatum, quæ ei per peccatum insedebant. Non eos ergo dicit solum adducere oportere Paschæ tempore, sed eos etiam qui agunt pœnitentiam, & à mortuis operibus ad viam viuentem ascendunt. Hoc autem in epistola ad Hebræos à magno Paulo dictum est, qui mortua vocauit opera, quæ animam malo odore replent, & nos immundos efficiunt. Quemadmodum enim in lege antiqua, qui mortuum tetigit, immundus existimabatur, ita & qui mortua tangit opera immundus à deo iudicatus est. Per pœnitentiam autem purgatus ad viam viuentem reuertitur. Quæ autem ad deum ducit, est ea via viuens, quæ futuram nobis vitam conciliat, quæ à mortuis operibus, seu quæ nos mortificant, separat, quæ a seruante spe nos abalienant, hoc est à regno dei. quod si speretur, seruat eos qui sperant, & dei mandatis conuenienter viuunt, ne ab eo excidamus. Est autem, inquit, non parum opus ea quæ de iis dicenda sunt, de iis scilicet qui pœnitentiam agunt, dispensare in recto iudicio, vt vult Dauid qui dicit de eo, Qui timet dominū, dispensabit sermones suos in iudicio, & cætera. & dicit, quòd sicut corporum medicus vnum est institutum, vt arte medica ei qui laborat medeantur non est autem similis in omnibus qui agrotant * curandi ratio, sed pro agrotantium diuersitate eorum curam gerunt, & ætatum & corporū proprietatē horarúmque & locorum differentiā obseruantes: ita enim oportet eum qui animæ morbis medetur, quorum multiplex est varietas, multiplicem quoque medelam adhibere, & morborum causas obseruantem, & vnuscuiusq; pœnitentiā agentium affectionem. Postea tradit artificiosam peccatorum doctrinam, & dicit esse tria quæ in anima nostra considerantur, rationem, concupiscentiā, & iram, quæ animæ facultates & proprietates appellantur. & ex iis dicit existere recte facta, seu virtutes, & cassa, seu delicta ac peccata, & oportet animæ affectionum medium considerare, ex quānam animæ facultatum consistit peccatum, & ita ei qui curatur conuenientem adhibere medicinam, & affectioni appositam, ne ex imperitia aliud quidem sit quod labores, aliud cui medicina applicetur: vel sit etiam morbus, qui aliter curari debeat, ille verò aliter medicari conetur. Quod etiam, inquit, imperiti faciunt medici, & cum aliquo propter calidi exuperationem laborante frigida aliqua adhibere oporteat, si inconsideratè magis calefacientia applicet, curatu difficillimam affectionem effecerit: cōtraria enim contrariis curantur, & is quidem qui propter frigidi dominatum laborant conueniens est medicina, id quod calefacit & confouet: in quo autem calidum exuperat, oportet contrarium adhibere, quod est frigidum. & quemadmodum corporum medicu necessarium est intelligere, vndénam is qui laborat, affectus est, & ita illi morbo conuenientem medicinā adhibere: ita & is qui morbos animæ curant, citra vllam omnino excusationē, considerandum est vndénam peccatum, cui medicina adhibēda est, nascitur. Cum anima ergo facultates in tria, vt dictū est, diuidantur, rationis, inquit, virtus est pia de deo existimatio, & boni & mali diiudicatio: & quæ habet veram, & non confusam de natura existimationē, & subiectorum opinionem. Porro is verè dicitur videre, qui purè, & absque vllo errore videt, & id quod videtur, ita intelligentia comprehendit, vt eius habet natura. Et is non confusè videt, qui videntem facultatē cōtinet, & non aliud quidem videt, aliud se videre existimat. Quā do ergo quis rerum subiectarum naturam intelligit, & certò constanterque indicat, quid est bonum & malum, & quid præferre quidem oporteat, quid verò abhorrere, tunc dicitur apertam & non confusam habere opinionem, seu existimationem, pro eo quod est, res pulchrè iudicare, & tuto de iis existimare. Postquam autem dixit quid sit virtus rationis, nunc etiam dicit de eius vitio, & ea ex contrario considerari seu cognosci docet, & dicit esse rationis vitium, in deum impietatem, hoc est aliquid existimare diuina natura indignum, & de rebus non rectum, sed aberrans iudicium, vt quod bonum est, malum existimet, & quod malum est bonum: hoc enim significat dicere lucem tenebras, & tenebras lucem. Hoc autem est Esaiæ eos qui illa faciunt execrantis. Concupiscentiæ autem virtus dicitur, si nostrum desiderium ad id quod verè pulchrum & honestum inrēque concupiscendum est, monetur, & credere nihil esse aliud expetendum, seu appetitione & desideratu suapte natura dignum, quàm virtutem, & quæ virtutem irrigat naturam, scilicet deum. Virtutis enim fons est, & ad ipsam dux diuina natura. Nihil autem esse suapte natura expetendum præter virtutem, dixit sanctus: alia scilicet quæ nobis expetenda esse videntur ac desideranda, non esse sua natura eiusmodi, sed nostro aberrante iudicio ac existimatione: & protinus infert gloriæ cupiditatem, corporum pulchritudinis desiderium, auaritiam, libidinem, & quæ sunt eiusmodi, quæ etiam desideratiuæ animæ partis declinationem & peccatum ostendunt. Declinat autem & aberrat, hoc est ab eo quod honestum est, & à recto iudicio discedit, qui hæc expetēda esse ducit. Dicit autē ex vana gloria, & ex flore, qui corporis superficiei est illitus, existere gloriæ cupiditatem, auaritiam, & libidinē & quæ sunt huiusmodi. Si quis enim vanæ gloriæ cupiditate laborat: dicitur autē vanæ gloriæ cupiditate laborare

* μεταχείρισις.

qui Græcè dicitur κενοδοξος, qui iis quæ habet rectè ac præclarè ſublatis, talu quoque vult videri, & qui corporum florem appetit, in libidinem, vel auaritiam labitur. Corporum autem florem intelligere oportet, humanorum corporum pulchritudinem, vel bonum auri colorem, & gemmarum ac lapidum ſplendorem, μαργαριτων margaritarum fulgorem, veſtiúmque contextarũ varietates, & quæ iis conſequũtur: ſunt enim & hæc corpus. Vel ergo amat humanam pulchritudinem, & à libidine vincitur, vel auri, vel aliorum florem expetit, & exiſtit auaritia. Ex his autem ad alia omnis generis innumerabilia deuoluitur. Qui enim gloriam appetit, in inuidiam, & eorũ qui ei ſunt honore æquales detractionem incidit, volens eſſe omnibus ſuperior. Qui autem pulchritudinis amator eſt, in incontinentiam. Qui autem pecuniã concupiſcit, ad iniſtitiam. Porro alia quoque mala innumerabilia ex iis enaſci ſolent, ad quæ quidem enumeranda ac nominanda longa ſcriptione opus eſſet. Quæ quidem omnia ad vitium reducuntur, quod fit ex declinatione deſideratiuæ animæ facultatis, tanquam ſpecies ad genus. Non conſiſtentem autem vanam gloriam dicit ſanctus, quòd honor humanus propterea dicitur Græcè δοξα, vt quæ ſit ſolum exiſtimatio, & nihil habeat firmum, nec ſtabile, quódve conſiſtat, ſed ſolum opinio & viſio. Porro ipſum quoque nomen vanæ gloriæ euidentius declarat quod dictum eſt. Inanem enim exiſtimationem, & non vanã eam eſſe docet. Iræ autem virtutem quidem, rectúmque officium eſſe docet odium vitij, & pugnare cum animi perturbationibus, nec ſe eis ſubmittere, nec eis ſeruire. Et habere animam corroboratam ad fortitudinem, quod eſt ſe intrepide fideniérque gerere. Eſt autem Græcè ἀνυπόδετος, id eſt temperatum eſſe. A ferro autem metaphora ſumpta eſt. ſicut enim ferrũ temperatum, eſt inflexibile, & rem quãlibet quæ incideris ſecat, ita qui magno excelſóque eſt animo, ad nihil eorum quæ videntur terribilia flectitur, ſed eſt ad omnia bono fidentique animo. Non enim mortem timet, nec tormenta, voluptatibus non enervatur, nec à conſuetudine in ſeruitutem redigitur, ſed hæc omnia contemnit, fidem & virtutem poſſidens, à quibus ne excidat, & omnem dolorem nihili ducit, & quæ ſunt iucundiſſima repudiat. Prolapſiones autem ire, ſeu ab honeſto deflexiones dicit eſſe inuidiã, odium, iram, conuicia, & alia quæ enumerata ſunt, & adhuc plura. Qui eſt enim, inquit, imperitus, id eſt qui doctrinam non eſt aſſecutus, vt ſciat vbi oporteat ira tanquam armis vtiliter vti, ea aduerſus ſe vtitur, & ita arma quæ nobis vtiliter à deo data ſunt ad noſtri defenſionem & nobis ferendum auxilium, (ea autem ſunt ira) in quis illa malè vtuntur, exitium ſeu perniciem afferant iã corpori quàm animæ.

His itaque hoc modo diſtinctis, quęcunque quidem peccata ratione prędità animę partem attingunt, eſſe grauiora à patribus iudicata ſunt, & maiori ac ſufficientiori & laborioſiori conuerſione digna: quemadmodum ſi quis fidem in Chriſtum negauit, vel ad Iudaiſmum, vel idolorum cultũ, vel Manichęiſmum, vel aliquod aliud impietatis genus deſciuiſſe viſus ſit, qui voluntariè quidem ad id malum contulit, deinde ſe ipſum condemnauit, totum tempus vitæ ſuæ habet pœnitentiæ tempus. Nunquã enim ſi myſtica peragatur oratio, deum vnà cum populo adorare dignus cenſebitur, ſed ſeorſum precabitur, à ſacramentorum autem communione, omnino erit alienus, in hora autem ſui è vita exceſſus ſacramenti communionis erit particeps. Si autem contigerit, vt is præter ſpem viuat, in eodem rurſus viuet iudicio, myſticorum ſacramentorũ ad vitæ exitum vſque expers. Qui autem tormentis & grauibus ſupplicijs excruciati, ij præſtituto tempore punientur, ſanctis patribus ſic in eos clementia vſis, tanquam anima non lapſa ſit, ſed corporalis imbecillitas tormentis non reſtiterit. Quare menſura eorum qui in fornicatione peccarunt, & vi doloréque expreſſa transgreſſio in cõuerſione eodem ſpacio dimetita eſt.

BALS. *Poſtquam dixit ſanctus, poſt proœmium, inſtar cuiuſdam præcedentis contemplationis, cui animæ facultatum vnumquodque ex virtute factum, vel peccatum conuenit, nunc tractat de pœnis peccatorum: & alia deteriora eſſe dicit, & talia à patribus eſſe iudicata, quæ ratione prædita animæ partes attingunt, & laborioſiore medicina digna eſſe habita, ex quibus eſſe dicit lapſum à fide, vt quando quis fide in Chriſtum negata, ad Iudaiſmum, vel Helleniſmum declinauerit, vel ad aliquam aliam hæreſin, vel ad aliquod aliud genus impietatis. Genus autem impietatis vocauit & Iudaiſmũ, & hæreſes, eo quòd et ſi Iudæi deum confiteantur, facto tamen eum negant. Cum enim filium non ſuſceperint, nec patrem honorare creduntur, ſecundum magnum Apoſtolum Iohannem, qui dicit, Quicunque negat filium, is nec patrem habet. Porro hæreſes quoque ad impietatem ducunt. Qui enim filiũ à paterna ſubſtantia & gloria ſeparant, & ſpiritum creaturam ſeruumque eſſe credunt, errant in diuinitate, & nec de filio, nec de ſpiritu rectè ſentiunt, & merito ipſi quoque impij vocentur, & qui nõ habent quam conueniat de deo ſententiam. Hoc in alijs quoque hæreſibus inuenies. Eorum itaque qui errant in fide facit ſanctus diuiſionem, & eos quidem qui deſciuerunt, ſeu voluntariè, & abſque neceſſitate rectam fidem negarunt, deinde ad pœnitentiam venerunt, dicit tota ſua vita eſſe ſegregatos. Vt ne ſanctorum quidem donorum participatione digni habeantur, niſi quando ad ſuæ vitæ finem venerint. Quod ſi quis eorum tam moriens communione dignus habitus fuerit, deinde periculum euaſerit & vixerit, rurſus erit excommunicatus vſque ad mortem. Non ſolum autem eis inferri dicit ſegre-*

segregationem, sed neque cum orthodoxis consistere, & vnà precari, cum mystica peragitur oratio, scilicet quando sacerdos panem sanctificari, & etiam prius per se precatur, seorsum tamen, inquit, seu per se precari non vetabitur qui est in pœnitentia, non tamen et permittetur consistere cum fidelibus, sed stabit extra templum cum catechumenis. Hæc ergo dicit de iis qui sine vi, propria voluntate negauerunt. Quicunque autem, inquit, per necessitatem se submiserunt tormentis, grauibusque panis ac supplicijs resistere non valentes, si à patribus præstituto tempore puniti sunt, quanto is qui etiam fornicatus est, punitur. Quod quidem tempus procedens dicit esse nouem annos. Dicit autem patres fuisse clementes in eos qui vi negauerunt, quia anima istorum negationi non consensit: sed lingua sola à bono exciderunt, mentis autem affectio eis immutabilis conseruata est. Has ergo pœnas inferri dicit iis qui circa rectam fidem lapsi sunt. De iis autem qui præstigiatores vel vates adeunt, hæc dicit.

Qui ad præstigiatores, vel vates abierunt, vel eos qui per dæmones se piacula quædam, & suersiones operaturos pollicentur, si exactè interrogantur, & examinantur vtrum in fide in Christum permanentes, à necessitate aliqua ad illud peccatum impulsi sunt, cum afflictio aliqua vel intolerabilis iactura, hunc illi animum indidisset, an omnino neglecto quod à nobis creditum est testimonio, ad dæmonum societatem se contulerunt. Si enim ad fidem infirmandam, & quòd deum esse non crederent, qui à Christianis creditur, & adoratur, illud fecerunt, erunt scilicet transgressorum iudicio obnoxij. Si autem non ferenda necessitas aliqua pusillo & abiecto eorum animo superato eo deduxit falsa aliqua spe deductos, similiter erit & in ipsos clementia, instar eorum qui tormentis in tempore confessionis resistere non potuerunt. iij. Χατ ἔτος quatè

BALS. *Eos autem qui ad præstigiatores, vel vates abierunt, vel ad eos qui per dæmones se piacula aliqua, vel auersiones operaturos pollicentur, dicit esse accuratè examinandos & interrogandos. Dicuntur ergo præstigiatores, qui & incantatores appellantur, qui per aliquas magicas incantationes vel feras alligant ad hominum vel detrimentum, vel vtilitatem, vt videtur aliqua facientes. Ad detrimentum quidem, morbos, vel deliria, vel paralyses inducentes. Ad apparentem autem vtilitatem amores immittentes, vel amicitias, résque prosperas dæmonum inuocatione efficientes. Vates autem sunt, qui ex disciplina methodóue aliqua, nec sine dæmonum inuocatione, futura aliqua prædicunt, vel quæ ignorantur detegunt. Dicuntur autem fieri piacula, vt quando quis dicit se lasum fuisse à fascinatibus oculis, vel ab aliqua curiositate, & eo factum esse vt vel ægrotaret, vel infeliciter res suas geeret, vel es aliquid eiusmodi eueniret. Sunt enim qui profitentur se earum afflictionum piacula inuenturos per operationem omnino satanicam: vel etiam auersiones, & expulsiones eiusmodi malorum. Eos ergo, qui ad tales, inquit, accedunt, dicit oportere examinari, & diligenter interrogari, quomodo ad eos qui hæc faciunt accesserunt, vrgente eos necessitate, vel afflictione aliqua, vel morbo, vel ira forte alicuius principis, vel domini, vel damno intolerabili, & quomodo ad illos accesserunt, fidéne condemnata ad dæmonum auxilium accesserunt. Si enim tanquam a fide deficientes, & deum non esse deum credentes, nec ab illo auxilium sperantes, dæmonum opem imploraruut, vt qui transgressi sunt & sponte fidem abnegauerunt, tractabuntur. Si autem propter pusillum & abiectum animum, dæmonũ auxilium inuocauerunt, cum eos grauis aliqua oppressisset necessitas, quam propter animi imbecillitatem ferre non potuerunt decepti, & iuuari sperantes, punientur & ipsi, vt q̃ qui idolis sacrificarunt, quod propter confessionem tormenta non sustinuerunt.* ἐπὶ τὸ

Eorum autem quæ ad cupiditatem, & voluptatem fiunt peccatorum hæc est diuisio: hoc enim vocatur adulterium, illud verò fornicatio. Ac nonnullis quidem eorum qui sunt subtiliores, placuit etiam fornicationis peccatũ adulteriũ esse existimare, quoniam vna est legitima cõiunctio, & vxoris cum marito, & mariti cũ vxore. Quicquid ergo non est legitimum, est omnino iniustum, & legi contrariũ: & qui non habet proprium, habet omnino alienum. Homini enim vna tantum data est auxiliatrix: & mulieri vnum appositum est caput. Ergo si quis quidem proprium vas suum, vt diuinus Apostolus nominat, possederit, ei lex naturæ iustũ vsum concedit. Si quis autem extra proprium, cõuersus fuerit, erit omnino in aliena: est autẽ vnicuique alienũ, quicquid non est proprium etiam si id non confiteatur qui est dominus. Non longe ergo à peccato adulterij, fornicatio abiis qui rem paulo accuratius examinant, suscepta est, cum dicat etiam scriptura, Ne multus sis cum aliena: sed quia imbecillorum fuit patribus cura gerenda, distinctum est peccatum hac generali diuisione, quòd fornicatio quidem dicatur, cupiditatis seu libidinis expletio, quæ fit sine alia alicuius iniuria. Adulterium verò, insidiæ & iniuria quæ alteri affertur. In eo autem & cum animalibus coitum, & pẽdicatum esse existimant, quoniam hæc sunt naturę adulterium. In id enim quod est alienum, & quod est præter naturam, fit iniusticia. Cum hæc ergo diuisio in hac etiam iij.

peccati ſpecie fiat, vniuerſale eſt remedium vt à cõcitata in eiuſmodi voluptates rabie per pœnitentiam homo purus efficiatur, ſed quia eorum qui in fornicatione polluti ſunt iniuria aliqua cum hoc peccato non commiſta eſt, propterea duplum conuerſionis tempus iis præſcriptum eſt qui in adulterio inquinati ſunt, & in aliis itidem vetitis malis, animalium initu, & rabie in maſculos. In iis enim peccatum duplicatur. Vnum quidem in illicita & nefaria voluptate. Alterum autem quod in iniuria quæ fit alteri conſiſtit. Eſt autem quædam differentia in ratione pœnitentiæ in iis qui in voluptate peccarunt eiuſmodi. Qui enim ex ſeipſo ad ſua proferenda peccata impulſus eſt, eo quod ſua ſponte occultorum accuſator eſſe voluerit, vt qui iam affectioni medicinam adhibere cœperit, & ſignum in id quod eſt melius mutationis oſtenderit, in mitioribus pœnis verſatur. Qui autem in malo deprehenſus eſt, vel propter aliquam ſuſpicionem vel accuſationem ingratis conuictus eſt, longius illi conuerſionis tempus datur, vt ipſe perfecte purgatus, ſic ad ſacramentorum communionem admittatur. Eſt ergo canon eiuſmodi, vt qui in fornicatione polluti ſunt, in tribus quidem annis ab oratione omnino expellantur: in tribus autem ſint ſolius auditionis participes: in tribus autem aliis, cum iis qui in conuerſione ſubſternuntur precentur, & tunc ſint ſacramentorum participes. In iis autem qui diligentiori conuerſione vſi fuerint, & vita ad id quod bonum redditum eſt, oſtenderint, licet ei qui diſpenſat pro eccleſiaſticæ œconomiæ vtilitate tempus auditionis contrahere, & celerius adconuerſionem deducere, & rurſus hoc quoque tempus cõtrahere & celerius communionem reddere, vt ſua probatione eius cui medela adhibetur, conſtitutionem indicet. Quemadmodum enim porcis margaritas proiicere eſt vetitum, ita & precioſa margarita priuare eum qui iam per alienationem à vitio & purgationem homo factus eſt, abſurdum eſt. Quę autem in adulterio & in reliquis immunditiæ generibus fit iniquitas, vt dictum eſt, eodem iudicio punietur, quo & fornicationis ſcelus, ſed tempore duplicabitur. In eo autem eius etiam cui medela adhibetur, affectio conſiderabitur, quomodo & in iis qui fornicationis inquinamento illaqueati ſunt, vt vel citius, vel tardius, eis ſit boni participatio.

BALS. *Nunc dicit de peccatis, quæ naſcuntur in animæ deſiderativa facultate, ex quibus dicit eſſe adulterium, & fornicationem: & ſubiungit, quòd quibuſdam ſubtilioribus fornicatio quoque vocatur adulterium, quia eſt legitimus coitus mariti & vxoris: ſed ſi quid fiat aliud præter eum, id eſt iniuſtum & legibus contrarium, & quicunque non vititur proprio, vitiur alieno, etiam ſi dominum non habeat, & propterea fornicatio non longe abeſſe viſa eſt ab adulterio. Hæc dicit ſanctus, ita adſtrui ab iis qui fornicationem ad adulterij peccatum reducunt: imbecillorum autem peccatorum fuiſſe aliquâ patribus curam, ſeu diſpenſationem, eorumque rationem eſſe habitam. Eſt autem Græca dictio* οἰκονομία *ex quæ ex Proverbiis accepta eſt. Dicit enim in eis Salomõ* ὁ μὴ οἰκονομῶν τὸν ἑαυτοῦ οἶκον, *hoc eſt qui domus ſuæ curam non gerit, eámque diſpenſat, hæreditabit ventos. & peccatũ illegitimi coitus eſſe diſtinctum ſeu diuiſum, & fornicationem quidem eſſe nominatam coitum qui fit abſque iniuria alterius viri ſcilicet cum mulere libera: adulterium autem, viri acceſſum ad mulierem quæ cum altero cohabitat. Qui enim accedit ad mulierem quæ non habet maritum, peccat quidem, quòd ea non legitimè vtitur: ſed nemini facit iniuriam. Qui autem rem habet cum ea quæ cum marito cohabitat, maritum illius iniuria afficit, alienam ſibi familiarem efficiens, ſæpe autem illius marito inſidiatur, & hoc ex Dauid manifeſtum eſt. Sorrò cum animali concubitum & pædicatum adulterio exæquant, & quòd iniuria natura afficitur, cum qui ſic peccant, peccent præter naturam: & quòd qui ſic peccat, aliena vtitur. eſt enim aliena natura brutorum, & maſculorum. Maſculum enim, & fœminam fecit deus. Horum itaque peccatorũ vniuerſale remedium dicit ſanctus, ſeu quod omnibus peccatoribus conueniat, à tali rabie per pœnitentiam purum eſſe hominem, peccatum ſcilicet condemnare, & ab eo deficere. Niſi quis enim à peccato deſtiterit, quomodo pœnitentiam agere exiſtimabitur? Quia autem fornicationi non accedit iniuria, fornicationi autem & alia prædicta, vt iam dixi, præter illicitum coitum iniuria quoque adiungitur, tempus pœnæ adulterij, iniuſque animalium, & maſculorum concubitus duplicat ad fornicationem. Deinde & aliquam inducit differentiam in iis qui eadem peccata confitentur. Si quis enim, inquit, ſua ſponte peccatum, quod ignorabatur dixerit, humane punietur. Qui autem non ſponte ad enunciandum acceſſerit, ſed in peccato deprehenſus fuerit, vel ex ſuſpicione cognitus, accuſatiúſne fuerit, & conuictus, etiam ſi pœnitentiam agere propoſuerit, grauius punitur: & fit in longiori tempore pœnitentia, vt ſic purgatus in ſacramentorum communionem recipiatur, deinde & pœnæ fornicationis tempora enumerat: & dicit eſſe nouem annos, & adiicit quomodo diſpenſentur. Vniuerſum autem eius iudicio relinquit qui peccatores diſpenſat: & ſecundum vel diligentiam, vel negligentiam in pœnitentia pœnitentiæ tempus diminuere, vel inijcere iubet. Sicut enim non oportere dicit margaritas ante porcos proiicere, vt dicit Euangelium, margaritas vocans ſanctum corpus domini, & precioſum ſanguinem. Porcos autem qui vitioſe vitam agunt, &*

in

In perturbationum animi cœno inuoluuntur, ita absurdum est, eos preciosarum margaritarum communione priuare, qui se à vitijs per pœnitentiam purgarunt, & ex porcis in homines per purgationem mutati sunt. Cum nouem autē annorum pœnas esse dixisset in fornicatione, in adulterio, animaliumq; intu, ac pædicatu dicit tempus duplicari, esse autem eius dispensationem fornicationis dispensationi similem. Hoc autem sibi vult illud, In eodem iudicio, id est in æquali punitione. Solo autem tempore duplicatur. Cùm enim in vno quoque pœnarum loco sit triennium definitum in fornicatione, sexennium in adulterio, & reliquis definitum est. Porrò hic quoque pœnæ tempus contrahere vel augere in eius qui pœnitentiam agentes dispensat, iudicio relinquit.

Restat adhæc vt irascentem animæ partem examinandam proponamus, quando lapsa à bono iræ vsu, in peccatum ceciderit. Cùm autem multa sint, quæ per iram fiunt peccata, & omnis generis mala, placuit omnibus nostris patribus, in aliis quidem non nimium subtiliter agere, nec nimium in eo studij operæque ponere, vt omnia quæ ex ira nascerentur delicta curarent, quanuis scriptura non solum ictum tantummodo prohibeat, sed etiam omne conuicium vel maledictum, & si quid aliud eiusmodi ira efficit, sed solam cædis cautionem suis pœnis introduxerunt. Diuiditur autem hoc malum differentia voluntariæ, & inuoluntariæ. & est cædes quidem voluntaria quæ præparato suscepta est ab eo qui se ad hoc comparauerat vt hoc facinus perpetraret. Deinde illud quoque in voluntariis existimatum est, quando quis in congressu verberans, & verberatus plagam per iram mortiferam intulerit. Qui enim ira semel victus est, & animi appetitioni cedit, nihil eorum quæ malum possent amputare, et in mentem venerit. Quare & illic quoque qui ex concertatione profectus est, cædis euentus in factum voluntarium, non in casum confertur. Inuoluntariæ autem habent manifestis indicia, quando quis alicui alteri rei studium applicans casu aliquid, aliquid incurabile patrauerit. In his ergo cædes quidem in triplex tempus extenditur iis qui per conuersionem voluntario facinori remedium afferunt. Ter nouem etiam sunt anni, nouenario annorum numero in vnoquoque gradu præfinito, vt in perfecta quidem segregatione nouem annorum tempore vertetur ab ecclesia prohibitus, alios autem tot annos in auditione permaneat, sola doctorum & scripturarum auditione dignus habitus, in tertio autem nouenario cum substratis in conuersione orans, vt perueniat ad communionem sacramenti scilicet, & in eodem eadem erit obseruatio ab eo qui ecclesiam administrat, & pro ratione conuersionis illi quoque pœne extensio rescindetur, vt pro nouem annis in vnoquoque gradu, vel sex vel septem anni solum fiant, si pœnitentiæ magnitudo tempus vincat, & superet correctionis studio eos qui in longo tempore præstituto susceptas a se maculas segniter eluunt. Inuoluntarium autem venia quidem dignum, sed non laudabile iudicatum est. Hoc autem dixi, vt sit apertum, quòd etiam si quis inuoluntariæ fuerit in scelere homicidij, eum tanquam iam prophanum piaculo redditum à sacerdotali gratia eiiciendum pronunciauit canon. Quantum autem est expiationis tempus ob simplicem fornicationem, tantum etiam recte habere existimatum est in iis qui cædem inuoluntariam fecissent, scilicet in iis quoque pœnitentis voluntate examinata, vt si sit fide quidem digna cõuersio, non seruetur annorum numerus, sed temporis prolixitate resecata ad ecletię restitutionem, & boni participationem compendio deducatur. Si quis autem tempore non expleto à canonibus præstituto vita excedat, iubet patrum clementia vt effectus sacramẽtorum particeps non viatico vacuus ad extremam illam & longam peregrinationem mittatur. Si autem postquam sacramenti particeps factus fuerit, rursum ad vitam reuersus sit, statutum tempus expectet in illo gradu existens in quo erat ante communionem illi ex necessitate datam. V.

BALS. *Postquam dixit hic magnus pater de duabus animæ facultatibus, reliquam quoque adiecit, nempe iram: & multa quidem peccata esse dicit, quæ ex ira nascuntur, vt vlus, iniurias, maledicta, conuicia, quæ omnia à scriptura sunt prohibita. Beatus enim Paulus scribens ad Colossenses, & carnis opera enumerans, cum aliis inimicitias, lites, & contentiones, æmulationes, discordias, ac seditiones, & cædes induxit. Et qui hæc, inquit, agunt, regnum dei non possidebũt. Sed etsi, inquit hic sanctus, hæc omnia à scriptura prohibita sunt, placuit tamẽ omnibus nostris Patribus in aliis non nimiũ subtiliter, nec summo iure agere. Illud autem, placuit omnibus, est dubitantis, & veluti rationem nescientis, propter quam patres in iis non nimium subtiliter, & accuratè agere voluerint, nec vt iis remedia afferrẽt multum studij ponendum esse putarunt, sed solum homicidij facinus esse pœnis afficiendum censuerunt, vt cauerent homines ne cædes perpetrarent, pœnas impositas formidantes. Cædes autem peccatum diuiditur in voluntarium, & inuoluntarium: & est quidem voluntaria cædes, quæ præparato ac consulto suscepta est, ad quam paratus, & instructus fuerat quispiam. Voluntarium autem dicit, & quod*

non consulto quidem, sed in certamine, & contentione factum est, quando quis eum qui resistit letaliter percusserit in aliqua parte corporis. Nam hoc quoque cædis genus, non fortuitum, sed voluntarium sanctus indicat. Involuntariam autem cædem definit, quando volēs aliquid aliud agere, vtpote feram percutere, vel fructum arboris decutere, accedentem hominem non visum percusserit, isque mortuus fuerit. Voluntariæ itaque cædi xxvij. annos definit pœnæ tempus: & ipsum in tres partes diuidit, vt vnaquæque pars habeat nouem annos, & perfectam quidem segregationem nominat, eum qui segregatus est stare extra ecclesiam, & deflere. postquam autem illic ad nonum vsque annum defleuerit, tanto rursus tempore stet in loco audientiū, & illinc procedat ad locum prostrationis: & ita xxvij. annis dimensis, dignus sacramentorum communione habeatur. Vbique autem dat potestatem contrahendi tempus pœnarum ei qui eum dispensat qui agit pœnitentiam, si viderit pœnitentem veteres pœnitentiæ fructus ostendentem. Involuntaria autem, inquit, cædes, venia quidem digna iudicata est, sed non laudanda, seu non ita grata, & accepta, vt sit ab omni supplicio immunis, & si quis involuntariè hominem interfecerit, nec sacerdotium assequetur, & eiicietur, vt qui sit homicidio pollutus. Involuntariæ autem cædis pœnæ tempus esse dicit, quantum in simplici fornicatione statutum est. est autem secūdum hunc sanctum ix. annorum. Simplicem autem fornicationem nominauit, quæ committitur in mulierem quæ non habet maritum. Vnde postquam dixit pœnæ tempus in vnoquoque peccato, nunc adiicit, quòd si is qui pœna affectus est, nondum perfecit tempus pœnitentiæ, sed est adhuc segregatus, & in magno vitæ periculo versatur, statuerunt patres clemētia vtentes, vt is sit sacramentorum particeps ne viatico carens in longā peregrinationem abeat. Dicitur autem viaticum, quod iis qui viam ineunt in via est vtile. Fidelibus autem vale conferre creditur sacramentorum participatio. Si autem is cui pœna imposita est, diuinū donū dignus habitus fuerit, deinde periculum effugerit, rursus erit excommunicatus, & in illo gradu stabit, in quo erat etiam ante periculum, donec præstitutū tempus dimensum fuerit.

vj. Altera autem idololatriæ species (sic enim diuinus apostolus auaritiam appellat) nescio quomodo absque vlla pœnæ medela à patribus prætermissa sit. Atqui hoc malum quidem videtur esse trium animi constitutionum affectio. Nam & ratio abeius quod pulchrum est iudicio abertrans, esse in materia quod pulchrum est existimat, non ad pulchritudinem à materia separatam aspiciens. Et desiderium ad ea quæ sunt inferiora inclinatur, ab eo quod verè est expetendum dilabens. Iam verò & contentiosa animosaque animæ affectio ex hoc peccato multas occasiones accipit. Diuinus enim Apostolus eam nō solum idololatriam, sed etiam omnīū malorum radicem pronūciauit, & tamen hæc morbi species inconsiderata, & absque vlla eius cura prętermissa est, quo fit vt hic morbus valde in ecclesia redunder, & nemo in iis qui ad clerum adducuntur, inquirit, num qui eo idololatriæ genere polluti sint. Sed de iis quidem, quoniam id à patribus prætermissum est, sufficere existimo publica doctrinæ ratione ea quomodo fieri potest curare, veluti quosdam morbos ex repletione ortos, inexplebilis auaritiæ affectiones oratione purgantes. Solum autem furtum, & sepulchrorum effossionem, & sacrilegium vitium existimamus, quod sic à patrum consequentia hæc nobis traditio facta sit. Atqui apud diuinam scripturam & fœnus & vsura sunt prohibita, & per alicuius potentiam ad suam possessionem aliena traducere, etiamsi sub contractus, aut transactionis specie hoc fortasse factum sit. Quoniam ergo nos quidem ad canonum potestatem assequendam fide digni non sumus, id quod in confessis prohibitum est, canonicum iudicium iis quę iam dicta sunt adiiciemus. Diuiditur autem furtum in latrocinium seu deprædationem & in murorum effossionem. Idem autem vtriusque est institutum, videlicet aliena auferre: in animo autem ipsorum magna est inter se differētia. Latro enim etiam homicidium ad id quod studet assequi assumit, ad id paratus & armis, & copiis, & opportunitate loci, adeo vt is homicidarū iudicio subiiciatur, si per pœnitentiam ad dei ecclesiam reuersus fuerit. Qui autem latenti ablatione sibi alienum vsurpat, deinde per enunciationem peccatum suum sacerdoti aperuerit, vitij studio in contrarium mutato ægritudinem curabit, dico autem lagiendo quæ habet pauperibus: vt dum quæ habet profundit se ab auaritiæ morbo liberum aperte ostendat. Si autem nihil aliud præterquam solum corpus habeat, iubet Apostolus per laborem corporalem ei morbo mederi. Dictionis autem ita habet contextus, Qui furatur, non amplius furetur, sed potius laboret bonum operans, vt possit ei largiri qui indiget.

ὁ μὴ πλυσιοκατὰ πατέρων παράδοσιν

ὁ πλεονεξία

BALS. *Dubitat sanctus quomodo auaritiæ vitium à patribus absque vlla medicina relictum sit, nec vlla iis qui eo tenentur pœna imposita fuerit, maximè cum Apostolus ipsum idololatriam vocarit. At qui videntur, inquit, tres animæ facultates in eo affici, & à rectitudine diuertere. Neque enim ratiocinatrix animæ affectio recte iudicat, sed falso & nequiter. Aberrat enim, inquit, ab eius quod pulchrum est iudicio, hoc est id non assequitur, nec ad pulchritudinem à materia separata respi-*

cit

cit, ad dei scilicet quoad eius fieri potest intelligentiam, futurorúmque bonorum fruitionem, sed id quod pulchrum est in materia visione apprehendit. Falsam autem opinionem, & mendacem existimationem sanctus visionem appositè vocauit, existimare scilicet id quod pulchrum & honestum est, esse in pecuniis, & diuitiis, & eiusmodi. Porrò desideratiua animi facultas ab eo quod est vere expetendum, à diuina scilicet natura, & cælestibus excidens, terrena & fluentia appetit. Irascens quoque facultas multas vt ad contentionem accendatur occasiones accipit. Propter pecuniarum enim cupiditatè, lites, & inimicitias, & bella, & vt dicit diuinus Apostolus, radix omnium malorú est auaritia. Sed quantum ita se habeat hæc affectio, tamen à patribus relicta est inconsiderata, nullâque eius cura fuscepta est. Vnde etiam abundat in ecclesia, cum multi ea laborent, & de iis qui in clerum referuntur, seu ordinantur, nemo inquirit, nunquid hac idololatria pollutí sunt. Sed quia hoc à patribus prætermissum est, pro eo quod est, impunitum & minime castigatum relictum est, remedium ei afferre oportet, quantum fieri potest per publicam doctrinam, hoc est publicè populum docentes, id persequamur, tanquam morbos aliquos ex nimia repletione ortos, auaritiæ ægritudines per orationem purgantes. Cum autem dixisset sanctus, auaritia affectionem animæ facultates ad vitium simul diuertere, & eorum vnamquámque corrumpere, & multiplices ex ea affectiones oriri, eã plethoricis affectionibus assimilauit, ea quæ à medicis dicuntur tenens exactissime, vt ex eius scripto licet cognoscere. Plethora enim, id est repletio, à medicis dicitur, quando quatuor humores ex quibus constant corpora, aucti & redundantes effecti sunt pro vnius cuiusque humoris proportione, & affectiones quæ sunt ex plenitudine humorum simul coactorũ plethorici morbi dicũtur. Merito ergo hic sapiens pater, affectiones quæ ex auaritia oriuntur, plethoricas nominauit, vt quæ omnes animæ facultates subuertat, eásque augeat in detrimentum animæ. Alios ergo, inquit, auaritiæ morbos doctrinæ sermone curabimus. Furtum autem & sacrilegium, atque etiam sepulchrorum effossionẽ, quæ canonicis pœnis dignæ visæ sunt iis quæ à patribus tam dicta sunt, adiicimus. Atqui in diuina, inquit, scriptura, & fœnus & vsura, & per potentiam alicuius alienæ vnire possessioni prohibita sunt. Fœnus ergo est, quod Græce τοκος dicitur, vt quando quis dat vinum, vel frumentum, vel oleum, vel aliquid aliud, vt in eodem genere plus quàm dederit, accipiat, vt si quis dederit vini l. metretas, vt septuaginta, vel eo plures accipiat. Vsura autem dicitur in nummis. Per potentiam autem alicuius dixit, quòd etiam si non propriam potentiam alienum vsurpauerit, per aliquem autem alium potentem hoc fecerit, u eodem iudicio tenebitur. Dicit enim sermo propheticus, Væ qui domum domui coniungitis, & agrum agro appropinquátes, vt à vicino aliquid auferant. Sed & si hæc, inquit, à scriptura sunt prohibita, eis tamen canonicas pœnas non imponemus, quia nostra ad canonum assequendam potestatẽ fide digna non sunt, pro eo quod est, ad nostro iudicio imponendas canonicas pœnas iis qui peccant. De furto autem loquens, diuidit ipsum in latrocinium, & murorum effossionem. Vnum autem scopum esse dicit tam iis qui latrocinantur, quàm iis qui muros fodiunt, alienorum scilicet ablationem. Est autem rursus eorum ponenda differentia. Latrones enim etiam ad homicidium instruuntur, arma ferentes, & apta loca occupãtes, & copias, hoc est validam manum ad eu opem ferendam assumentes, & ad eadem parati. Eos itaque ad pœnitentiam conuersos dicit homicidarum iudicio puniri. cum autem qui aliena clanculum subripuit, & peccatum aperit, contraria affectione curandum esse dicit, vt scilicet quoniam propter auaritiam aliena abstulerat, oporteat eum propria pauperibus erogare, vt sic videatur ab auaritia abstinere. Qui enim suu non partet, aliena non appetet. Si autem non habeat pecunias quas eroget, oportet eũ laborantem curare affectionem, seu laborare operantem, & ex eo quod per sum laborem acquirit, pauperibus impertiri. Et hoc est præceptum Apostolicum. Dicit enim diuinus Paulus, Qui furatur, nõ amplius furetur, sed potius laboret bonum operans. Hæc ergo de eo qui clanculum aliena subripit. Si autem hic quoque ense vitur, & paratus est eo vt aduersus eum qui ei resistit, hic quoque eadem qua latro pœna punietur, quia eorum est simile institutum.

Sepulchrorum autem effossio, ipsa quoque diuiditur in id quod veniam meretur, & id quod non meretur. Si enim mortuorum parcens religioni, & tectum corpus intactum relinquens, vt nec soli ostendatur turpitudo corporis, lapidibus aliquot ex iis qui ante sepulchrum proiecti sunt, ad aliquod opus construendum vsus est, ne hoc quidem est laudabile, sed vt esset dignum venia effecit consuetudo, quando ad aliquid melius, & Reipub. vtilius materia traducta sit, sed carnis in terram redactę puluerem perscrutari, & ossa mouere, spe aliquem ex defossis lucrifaciendi ornatum, id eodem iudicio condemnatum est quo simplex fornicatio, quemadmodum in præcedẽte oratione diuisio facta est, considerante scilicet œconomo seu dispensatore, ex ipsa vita eius cui medela adhibetur, medicinam, vt spatium à canonibus præstitutum possit contrahere. 77.

BALS. *Quemadmodum furtum in duo diuisit, ita & sepulchri fossionem in duo diuidit. Si quis enim solos lapides ex sepulchro abstulerit, ita vt tectum corpus nõ videatur, mortuorum religioni parcens, hoc est iusto honori qui mortuis debetur, & eis vsus fuerit ad meliorum, & Reip. vtiliorum cõ-*

ſtructionem, ne ſic quidē erit à crimine alienus, erit tamen venia dignus. Lapides autē qui ante ſepulchrū proiecti ſunt, nō eos qui ſepulta corpora cōtegunt. Si quis enim eo lapides abſtulerit, ita vt corpus conditum omnino videatur, & naturæ myſteria publicauerit, non eſt amplius venia dignus, ſed in alteram ſpeciem ſepulchrorum effoſſionis incidere videtur, quæ eſt ſepulchra aperire, & ex corrupta carne pulueres effodere, & eorum qui illic iacent oſſa mouere, cum qui ornatum aliquem quo mortui amicti ſunt conatur accipere. Hoc itaque ſepulchrorum effoſſionis genus, eodem iudicio quo ſimplicem fornicationem condemnandum eſſe dicit. ſimplicem autem fornicationem, cum ſoluta coitum nominauit. Hic quoque ei qui pœnitentem diſpenſat, dat facultatem contrahendi tempus pœnæ, ſi forte eius vehemētem videat pœnitētiam. Cæterum hæc quidem dicit ſanctus de ſepulchrorum effoſſoribus. Lex autem ciuilis in lib. lx. tit. xxiij hæc conſtituit. Qui materias ex ſepulchris auferunt, ſacrilegij crimini ſunt obnoxij. & rurſus, Sepulchrorum effoſſionis crimen affert infamiam. & rurſus, Si quis ex ſepulchro abſtulerit, vel lapides, vel columnas, vel marmora, vel aliquam aliam materiam, publico xx. aureos ſoluit, & quæ ſequuntur.

viij. Sacrilegium autē in antiqua quidem ſcriptura nec cædis quidē condemnatione viſum eſt tolerabilius. Similiter enim, & qui cædis conuictus erat, & qui res deo dedicatas abſtulerat, lapidationis ſuppliciū ſubibat. In eccleſiaſtica autē cōſuetudine de * pœnæ gra uitate neſcio quomodo aliquid detractū, & eo lenitatis deſcēſum eſt, vt illius morbi exiſtimetur tolerabilius piaculū. In minori enim tempore quàm adulterij, ij à patrū traditione pœnam ſuſceperunt. Vbique autem hoc in ſupplicij genere ante omnia videndum eſt, qualis ſit eius cui medela adhibetur, affectio, & non exiſtimare tempus ad medelam ſufficere. Quænam enim fuerit ex tempore medicina? ſed eius qui ſibi per conuerſionem medetur, animum & inſtitutum. Hæc tibi ô homo dei, ex iis quæ erant ad manum ſtudioſe compoſita, quòd oporteat fratrum mandatis parere ſtudioſè miſimus. Tu vero conſuetas pro nobis preces deo offerre ne intermittas. Debes enim vt gratus filius ei qui te ſecundum deum genuit in ſenectute, per tuas orationes alimentum, conuenienter præcepto quod iubet honorare parentes, vt tibi bene ſit, & ſis longæuus ſuper terram. Clarum eſt autem quod vt ſymbolum ſacerdotale literas accipies, munuſque hoſpitale non contemnes, etiam ſi ſit minus quàm pro ſumma tui ingenij bonitate.

* συγγνώμης καὶ φιλανθρωπίας

BALS. *Poſtquam dixit de furto, & ſepulchrorū effoſſione, nunc docet de ſacrilegio, & dicit quòd antiqua quidem ſcriptura, homicidam, & eum qui quæ deo oblata erant, ſuſtulit, ex a quo punit, lapidibus eos obrui iubens, quod in Achar factum eſt, qui ex ſpoliis Hiericho, quæ omnia Deo erant dedicata aurum veſtéſque textas abſtulerat. Lapidibus enim obrutus omnino peremptus eſt. Eccleſia autem non punit ſimiliter homicidam, & ſacrilegum: ſed mitius in ſacrilegum affecta eſt. Neſcio quomodo, inquit, pro eo quod eſt, rationem ignoro. A patribus enim, inquit, traditum eſt, vt minori tempore quàm adulterio pœna ſacrilegio decernatur. In omni autem peccato oportet ante omnia conſiderare pœnitentis, & eius cui medela applicatur affectionem, & non omnia pœnæ ſpacio adſcribere tanquam quod ad purgationem ſufficiat. Quantumcunque enim tempus præterierit, nihil iuuabit ad curationem. Sed oportet pœnitentis animum, & inſtitutum conſiderare, eiuſque in pœnitentia ſtudium, vt ſi peccato quidem conuenientem & correſpondentem pœnitentiam oſtenderit, contrahat pœnæ tempus: ſinantem remiſsè & negligentius, pœnæ quoque tempus augeat. A me autem dubitatum eſt quomodo ſanctus hic auaritiæ vitium dicit à patribus ſine vlla eſſe medicina relictū, cum Gregorius Thaumaturgus hoc in tertio ſuo canone dicat: Grauis eſt res auaritia, nec poſſunt vna epiſtola exponi, quæ à diuina ſcriptura dicta ſunt, in quibus non ſolum latrocinari fugiendum, & horrendum annunciatur, ſed omnino auarum eſſe & aliena deſiderare propter turpe lucrum, & quiſquis eſt eiuſmodi, à dei eccleſia abdicatur. Quomodo ergo ſine medela relictum eſt, quod à dei eccleſia abdicatum facere iudicatum eſt? Quod autem obſeruatus ſit hic canon Thaumaturgi, clarum eſt ex epiſtola ad Mannam epiſcopum Theophili Archiepiſcopi Alexandrini, qui ſcripſit eos rem feciſſe legitimam qui à communione ſeparauerunt mulierem facientem iniuriam, nec volentem ab iniuria abſtinere.*

RESPONSA CANONICA TIMOTHEI SANCTISSIMI ALEXANDRINI

epiſcopi qui fuit vnus ex cl. patribus qui Conſtantinopoli conuenerunt.

Interrog. SI puellus catechumenus, vtpote annorum ſeptem, vel homo etiam perfectus dum fieret oblatio opportune adfuerit, eiuſque neſcius particeps factus ſit, quid debet de eo fieri? Reſpons. Debet illuminari: a deo enim vocatus eſt.

BALS.

BALS. *Interrogatus est hic pater an si puellus vel etiam vir perfectus in ordine catechumenorum collocatus, & sanctum baptismum nondum assecutus, opportunè adfuerit & sacramentorum particeps factus fuerit, ignorans se non debere participare antequam sit baptizatus, non tamen ea improbe contemnens, quid debet fieri? & respondit eum baptizari debere. Quia enim non malitiosè ad sanctorum donorum communionem accessit, & opportunitate vsus est ab aliquo non prohibitus fortè ignorantibus, qui aderant fidelibus, & ipso etiam qui communionem impertiit, eum esse catechumenum, videtur a deo esse vocatus, & quod sanctus Apostolus Petrus dixit de Cornelio, & iis qui circa eum erant, quo tempore cum essent catechumeni, spiritus sanctus in eos cecidit, & loquebantur linguis, & deum glorificabant, vt in Actuum libro scriptum est. Nunquid aquam prohibuerit quispiam quo minus ij baptizentur, qui sanctum spiritum sicut nos acceperunt? hoc propemodum etiam dixit Timotheus, quod à deo vocatus, & sacramentis dignus existimatus debet illuminari.*

Si catechumenus à dæmone corripiatur, & voluerit ipse vel sui vt sanctum baptismum accipiat, debét ne accipere an non, & maximè si morti propinquus fuerit? Resp. Si is qui à dæmone corripitur, non fuerit ab immundo spiritu mundatus, non potest sanctum baptismum accipere sed in exitu à vita baptizatur. Interrog.

BALS. *Qui à dæmone corripitur, videtur esse dæmonis habitaculum. Indicatur enim quòd nisi immundus spiritus inuenisset hominem dignum suum habitaculum in eo non habitasset. Qui autem baptizatur, per baptismum sancti spiritus gratiam in se cohabitantem suscipit. Quomodo ergo fieri potest vt idem simul duo in se contraria suscipiat? & ideo catechumenum & à vexante eum dæmone non liberatum iudicauit pater non esse dignum sancto baptismate. Si autem moriatur, inquit, baptizabitur, ne gratiæ baptismi expers, à vita excedens, hoc viatico priuetur, & non signatus recedat.*

Si quis cum sit fidelis à dæmone corripiatur debéte esse sanctorum mysteriorum particeps an non? Resp. Si mysterium non enunciet, nec vllo alio modo blasphemet, sit particeps. Sed non singulis diebus. sufficit enim si statis solum temporibus. Interrog.

BALS. *Iudas dicitur mysterium enunciasse, vt qui quæ à domino doctus est Iudæus reuelauerit, vt qui eu non fideret, & non ei qui illa docebat tanquam deo mentem adhiberet, sed vt communi homini. Qui autem à dæmone corripitur si perpetuo quidem furit, nec sacramentis dignus habebitur, nec vt qui mysterium enunciet & blasphemet condemnabitur, vt qui nesciat quid agat. Si autem habet interualla, & in tempore quo est sanæ mentis in mysterium inuehitur, & blasphemat, non solùm non erit sacramentorum particeps, sed nec cum fidelibus deprecabitur, vel cõnumerabitur. Quare diuinus hic pater dicit de dæmoniaco qui habet interualla. Si ergo quando à dæmone non agitatur nihil dicit aduersus fidem, erit sacramentorum particeps.*

Si quis catechumenus cum esset infirmus, emotæ mentis factus sit, nec possit sibi fidem cõfiteri, suique suadeant vt donec viuit sanctum baptismum accipiat, debét ne sanctum baptismum accipere an non? Respon. Debet accipere si non ab immundo spiritu tentetur. Interrog.

BALS. *Interrogatio erat de catechumeno, qui propter morbum emotæ mentis erat, vt non posset interrogatus quæ in baptismo respondentur an eum baptizare oporteat. Responsio autem est, quòd oportet eum qui ita se habet baptizari, & merito, quia non est catechumenus, videtur eo se esse animo ostendisse vt fidem amplectatur, & quamuis in baptismate non respondeat, prius tamen animi sui institutum ostendit. Si autem ab immundo spiritu tentatur, non baptizabitur, inquit, sed fiet ei sicut superius dictum est.*

Si vxor cum suo marito noctu cohabitarit, vel maritus cum vxore, vt fiat synaxis, debént ne communicare, an non? Resp. Non debent, cum clamet Apostolus, Ne fraudetis inuicem, nisi ex consensu ad tempus, vt vacetis orationi, & rursus simul conueniatis, ne tentet vos satanas propter intemperantiam vestram. Interrog.

BALS. *De iis qui legitimè cohabitant est interrogatio. an debéte nocte illa simul congressi esse sacramentorum participes? Responsio est, quod non debent, & ad dicti sui cõfirmationem magni Pauli verbis vsus est.*

Si mulier catechumena dedit nomen suum vt illuminaretur, & die baptismatis illi accidit, quod solet mulieribus, debét ne eo die baptizari, an differre, & quantũ differre? Resp. Debet differre donec purgata fuerit. Interrog.

Si mulier sibi accidisse viderit, quod solet mulieribus, debét ne ad sancta mysteria accedre, an non? Resp. Non. Interrog.

BALS. *Qui diuino baptismate digni erant habendi, describebantur ab iis qui munus ecclesiasticũ exercebant, si ergo, inquit, descripta mulier tanquam baptizanda, in fluxum menstruorum inciderit, quando debet baptizari? Hic autem diuinus pater respondit, quòd quando purgata fuerit. Donec enim præstituti dies præterierint, impura esse iudicabitur, & nec baptizabitur, nec diuinu mysterio digna habebitur.*

Interrog. Ieiunia quadragesimæ.

Mulier si pepererit, debét ne ieiunare Paſcha, vel vinum non bibere, an à ieiunio abſoluitur, & vinum bibere permittitur eo quod peperetit? Reſp. Excogitatum eſt ieiunium vt corpus humile reddatur. Si ergo corpus in humilitate, & imbecillitate verſatur, debet cibi & potus quantum poteſt eſſe particeps.

BALS. *Interrogatus eſt ſanctus an debet mulier quæ peperit in paſcha quadrageſima bibere vinum, & à ieiunio abſoluit, & reſpondit quod ieiunium ad corpus humiliandum decretum eſt. Quòd ſi corpus humiliatū fuerit, imbecillúmque euaſerit, non aliunde ieiunij diſciplina indiget, ſed confirmatione potius, & recreatione opus habet. Debet ergo quæ peperit in paſchate, hoc eſt in ieiunio quod ſit propter paſcha vti & vino, & cibo. Nota ergo nonnullos ex præſenti reſponſione dicere, quòd canonibus ſtatutum eſt debere nos etiam à vino abſtinere in ſancta quadrageſima, & in omni quarta & quinta feria. Placuit enim fideles æquè debere in quarta & ſexta feria ieiunare ac in quadrageſima. Lege & xlix. can. ſyn. Laodic. & quæ in eo ſcripta ſunt. Lege & ex canonibus ſancti Nicephori patriarchæ Cõſtantinopolitani can. v. qui ſuadet vt ægrotantes, infirmi ve monachi in quadrageſima vinum bibant. Quare ex contrario ſenſu qui non ſunt infirmi debent aquam bibere.*

Interrog.

An debet clericus, præſentibus Arrianis, vel aliis hæreticis, orare, & an eum lædit quando facit orationem, ſeu oblationem? Reſp. In diuina oblatione diaconus ante ſalutationem loquitur, Qui non communicatis, ambulate. Non debent ergo intereſſe niſi profiteantur ſe pœnitentiam acturos, & hæreſin vitaturos.

BALS. *Interrogatio de clerico facta eſt an debet præſentibus hæreticu orare, aut incruentum ſacrificium offerre, & reſpondit quòd quando ad ſacram menſam ſancta offerenda ſunt dicitur prophanus, qui non cõmunicatu ambulate, hoc eſt catechumeni exite. Si ergo catechumeni non ſinuntur dum ſit ſacrificium, quomodo ſinentur hæretici? Niſi ſe, inquit, pœnitentiam acturos confiteantur, & ab hæreſi ceſſaturos, & tunc quoque, vt exiſtimo, intra templum eſſe non ſinentur, ſed forſi cum catechumenis. Quòd ſi ſe ab hæreſi abſtenturos non profiteantur, nec cum catechumenis quidem conſiſtent ſed expellentur.*

*ieiuniũ

Interrog.

Si quis ſit ægrotus, & ex vi morbi valde liquefactus, & attenuatus, & ſanctum paſcha venerit, debet ne omnino ieiunare, an eum abſoluit clericus vt accipiat quod poteſt vel etiam oleum, & vinum? Reſp. Abſolui debet ægrotus vt cibum, & potum capiat quantum ferre poteſt. Eum enim qui ſemel colliquefactus eſt, eſſe olei participem æquum eſt.

BALS. *De eo qui ægrotat, & morbo conſumptus eſt ac liquefactus, eſt interrogatio debét ne in ieiunio propter paſcha omnino ieiunare, hoc eſt inexcuſabiliter, & abſque vlla commiſeratione, an vinum, & oleum ſumere propter imbecillitatem. Reſponſio autem dicit, quòd is qui morbo conſumptus, & exhauſtus eſt, capere debet vinum, & oleum, quantum ferre poteſt, perpetuo ſcilicet, vel in aliquibus diebus ſecundum iudicium eius qui eum diſpenſat. Nota autem ex hoc canone & vti, quòd ieiunium quadrageſimæ paſchæ & aridorum eſus, & à vino abſtinentia. Nonnulli autem dicunt in vtriſque hu canonibus ieiunium in paſchate eſſe ſancta paſſionis hebdomadam, & non omnem quadrageſimam.*

Interrog.

Si quis clericum vocauerit vt matrimonio coniungat, audiat autem eſſe illicitum matrimonium, vtpote vel amitæ coniugium, vel defunctæ vxoris eſſe ſororem eam quæ eſt matrimonio coniungenda, debétne ſequi clericus, vel facere oblationem? Reſpondio. Vno verbo dicite, Si audiuerit clericus illicitum matrimonium. Si ergo eſt illicitum matrimonium, & legibus contrarium, non debet clericus alienis peccatis communicare.

BALS. *Oportet, inquit, clericos qui ad matrimonij myſterium celebrandum vocantur, vt orent, & ſponſos coniungant, ſi audierint eſſe illicitum matrimonium, nec orare, nec offerre, & ſic alienis pœnis communicare.*

Interrog.

Si laicus qui ſomniauit, clericum interrogauerit an debet ei permittere communicare an non? Reſp. Si ſubeſt quidem mulieris deſiderium, non debet. Si autem tentat eum ſatanas, vt per hanc occaſionem, à diuinorum myſteriorum communione alienetur, debet communicare. Neque enim cellabit illum eo tempore tentare quando debet communicare eum inuadens.

BALS. *De iis quibus viſa ſe in ſomnis offerũt, quibus etiã ſi forteſſe fluxus ſeminis, dicit hic pater quod ſi mulierem deſiderio cogitatio antea in mentem ei venerit, & mens in deſiderio perſtiterit, eſque aſſenſus eſt, & ex eo illi viſio oblata eſt, & fluxio ſeminis eſt conſecuta, non debet communicare, & merito. Aſſenſio enim eius qui ſomniauit mentè pollui, & quomodo cum hac cogitatione ad ſancta*

acce-

accedet? si autem nihil tale præcesſit, eſt diaboli tentatio, vt ſic eum alienet à diuina communione. Si enim ſciuerit malus ſe per ſomnium efficere ne ſit ſacramenti particeps, non ceſſabit homini inſidiari quoties eum velle communicare cognouerit.

Iis qui matrimonii ſocietate iunguntur, in quibus nam ſeptimanæ diebus proponere oportet vt à mutuo congreſſu abſtineant, & quibuſnã poteſtatem habeant? Reſp. Quod ante dixi, nunc quoque dico, Dicit apoſtolus, Ne vos priuetis nisi forte ex cõſenſu inuicem ad tẽpus, vt vacetis orationi, & rurſus eodẽ conuenitis, ne vos tentet ſatanas propter intemperantiam veſtram. Neceſſario autem ſabbato, & die dominico abſtinere oportet quod ſpirituale ſacrificium in eis domino offeratur. *Interrog.*

Si quis cum ſuis compos non eſſet, ſibi manũ attulerit, vel etiam ſe præcipitauerit, ſit ne oblatio annon? Reſp. Hoc debet clericus diſcernere an reuera hoc fecerit cum eſſet emotæ mentis. ſæpe enim ii qui ad eũ cui hoc accidit attinent, volentes aſſequi oblationem, & orationem pro ipſo, mentiuntur, & dicunt eum non fuiſſe apud ſe: nonnunquã autem propter inſultationem hominum, vel aliquo alio modo per negligentiam hoc fecit, tunc autem non eſt ſuper eum facienda oblatio, eſt enim ſui homicida, oportet ergo clericum accuratè ſciſcitari, ne in iudicium incidat. *Interrog.*

BALS. *Interrogatus ſanctus an is qui non eſt ſanæ mentis, ſed emotæ, ſibi mortẽ conſciuerit, vel ſe deorſum præcipitẽ dederit, an pro eo faciẽda ſit oratio, vel oblatio, dixit quod ſi homo quidẽ reuera emotæ mẽtis, & neſciẽs quid ageret, ſibi manũ attulerit, vel ſe præcipitauerit, vel aliquo alio modo inciderit, fiet pro eo oblatio & oratio. Oportet autẽ eos qui ad orationẽ euocãtur ſubtiliter inueſtigare nũquid vel propter animi timiditatẽ, vel hominũ inſultationẽ, vel aliquo alio modo prudẽs ac ſciens quid ageret ſibi manum attulit. Pro eo enim nec orare, nec offerre oportet quoniam ſuit ſui homicida.*

Si alicuius vxor ſpiritu corripitur vt ferreos etiam cõpedes, & manicas geſtet, vir autem dicat non poſſum continere, & velit aliam accipere, debẽt ne aliã accipere an non? Reſp. In hac re quidem adulterium intercedit, nec inuenio quid de ea re reſpondeam, ſpirituali tamen ſententia non debet. *Interrog.*

BALS. *Interrogatio eſt de marito, qui habet vxorem quæ ſpiritu malo ſcilicet agitatur, & ita furit, vt etiam ferreis compedibus, manicisque ligetur, ne ſeipſam interficiat, vel alios ladat, cũ qua ipſe rem habere nõ poteſt, dicit autẽ ſe non poſſe continere, & vult aliã vxorẽ legitimè accipere. Reſponſio autem eſt ſe nihil poſſe dicere, eſt enim adulterium, ſi conſtante matrimonio vir aliam mulierẽ ducat in matrimonium. Ex nouella autem imperatoris domini Leonis philoſophi marito conceſſum eſt, mulieris, quæ perpetua inſania laborat ſoluere matrimonium, ſoluto autem matrimonio, licet marito aliam vxorem introducere.*

Si quis ieiunans vt communicet, os lauans, vel in balneo aquam bibit nolens, debẽt ne communicare? Reſp Quia etiam inuenit ſatanas occaſionem prohibendi eũ à communione, frequentius hoc faciet. *Interrog.*

Sermonem dei ſæpe audientes, & non facientes, an ſumus iudicio obnoxii? Reſp. Si non faciamus, nec nos accuſare contingat, quod audientes non pareamus. Eſt autem pars ſalutis, ſe ipſos accuſare. *Interrog.*

Ex quanam ætate à deo iudicantur peccata? Reſp. Ex vniuſcuiuſque cognitione, & prudentia, illi quidem à decennio, hi vero à maiori ætate. *Interrog.*

BALS. *Ex vniuſcuiuſque cognitione, & intelligentia dicit à deo peccata iudicari. Pueri enim qui ſunt acriora, & vigilantiora naturæ bonũ & malum citius diſcernunt. Qui autem ſunt hebetiores, tardioriſque ingenii, tardi ſunt ad cognitionem eius quod fieri oportet, & ideo illi quidem dicit à deo ab anno decimo reputari peccatum, his vero à maiori & perfectiori ætate.*

EDICTVM THEOPHILI ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI, CVM THEOPHANIA in die dominico inſtarent.

Et mos & honeſtas à nobis exigit vt omnẽ diem dominicũ honoremus, eúmque celebremus, quoniã Chriſtus dominus noſter præclarum in ea ſuæ reſurrectionis munus obiit. Et ideo in ſacris ſcripturis ipſe & primus appellatus eſt, vt qui ſit nobis vitæ principiũ, & octauus, vt qui Iudæorũ ſabbatiſmum exuperauerit. Quia ergo accidit vt ſanctorum Theophaniorum hic eſſe dies, ieiunandorum diſpenſemus, & ad vtrumque ſcientes procedamus, vt paucos dactylos ſumentes, ſimul & hæreſes vitemus, quæ domini noſtri Ieſu Chriſti reſurrectionem non honorant, & diei ieiunii quod debetur reddamus, veſpertinam congregationem expectantes, quæ hic deo dante peragitur. Congregamur ergo hic ab hora nona. *Negatiua credo eſſe nã tale domini. ieiunium.*

EIVSDEM COMMONITORIVM QVOD ACCEPIT AMMON ἀφ' τῆς Λυκώ propter Lyco.

De iis qui Arrianis communicauerunt, & ecclesias huc vsque detinent, vt se habet consuetudo, fiat, ita tamen vt alij constituantur qui in orthodoxia testificentur, & alij permaneat: his quoque ita dispẽsatis, vt alij in Thebaide fecerũt orthodoxi episcopi qui ab episcopo Apolline constituti sunt, & qui communicarũt cum Arrianis ecclesias habentibus, puniantur, si quidem ipsorum voluntate hoc fecerunt. Si autem proprio episcopo obedierunt, permaneant & si quod iustum est non nouerint, & si omnes quidé populi eos cum aliis reiciant, alij ordinentur. Si autem eos retinent cum illis quibus cõmunicarunt, ij quoque eam consuetudinẽ experiantur, qua vsi sunt omnes orthodoxi in Thebaide episcopi. De Biste qui in Ereba cõstitutus est presbyter, quærendũ est, & si alicui quidem mulieri separatæ viuente marito vim attulit, non sinatur esse presbyter. Nam nec vt laicus quidé debet cõmunicare, cum eos qui tales sunt separare consueuerit ecclesia. Hoc autem nullum affert episcopo Apollini præiudicium, si eum per ignorantiam constituit, cum sancta synodus iusserit, eos qui propter crimen indigni esse conuincuntur, expelli.

BALS. *Biste ab Apolline episcopo presbyter constitutus fuerat, est autem ea regio Ægypti sicut & Lyco. Is autem dicebatur mulieri separatæ vim attulisse viuo marito. De eo interrogatus Theophilus, inquit, Quærendum an sit verũ eum mulieri vim attulisse, & si ita sit ne ei esse presbyterum permittatur. Quomodo enim fuerit is presbyter, cui nec in ecclesiam quidem permittitur ingredi, cum sit propter peccatum segregatus? Eos enim qui sunt eiusmodi, extrudit ecclesia, & separat a fidelibus. Hoc autem à Theophilo nequaquam canonicè dictum est. quandoquidem sanctorum Apostolorum xxv. canon, & magni Basilij tertius & xxxij. & Carth. xxv. clericos qui peccarunt, & depositi fuerunt à communione non arcent. Quod autem ordinatum sit, id non affert damnum episcopo, qui eum peccatũ ignorans, ordinauit: statuit enim synodus, vt qui peccatorum conscii fuerũt, etiam post ordinationem eiiciantur. Id autem est primæ synodi Nicenæ can. ix. Illud autem, separatæ viuo marito, factũ est, & ideo adiectum est, Alicui, sicut & vim attulit: licet enim simpliciter cum muliere aliqua rem habuerit, licet non separata, sic quoque in eum depositio introducta est, & si ei vim non attulerit.*

iij. De Sur autem, quia Apollo episcopus affirmauit se & eum amandauisse, & ab ecclesia alienum fecisse, ita sit vt pronunciauit episcopus, vtente illo suis defensionibus si vult, & de episcopi sententia conqueritur.

BALS. *Erat quidem Sur clericus episcopi Apollinis, qui episcopus se eum à clero amandasse, pro eo quod est, expulisse, affirmauit. Vt ergo secundum episcopi iudicium, quod in ipsum prolatum est, à clero alienus. Si autem episcopi sententiam accusat, vtatur suis defensionibus, apud synodum scilicet, ex qua est etiam episcopus.*

iiij. De Panuph, qui in Lyco diaconus constitutus est, quærere oportet, & si is quidem inuentus fuerit, cum esset catechumenus, fratris sui filiam in matrimonij societatem accepisse, post baptismum in clerum promotus in clero maneat, si illa dormierit, & post baptismum cum ea rem non habuerit. Si autem cum esset fidelis, eandem fratris sui filiam in matrimonij societatem duxit, sit à clero alienus. Non est enim episcopo Apollini præiudicium, si eum per ignorantiam constituit.

BALS. *Dicebatur Panuph antequam esset baptizatus fratris sui filiam vxorem duxisse. Baptizatus autem ordinatus fuerat. Dicit ergo Theophilus, quod si mulier è vita excesserit, & post baptismũ ea non vsa sit, maneat diaconus, nempe cum sanctus baptismus omnia peccata præcedentia deleat. Si autem cum esset fidelis, seu post baptismũ, eam habuit, clero eiiciatur. Et autem, qui cum inscius ordinauit præiudicium nõ afferetur. Illud autem, si mulier dormierit, dicit, vtpote quoniam ita euenisse dicitur. Nam etsi etiam post baptismum vixisset, nec eam Panuph cognouisset, sed ipsam etiam amandasset, potuisset sic quoque esse diaconus.*

v. De Iacob quærere oportet, si enim lector erat, & crimini fornicationis fuisse cum obnoxium, & à presbyteris electum fuisse ostentum sit, deinde is ordinatus est, eiiciatur accurata examinatione facta, nõ autem ex susurris vel maledictis orta suspicione. Si autem non fuerit inuentus crimini obnoxius, maneat in clero, neque enim vanis calũniis animum adhibere oportet.

BALS. *Iacob quidã lector fuisse dicebatur, & clero esse eiectũ, & deinde ad maiorẽ gradũ fuisse ordinatus. Scribit ergo Theoph. q diligẽti examinatione facta, si eũ peccasse cõpertũ fuerit, clero eiiciatur Nõ enim oportet ex susurris seu clãdestinis sermonibus, vel maledicto, seu aptis cõiecturis orta suspitione eũ demnari*

demnari aliquem. Quòd si causa examinata insons compertum fuerit, maneat in clero.

De iis qui ordinandi sunt hæc erit forma, vt quicquid est sacerdotalis ordinis consentiat, & eligat, & tunc episcopus examinet, vel et etiam assentiente sacerdotali ordine in media ecclesia ordinet præsente populo, & episcopo alloquente, an etiam possit ei populus ferre testimonium. Ordinatio autem non fiat clanculum. Ecclesia enim pacem habente decet præsentibus sanctis ordinationes fieri in ecclesia. In regione autem si qui sint qui eorum qui communicarunt animis communicauerint, non aliter ordinentur, quàm iis qui sunt orthodoxi clerici, examinatibus, præsente rursus episcopo, & præsente populo alloquente, solum modo ne fiat aliqua subreptio. vj. *Forma ordinationum.*

BALS. *De iis qui in clero ordinandi sunt dat typum, & dicit, quòd oportet eum qui est ordinandus à toto ordine sacerdotali eligi, pro eo quod est, consentiente ab eo antea iudicari, & cum eiusmodi præiudicium de eo factum fuerit, tunc ipsum ab episcopo ordinari, & quando ille homo visus fuerit aptus vt ordinetur, tunc eum ordinet consensu sacerdotalis ordinis præsentis, & populi. Cur autem dixit cum ordinandum consensu sacerdotalis ordinis? Nam cum à sacerdotali ordine electus est, ad ordinationem consensus non videtur esse necessarius, sed est verisimile posse post electionem aliquid temporis præterisse, & eos qui ordinandum præiudicant rescisse aliquid, quod eius ordinationem prohibeat. Et ideo dicit ipsos consentire & dum ordinatur populũ quoque ab episcopo interrogari, an dignus sit, cui testimonium ferant ad ordinationem. Dissuadet autem ne fiant ordinationes clandestinæ. Cum enim, inquit, pax est in ecclesia, scilicet cum nunc non est diuisus populus cessantibus hæresibus, sed sunt omnes orthodoxæ partes, omnino erunt vnius sententiæ, & oportet in præsentia sanctorũ, seu fidelium, ordinationes fieri in ecclesia. sanctos autem fideles appellauit, ex sancto hoc Paulo assumens. Ille enim sic fideles in suis epistolis appellat. Hæc itaque de iis qui in vrbibus habitant videtur dicere. De iis autem qui sunt in regione, seu in vicis, dicit quòd quoniam multi etiam inuiti communicabant hæreticis: eorum autem multi fidelium animis communicabant, & assentiebantur. Si quis eorum sit ordinandus in clerum, eum non alias ordinandum quàm cum ordinatione clericorum, quos constat esse orthodoxos præsente etiam episcopo, & alloquente populum, vt superius dictum est. Hæc autem dicit fieri ne intercedat aliqua circumuentio, seu fraus & obreptio & arripiatur, & ordinetur aliquis qui non recte sentit de fide.*

Quæ in sacrificij rationem offeruntur, post ea quæ in sanctorum vsum cõsumuntur, clerici diuidant, & nec catechumenus ex iis bibat, vel comedat, sed solum clerici, & qui cum eis sunt fideles fratres. vij. *Oblatio ad rationem sacrificij.*

BALS. *Si qua eorum quæ à fidelibus ad sacrificium offerantur, superabundant, postea quæ in diuina mysteria consumuntur, ea, inquit, oportet clericos diuidere: vt ea ab ipsis comedantur, ac bibantur, & etiam à fidelibus laicis: catechumenis autem nihil ab eis detur. Quia enim altari oblata sunt, & ad diuina dona ex illis partes sumptæ sunt, illæ quæ sanctificatæ sunt, quomodo iis qui sunt imperfectiores dabuntur consumenda? Quæ autẽ ad sacrificium offeruntur, ea sunt panis & vinum, nihil enim aliud ad altare offerri permittitur. Lege iij. can. Apost. & syn. in Trullo quæ dicitur sexta, can. xxviij.*

Quoniam Hieracas dicit eum non debere esse in clero vt qui sit fornicationis delatus. Apollo autem episcopus affirmauit nullum accusatorẽ aduersus eum in medium processisse, hic quoque examinetur, & si aliquis quidem accusator fide dignus exoritur, & crimen probatur productis fide dignis testibus, ecclesia eiiciatur: sinautẽ dignus est clero, & de eius continentia testimonium feratur in eo maneat. Can. viij.

BALS. *Quidam ordinatus est clericus deinde tanquam qui fornicatus esset accusatus est. Dicebat ergo quidã Hieracas nõ oportere eum esse in clero, is autem qui eum ordinauerat, affirmabat, seu instabat eum nõ esse ab aliquo accusatũ. Dicit ergo Theophilus, Homo examinetur, & si inuenitur quidẽ aliquis accusator fide dignus, seu qui sit ad accusandũ admittendus (nõ enim cuiuis permittitur accusare eos qui sunt in sacro, vt vult ij. can. ij. syn. œcumenicæ, & xxj. iuj. vniuersalis syn.) ecclesia eiiciatur post probationem. Si autem nihil tale probatur, maneat in clero.*

Vt totius sacerdotalis ordinis sententia alius renuncietur œconomus, in quo Apollo quoque episcopus consensit, vt bona ecclesiæ vt debent insumantur. ix.

BALS. *Idem tulit sententiam totius sacerdotalis ordinis iudicio fieri debere episcopatus œconomum si etiam episcopus assentiatur cleri iudicio. Fieri autem œconomum vt bona ecclesiæ vt par est consummantur illius cura ac sollicitudine. Quid sit autem in ea quæ oportet impendere sequens docet caput, quod est impendere in viduas, hospites, & pauperes. Nemini enim permittitur bona ecclesiæ in proprios vsus transferre. Oportet enim dei ministrum esse ab auaritia alienum, & nec ad vsum proprium vti rebus episcopatus, nisi ad ea quæ sunt necessaria, & tunc demũ quãdo eis domi desunt facultates, secũdũ xlj can. sanctorũ Apostolorũ. Quære quæ in eo scripta sunt, & xxiiij. can. syn. Antioch.*

x. Vidux,& pauperes,& peregrinantes hoſpites omni quiete fruantur, & nemo ea quæ ſunt eccleſiæ,vt ſua vſurpet.

EIVSDEM EXPOSITIO DE IIS QVI DICVNTVR CATHARI.

DECLARAVIT mihi tua pietas, quòd quidam eorum qui ſe Catharos nominant,volunt ad eccleſiam accedere. Quoniam ergo magna ſynodus quę Niceæ habita eſt à ſanctis patribus,ſtatuit vt ordinentur qui accedunt, velis iuxta hanc formam eos qui ad eccleſiam accedant ordinare: ſi quidem vita eorum recta eſt,& nihil eis aduerſatur.

BALS. *De Nouatianis interrogatus eſt. Hi enim ſunt qui etiam puri dicuntur, & reſponſum eſt, quòd ſi ad dei eccleſiam accedunt,qui magna & prima Nicena ſynodus ſtatuit vt ordinentur, fac tu quoque ſecundum hanc formam, & ordina eos qui accedunt,niſi aliquod impedimentum ex vita eorum aduerſetur. De Nouatianis autem canon eſt octauus primæ ſynodi.*

EIVSDEM AGATHONI EPISCOPO.

MAXIMVS aſſeruit ſe eccleſiæ leges ignorantem illicito matrimonio coniunctum eſſe, & quia hoc eum male habet quod non recte & ex ordine agat,affirmauit qui contra leges fecit per ignorantiam ſe ab illicita vitę ſocietate ex conſenſu abſtenturum illa etiam hoc volente. Si ergo probaueris quòd hoc ex conſenſu faciant, & non fallant, quia eſt tempus decennale, ſi conſideres eos debere verſari cum catechumenis,nunc eos ſic diſpenſa Sinautem vides quod velit decipere,& acerbitate adhuc in eos opus ſit,fac id quod deus tibi ſuggeſſerit, id ſemper ſequens quod in vſu eſt vimq; obtinet. Nam cum ſis in iis locis, potes eorum mentes magis noſſe.

BALS. *Maximus quidam, vt illicito matrimonio mulieri coniunctus, ſegregatus fuerat, & à congregatione cum fidelibus prohibebatur. Is verò dicebat ſe per ignorantiam feciſſe contra leges, & paratum eſſe ab hoc matrimonio recedere, muliere etiam volente: & petebat, vt ab ea abſcedens admitteretur. Ad hæc ergo dicit Theophilus, quòd ſi inquirens inueneris eos ex conſenſu, hoc eſt communi conſilio à matrimonio abſiſtere, & non fallere, cùm decem annis ſimul cohabitarint. Cohabitationis autem tempus adiecit, declarans, quod quoniam tantum tempus ſimul vixerunt, difficilis exiſtimari poſſet à ſe inuicem diſiunctio, & ne fallant. Si conſideras ergo, hoc eſt, ſi iudicas eos ſtare debere cum catechumenis, nunc id eſt in præſentia, ſic eos diſpenſa vel quia per fraudem hæc dicunt, & quòd adhuc acerbitate indigent, ſeu acerbioribus pœnis, fac quod deus tibi ſuggeſſerit, hoc eſt tuæ rationi inſpiraverit in mentem ve immiſerit, ſemper id quod eſt in vſu & quod vires obtinet ſequens, id eſt quod magis eſt ratum ac validum.*

EIVSDEM MENÆ EPISCOPO.

REM iuſtam fecerunt preſbyteri in Gemino pago, ſi verum dicit, quæ defert literas Euſtathij. Dicit enim quòd Cyradium facientem iniuriam, nec ab eo deſiſtere volentem, à communione ſeparauerũt. Quia ergo inueni quòd ſuo malo curam adhibẽs vult communicare, fac ea ita ſe comparet, vt iniuriam primum deponat, & pœnitentiam agere in animum inducat, vt ſi ſic intellexeris, quòd lege dei accedit ſynaxin deſiderans, permittas ei vt cum populis communicet.

BALS. *Mulierem quandam, quæ Cyradium appellabatur iniuriam ante faciebat, qui erant in Gemino presbyteri ab eccleſia ſeparauerant, cum ab iniuria non abſtineret. Illa verò propter ſegregationem pollicebatur ſe iniuriæ remedium allaturam, ſeu ſatisfacturam, & ad communionem admitti volebat. Scribit ergo Theophilus ad epiſcopum regionis, Fac vt ea primum deponat iniuriam, hoc eſt reddat ea quæ iniuſtè acquiſiuit, & pœnitentiam agat, hoc eſt ſe iniuriam feciſſe agre ferat, & deum oret vt ſibi peccata condonentur. Et cum hæc fecerit, ſi intellexeris, hoc eſt ſi cognoueris, quòd lege dei accedit, ſeu bona conſcientia, non ferens ſe à fidelium communione eſſe ſeparatam, propter deum, & non propter hominum pudorem, tunc ei permittes cum fidelibus populo communicare & in hymnis conſiſtere.*

Satisfactio.

SANCTI

SANCTI PATRIS CYRILLI ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI EPIstola canonica.

CYRILLVS DOMNO.

VNA quæque res noſtra, quando ordine canonico recta procedit, nullum quidem in nobis tumultum ingenerat, & à nonnullorum maledicẽtia liberat, vel potius eorum qui ſapiunt bona verba laudéſque nobis cõciliat. Quis enim non obuiis, vt aiunt, vlnis excipiat de aliquibus prolatã ſententiam, quę nec huc, nec illuc inclinetur? Vel quomodo non ſit abomni reprehenſione alienum, vel potius magnopere laudandum, ſi rectè & iuſtè iudicetur? Et hæc quidem nunc ſcribo cùm tua pietas in ſuis literis ad me, & religioſiſſimũ fratrem noſtrum, & coëpiſcopum Proclum miſſis, epiſcopum quidem nominet imprimis pium, ac religioſum Petrum: ipſe verò deſſeat, & ſe à ſe poſſeſſa eccleſia [a] præter rationem & expectationem eiectum eſſe dicat? Erat autem conſentaneum vt vel ſacerdotii nomen cum re haberet, vel ſi non erat dignus vt altari præeſſet, nec ipſa quidem epiſcopatus vocatione dignus haberetur. Sed id fortaſſe quod dico, durum eſſe, & à [b] mutua commiſeratione diſiunctum videatur. Res autẽ re vera ita habet. Nos enim ſenis vtique nos miſereri putamus, ſi ſolum ei nomen reliquerimus: ſed multo melius erat aliud quoque conſiderare. Dicit enim ſe ſuam quidem poſſe cauſam probare, ſed defenſionis tempus ſibi non eſſe datum, nec auditionem canonicam ſibi fuiſſe propoſitam. Si autem tale quid factum eſſet, ipſa [c] actorum productio eum conuinceret, & vel oſtenderetur eum propter ſua crimina condemnatum: nec eſſe quod ſe iniuria affectum eſſe diceret, vel eum abſolutum pronuncians rurſus concederet, vt præeſſet eccleſiæ, eaque illius manui poteſtatique ſubeſſet. Cum autem nihil factum ſit eiuſmodi, de re quidem alta voce quæritur, & intolerabilem iniuriam ſe dicit accepiſſe, & iniquè eiectum eſſe, adiiciens omnes quoque quas habebat pecunias eſſe ſibi ſublatas. Tua itaque pietas ſciens, & quod diuinis canonibus videtur, & quod eccleſiæ conuenit, iſq; qui ſunt in ſacro miniſterio initiati, & noſtrarum præterea literarum aliquam rationẽ ducens, ſiſtat ſenis lachrymas, & ſi velit quidem cum iis iudicio contendere, qui crimina in eum intendunt, pro tuę pietatis conſuetudine litiget, vnà adſiſtentibus ſcilicet qui tuæ manui ſubſunt epiſcopis, præterquam ſi non aliquos recuſant vt ſuſpectos: nullum enim religioſiſſimorum epiſcoporum in fratrem inimico eſſe animo credimus. Ne autem hic prætextus futurum de eo iudicium diſſoluat, vt non iure factum eſſe videatur, non graue eſt à conſeſſu abeſſe eos qui ſuſpecti ſunt.

Videtur tẽpore Cyrilli emiſſa eſſe Romam huius Alexandrini ſacerdotu appellatio.

[a] ἀφηλάμενος.

[b] ἀφιλανθρωπίας τινὸς ἐνόντος.

[c] ἐκπρωτιμία τῶν ὑποκειμένων.

BALS. *Proœmium epiſtolæ hunc habet ſenſum. Dicit enim ſanctus, Res noſtræ, ſcilicet eccleſiaſticæ vel, vt ſemel dicam, humanæ, quando canonica rectitudine procedunt, nec nobis tumultum ingenerant, nec aliquorum maledicta, ſed laudes nobis potius conciliant. Iudicium enim quod nec huc, nec illuc inclinat, nec propendet, ſed eſt rectiſſimum, eſt ab omnibus ſuſcipiendum, & non ſolum non eſt à vituperatione, & reprehenſione alienum, ſed etiam laudandum. Hoc vſus proœmio dicit, Hæc ſcribo quia tu ad nos miſiſti religioſiſſimum presbyterum nominatum epiſcopum, cum ipſe aſſeat, & dicat ſe à poſſeſſa eccleſia eiectum eſſe, ſeu à ſibi dato epiſcopatu expulſum. Erat autem conſentaneum vt ſi nomen habet epiſcopi, rem quoque ſeu epiſcopatum & epiſcopi munus & exercitium haberet: vel ſi non erat dignus qui altari præeſſet, nec epiſcopus quidem diceretur. Sed fortaſſe id quod dico, & ego quoque tibi eſſe videbor immiſericors: ſed non ita eſt. Nos enim fortaſſe presbyteri miſereri videbimur. Orationem autem pluraliter enunciat, tanquam de ſe ipſo quoque dicens quæ dicit, vt minus eſſet moleſta oratio, & non ad eius ſolius inſectationẽ, facta eſſe videretur. Et nobis ipſius veluti miſerantibus, inquit, ſola ipſi epiſcopi appellatio relicta eſt. Multo autem erat melius aliud quoque conſiderare. Quid nam? Non fuiſſe ei datum tẽpus defenſionis, nec fuiſſe propoſitam defenſionem canonicam, ſeu ſynodale iudicium. Dicit enim ſe poſſe cauſam ſuam probare, pro eo quod eſt, ſe innocentem oſtendere. Si autem hæc facta eſſent, ipſa acta quæ in examinatione facta eſſent, ipſum vel eſſe criminibus obnoxium, nec poſſe ſe iniuria affectum eſſe dicere oſtenderent, vel ſi innocens apparuiſſet, ei conceſſum eſſet, vt rurſus præeſſet eccleſiæ. Quia autem nihil tale factum eſt ſe iniuria affectum eſſe vociferatur, & præter leges eiectum, dicens quaſcunque etiam habebat pecunias ablatas. Tu ergo, ſcribit ſanctus ad Domnum, qui ſcis & diuinos canones, & quod conuenit eccleſiæ, & dei miniſtru, nempe iuſtè agere, noſtrarum etiam literarum rationem ducens, ſiſte, hoc eſt reprime ſenis lachrymas, & ſi velit cum ſuis accuſatoribus iudicio contendere, apud te, & qui tibi ſubſunt epi-*

ſcopos litiget. Sinautem habet aliquos ſuſpectos epiſcopos, vt non bene in ipſum affectos, & eos recuſat, illi in iudicio non adſint. Nos enim nullum epiſcopum inimicitias habere aduerſus fratrem credimus, nec propterea vetamus ne illi nobiſcum vna iudicent, ſed ne hoc ſit occaſio, quominus ipſe in iudicio cauſam non agat, illi à confeſſu recedat.

Rationes ab epiſcopis nõ exigẽdæ ſumptũ & fructuum.

Pecunias autem, quæ iniuria ab eo captæ ſunt, duobus modis ei reddi æquum eſt. Primum quidẽ quòd nec tale quid omnino fieri oportebat: & quòd valde malè habet magnáque triſtitia afficit ſanctiſſimos epiſcopos qui ſunt vbique terrarum, quòd ſumptuum, qui illis eueniunt diſpenſationis ratio ab eis exigatur, ſiue ex eccleſiaſticis redditibus ſiue ex fructu aliunde percepto. Vnus quiſque enim noſtrum dabit ſuorum malorum rationem omnium iudici.* Vaſa enim precioſa & poſſeſſiones immobiles oportet ſeruari eccleſiis. Epiſcopis autem qui tunc temporis diuinum ſacerdotium adminiſtrant, incidentium ſumptuum diſpenſationem ſecure credi.

*ἐμμένειν.

BALS. *Res autem, inquit, quæ oblatæ ſunt, duabus ei de cauſis reddendæ ſunt. Vna quidem, quod omnino iniquum eſt vllam earum factam oblationem. Altera verò quod omnes epiſcopos male habet, & moleſtia afficit, quòd ab eis ratio adminiſtrationis exigatur eorum quæ obueniunt, vnde pecuniæ redactæ ſunt, ſiue ex eccleſiaſticis redditibus, ſiue ex fructu alicunde percepto, ex aliquorum ſcilicet oblatione. Vnuſquiſque enim, inquit, noſtrorum epiſcoporum, dabit deo rationem adminiſtrationis rerum ſuæ eccleſiæ, pro ſuo tempore, hoc eſt pro tempore quo fuit epiſcopus. Vaſa enim precioſa, ſen ſacra, & reliqua deo conſecrata, & poſſeßiones immobiles non ſunt alienabiles, & eccleſiæ ſeruantur: eccleſiaſticorum autem reddituum adminiſtrationem ſecure credi audaciérque committi debere illis qui ſunt tunc temporis epiſcopis.*

Renũciationes in eccleſia non admittendæ.

Renuciationis autem libellos non ſua voluntate, ſed veluti neceſſitate, & metu, & aliquorum minis ſe tradidiſſe dicit. Iam verò alia quoque res eſt, quæ eccleſiaſticæ cõſuetudini non placet, offerre ſacerdotes aliquos renuciationis libellos, ſi ſunt enim digni qui ſacra myſteria obeant in iis maneant. Sinautem indigni, nec per renunciationem exeant, ſed rebus ipſis potius condemnati, de quibus multam quis exclamationẽ fecerit, vt quæ currant extra omnem conſequentiam. Saluta fraternitatem quæ apud te eſt: quæ eſt apud nos, te in domino ſalutat.

BALS. *Allata quoque erat epiſcopi renunciatio, de quo ſcripſit hic magnus pater. De eo ergo dicit, Epiſcopus ait ſe non ſponte renunciationu ſcriptum dediſſe, ſed neceßitate propter metum, & quaſdam minas. Deinde ſubiungit quod etiam ſi aliquo eam ſua ſponte renunciaſſe putemur, eſt tamen irritum, & inualidum vt quod eccleſiaſticæ conſuetudini non placeat, vt ſcilicet ſacerdotes ſuæ eccleſiæ renuncient. Si ſint enim digni qui ſacra myſteria obeant, in iis maneant, & ne admittantur ſi renũcient. Sinautem indigni, nec per renunciationem exeant, nec recedant vt renunciantes, ſed vt rebus ipſis condemnati. De quibus multam quis exclamationem fecerit, hoc eſt quæ dignæ ſunt de quibus exclametur, vt quæ eccleſiaſticam diligentiam, & conſequentiam non ſeruent, vel illud, de quibus multam quis exclamationem fecerit, de iis qui renunciant potius dici intelligetur. Quære etiam neceſſario xvj. can. j. & ij. ſyn. quæ in ſanctorum Apoſtolorum æde congregata eſt.*

EIVSDEM EPISCOPIS QVI SVNT IN LIBYA, ET Pentapoli.

*διαβῆναι.

CVIVSLIBET rei, quæ ad populorum ædificationem vtilis eſt, & neceſſaria, & ad ſanctarum etiam eccleſiarum exiſtimationem confert, cura gerenda eſt. Scriptũ eſt enim,* Sanctos facite filios Iſraël. Patres itaque monaſteriorũ, qui ſunt in Thebanorum prouincia, viri pii ac ſancti, ac ſatis admirabilem vitę formam & inſtitutionem habentes, cum Alexandriam veniſſent, à me interrogati de monaſteriorum quæ illic ſunt conſtitutione, docuerunt multos offendi propter hanc cauſam.

Quidam qui vxores recenter duxerunt, & in ipſis veluti thalamis adhuc conſtituti ſunt, aliquos ſanctiſſimos epiſcopos arripiunt, & multo de eis vtique renunciante, ordinantur clerici ſeu preſbyteri.

Aliqui autem alii ex ipſis monaſteriis, vt immodeſti inſolentéſque eiecti rurſus ordinationes ſubeunt, & facti clerici, in ea ipſa monaſteria ingrediuntur, ex quibus eiecti

sti sunt,& volunt oblationem facere seu sacra celebrare,& ea omnia facere quæ mos est clericis,vt etiam aliqui eorum qui ipsos norunt,synaxes deuitent, & communicare in animum non inducant illis ministrantibus.

Quoniam ergo ad ædificationem,vt dixi,populorum omnia à nobis facienda sunt, hæc vestra obseruet pietas,& si est quidem ordinandus clericus, de vita eius inquirat, & an vxorem habeat, an non,& quonammodo duxit,& abstinuit, & si non est aliquis ex iis qui electi sunt a sanctissimo episcopo vel ex monasterio,tunc si inculpatus inuentus fuerit, ordinet. Ita enim & nostram conscientiam puram conseruabimus & inculpatum sactum,ac venerabile mysterium.

Si autem segregationem aliqui sustinuerint propter lapsus puniti, deinde sint morituri existentes catechumeni, baptizentur,& ne ab humanis excedant gratiæ non participes,scilicet communione carentes. Videtur enim hoc quoque ecclesiæ consuetudini adhærere. Salutate eam quæ est apud vos fraternitatem : quæ nobiscum est vos in domino salutat.

BALS. *Communione carere sanctis hic non solum dicit de sancta participatione: neque enim ante baptismum diuinis mysteriis digne habebitur, sed etiam de ipso baptismo. Antequam enim baptizatus fuerit non assequetur, vt cum fidelibus consistat, quæ est ipsa communio in diuersis canonibus dicta est. Et ideo hoc quoque adiecit, Videtur enim hoc quoque ecclesiæ cõsuetudini adhærere Hoc enim, inquit, est legitimum, & ecclesiasticum, & vnà cum fidelibus in precibus non consistant omnino catechumeni, vel ij quibus pœna est imposita.*

SANCTI PATRIS NOSTRI GREGORII THEOLOGI EX METRICIS EIUS Poëmatibus, quinam libri sint legendi veteris testamenti,& noui.

NE vbi seducant aliena volumina mentem:
Existunt etenim quàmplurima scripta maligne,
Selectum hunc à me numerum cape ,chare sodalis.
Historici libri, nempe omnes sunt duo deni
Antiquioris Hebrææ sapientiæ.
Prima Genesis,dein Exodus,Leuiticon,
Post Numeri,dein Deuteronomium.
Deinde Iesus,Iudices,octauúsque Ruth.
At nonus,decimúsque libri Regum acta fuere.
Et Paralipomenon,vltimus Esdras erit.
Sunt quinque metrici,primo Iob in loco est,
Dein Dauid,deinde tres Salomonis,
Ecclesiastes,Canticum,& Prouerbia.
Et itidem quinque spiritus prophetici,
Scripturam ad vnam rediguntur duodecim.
Oseæ, Amósque & Michæas tertius.
Deinde Ioël,dein Ionas,& Abdias
Naúmque & Abbacuc, atque Sophonias,
Aggæus,& Zacharias,dein Malachias.
Vna quidem est hæc:secunda autem Esaias.
Dein Hieremias vocatus ab infantia,
Dein Ezechiel, Danielísque gratia.
Sic veteris duos & viginti libros
Posuit,qui Hebræis literis respondeant.
Iam numera libros noui mysterii,
Matthæus Christi Hebræis miracula scripsit.
Marcus Italiæ,Lucas autem Græciæ,
Magnus Ioannes præco penetrator olympi
Cunctis,deinde sunt actus Apostolici,
Deinde decem Pauli,& quatuor epistolæ,

Septem catholicæ, est Iacobi vna ex eis.
Petri duæ sunt, Ioannis verò tres.
At septima est Iudæ, & sic omnes habes.
Si præter hos quid est, ne germanum putes.

BALS. *Ne autem alienu libru mentem seducas, multi enim sunt falsò inscripti, cape ò amice hunc numerum à me selectum, seu probatum & confirmatum. Sunt duodecim quidem libri qui historias continẽt, antiquæ scilicet scripturæ, & libri Regum, etiam si sint quatuor, in duos tamen conferuntur, & enumerantur, & xxij libri qui enumerantur, vnus, inquit, reputantur. Quatuor autem libri aliorum prophetarum vnusquisque vnus reputatur. Porro veteris testamenti scripsit duos & viginti libros, qui literis Hebræorum respondent. Est autem Græcè ἀντίστοιχα, id est ex aduerso positos & æquivalentes, & numero æquales. Accipitur enim præpositio ἀντί, etiam pro æquale, quemadmodum dicimus ἀσύγχριτον, id est ὁμόγχριον, hoc est eum qui est eiusdem artis. Elementa autẽ apud Hebræos esse dicuntur viginti duo. Cũ autem noui quoque testamenti libros enumerasset sanctus, subiunxit, Quòd si quid est præter eos qui iam sunt enumerati, non existimetur germanum, sed adulterinum.*

SANCTI AMPHILOCHII EPISCOPI ICONII EX IAMBIS AD Seleucum de eodem argumento.

Sed maxime illud tibi scire conuenit,
Quòd omnis haud est scilicet tutus liber,
Qui venerandum scripturæ nomen tenet.
Falsum est enim nomen quibusdam impositum.
Quidam libri sunt medii, atque proximi,
Vt dixerit quis, veritatis eloquijs,
Adulterini sunt alij, ac certi parum.
Vt sunt malæ notæ & reprobæ numismata,
Inscriptionem regiam quæ præferunt,
Adulterina sed materiæ indicant,
Idcirco libros, quos dei inspiratio
Dedit, sigillarim aperiam, vt noti sient.
Vetus quos testamentum habet prius proferam
Nam Pentateuchus Genesin, dein Exodum,
Leuiticúmque inter medium librum tenet,
Post Numeros, dein Deuteronomium,
Eis Iesum adiicias, & Iudices,
Deinde Ruth, atque libros Regum quatuor
Quinetiam Paralipomenon libros duos,
Et post eos Esdræ sequuntur gemini,
Dein versibus scriptos quinque afferam libros,
Qui multa passus est coronatus, Iob.
Psalmos medelam qui ægris animis ferunt.
Trésque Salomonis, Prouerbia, Sapientia,
Ecclesiastes, Canticorum Cantica.
Istis prophetas addito duodecim,
Oseæ primum, deinceps secundum Amos.
Micheam, Ioël, Abdiámque, & typum
Ionam ipsius quod triduo Christo accidit.
Et post eos Naum, Abbacuc, nono loco
Sophoniam, Aggæúmque, & Zachariam.
Atque inclitum valde angelum Malachiam.
Post quos prophetas quatuor intelligas:
Esaiam magnum loquitur qui libere:
Hieremiámque misericordem, & mysticum,
Iezechiel, Danielque omnium vltimum,
Qui rebus & verbis est sapientissimus

Adiic-

Adiiciunt istis deinde Hester aliqui.
Nouæ libros legis opus nunc dicere,
Euangelistas quatuor solos tene,
Matthęumq;, Marcum, Lucamq; tertium,
Adiicias et Ioannem, qui tempore
Quartus, sed altis sensibus primas tenet.
Nam iure dico filium hunc tonitrui,
Sermone qui diuino valde insonuit.
Suscipias secundum quoque Lucæ librum
Actus Apostolorum qui complectitur.
Electionis vas eis adiictas,
Qui gentium est prædicator, & Apostolus,
Qui sapienter scripsit ad ecclesias
Epistolas septem, vnam ad Romæ incolas,
Queis ad Corinthios adiiciuntur duæ,
Ad Galatas vna, & vna ad Ephesios,
Post quam est Philippos quæ transmissa extitit.
Et quæ ad Colossenses, duæ & Thessalonicam,
Duæ ad Timotheum, ad Titum, & Philemona,
Ad singulos vna, & ad Hebræos itidem,
Quæ verò ad Hebræos, notha esse dicitur
Plerisque, sed male, nam germana gratia est.
Quid verò cæteras catholicas epistolas?
Septem esse quidam dicunt, alii verò tres
Suscipiendas, nempe Iacobi vnicam,
Vnámque Petri, Ioannis quoque vnicam.
Ad tres eas quidam duas adiiciunt.
Duas quidem, sed Iudæ septimam.
Ast Apocalypsin Ioannis aliqui
Iis inserunt, rursus sed longè plurimi
Adulterinam dicunt. Hic verissimus
Diuinitus datarum est scripturarum canon.

GENNADII PATRIARCHÆ CONSTANTINOPOLITANI, ET SANCTÆ cum eo congregatæ synodi ad sanctissimos omnes Metropolitanos, & ad Papam vrbis Romæ epistola ἐπιτρεπτική.

RELIGIOSISSIMO ET SANCTISSIMO IN SACRIS COMMINISTRO GENnadius, & quæ in Christi amante regia ciuitate Constantinopoli coacta est sancta synodus.

CVM dominus noster, & deus, & saluator noster Iesus Christus, suis discipulis Euangelii prędicationem credidisset, eósque per vniuersum terrarum orbem inter homines ad docendum misisset, apertè iussit, vt quod gratis ab eo accepissent, eis quoque gratis darent, non aurum, vel argentum, vel vllas alias omnino materiales, & terrenas facultates pro eis acquirentes. Cælestia enim, & spiritalia dona, nulla est cum terrenis & temporalibus commutandi ratio. Hoc autem præceptum, non solum illis sed etiam nobis per illos dedit, quos in illorum gradum, & locũ substituere dignatus est, & opor

Si autem quòd domum orationis grauia detinent, nos autem subdio cęli, & terræ conditorem adoramus, hoc vos male habet, considerate quòd vndecim quidem discipuli erant in cœnaculo inclusi. Qui autem Christũ crucifixerunt, in celebri templo Iudaicũ cultum peragebãt. Iudas enim qui suspendio vitã finire maluit, quã cũ dedecore viuere, ostendit se ijs esse meliorẽ qui ad omnem hominũ cõdemnationẽ frontem perfricuerunt, & ideo impudenter ad omnia affecti sunt. Ab eorũ tantum falsiloquijs ne tingamini, qui fidei rectitudinem prodentur. Christi enim cauponatores sunt ij, & no Christiani, qui id quod eis semper in vita est vtile, veræ vitæ præferunt. Quando autem existimarunt, se posse hoc vanum imperium acquirere, dei inimicis addicti sunt. Quando autem viderunt concitatos efferatósque populos, rursus rectitudinem simulat. Nescio an sint episcopi nec ne in Christi sacerdotibus eos enumerauerim, qui à prophanis mantibus ad hoc vt præsint promoti sunt ad dissolutionem fidei. Hoc est meum iudicij. Vos autem si quam habetis partẽ nobiscum, eadem videlicet nobiscum sentite. Sin autem separati esse vultis, sit vnusquisque suæ sententiæ dominus.

EXPOSITIO EORVM QVI SVBSVNT THRONO PATRIARCHALI REGINÆ CIVITATVM, edita regnante Imperatore domino Andronico Palęologo sene.

EPISCOPI.	1	Cæsareæ.	2	Ephesi.	3	Heracleæ.		
4	Ancyræ.	5	Cyzici.	6	Sardium.			
7	Nicomediæ,	8	Niceæ.	9	Calchedonis.			
10	Philadelphiæ.	11	Thessalonicæ.	12	Adrianopolis.			
13	Monenbasię.	14	Sidæ.	15	Sebastiæ.			
16	Amasceæ.	17	Mitylenes.	18	Tyanensium.			
19	Gangrarum.	20	Heracleæ Ponticæ.	21	Prusæ.			
22	Pegarum.	23	Pergami.	24	Neocæsareæ.			
25	Pisious.	26	Myrorum.	27	Stauropolis.			
28	Laodiceæ.	29	Synadarum.	30	Iconii.			
31	Barrhoeæ.	32	Pisidiæ.	33	Sylei.			
34	Corinthi.	35	Athenarum.	36	Moceſi.			
37	Cretæ.	38	Calabriæ.	39	Veterum Patrarum.			
40	Trapezuntis.	41	Lariſſæ.	42	Naupactipolis			
43	Philippolis	44	Traianipolis.	45	Rhodi.			
46	Serrarum.	47	Philipporũ.	48	Christipolis.			
49	Hierapolis.	50	Dyrrachii.	51	Smyrnæ.			
52	Mitylenæ.	53	Ioanninorũ.	54	Didymatichi.			
55	Lacedæmoniæ.	56	Melenici.	57	Cataræ.			
58	Amorii.	59	Camachi.	60	Coryæ,			
61	S. Sebastianæ.	62	Neopatrarũ.	63	Apro.			
64	Amastidis.	65	Chonorum.	66	Hydruntis.			
67	Celtzenes.	68	Coloneæ.	69	Thebarum.			
70	Pompeiopolis.	71	Russiæ.	72	Alaniæ.			
73	Aeni.	74	Pharsalorũ.	75	Tiberiopolis.			
76	Euchenorum.	77	Cerasuntis.	78	Nacoliæ.			
79	Bermii.	80	Omadytarũ.	81	Apameæ.			
82	Galoræ.	83	Litbuni.	84	Caucasii.			
85	Bydines.	86	Gothiæ.	87	Basilæi.			
88	Nazianzi.	89	Corcyræ.	90	Abydi.			
91	Methymnæ.	92	Christianopolis.	93	Rosii.			
94	Paronaxiæ.	95	Attaleæ.	96	Zenchiæ.			
97	Bosophori.	98	Bitzines.	99	Sugdaliæ.			
100	Mosembriæ.	101	Arcadiopolis.	102	Selibriæ.			
103	Mileti.	104	Gardicii.	105	Argorum.			
106	Odristæ.	107	Pyrgii.	108	Sebastipolis.			
109	Euripi.	110	Cybisti.	111.	Antiochiæ.			
112.	Achirai.							

HÆ postea honoratæ sunt, Bryscei, Gani, Chersonis, Calitzergo, Litborum, Bitzinę, & Pyrgii, hic poni debent, vel cum Chersone. Hunc enim locum videmus hos habere hodie, eo quòd Galitzæ locus sæpe in episcopatum erectus, Russiæ dominio rursus subiiciatur. Litborum autem temen factus imperatoris illius Andronici Palęologi veteris in his rebus ambitione omnino cessauerit, tũ quod valde pauci essent in Litbis Christiani, tum quòd cum sit prope Russiam, à Russiæ episcopo facile regi possit. Bitzines autem vt qui ab eo imperatore honoratus rursum cõtemnitur, eo quòd sit hic locus sub barbaris, & paucos in se Christianos habeat. Pyrgii verò rursus quidem tẽpore domini Isaac in Metropolim erectus est. Deinde rursus fuit sub Epheso. Quinetiam Pyrgii episcopus ab Ephesino ordinatus in Metropolim erectus est. Mediæ, Dramæ, Xanthiæ, hæ quoque fuere archiepiscopatus, sub domino Andronico Palęologo recẽs in metropolitanos erecti sunt, Zechnorum & Chii episcopus. Metropolitani quoque postea facti sunt Byzpes episcopus, Maroniæ, Garellæ, Mediæ, Dramæ, Xanthiæ, Tenedi, Probãdis, Scopeli, Rædesti, Calliopolis, Macres, Peritheorii, Pytitzeę, Hieressi, & Archiepiscopatus facti sunt Episcopatus, Hezamihi, & Tzuruloei.

SANCTI NICONIS EX EPISTOLA AD ENĘLISTIVM DE INiusta excommunicatione.

Iniustæ pœnæ & excõmunicationes.

SCIAS autem pater, quòd diuinæ scripturæ cum diuinis canonibus definiunt quòd iniustę quæ imponuntur punitiones, apud deum non ligant, etiamsi pontifex eas imposuerit. Quantomagis si interior: sicut dicit sanctus Dionysius. Qui itaque inconsiderata sententia, & intemperante animo aliquem à fidelibus separauit, cum non solũ non attingit, sed in eius etiam caput recurrit, sicut sanctę quoque synodi pronunciant, sed illæ pœnæ ligant, quæ secundum diuinos canones & leges sunt impositæ, non autẽ quæ secundum propriam volũtatem. Qui enim pœnam præter rationem imponit, ipse est segregatus, & ipse debet eam pœnam obseruare, sicut diuini & sacri canones decernunt. Magnus quoque Petrus ad Clementem, Tu quidem ea ligabis, quæ ligabis oportet, & solues quæ soluenda sunt. Dicit enim sanctus quoque patriarcha Nicolaus diuinitus promotus. Habent enim antistites potestatem puniendi, sicut etiam sancta synodus definit, vt qui ius ligandi & soluendi à deo acceperint. Sinautẽ antistes præter dei scopum punierit, deus eum non sequitur, & ecce inuenitur pœna, quæ ab eo infligitur iniusta, & propterea inualida. Et de sacerdotio dixit dominus Petro, Quæcunque ligaueris super terram, erunt ea etiam ligata in cælis. Vide vim verbi. Non dixit, quæcunque ligaueris super terram, erunt ligata in terra, sed in cælis, vt qui excommunicat, vel deponit, vel prohibet, rem terribilem ducat, vt qui deum ad vna secum ferendam sententiam vocet, nempe qui sub eius qui est in cælis testimonio hoc agat. Iam & qui prohibetur, vel deponitur, horret, vt qui extra regnum cælorum eiciatur. Vide, inquit, quid facis ô sacerdos, quæ inferius ligas, ea esse superius in rationes referenda existima. Non est à ratione reddenda liberum vinculum, si iniuste ligaueris. In iudicio Angelorum ostensurus es, num ira, & animi perturbatione vinculum intuleris, num vt te ipsum vlciscens. Deus enim eum qui iniustè alligatus est defendit, & vlciscitur. Qui itaque dei gregem sincere pascit, os Dei vocatus est. Dicit enim, Si quod est pretiosum ab eo quod est nullius prece separaueris, eris vt os meum.

Ligandi & soluendi potestas.

DE PESSIMORVM ARMENIORVM PESSIMA RELIGIONE.

QVÆ ab Armeniis præter rationẽ fiunt, & credũtur hæc sunt. Dicunt diuinã naturam esse patibilem, & in Aphthardocitarum hæresim inducti, trinitatẽ pati dicũt. Hoc autẽ etsi non audẽt apertè dicere, iis tamẽ quæ faciunt hoc, declarant. Tres enim cruces coniungẽtes, & vni ligno tanquã iugo affigentes, nominãt hoc sancta Trinitas. Adiiciunt autẽ sancto, atq; adeò sanctissimo hymno illud, qui crucifixus es pro nobis, Petri Ful-

fullonis rabiem sequentes,& nobis quidem asserunt se de filio hoc adiicere:ipsi autem deum esse patibilem apertè sentiunt. Existimant spiritum quoque esse patre & filio minorem,sicut & paulo ante dictarum crucium mediam minorem statuunt, in spiritus typum hanc esse reuelantes. Idem & in duarum Christi naturarũ vnione cõfusionem decernunt.In pane quoque mystico vtuntur azymis, & in sanctum calicem aquã non immittunt,& quinto mensis Ianuarii vespere festum euangelistæ celebrant, tum aliam quoque huius festi consequentiam facientes,tum etiam conuentus euangelium legentes. Mane autem Christi natalẽ celebrant,& in diuino sacrificio sancta Theophania: an autẽ eo euangelistæ die venerabilissimũ seruatoris nostri natalem fuisse existimantes hoc festum celebrent,incertũ:manifestum autem est,quòd non sicut nos, carnem domini in dei matris vtero formatã esse existimant. Quomodo enim fieri posset vt infans vno die perfectus, completusque nasceretur? & innumerabiles absurditates ex eo deducuntur.Sinautem existimant post vii. menses anno in eundẽ reuerso editum esse partum,non tam magis humanam natiuitatem,quã ab equis & asinis similem introducunt.Hæc enim animalia post annũ pariunt.In festo autem sanctorum Theophaniorum non oratione,non euangelio,non hymno,non aliarum scripturarum lectione vtuntur,sed crucẽ tantum in aquã immergentes hoc sibi sufficere existimant. Circunciſionẽ autẽ octo diebus post Theophania celebrãtes,falluntur,nescientes quòd prius circuncisus,deinde baptizatus est. Deinde cum magnus Gregorius,qui fuit magnę Armenię episcopus,cauisset Armeniæ episcopum a nullo esse alio ordinandum quã ab illius temporis Cæsareæ Cappadociæ Archiepiscopo,vbi ipse quoque ordinatus est, & horrendæ execrationes,& anathema in eo sit intentatũ qui aliter faciunt,hæc quidem illi transgrediuntur:à Syrię autem Amerano vniuersalis eorum episcopus ordinatur. Sinautem negant magnũ Gregorium hæc constituisse,ostendant nobis eius ad filios cõstitutiones:& os eis obturabitur. Sinautem adhuc dubitauerint,dicant si possint, cum in eos anathematis sententiam protulimus, quid ab eis factum nouimus. Quòd si ex hoc loco Christma nõ susceperunt,nec qui apud eos sunt sacerdotes,sacerdotio digni sunt. Quando enim vniuersalis eorum episcopus non ordinatur ex canonibus, quomodo qui ab eo ordinantur, fide digni habebuntur? Porro autem à sacris quoque euangeliis abstulerunt vocem,quæ dicit,Et factus est sudor eius sicut *gutæ sanguinis in terrã descendentes,hoc esse imbecillitatis existimantes non diuinę maiestatis, sed etiam historiam quæ nos docet,quòd mulier ad lectum tanquã adultera adducta est,cum is autem dixisset,Qui non peccauit,lapidem in eam proiiciat,recesserunt omnes,& nec à Christo condemnata est,eiciut,hanc auditionem multis esse perniciosam dicẽtes. Comedunt autem, & in sabbatis,& in dominicis sanctæ quadragesimæ ouum,& caseum,& butyrum,& in primis eorum vniuersalis episcopus,& est apud eos canon qui dicit, Si quis butyrum,caseum,& ouum,vino & oleo non æquiualere existimet, sit anathema. Septimana quoque πεντηκοστὴν carne vescuntur, ieiunantes septimana, quæ est ante ἀνάστασιν intensis ieiuniis, præter panem,& aquam,nihil aliud gustantes. Vocant autẽ hanc septimanam arthiburtzia nesciunt tamen quid sibi velit vis huius nominis. Sed nonnulli quidem dicunt fuisse hoc cuiusdam Sergii ieiunium:nonnulli verò Niueuitarum. Aliqui verò Adam,quando ex paradiso deliciarum eiectus est,& hinc sine ratione ieiunare conuincuntur. Quidam autem dicunt & videtur verum esse, quod ab eis dicitur, fuisse quendam apud eos episcopum, qui vtebatur catulo, cui erat cognomẽ Artziburzes. Id autẽ præcursor,seu processor Latinè appellatur,Præcedebat enim episcopum in vrbem,vel in vicum ingressurum. Quo mortuo, septem dierum ieiuniũ ab episcopo constitutum est in memoriam luctus, qui fuit propter canem. sacrum autem celebrantes non solum capiti tegmen non detrahunt, sed etiam capiti cucullam adiiciunt, licet diuus Paulus apertè exclamet detectos esse debere in oratione.

Venerabiles autem imagines non adorant, sed quod magis est eorum vniuersalis episcopus cum reliquis, eos qui adorant anathemate percutit. Nec crucem adorant nisi clauum in eam immiserint, & ipsam etiam baptizauerint. Postquam autem clauo fixa, & baptizata crux fuerit, & alterum duorum lignorum diuisum, & relictum fuerit, rectum scilicet, vel transuersum, id solum quod relictum est adorant. Sed & omnia ferè quæ sunt abolita legalia adhuc peragunt. Agnum enim magno dominico sacrificant, & limina inungunt, & eorum ossa comburentes, seruant cinerem cum sanguine in signum expiationis, & velum ante altare statuunt, & tintinabula ipsi & altari appendunt. Quinetiam pro mortuis ouium & boum sacrificia peragunt:nec defunctum aliter seruandum existimant, nisi tertiis, & nonis, & quadragesimis eius diebus eiusmodi sacrificia peracta fuerint. Antequam autem e-

iusmodi sacrificia peragantur, sales benedicentes dant bestiis in nutrimentum, & super earum etiam capita dicunt quasdam orationes, & eas mactant. Nominant autem hæc sacrificia, Natalitia. Si qui autem aliquid eorum negant, cum qui hoc facit anathematizant.

TIMOTHEI PRESBYTERI SANCTISSIMÆ MAGNÆ ECCLESIÆ, ET vasorum custodis sacrosanctæ Deiparæ, quæ est in Calchopratæis de differentia eorum qui accedunt ad sanctissimam nostram fidem.

INVENIMVS tres ordines eorum qui ad sanctam dei catholicam & Apostolicam ecclesiam accedunt, sanctissime sacrorum comminister Ioannes, & mihi omnium dilectissime, & primus quidem ordo est eorum qui sancto baptismate indigent. Secundus autem eorum qui non baptizantur, sed sancto baptismate inunguntur. Tertius autem eorum qui nec baptizantur, sed sancto baptismate inunguntur. Tertius autem eorum qui nec baptizantur, nec inunguntur, sed solum anathematizant suam & propriam hæresin. Et qui baptizantur quidem sunt hi, Tascodrugi, Marcionistæ, seu Artotyritæ, Saccophori, Apotactitæ, Valentiniani, qui etiam Basilidiani, & Hermiæi appellantur, Nicolaitæ, Montanistæ, Pepuzeni, Manichæi, Eunomiani seu Anomi, Paulianistæ, qui etiã à Paulo Samosateno, Photiniastæ à Photino Syrmii episcopo, Sabelliani, Cerinthiani à Cerintho, Menandriani, Ebionæi, Simoniani à Simone Mago, Carpocratiani, qui à Carpocrate: Saturniani, et qui ab impio Marco initium duxere, Et qui ab Apelle, & qui à Theodoto Coriario, Helcesaitæ qui à Nepote, qui à Pelagio & Cælestino & Melchisedechitæ. Qui autem sancto Chrismate vruntur, sunt hi Tessarescedecitæ, seu Tetraditæ, Nouatiani, seu Sabbatiani, Arriani, Macedoniani, Apolinaristæ. Qui neque inunguntur, neque baptizantur, sed suam & omnem hæresin anathematizant, sunt ij, Meletiani schismatici, qui à Meletio schismatico orti sunt. Hi quidē non habent malam opinionem, sed proprium schisma anathematizant. Nestoriani, Eutychianistæ, & eorum socius Dioscorus, Severus, Iacobus, & reliqui acephali. Marcianistæ qui à Marciano Trapezita, Messaliani, qui etiam Euchitæ, & Enthusiastæ, & Choreutæ, Lāpetiani, Adelphiani, & Eustathiani, Aposchistę, qui & Doxarii, & Anthropotoscopitæ. Iam vero videmus in magnis, & vniuersalibus ecclesiis seu patriarchalibus, & metropolibus, & reliquis, quòd & Armenios & Iacobitas, & Nestorianos, & reliquos Acephalos, & quicunque eis similes ad fidem orthodoxam conuertuntur, inungunt, & non baptizant, eorum solum duces auctoresque anathematizantes, & hoc propter iustas causas nuper necessario constitutum est. Nos ergo his omnibus cū prudentissimis patribus consideratis, ita etiam ab eis doct: sumus, quòd quemadmodum catholica ecclesia pridem accepit, & sicut nostra testimonium prohibens consuetudo in patriarchatibus, & in metropolibus seruata est, ita etiam nos quoque sequi oportet.

Chrisma sanctum.

Vide.

METHODII SANCTISSIMI PATRIARCHÆ CONSTANTINOPOLITANI CONstitutio, de iis qui abnegauerunt per diuersos modos & ætates.

SI puer quidem comprehensus fuerit, & abnegauerit, seu metu, seu ignorantia, & inscitia, is propiciatorias preces septem diebus accipiat, & octauo die lauetur, & a lauacro linteo accinctus Chrismate inungatur, vt soient inungi qui baptizantur, & ferat vestes nouas secundum ordinem eorum qui illuminantur. Si autem sint adolescentes, vel senes senióve confecti, si quidem per tormenta nega-

negauerunt, clementer ac benigne cum eis agatur: sed duas quadrageſimas ieiunent, vacantes orationibus, & genuum flexiones, aſſi duaſque preces peragentes. Duarum autem quadrageſimarum fine appropinquante, octo diebus preces propiciatorias accipiant, et ſub omnibus qui inueniuntur cum ſacerdote qui pro eis deum placat, exaudiant, et dicant intenſa voce, Kyrie eleiſon centies, et ſicut ſuperius ſtatutum, lauentur, et vngantur ſecundum priorem conſtitutionē: et celebrato ſacrificio ſacroſanctis myſteriis digni habeantur, vacantes eccleſię et ſacrorum celebrationi octo diebus. Si qui autem ſua ſponte ad negandum transfugerunt, it quidem habent canonem terribilem, ſed propter commiſerationem duos annos ieiunent à carnium, et caſei, et ouorum eſu, et à vino abſtinentes, genuum inflexiones facientes, ſi ſint quidem iuuenes et robuſti, quotidie centum diebus ducenties dicentes, Kyrie eleiſon. Duobus autem annis expletis ante octo dies preces propiciatorias accipiant, et quæ ſequuntur, vt prius ſtatutum eſt, in ipſis fiant, ſiue ſint viri, ſiue mulieres, modo ſint perfecti ætate.

SANCTI THEODORI STVDITI

EX IIII. EPISTOLA AD NAVCRATION FILIUM.

QVÆ autem à me petiuiſti vt* ſigillatim reſponderem de ſectis, et baptiſmis, ea menſuram epiſtolæ excedunt, rurſúſque ſuperuacaneum eſt recenſere quæ diuinus Epiphanius inuenit, et ita conſcripſit, vt nemo ex partibus melius. Accede ergo ad ſacrum eius librum, et quæ ſcire deſideras, illic diſcernes melius. Eum autem tibi in manus præbuerit egregius Eutreptanus. De baptiſmis autem breuiter tibi reſpondebo. Contemplatio tripliciter diuiditur. Baptizantur autem Marcioniſtæ, Taſcodrugi, Manichæi, et qui ſunt eiuſdem ordinis vſque ad Melchiſedechitas, xxv. hæreſes. Inunguntur autem ſacro chriſmate Terraditæ, Nouatiani, Arriani, Macedoniani, Apolinariſtæ, ſimul quinque. Qui verò nec baptizantur, nec vnguntur, ſed ſolum propriam et omnem aliam hæreſin anathematizant, Meletiani, Neſtoriani, Eutychianiſtæ, et qui ſunt eiuſdem ordinis vſque ad hæreſin quæ hîc eſt, à me in præſentia non numerati, eo quòd Acephali ſint multiplices, et ne nimis creſcat epiſtola. Quod autem dixiſti canonem non diſtinguere, ſed definitiue pronunciare, eos qui ab hæreticis ordinati ſunt, vel baptizati, nec clericos eſſe poſſe, nec fideles, illud cogita quòd Apoſtolicus quidem canon illos dicit hæreticos, qui non in nomine patris, et filii, et ſpiritus ſancti baptizati ſunt, vel baptizant. Porro autem id quoque à magni Baſilii voce docemur. Dicit enim hæreſes eas quæ omnino abruptæ ſunt, et aduerſus ipſam fidem alienatæ. Schiſmata autem, eos qui propter aliquas cauſas eccleſiaſticas, et quæſtiones, quibus poteſt remedium adhiberi, inter ſe diſſident. Paraſynagogas autem, congregationes quæ à parere recuſantibus preſbyteris, vel epiſcopis, vel populis inſolentibus fiunt. Et ipſe quidem primi exemplum afferens, dicit ad Amphilochium, Quámnam enim habent rationem, vt Pepuzenorum baptiſma eſſe iudicetur, qui baptizant in patrem, et filium, et Montanum, et Priſcillam? Neque enim baptizati ſunt qui in ea quæ nobis tradita non ſunt, baptizati ſunt. Eos ergo et qui cum eis ſentiunt canon, et patres, vt dicit diuinus Baſilius, hæreticos nominauit. Secundi autem exemplum rurſus dicit ſanctus Baſilius Cathari ſunt, et ipſi ex iis qui abſciſſi ſunt, ſeu ſchiſmatici. Si autem dixeris, Et quomodo dicuntur ii quoque hæretici, et omnes poſteriores? Hoc dicimus, et ita intelligimus. Primi autem ſunt propriè hæretici, eo quòd in ea quæ ſunt principalia noſtræ fidei, trinitatem ſcilicet, impietatem ſuam declararunt. Secundi autem abuſiuè, & vt qui ſunt ex primis deriuati, qui confitebantur quidem ſe in trinitatem et credere, et baptizare in ſeparata proprietate vniuſcuiuſque perſonæ, et non tanquam trium vna ſit, licet in aliis hæreticum quid aſſererent. Tertii exemplum ipſe rurſus dicit ſanctus: vt ſi quis criminis conuictus à miniſterio ſuſpenſus ſit, et canonibus non ceſſerit, ſed primam ſibi ſedē & miniſteriū vendicauerit. Ac vt ſecundi quidem idem nomē cum primis ſortiti ſunt, ita etiam tertii cum ſanctis. Certè Meletianos antiqui ſchiſmaticos appellāt, qui à Meletio ſchiſmatico abducti erant, licet non eſſent cacodoxi. Propriū enim ſchiſma, vt aiunt, anathematizantes, à catholica eccleſia ſuſcepti ſunt. Videtur autem omnino hæreſis eſſe quędā catena à dæmone contexta, alia alij connexa, omnibus tanquam abuno

* καὶ ἰσπ.

Qui hæretici baptizãtur.

Qui hæretici inunguntur ſolum.

vertice impietatis appensis, etiam si diuersas cognominationes sortitæ, & loco, & tempore, & quantitate, & qualitate, et potentia, & actu differant. Nam nec hoc quidem corpus vnũ est membrum, sed multa: & diuersæ sunt eorum inter se potestates, operationes, proprietates, & situs, & honores.

EX NOMOCANONE NESTEVTÆ.

De confessione.

OPORTET eum qui confessiones suscipit, videre & adolescentiam, & vires senectutis, & imbecillitatem, & loci differentiam, & modi per quem malum factum est, & an capto consilio ac præmeditato, an casu factum est, & an ex vino, vel ex satietate, vel non sic, sed vel metu, vel immoderata potestate, val paupertate, & quæ sunt his similia. Is qui confessiones audit, debet examinare, & horã, & locum, & vitam, & prudẽtiam. Similiter & contritionem, & pudorem, & tristitiam, & metum, & fidei constantiam, vel inconstantiam, & misericordiam: similiter & doctum & indoctum, diuitem & pauperem, seruum & liberum, nobilem & ignobilem, & militẽ, & eum qui sanctũ amictum suscepit, & qui in eis immoritur. Similiter & contemptorẽ, ac impudentem, & qui potest humiliari. Hæc omnia debet examinare qui audit confessiones, & sic pœnas iniungere: si autem hæc quidẽ semel vel bis, vel ter fecerit, & sint intra triginta annos ætatis, sunt omnino misericordia digni: etiam si ea valde magna sint. Si autẽ xxx. annos superauerint, ij multis condemnationibus digni fuerint, etiam si ea sint multo minora. Debet etiam hoc quoque perscrutari, an sæpe peccauerit, an etiam ad senectutem vsque in eo sit enutritus. Et quæcunque sunt quidem præter naturam, vt cædes voluntariæ, adulteria puerorum, virorumque concubitus, iumentorũ volucrúmve initus & incestus quoq; & magni & parui. Similiter & si vt in consiliolas & filios ipsos peccaretur sustinuit, & quæcunque sunt eiusmodi, vel his etiam maiora æqualem habent punitionem. Cautum enim est ac prouisum, vt excommunicationis segregatio ad sex annos, & septem, & octo, & nouem, & decem extendatur. Quæcunque autẽ sunt secũdum naturam, vt fornicationes, cædes inuoluntariæ, stupra, periuria, & quæcũque sunt eiusmodi ad annum vnum, & duos, & tres puniuntur, & *qui minoris quidem sunt habitus monachi, & monachæ fornicantes, vt fornicatores iudicantur. Qui autem maioris sunt habitus, vt adulteri. In hoc autem toto pœnitentiæ tempore, in Christi natiuitate & epiphania, & in tribus Paschæ diebus, vel in magna quinta feria, & magno sabbato, & magno dominico, & in memoria sanctorum Apostolorum, pro communione participes existant sanctificationis illuminationum, & sic ieiunium soluant, alii quidẽ caseo, & ouis, mundani verò carne. Antea enim diximus quod est in eorum, qui confessiones audiunt potestate, vel leues vel graues pœnas imponere. Eius enim qui confitetur certa & indubitata fides, & eorum quæ habet elargitio, quam beatus Paulus fidei fructum appellat, eiúsque qui audit confessionem circunspecta cognitio, prudénsque iudicium, & de summo iure remittens leuitas, scit omnia leuiora facere, quæ ad cibum & potum, precésque et communionem pertinent, maximè si contingat, vt qui confitetur ante confessionem peccatum abscinderit, vel si etiam confitens à confessione abscindat. Sunt enim multi qui confitentur, et dolore afficiuntur, sed tamen vel natura, vel malignitate, vel mala consuetudine rursus labuntur & in peccata incidunt. Hi ergo debent semper confiteri quoties ceciderint etiam si iniunctas pœnas compleuerint, quas ab eo qui ipsos ligauit acceperunt, nunquam autem communicare. Si autem eorum omnino misereris, communicabunt: cauendum est tamen ne communicent, donec peccatum abscideriut. Misericordiæ enim gratia sic quoque digni habebuntur. Quoniam autem sunt nonnulli, qui vi habitus ne in magna quidem quadragesima se possunt à peccatis continere, ipsi quoque sæpe mulieres habentes, oportet postquam ipsi pœnas iniunctas peregerint simultum tempus præterierit, nec potuerint communicare, eo quòd in peccata semper incidant, in sancta quidem quadragesima se à peccato continere, & sic cum timore et tremore tribus Paschæ diebus communicent. Hoc autem dicimus, eo quòd dubitetur ne à carnis pollutionibus nunquam abstinere potuerunt, et non quòd alia fiat differentia Si autem hi in quadragesima in mollitiem inciderint, ne sic quidem communicent. Similiter et monachi, vel etiam alii concertatores, si in id ipsum in quadragesima inciderint, caueant à communione: est enim affectio miserabilis, et po-

μακρόχρονοι.

ten-

tentissima, & quæ difficilliter auelli potest, etiamsi solis quadraginta diebus non communicare eos debere, quum id incidunt à patribus canonicè cautum est, id tamen verum est in aliis quidem anni, non in sanctæ quadragesimæ diebus. In rei autem sacrę celebratione omnes qui pœnitentiam agunt, & non communicant, diximus cate: humenorum edicto debere ex templo egredi, & stare in ferula: in matutino autem, vesperis, & reliquis, templi aditum non eis esse prohibitum, quominus possint ingredi, & in eo stare si velint.

DAMASCENI EX HÆRESI MESSALIANORVM SEV EVCHITARVM.

TANTVS est autem eorum arrogantiæ fastus, vt qui sunt apud eos sensus spiritus participes, ab ipsis beati existimentur, vt perfecti, & ab omni peccato liberi, eoque superiores, ab eisque colantur, & honorentur, vt qui non sint amplius peccato subiecti, eisque omnis relaxatio, ciborúmque omnium potestas. omnéque satellitium, honórque sit eis permissus, quorum multi etiam post eiusmodi eorum perfectionis testimonium, nec eos qui extra sunt Christianos appellare dignantur, ipsi autem in multa turpia facinora, & pecuniarum furta, & fornicationes incidere visi sunt. Multa etiam alia monstrosa faciunt, vt & ipsi legitima matrimonia indiscriminatim dissoluant, eósque qui matrimonium deseruerunt tanquam ascetas assumant, beatósq, appellent, & vt patris & matris ac liberorum educationis curam non gerant persuadeant, & ad omnia sua ad se portanda eos incantent: seruos autem à dominis fugientes promptè accipiant, & qui ex diuersis peccatis ad se accedunt, sine vllo fructu pœnitentiæ, sine sacerdotum auctoritate, sine gradibus qui in canonibus ecclesiasticis editi sunt, ab omni peccato quā primum purgare profiteantur: modo quis vulgo iactatam eorum orationem meditatus *sortis illorum temerarius mystes fuerit, adeò vt nonnullos eorum antequam ipsos à peccatis liberauerint, ad clericorum ordinationes deducant. Episcopis fraudulenter persuadentes, vt eis manus imponant, eorum, qui ab ipsis ascetæ appellantur testimonio inescatis. Hoc autem tanto studio agunt, non vt qui clericorum gradus venerabiles iudicent, qui ipsos etiam episcopos quando volunt contemnunt, sed vt sibi potestatem aliquam, & auctoritatem comparent. In quos præter alia delicta hoc quoque confertur, quod ecclesiarum & altarium contemptum induxerunt, tanquam oporteat ascetas in ecclesiasticis congregationibus non manere, sed contentos esse precibus quæ fiunt in oratorio. Tantas enim dicebant esse eorum orationis vires, vt & sibi, & suis discipulis sanctus spiritus sensiliter appareret. Prodigiose enim iactitant, quòd oportet eos qui volunt seruari, orare, & nihil penitus agere, donec senserint peccatum tanquam fumum aliquem, vel ignem, vel draconem, vel aliquod eiusmodi animal, per orationem expulsum, & sensiliter per preces egredientem: spiritus autem sancti ingressum rursus sensiliter accipiant, & apertum in anima sensum habeant introëuntis spiritus, & hanc dicunt esse veram Christianorum communionem, adeò vt cum quidam presbyter eis dixisset, Nos sanctum spiritum in fide habere confitemur, & non in sensu, ipsi quoque professi sunt se per orationem spiritū sanctum eis sensiliter communicaturos. Præterea manuum quoque operationem auersantur, vt quę Christianis non conueniat. Dicunt enim se eam vt execrabilem auersari, & seipsos ideo spirituales nominant, iudicantes fieri non posse, nec etiam iustum esse, vt ij deinceps opus sensile attingant: in hoc etiam abrogātes Apostolorum traditionem.

* μόνας αὐτῶν ἐπιλαβόμενος τῆς εὐχῆς.

EX HISTORIA THEODORITI, DE EADEM HÆRESI

HABENT autem etiam aliam appellationem quæ ex nomine deducitur. Enthusiastæ enim appellantur, id est diuino furore correpti, vt qui alicuius dæmonis operationem suscipiant, & eam esse sancti spiritus existiment. Qui autem perfectum hunc morbum suscipiunt manuum quidem operationem vt malam auersantur: se autē somno dantes, diuini spiritus afflationem somniorum imaginationis efficiunt.

* in diſſimata edit.

SANCTI EPIPHANII EX PANARIIS DE HÆRESI EVCHITARVM.

HI verò Euchitæ ſunt in Antiochia à fluuiorum intermedio perfecti. Habuerunt autem hanc perniciosam ſententiam ex immoderata quorundam fratrum negligentia. Quidam enim ex noſtris orthodoxis fratribus, neſcientes metiri vitæ in Chriſto inſtituendæ agendæque perfectionem, nolunt renunciare mundo, & à propriis pecuniis, & poſſeſſionibus alienari, propriámque vendere, & ſequi veritatem, ſed potius eſſe ocioſi, & munera deuorare, fucoque qui eſt inter apes aſſimilari, & non propriis manibus operari, vt diuus Paulus, qui cum mundo renũciaſſet, & eſſet præco veritatis, habebat manus proprias, quæ non ſibi ſolum ſuppeditabant, ſed & iis qui cum eo habitabant, qui nec ipſi erant ocioſi, ſed vna cum illo in operatione aderant, iactitans & dicens, & apertiſſimè docens, Qui non operatur, non manducet. Nonnulli autem ex prædictis fratribus habuerunt hanc perniciosam ſententiam, quam a Manete didicerunt, qui forte, vt ita dicam, à Perſide atcenderat. Quod quidem non ſic fieri oportebat, ſed potius conſiderare quod iubet ſermo diuinus, nempe fugere eos qui non operantur. Nonnullorum autem opinionem decepit ſermo, qui à ſenatore ſcribitur habitus. Operamini non cibum qui perit, ſed qui manet in vitam æternam. Exiſtimant ergo eſſe parentem pulchram operationem cuius habemus laborem ad iuſtitiam quæ complebatur in Abraam per vitulum, & in labore viduæ per Heliã, & in operatione Iob per ſuos liberos, & poſſeſſiones, & in omnibus etiam dei ſeruis, qui propriis manibus laborant ad iuſtitiam, vt ſibi & iis qui egent ſuppeditent: ſemper enim cupit diuinitus afflata anima, & in dei ſpiritu confirmata, cæleſtes opes quę ſunt ſecundum iuſtitiam cum laude & gloria, & per diuina dogmata, diuinaque ſanctæ ſcripturæ, & dei eloquiorũ meditationẽ, pſalmodias, ſanctaſque ſynaxes per ieiunia, & caſtitatem, ac rectam vitę inſtitutionem, & voluntariam iuſtitiæ gratiam per manus operationem ſe optime gerere, ſed hęc coacti ſumus dicere propter id quod à Meſſalinis prętexitur. Ipſi enim illinc & ex paupertate accepto arrogantiæ morbo, à veritate exciderunt, & per vim ocii aliorúmque malorum grauiſſima conſtituta eſt hæreſis.

SANCTI NILI.

NVNQVID Angelos, vel poteſtates vel Chriſtum ſenſiliter videre potes, lupũ pro paſtore ſuſcipiens, & dæmones inimicos adorans? Vana gloria eſt mentis erroris initium qua mens incitata, id quod diuinum eſt formis, & figuris circunſcribere conatur. Te autem ne hanc quidem fraudem ignorare oportet, quòd dæmones ſeipſos in tempore impertiunt, & ſi vltius fueris auxilium petere, ſunt deinceps in figuris angelicis innoxij, primos expellentes: vt ab ipſis decipiaris, tanquam ipſi ſint ſancti angeli. Dæmones nonnunquam cogitationes ſuggerunt, & te rurſus incitant, ad eis male precandum, vel eis contradicendum, & ſua ſponte cedunt, vt fallaris, exiſtimans te cepiſſe cogitationes vincere, & dæmones terrere. Non oportet ſacerdotes iuſtè vel iniuſtè iudicare, vel eos examinare, ſed & ſi quis in eis labitur, à deo iudicabitur, & arguetur in hoc & in futuro ſeculo vel à maiori ſacerdote: ſacerdos non eſt qui pro ſacerdotis dignitate non viuit. Non oportet offendi propter ſacra quæ celebrantur ab improbo ſacerdote: eadem autem eſt oblatio, & ſi habeat vitam impuram is qui offert. Audiendi ſunt doctores, & ſacerdotes dum docent, ex diuinis ſcilicet ſcripturis, vt deo placet, & non ſecundum proprias cupiditates, vt ſcriptum eſt, & non iudicare ipſos, etiam ſi malam vitam habeant: & ſi in fide quidem labantur, tunc non oportet credere, ſed eos etiam fugere, ac iudicare. Deus quidem non omnes ordinat, ſed per omnes operatur, vt ſeruetur populus. Aſſueſcẽdo ſacerdotes contemnere, deum quoque contemnimus, & quemadmodum in periculo verſatur is cui ſecundum mundum nec exercitus, nec dignitas regia commiſſa eſt, ſi ea agat quæ ad regiam dignitatem pertinent, ita & qui quæ ſunt ſacerdotis munera aggreditur etiam ſi videatur iis longè ſapientior.

CHRY-

CHRYSOSTOMI EX SECVNDA AD DEVM EPISTOLA.

TALEM esse doctoré oportet, ita suorum discipulorum curam gerere, eos omnino existimare. Nunc vinimus, inquit, si vos statis in domino. Et rursus, Quæ vobis spes est, vel gaudium, vel corona gloriationis, si non & nos ante dominum nostrum Iesum Christum? Vides eum de iis sollicitum, & non minorem eorum curam gerere, quam ne cessationum, vel discipulorum: Oportet enim eos patres naturales superare, & iis esse acriores, & vehementiores. Sed & filios benevolè, amanterque in eos esse affectos oportet. Obedite enim, inquit, vestris rectoribus, & cedite, scientes quòd pro vestris animabus vigilant tanquam rationem reddituri. Dic enim mihi, Ipse est tantis periculis obnoxius. Tu autem ne vis quidem ipsi parere, etiam si quæ dicit sint in rem tuam. Et si enim sua recte ordinaverit, si tua quoque non recte ordinata ac composita fuerint, in discrimen vocatur, & est duplici rationi reddendæ obnoxius. Considera quantum est de vnoquoque eorum quibus præsunt, examinari, & pro iis in periculum venire. Quemuis honorem, cultum, & obseruationem tot periculis respondentem statuere. Sed nihil quod eis exæquari possit afferes, nondum enim tradidisti animam. Ipse autem hoc facit, & animam pro te ponit, & si eam non ponat hic dum tempus exigit eam illic perdit. Tu autem ne verbo quidem tenus vis ei esse subiectus. Hoc est causa omnium malorum, hinc factum est vt rectores euanuerint, quòd nullus pudor, nullus honor, nullus denique sit metus. Obedite, inquit, rectoribus, & cedite, nunc autem omnia conuersa, & confusa sunt. Non hæc dico pro solis rectoribus. Quam enim tantam vtilitatem ex vestro honore percipient, præterquam quod vos morigeros habebunt? Sed id fit propter vestram vtilitatem. Quanuis enim hi honorati fuerint, nihil id eis in futurũ proderit, sed maior erit eis condemnatio, & si contumeliæ conuitióue affecti fuerint, nihil eis in futurum oberit, sed sui defendendi maiorem materiam habebunt, sed volo omnia vestra causa fieri. Quando enim rectores ab iis quibus præsunt honorantur, hoc quoque eis à deo allegatur, sicut & Heli dixit, Accepi te ex domo patris tui. Quando autem iniuria afficiuntur, quemadmodum in Samuel, Non me, inquit, sed te contemptui habuerunt. Quare contumelia quidem est eis lucrum, honor vero onus. Non propter eos ergo hæc dico, sed propter vos. Qui sacerdotem honorat, deũ quoque honorabit. Qui autem in via incedens sacerdotem contemnere didicerit, in deum quoque aliquando erit iniuriosus. Qui vos, inquit, recipit, me recipit. Et alius alibi, Habe, inquit, in honore sacerdotes eius. Hinc didicerunt Iudæi deum contemnere, quia Mosen contempserunt quando eum lapidabant. Quando enim quispiam in sacerdotem piè affectus fuerit, multo magis in deum, & si sacerdos malus fuerit, deus qui videt quòd propter eius honorem etiam eum qui non est dignus honore colis & obseruas, ipse tibi mercedem retribuet. Si enim qui prophetam suscipit in nomine prophetæ, prophetæ mercedem accipiet, & is quoque qui sacerdotem honorat, & ei cedit. Si autem ratione hospitalitatis, cum non noris eum qui apud te diuertit, tantam mercedem accipis, si ei cui subiici iubet subiiciaris, multo magis. Super Mosis, inquit, cathedram sederunt Scribæ & Phariſæi. Quæcunque ergo vobis facienda dixerint facite, secundum autem opera eorum ne facite. Nescis quid sit sacerdos, est angelus, seu nuncius domini, sua enim non dicit. Si eum contemnis, non ipsum contemnis, sed deum qui ipsum ordinauit. Et vndénam, inquit, clarum euadet, quòd deus ipsum ordinauit? si hanc ergo habes opinionem, spes tua exinanita est. Si deus enim nihil per ipsos operatur, nec lauacrum habes, nec es mysteriorum particeps, nec benedictiones percipis. Non es ergo Christianus. Quomodo ergo deus omnes etiam indignos ordinat? per omnes operatur, & si sint indigni, vt populus seruetur. Si enim per asinum, & Balaam sceleratum hominem populi gratia locutus est, multo magis per sacerdotem. Quid enim non facit deus nostræ salutis gratia? Quid non loquitur? Per quem autem non operatur, si per Iudam operatus est, & per eos qui prophetabant, quibus dicit, Nescio vos, abite à me qui operamini iniquitatem, etiam dæmones eiecit, hoc multo magis per sacerdotes efficiet. Si enim vitam rectorum sumus examinaturi, rectorum quoque & doctorum futuri sumus ordinatores, & quæ sunt superiora inferiora fiunt, superiores quidem pedes, infernis vero caput. Audi Paulum, Mihi vero minimum est vt à vobis iudicer, vel à die hominis. Et rursus, Tu quid iudicas fratrem tuum? si autem fratrem non oportet iudicare multo magis doctorem. Si deus enim hoc præ-

De sacerdotibus.

cepit,recte facis,& peccas si non facis. Sinautem contra,ne audeas hoc facere,nec septa transilire conare. Dathan,Core,& Abiron post vituli fabricationem aduersus Aaron insurrexerunt. Quid autem, an non pertierunt? vnusquisque curet quæ sua sunt. Si enim peruersum habet dogma,etiam si sit Angelus,ne obedi. Sinautem recta docet, non attende vitam,sed verba. Habes Paulum, qui te verbis,& factis ad id quod opus est componit. Sed non dat,inquit,pauperibus,nec recte dispensat,vnde hoc tibi constat? Priusquam didiceris ne reprehendas,caue reddendam rationem. Multa ex suspicione iudicantur. Imitare dominum tuum. Audi eum dicentem, Descendam, & videbo an secundum eorum clamorem fiant Sin minus,vt cognoscam. Sinautem didicisti, examinasti,& vidisti,expecta iudicem. Ne Christi ordinem præueneris. Illius est hæc examinare,non tuum. Tu es seruus vltimus,non dominus. Tu es ouis, ne sis de pastore nimium curiosus perscrutator,ne etiam propterea quòd cum accusas rationem reddere compellaris. Et quomodo,inquit,mihi dicit,quod ipse non facit? Non ipse tibi dicit. Si ei obedis,non habes mercedem. Christus ipse hæc suadet. Et quid dico? Ne Paulo quidem credendum est,si quid proprium,& si quid humanum dicat: sed Apostolo,qui habet Christum in se loquentem Ne nos inuicem iudicemus, sed vnusquisque sua iudicet. Vitam tuam examina. Sed ille,inquit,debet esse me melior. Quare? Quia est sacerdos. Et quánam in re te non superat? An non laboribus, non periculis, non certaminibus,non afflictionibus,est te superior? Quomodo ergo cum hæc habet, non est te melior? Sinautem non est melior,dic mihi an propterea debes te ipsum perdere? Hæc sunt verba dementiæ. Quánam enim ratione non est te melior? Si furetur,inquit,& sit sacrilegus. Quî scis ô homo? Cur te per præcipita præcipitas? Ac tu quidem si dixerit quispiam,Hic habet purpuram, etiam si mutis, aures obturas, & si pessis probare,statim resilis, sin minus, te nihil scire simulas, nolens valde magnum subire periculum. Hic autem non solum resilis,sed etiá maximum adis discrimen. Hęc verba non sunt immunia à ratione reddenda,cum Christus dicat, Omne verbum otiosum quod dixerint homines,dabunt eorum rationem in die iudicii. Te autem esse omnino aliquo meliorẽ existimas,& non suspiras,nec pectus pulsas,nec deorsum aspicis,nec publicanum imitaris. Te ipsum itaque perdidisti,etiam si sis melior. Meliores, tace, vt melior maneas. Sinautem dixeris,totum euacuasti. Si existimaueris,non es. Si non existimaueris, per multum addidisti. Si enim qui erat peccator, postquam confessus est abiit iustificatus, qui nõ est peccator,sed tamen ita de se sentire in animum induxit, quid nõ lucrifaciet? Vitam tuam examina. Non furaris,sed rapis,sed vim affers,sed alia eiusmodi innumerabilia facis. Non furtum laudans hæc dico: absit: sed etiam valde doleo, si quis sit eiusmodi: veruntamen non credo. Quantum enim sit malum sacrilegium,nec dicere quidem licet. Sed vobis parco,nolo enim vestram virtutem in alijs accusandis exanimari. Dic mihi, quid est publicano deterius? Verum erat eum & esse publicarum, & malis innumerabilibus obnoxium,sed tamen hac tantum de causa quod dixit Pharisæus,Nõ sum vt hic publicanus, omnia perdidit. Et tu cum dicis de sacerdote,non si mvt hic sacrilegus, non omnia euacuas? Sed hæc quidem cogor dicere, & orationem extendere, non quod hæc mihi sint curæ: sed quia vobis timeo,ne per hanc gloriationem,& condemnationem,virtutem vestram euacuetis Audi enim Paulum adhortantem,& dicentem,Opus suum probet vnusquisque,& tunc in seipso solum gloriationem habebit,& non in alio Dic mihi,si in medici officinam veneris vulneratus, prætermissa ne medicamenti applicatione, & vlceris curatione, de medico curiose indagabis, an vlcus,an non,vel si habeat, te ipsum non curabis;& dices, Oportebat te cum sis medicus, esse sanum, sed quia non es sanus cum sis medicus, ego quoque meum vulnus incuratum relinquo Nunquid enim si sacerdos malus est, id eum qui illi subiectus est nuuabit? nequaquam sed ille quidem pœnas dabit, dabis autem tu quoque debitas. Præceptor enim seu doctor ordinem tantum implet. Erunt enim, inquit, omnes eiusmodi vt à deo doceantur,& non dicent. Cognosce dominum. Omnes enim me cognoscent à paruo vsque ad magnum ipsorum. Quannam ergo, inquis, ob causam præcedet? Quam ob causam præficitur? Ne quæso de his nimium. subtiliter agamus, nec de doctore male dicamus: ne in nos ipsos male affecti simus. Nostra examinemus, & nemini male dicamus. Illum diem reuereamur quo nos illuminauit. Pater tuus ex eo quòd te illuminauit factus est. Sinautem pater est, æquum fuerit eum honorari, non iudicari. Et qui patrem quidem habet voluntate carnis, mille habentem vitia, omnia contegit, & adumbrat. Tu autem eius qui tibi spiritu pater est vitia traducis. Ne gloriare, inquit Sapiens quispiam, in patris ignominia: non enim erit hoc tibi gloria, sed dedecus,& si defectus fuerit prudentia, venia ei detur. Sinautem ita habet in patribus corporum, hoc multo magis

gis in ſpiritalibus patribu endum eſt. Reuerere cum quoniam ſingulis tibi diebus miniſtrat,& vt ſcripturas lligas efficit,propter te domum exornat, propter te precatur,propter te vigilat,propter te deum rogat,propter te ſtat deum rogans, propter te deo ſupplicat,pro te eſt omnis eius cultus,ac religio. Hæc reuerere,hæc cogita, cum omni cautione,& veneratione accede. Dic mihi,malus eſt. Quid tum? Qui enim non malus eſt,ipſe ſibi magna bona largitur. Pro tuæ fidei ratione vniuerſum exercetur. Nec te iuſtus iuuerit,ſi non ſis fidelis, nec tibi malus obfuerit,ſi ſis fidelis. Per boues deus in arca operatus eſt,quando voluit ſeruare populum: neque enim vita ſacerdotis, nec virtus tantum confert. Non ſunt ea quæ deus gratificatur talia,vt à ſacerdotali virtute peragantur. Vniuerſum quicquid eſt,eſt gratiæ. Eius eſt os ſolum aperire. Deus autem totum largitur. Is ſolum lignum,ſymbolúmve peragit. Cogita quantum inter Ioannem,& dominum Iesum intereſt. Audi autem Ioannem dicentem, Ego vt à te baptizer opus habeo,& non ſum idoneus ſoluere corrigiam calciamenti. Et rurſus, Nos omnes ex eius plenitudine accepimus, & gratiam pro gratia. & tamen cum tantum inter eos intereſſet,ſuper ipſum tamen ſpiritus deſcendit. Quam ob cauſam ergo hoc fit,vt ſcias quòd Ioannis ſymbolum complet ſacerdos. Nullus autem homo tantum differt ab homine,quantum Ioannes à Chriſto. Sed tamen ſuper ipſum ſpiritus deſcendit,vt ſcias quòd deus omnia operatur. Quòd autem deus facit vniuerſum, volo tibi aliquid dicere mirabilius, ſed ne miremini, neque conturbati ſitis. Quid hoc autem eſt? Eadem eſt oblatio quicunque eam offerat,ſeu Petrus,ſeu Paulus,quam tunc Chriſtus dedit diſcipulis,& quam nunc ſacerdotes peragunt. Quamobrem? Quia & eam non homines ſanctificant,ſed ipſe,qui illic ſanctificauit. Quemadmodum enim verba quę deus protulit ea ipſa ſunt,quæ ſacerdos quoque nunc loquitur,ita & oblatio eſt eadem,& baptiſmus quem dedit,ita vniuerſum eſt fidei. Spiritus protinus in Cornelium inſiliit,quoniam primo ſua opera oſtenderat,& fidem introduxerat. Et hoc ergo corpus eſt,& illud. Qui autem hoc illo minus eſſe exiſtimat, neſcit quod Chriſtus nunc quoque adeſt,& nunc operatur. Hæc ergo ſcientes,(neque enim propter ipſa tantum hęc à nobis dicta ſunt,ſed vt veſtram ſententiam corrigamus, & in poſterum tutiorem firmioremque reddamus) magnam eorum quæ dicta ſunt cautionem à vobis admiberi oſtendite. Si autem ſemper quidem audimus, nunquam autem facimus, eorum quæ dicuntur nulla erit vobis vtilitas. His ergo diligenter vacemus, & iis quæ dicta ſunt attentam mentem adhibeamus. Hæc in noſtra cogitatione inſcribamus, in noſtra conſcientia inſculpta habeamus: & gloriam patri, & filio,& ſpiritui ſancto aſſidue reddamus, nunc,& ſemper,& in ſecula ſeculorum. Amen.

EIVSDEM EX PRIMA EPISTOLA AD CORINTHIOS.

CONTINGIT enim vt laici pie viuant, ſacerdotes autem improbe,& ſi omni ex parte gratia dignitatem requireret, non erat futurus baptiſmus, nec corpus Chriſti, nec per illos oblatio. Iam vero quia etiam per indignos Chriſtus operari eſt ſolitus,baptiſmatis quoque gratia nihil à vita ſacerdotis lædituꝛ. ita enim qui accepit etiã detrimento afficiendus. Hæc dico, ne quis de vita ſacerdotis nimis curioſe inquirens,in iis quæ peraguntur offendatur. Nihil enim affert ſacerdos ad ea myſteria, quæ peraguntur: ſed eſt vniuerſum opus dei potentiæ,& ille eſt qui nos ad myſteria introducit.

ANASTASII SINAITÆ EX SERMONE DE SANCTA Communione.

FRATRES, ergo ne iudicemus rogo, vt venia digni existimemur. Tu enim fratrem tuum forte peccantem vides: nescis autem quis sit eius vitæ futurus exitus. Latro ille, qui vnà cum Iesu crucifixus est, sicarius erat, & homicida. Iudas autè erat Apostolus, & discipulus Christi, & ex veris, & germanis discipulis. In exiguo autè tempore parua rerum cõmutatio facta est, & latro quidem in regnũ, discipulus verò in perniciem factus est. Sed age verò sit sibi frater peccator, reliquas eius rationes vndénam scis? Multi enim qui palam peccarunt, clanculum postèà magnam pœnitentiam egerunt, & nos quidem eos peccantes vidimus: eorum autem pœnitentiam, & conuersionem non nouimus, & apud nos quidem iudicantur vt peccatores: sunt autem apud deum iustificati. Quamobrem rogo vos ne vllius hominis * mala in memoriam reuocemus, cíue exprobremus, donec iustus iudex venerit, qui etiam occulta tenebrarum illuminabit, & cordium consilia manifestabit. Imprimis autem ne dei sacerdotes de occultis & incertis, quæ de illis audiuisti peccatis iudica. Ne dixeris, is qui offert, est peccator, condemnatus indignus. Occultorum peccatorum est iudex, & examinator, hoc in te agnosce quemlibet esse te altiorem, & iusto iudici iudicium permitte. Sit autem sacerdos in decretis de deo firmus & constans, reliquorum autem tu non es iudex & inquisitor. Sed modum proprium auctoritatém que cognosce. Quid verò, inquit, non examinationibus, ecclesiasticíque canonibus est obnoxius sacerdos? Maximè. Sed is per te non iudicabitur, vel examinabitur, sed à deo, vel sæpe etiam à maiori sacerdote, seu antistite. Tu autem cur pastorem iudicas, cum sis ouis? Cur dei iudicium, ac sacerdotalem dignitatem, quæ tibi non est tradita, nec à deo credita Pharisaicè accipis? & ideo rogo vos neminem iudicate, præcipue autem dei sacerdotem: sed accede cum fide, & efficaci pœnitentia & pura conscientia ad dei mysteria, & omnem sanctificationem assequeris: est enim dei angelus, seu nuncius qui offert incruentum sacrificium. Tu autem indigne accedis: angelus te nequaquam à peccatis purgabit. Et quòd id quod dicitur verum sit, ipse Iudas testabitur. Ipse enim cum ex impollutis manibus domini diuinum panem accepisset, quia eum indigne acceperat, protinus ingressus est Satanas.

* μνησικα κῶμος κακῶ

SANCTI METHODII DOMINO POL. EX SEGREGATIONIBVS συνοδικῶν μαχῶν.

CVM multis & sanctis senibus qui adhortantur, supra omnes magnum Basilium audiant, quod cum ira, & cupiditate, & ratione solis vita reis agere licet, non autem de quouis eorum qui in clero constituti sunt, loqui, vel audire eis omnino permittetur, sicut canon edixit. Sed neque vnquam mundana negocia aggredi. Quemadmodum enim sibi imperium, vel principatum nemo vnquam accipiet, etiam si bellicosus, & pugnacissimus esse videatur: & si velle deprehensus fuerit, abducetur in custodiam, vt maximus Dionysius literis mandauit: ita nec sacerdotalia quis sibi munera permiserit, quandoquidem magnus quoque dicit Apostolus, quod non quis honorem sibi assumit, sed qui à deo vocatur, & subiungit, sicut & Aaron. Ita & Christus non seipsum glorificauit vt fieret pontifex, sed is qui dixit ei, Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Quòd autem episcopi, seu antistites, & hierarchæ, Apostolorúmque successores patriarchæ eos iure segregauerint secúdum diuinum Dionysium, canonum quoque inscriptio manifestissime declarauit. Inferiores enim ordines à superioribus iure segregantur, seu excommunicantur.

CANON

CANON IIII. CHALCED. SYNODI

QVI vere,& sincere vitam Monasticam persequuntur,conuenienti honore digni habeantur.Quia autem nonnulli eorum qui vita Monastica vruntur,& ecclesias,& Remp. perturbant,in vrbibus indiscriminatim circuncursantes,studentetiam Monasteria construere,visum est vt neque loquantur,neque vllo modo ædificent.

SANCTI DIONYSII AREOPAGITÆ

EX EPISTOLA AD DEMOPHILVM THERAPEUTEN, quòd non oportet presbyterum, etiam si peccet, à diacono,vel monacho accusari,maxime à laicis, idque sine hæresi. Hoc est enim supra ordinem monachorum, & ministrorum,seu diaconorum.

DIONYSIVS THEOPHILO.

AVDITE nostra.Non fas est sacerdotes qui fecerint præaccusari. Si id enim sequitur ordinis confusio,rerúmque diuinarum perturbatio,decretorúmque & consuetudinum transgressio, nullam habet rationem, vt qui à deo tradit° est ordo pro eo subuertatur.Non enim deus in se ipsum diuisus est.Quomodo enim stabit regnum eius, si in seipsum scilicet diuisum est?Et si dei est,vt sacra dicunt eloquia iudicium.Sacerdotes autem post Hierarchas,à quibus diuina acceperunt, sunt diuinorum iudiciorum nuncii, & interpretes, tu per intermedios ministros edocere,per quos etiam ° minister esse dignus habitus es. *De sacerdotibus nõ accusandis.* °ἱεροτελεστὴς.

BALS. *Nota quod qui diuina scire quærunt à presbytero,non debent hoc facere,etiam si sint monachi,nisi per intermedios diaconos, idque quando tempus opportunum inuitauerit.*

DEMOPHILI OPPOSITIO, QVOD EST IMPIETAS IN SACERDOTIBVS qui non corriguntur.

DEMOPHILVS. Esto,ita est.Quid ergo dicis?Non oportet sacerdotes se impie gerentes,vel alicuius alterius turpis absurdéque rei conuictos,corrigi? & eis solis licet in lege gloriantibus deum per præuaricationem contemnere?Et quomodo sunt sacerdotes dei interpretes?Quomodo enim populo diuinas virtutes annunciant?qui earum potestatem ignorant?Vel quomodo illuminabunt qui sunt obscurati? Quomodo autem erunt diuini spiritus participes,qui nec quòd sit diuinus spiritus,habitui,& veritati crediderunt? DIONYSII AD Oppositionem responsio.

EGO quidem adhæc tibi respõdebo.Non es enim inimicus Demophilus:nec te amplius à Satana occupari patiar.Si est itaque sacerdotum illuminatiuus apparatus, à sacerdotali ordine,& potestate omnino excidit,qui non est illuminatiuus,vel potius qui est quodammodo illuminatus,& mihi quidem nimis audax ac temerarius videtur,qui cum sit eiusmodi,sacerdotalia adgreditur,& non metuit,nec erubescit, quæ sunt diuina præter dignitatem persequi,& existimare deum ea ignorare quæ ipse sibi condonauit,& audet infausta malíque omnis verba.neque enim eas preces dixerim, ad diuina symbola Christiano ritu dicere.

Digitized by Google

BALS. *Hoc est ad diuinorum mysteriorum celebrationem, quia sacerdotes diuinis muneribus seu symbolis orantes domini locum obtinent.*

DEMOPH. Is non est, non est, inquã, sacerdos, sed maleuolus, fraudulentus, sui illusor, & in diuinum populum Lupus ouina pelle armatus. Dionys. Sed non est fas hæc Demophilo corrigere. Et paulo post: Rationi, & iræ, & cupiditati ea quæ par est tribuat, & ne suum ordinem iniuria afficiat.

BALS. *Suam à ratione alienationem, iramque, & suam ambitionem punit Demophilus.*

DEMOP. Non est. Dionys. Sed opem ferat ei quod subiectum est, quæ dominatur ratio.

BALS. *Vincat, inquit, ratio iram, & cupiditatem. Hæc enim sunt subiecta. In iis enim reprimendis, ac sustinendis cernitur rationis facultas, ac potentia, vt eis non simpliciter, sed ad aliquid vtile vtantur. Et paulo post Dionysius,*

IPSE quidem cupiditati, iræ, & rationi ea quæ par est tribuis: tibi autem diuini ministri, & iis sacerdotes: Hierarchæ vero sacerdotibus, & Hierarchis Apostoli, & Apostolorũ successores, & si cubi quis etiam in illis ab eo quod decet prolapsus fuerit, à sanctis eiusdem ordinis corrigatur: & non ordo super ordinem conuertatur, sed erit vnusquisque in suo ordine, & ministerio.

BALS. *Ecclesiasticum ordinem dixit, vt monachus diaconi, & eis presbyteri, & presbyteris episcopi pœnas imponant, episcopis autem Apostoli, & qui sunt eorum successores. In Apostolorum autem successoribus apud eos qui sunt eiusdem ordinis residet pœnarum impositio. Apostolorum autem successores eos qui nunc sunt patriarchæ appellat. De presbytero, qui à monacho appellabatur & iniuria afficiebatur, epistola scripta est, & quòd per presbyteros monachorum eis datur habitus. Ex Gerontico. De Abbate Marco Ægyptio dicebant, quòd xxx. annis mansit ex cella non egrediens. Habebant autem sacerdotem qui veniebat, & ei sanctam oblationem faciebat. Diabolus autem cum vidisset eius firmam, & ex virtute tolerantiam improbe machinatus est eum in condemnatione tentare, & procurauit vt quidam spiritu vexatus sub orationis pretextu ad senem accederet. Is autem, qui à spiritu vexabatur, antequam aliud loqueretur, alta voce dicebat, Tuus presbyter habet odorem peccati, ne sinas eum amplius ad te ingredi. Vir autem diuino spiritu afflatus ei dixit, Fili, immunditiam omnes extra eiiciunt: tu autem eam ad me attulisti. Sed scriptum est, Ne iudicetis, ne iudicemini: tamen & si sit peccator, deus eum seruabit. Scriptum est enim, Orate pro vobis inuicẽ, vt curemini. & post hæc verba, facta oratione, dæmonem ad homine fugauit, & eum sanum reliquit. Postquam autem, vt consueuerat venit sacerdos, senex eum cum gaudio accepit. Bonus ergo deus cum vidisset senis probitatem, ei signum ostendit. Narrauit enim, Cum, inquiebat, staturus erat sacerdos ante sanctam mensam, vidi Angelum qui de cælo descenderat, & suam manũ super caput clerici posuerat, & ideo clericus factus erat totus columna ignis. Cùm ego autem visum mirarer, venit vox mihi dicens, Homo cur propter hanc rem admiratione motus es? Si Rex terrenus non sinet suos principes, & magnates ante se sordidos stare, sed potius cum magna gloria, quanto magis purgabit diuina potestas sanctorum mysteriorum ministros, vt non sint sine gloria cælesti? Generosus ergo Christi Athleta Marcus, qui magnus fuerat, dignus est habitus hoc munere, eo quod non iudicauit clericum.*

EXCVDEBAT GVIL. MORELIVS TYPOGRAPHVS REGIVS, LVTETIÆ PARISIORVM. M. D. LXI.

FINE

R. SALVANESCHI
RESTAURO
Via Val Savaina, 68
Tel. 899.223

Digitized by Google